MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LIBELLI DE LITE IMPERATORVM ET PONTIFICVM SAECVLIS XI. ET XII. CONSCRIPTI.

TOMVS III.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCVII.

LIBELLI DE LITE

IMPERATORVM ET PONTIFICVM

SAECVLIS XI. ET XII.

CONSCRIPTI.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS III.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

MDCCCXCVII.

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Lustrum transiit, ex quo in altero horum libellorum volumine ad pactum Calixtinum usque progressi sumus. Ab imperio Heinrici V. denuo exorsi pervenimus iam ad schisma quod dicitur Alexandrinum post multos annos pace Veneta tandem sopitum. Sed hoc proposito vix peracto revertere nos oportuit, ut supplementa varia et huius et priorum partium, quae interim collegeramus, omnia ad unum in fine adiceremus. Quamquam in his nec carminibus neque epistolis ad rem pertinentibus abstinuimus, erunt certe qui in hac copia undecumque congesta desiderabunt complura, ut Petri Damiani epistolas aliquot, Benzonis Albensis ad Heinricum IV. libros, Algeri Leodiensis libri de iustitia et misericordia excerpta aliaque. Nec infitiari possumus et Landulfi Gesta archiepiscoporum Mediolanensium et Hugonis Flaviniacensis chronica disputationes horum libellorum simillimas exhibere. Verum neque hunc librum satis amplum etiamnunc augere placuit neque totam seriem hoc temporis momento amplificare licuit, id quod novis harum controversiarum libellis inventis aliquando fortasse licebit.

In hoc quoque volumine nonnulla reperiuntur quae antea lucem nondum viderant, ut tractatus de schismaticis ex codice Vindobonensi sumptus, dialogus

de pontificatu Alexandri nescio an a Rahewino compositus, duo scripta inter se contraria de clericorum conubio, vaticinium obscurum de fine schismatis, tractatus Eboracenses de potestate summi pontificis admodum miri, materies quoque commentationum nondum elaboratarum ex Bambergensi codice petita, Hugonis Metelli certamen regis et papae aliaque carmina. In quibus seligendis imperii Romani limitibus minime nos continuimus, cum controversia ipsa, de qua agebatur, totum tunc mundum turbasset et commentarii de ea scripti passim divulgarentur, ut de origine eorum interdum dubii haereremus. Ex Gerhohi Reichersbergensis operibus verbosis et valde magnis eas tantum partes hic inserere, inviti quidem, satis habuimus, in quibus de quaestionibus ad hanc seriem pertinentibus argumentatus est.*

De hoc libro perficiendo E. Sackur, socius quondam noster, iamdiu emancipatus, optime meruit, eique qui post eum eodem quo ille collegii nostri sodalium munere functi sunt, Iul. Dieterich, nunc universitati Giessensi litterarum addictus, et H. Boehmer theologus, cui indices quoque tam nominum quam auctoritatum debemus. Neque ipse in plagulis perlustrandis hic illic corruptelis medendi atque auctores omissos supplendi officio defui. Praeter editores ceterosque socios nostros ad opus conficiendum libris manuscriptis collatis opem comiter ferebant Fel. Liebermann civis noster, Lud. Traube et Frid. Keinz Monacenses, Iul. Petit Bruxellensis, H. Lebègue Parisiensis, Fort. Donati Senensis, Rob. Arnold Romanus, Maria Bateson et A. Rogers Cantabrigienses, Reg. Poole Oxoniensis, quibus omnibus gratias agimus quam maximas.

Scribebam Berolini, mense Maio 1897.

ERNESTUS DUEMMLER.

* *Verba* De — acturi, *quae rubro colore in codice scripta p.* 537, *l.* 8, *tituli speciem habent, cum disputatione ipsa potius coniungerentur oportuit, ut Victor papa ab eis initium dicendi capiat.*

EPISTOLA DE VITANDA MISSA UXORATORUM SACERDOTUM.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Epistolam de missa vitanda clericorum uxorem habentium infra edendam M. Sdralek primus in codice Guelferbytano nr. 782 Helmstad. nr. 718, olim Lamspringensi[1], *saec. XII. mbr., invenit, ubi f.* 18′—28′ *ante Brunonis episcopi Signini libellum contra simoniacos (cf. supra II, p.* 546) *scripta est. Quam post Februarium mensem a.* 1111. *datam esse Sdralek, cum publici iuris faceret*[2], *ex eo recte coniecisse videtur, quod auctor queritur quorundam 'absolutionem post mortem contra canones extortam esse Paschali pape', qui viventes iuste excommunicati fuissent. Quae verba ad Heinricum IV. referenda esse, qui Paschali II. concedente a.* 1111. *mense Augusti die* 7. *in ecclesia Spirensi sepultus erat, editor bene monuit*[3]. *Neque facere potuit, quin quis auctor fuerit cuique epistolam scripserit, investigaret. De quibus nihil habemus nisi ea quae litteris ipsis inscripta sunt:* Archangelo Germaniae et Illirici constantissimo veritatis propugnatori uterque Gamaliel *etc. Archangelum Germaniae et Illyrici Sdralek Richardum episcopum Albanensem habuit, quippe qui inter primos curiae Romanae viros tunc versatus legationeque apostolica in Germania functus esset. Revera Richardus a.* 1111. *Augustae fuisse videtur*[4], *ubi Hermannum episcopum adulterii accusatum ad iudicium suum vocavit. Sed Richardum eodem tempore in Illyricum legatum apostolicum missum esse nusquam traditur. Potius archangelum Germaniae et Illyrici Conradum archiepiscopum Salisburgensem fuisse censendum est, de quo Annales Reichersbergenses ad a.* 1110. *haec referunt*[5]*:* Circa haec tempora sedata tempestate persecutionis et adunata aliquantulum ecclesia post scisma . . . Chuonradus archiepiscopus Salzburgensis cupiens promovere et dilatare in ecclesiis sibi commissis vitam canonicam, misit nuncios suos in Saxonia ad cenobia, quae erant ibi, et adduxit plures regularis vitae viros bene religiosos et nobiles valdeque litteratos, quos in cenobiis sibi subditis locavit. *Cum enim provincia Salisburgensis Noricum complectatur, quod olim pars erat provinciae Romanae Illyrici, — ita ut archiepiscopus Salisburgensis iure dici potuisset archangelus Germaniae et Illyrici — ex loco allato etiam cognoscimus Conradum eodem tempore, quo litterae datae sunt, id studuisse, ut incontinentiam clericorum suorum corrigeret*

1) *De codice cf. O. v. Heinemann, 'Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel' II (1886), p. 163 sq.; M. Sdralek, 'Wolfenbüttler Fragmente', Münster 1891 p. 101 sqq.* 2) *L. l. p. 198 sqq.* 3) *Ib. p. 106 sq.* 4) *Cf. Ewald, 'Neues Archiv' VII, p. 202 sq.* 5) *SS. XVII, p. 451.*

Quodsi, ut hoc perficeret, nuncios in Saxoniam misit, ubi vitam canonicam optime servari sibi persuaserat, etiam codicem, quo libellus noster continetur, ex monasterio Lamspringensi Saxoniae in bibliothecam Guelferbitanam pervenisse scimus. Quibus omnibus consideratis vix quisquam dubitabit, quin libellus noster eodem tempore compositus fuerit, ut archiepiscopus de quaestione illa accuratius instrueretur.

Multo difficilius est enucleatu quis auctor vel qui auctores fuerint. Etsi enim dubium esse non potest, quin Gamaliel illum pharisaeum in animo habuerint, qui in Actis apostolorum 5, 34 [1] *legis doctor vocatur, qui hi doctores legis fuerint pro certo statui nequit. Fortasse autem alteruter Berwinus Saxo erat, qui ab archiepiscopo praepositus Reicherspergensis factus a.* 1116. *in Saxoniam rediit* [2], *cum malis se diutius resistere non posse cognovisset.*

Codicem, quem primus Sdralek evolvit, denuo contuli nonnullaque ex eo correxi. Locos autem ex patribus aliisque auctoribus allatos prior editor tanta diligentia adnotaverat, ut nihil fere mihi superesset, quam ut ad nostrum citandi usum eos redigerem.

Argentorati a. 1892, *mense Septembri.* *E. SACKUR.*

INCIPIT [a] EPISTOLA DE VITANDA MISSA UXORATORUM SACERDOTUM.

Archangelo Germaniae et Illirici [3], constantissimo veritatis propugnatori, uterque Gamaliel quicquid legitime certantibus promisit Emanuel.

1. Tanta, presul excellentissime, commovemur indignatione super vulpina hereticorum illusione et asinina quorundam catholicorum supportatione, ut vix turbatis pre ira oculis videamus quid dicere valeamus. Quae enim maior potest esse illusio, quam post innumera concilia et anathemata pontificum Romanorum, post contradictoria iudicia totius orbis catholicorum episcoporum nunc primum, quasi nichil actum sit, provocare ad iudicia quorum nescimus episcoporum nisi heresiarcharum suorum, si vitari [b] misse debeant totiens dampnatorum pro fornicatione presbiterorum, cum quibus nec com-
1. Cor. 5, 11. munis cibus sumi deberet secundum Paulum et quibus nec ave dicendum nedum
2. Ioh. 10, 11. amen respondendum esset secundum Iohannem et Pauli coapostolum. Legimus quidem et nos primum Nicolaum papam necessaria dispensatione Bulgarorum neophitis concessisse, ut ne in novella deficerent christianitate, polluto uterentur potius sacerdote, donec episcopali reprobaretur examine [4]. Sed quid hoc antiquitatem et facultatem nostram iuvat, quos episcopale preiudicium, si tale quid admiserimus, dampnat? Qui enim communicat excommunicato, excommunicatus erit. Excommunicati sunt omnes symoniaci et Nicolaitae heretici in magna synodo Gregorii VII. anno MLXXVIII. dominicae incarnationis Rome celebrata, secundum quod scriptum est post XIIII. capitulum ipsius synodi [5]. In eadem synodo sententia anathematis data est in omnes symoniacos et Nicolaitas hereticos, qui in erroris sui secta indurati synodalibus sanctorum patrum diffinitionibus et decretalibus eorum statutis scienter inobedientes apostatarumque pertinatia eis recalcitrantes studio et voluntate refragantur. Porro qui sint
*f. 11. Nicolaite Ieronimus in expositione super Apocalipsin ad Anatholium *scribens ita osten-
*cf. Ap. 2, 15. dit [6]: *Erant illo tempore factiosi homines et pestiferi, qui sub nomine Nicolai apostolo-*

a) *minio scr. c.* b) vitare c.

1) *Cf. Act. apost.* 22, 3. 2) *Ann. Reichersberg.* 1116, *SS. XVII, p.* 453. 3) *V. praef.* 4) *Cf. Nicolai I. Epist. c.* 70, *Mansi XV, col.* 425 *B—C.* 5) *Ut videtur, in synodo quadragesimali a.* 1078, *cuius canones non exstant.* 6) *Hieronymus commentarium ad Apokalypsim non scripsit, ut Sdralek monuit.*

rum ministri fecerunt sibi heresim, ut deliberatum idolo sacrificaretur et manducari posset et ut quicunque fornicatus esset, VIII. die panem acciperet. Verum hoc non displicet[a] modernis Nicolaitis, qui et ipsa die, qua se cum mulieribus commaculant, panem dominici corporis accipere non formidant. Synodus quoque secundi Nicolai pape de Nicolaitis ita se habet[1]: *Nicolaus papa omnibus Christi fidelibus anno dominicae incarnationis MLVIIII, pontificatus nostri primo, indictione XII, urbe Romana in aecclesia Salvatoris, que Constantiniana dicitur, sanctam synodum cum sanctis patribus, videlicet CXIII episcopis exceptis abbatibus et clericis et laicis de statu sanctae aecclesiae ad communem utilitatem Deo propicio canonice celebravimus.* Inter caetera de Nicolaitarum heresi, id est de coniugatis presbiteris, diaconibus omnibusque in clero constitutis ab omni concilio statutum et corroboratum ita[2]: *Quicunque sacerdos, diaconus vel subdiaconus*[b] *post institutum*[c] *bonae*[d] *memoriae predecessoris nostri sanctissimi pape Leonis de castitate clericorum concubinam palam duxit*[e] *vel ductam non reliquid*[f], *ex parte omnipotentis Dei, auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantent nec euangelium pronuncient, nec epistolam ad missam legant*[g] *nec in presbiterio ad divina officia cum his qui prefatae institutioni*[h] *obedientes fuerint maneant neque partem ab aecclesia recipiant*[i]. Synodus etiam Alexandri pape, cui ipse presidebat, cum C et amplius episcopis hoc habet inter caetera[3]: *Precipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbiteri, quem scit indubitanter habere concubinam vel subintroductam mulierem.* Nam dudum huiusmodi presbiterum, sive diaconum sive subdiaconum sancta synodus officio privavit. Item Pictaviense concilium apostolica auctoritate firmatum ita decernit[4]: *Ut nullus presbiter, diaconus, subdiaconus concubinam habeat, sed nec aliam feminam, unde mala suspicio habeatur, in una domo secum habeat*[k] *et quicunque huius modi *sacerdotis sive* *f. 11'. *per pecuniam ordinati missam scienter audierint*[l] *excommunicationi subiaceant*[m].

2. Dicant post hec pestiferi doctores, qui semper occasionem quaerentes[n] avariciae semper volunt nos discere et nunquam ad scientiam veritatis pervenire, dicant, quare hec scriptis sint promulgata et vivis vocibus ubique predicata, si adhuc ad vitandos manifestos Nicolaitas alia sunt expectanda iudicia. Non hanc expectationem docuit nos senior Iohannes Electe domine et natis eius ita scribens: *Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum nec ave ei dicatis. Qui enim dicit illi ave communicat operibus illius malignis.* Item non hanc expectationem docuit nos Paulus apostolus, qui Corinthiis iratus est, quod eius iudicium expectaverant in excommunicatione manifesti fornicatoris. Sic enim scribit: *Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem cito ad vos, si Dominus voluerit, et cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos an in caritate et spiritu mansuetudinis? Omnino auditur inter vos fornicatio et talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris aliquis habeat, et vos inflati estis et non magis luctum habuistis, ut tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego*

2 Ioh. 10 sq.

1 Cor. 4, 18–5, 11

a) disciplicet? c. b) sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum *Syn.* c) constitutum *Syn.* d) beatae *Syn.* e) duxerit *Syn.* f) reliquerit *Syn.* g) neque evangelium vel epistolam ad missam legat *Syn.* h) constitutioni *Syn.* i) suscipiat, quousque nobis sententia super huiusmodi Deo concedente procedat *Syn.* k) teneat *Syn.* l) audierit c. m) subiacere debeant *Syn.* n) g [illegible].

1) *Concil. Rom. a.* 1059, *Mansi XIX. col.* 897. 2) *Ib. c.* 3. *col.* 897. 3) *Conc. Rom. a.* 1063. *c.* 3. *Mansi XIX. col.* 1025; *cf. Gerhohi Reichersperg. Dialogus de [illegible] regularibus et secularibus. Pez. Thesaurus II.* 2. *col.* 461. 4) *Synod. Pictav. a* 1078. 9. *Mansi XX. col.* 499.

quidem absens corpore, presens autem spiritu iam iudicavi ut presens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et meo spiritu cum virtute domini Iesu Christi[a] *tradere huismodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in diem domini nostri Iesu Christi. Non bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam conspersionem fermentat? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio sicut*[b] *est azymi, etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, non in fermento malitie et nequitie, sed in azymis sinceritatis et veritatis. Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini *fornicariis, non utique fornicariis huius mundi aut avaris aut rapacibus aut idolis servientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si is, qui frater nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere.* Hoc totum idcirco posuimus, ut appareat summopere vitandos esse in sacramentis, hoc est paschalibus epulis, quos tantopere vitandos docet apostolus etiam in exterioribus negociis et communibus cibis. Idem ad Thesalonicenses: *Denuntiamus,* inquit, *vobis fratres in nomine domini Iesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate non secundum tra-*
ib. 3, 14. *ditionem, quam accepistis a nobis.* Et paulo post: *Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate et non commisceamini cum illo, ut confundatur.*

Cessent ergo Nicolaitae eorumque defensores contra tam generalem et eternalem doctoris gentium sanctionem singularem et temporalem Nicolai pape ad neophitos Bulgarorum proferre dispensationem. Quicquid enim contra universalem regulam est, aut dispensatio aut prevaricatio est. Dispensatio autem cessante necessitate debet utique cessare, si non vult teneri prevaricationis crimine. Hinc est, quod iam dudum apud Anglos cessavit terciae et quarte generationis copula, quam eis ad tempus pro teneritudine sua dispensatio contulerat Gregoriana[1]. Hinc etiam sors, per quam Mathias
cf. Act 1, 26. electus est in apostolatum, interdicta est in aecclesia, quia, sicut dicit beatus Ieronimus[2], *privilegia singulorum non possunt legem facere communem.* Sed iam videamus, utrum Petrus coapostolo suo Paulo de predicta expectatione consenserit. Sanctissimus papa Alexander ab eodem beato Petro V, qui potius in camino ignis concremari quam mentiri fortissimus athleta delegit, ipse nec loquendum eis esse testatur, quibus vel episcopus pro sceleribus, eorum sentitur adversus, et hoc ex ipsius principis apostolorum [ore[c]]: *Petrus*[3] *in ordinatione sancti predecessoris nostri Clementis instruens*
f. 12'. **clerum et populum ait: 'Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: 'Cum illo nolite amici esse, sed prudenter observare debetis et voluntati eius absque commonitione*[d] *obsecundare et avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicicias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus preest, et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidentis. Si quis vero amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare Dei aecclesiam volunt: et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est et multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amiciciarum speciem quae inimica sunt gerit et ecclesiam dispergit ac vastat.* Ubi ergo ipse princeps apostolorum tam districte prohibet, ne quis saltem eis loquatur, qui apostolicis statutis non obsecundare deprehendantur, ibi

a) [illegible]. b) *Verborum:* sicut — veritatis *omnium fere tantum litterae initiales scriptae c.* [illegible]. d) commonicatione *M.*

1) *Cf. Gregorii I. Epist. XI, 56*[a], *M. G. EE. II. p. 335, Jaffé* 1843. 2) *Comment. in* [illegible] *Opp. VI, col. 398.* 3) *Alexandri I. epist. I. c. 6, Hinschius, p. 97.*

etiam evidentissime vetat, ne populus missas vel reliqua huiusmodi officia ab ei recipiat.

Simul intelligi datur, quam detestandae sint amatoribus Christi et aecclesiae expectationes, quae pecuniae, non iusticiae sunt captationes, quando nec primi pastores aecclesiae et summi amatores iusticiae expectari voluerunt in executione debitae vindictae. Hinc et Finees placator dominici furoris enituit, quia zelo castitatis armatus nec ipsius Moysi preceptum in ultione scorti sustinere potuit. Verum qui nunc spiritum contra apostolorum[a] volunt extinguere et prophetias non metuunt spernere, cogunt fideles, ut post tot sanctorum et catholicorum pontificum iudicia expectare debeant venatores, aleatores, pugnatores, ut modo dissimulemus fornicatores, si quando se velint paulisper exoccupare et solos quidem pauperes pro vana gloria diiudicare, flagitiosos autem divites pro muneribus non solum non humiliare, sed etiam super innocentes et prudentes ac religiosos exaltare. Scimus enim tales episcopos, qui manifesti symoniacis et Nicolaitis alias nesciunt iniungere penitentias nisi vicedominatus[b], archipresbiteratus, preposituras et prorsus innumerabilium lucrorum et stuprorum copias. Tales igitur expectent qui velint; nos scientes, quia Balaam non corrigitur nisi asina loquatur, illorum sententias exequi cupimus, quos iam cum Christo regnare credimus, quique nimia necessitate compulsi et divina auctoritate instructi aperuerunt ora laicorum super indubitatos errores clericorum.

Beatus Cyprianus episcopus et martyr, quem sanctus Ieronimus limpidissimum fontem appellat cuiusque sole clarius ingenium predicat[1], in epistola de Marciale et Basilide ita dogmatizat[2]: *In exodo ad Moysen Deus loquitur et monet dicens: 'Sacerdotes, qui accedunt ad dominum Deum, sanctificentur, ne forte derelinquat illos Dominus'. Et iterum: 'Et cum accedunt ministrare ad altare sanctum*[c]*, non adducent in se delictum, ne moriantur. Item in Levitico precipit Dominus et dicit: 'Homo, in quo fuerit* Lev. 21, 21. *macula et vicium, non accedat offerre dona Deo'. Que cum predicta et manifesta sint nobis, preceptis divinis necesse est obsequia nostra deserviant, nec persona in eiusmodi rebus accipi aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intendit*[d] *et legem tribuit divina prescriptio. Neque enim inmemores esse debemus, quod*[e] *ad Iudeos per Esayam prophetam locutus sit Dominus increpans et indignans, quod contemptis divinis preceptis humanas doctrinas sequerentur: 'Populus', inquit, 'iste labiis me honorat*[f]*, cor autem ipsorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me, mandata et doctrinas hominum docentes'. Quod item Dominus in euangelio repetit et dicit: 'Reicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis'. Quae ante oculos habentes et sollicite ac religiose considerantes in ordinationibus sacerdotum non nisi inmaculatos et integros *antistites eligere debemus, qui sancte et digne sacrificia Deo offerentes audiri* *f. 13'. *in precibus possint, quas faciunt pro plebis dominicae incolomitate, cum scriptum sit: 'Deus peccatorem non audit, sed si quis*[g] *Deum coluerit et voluntatem eius fecerit, illum audit'. Propter quod plena diligentia et exploratione sincera eos oportet ad sacerdotium dirigi*[h]*, quos a Deo constat*[i] *audiri. Nec sibi plebs blandiatur, quasi inmunis esse a contagione delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans et ad iniustum atque illicitum prepositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam ammoneat*[k] *et dicat censura divina: 'Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui*

a praeceptum *suppl.* b [illegible] vice dominationis c sancti *Cypr.* d intercedit *Cypr.* e quid *Cypr.* f honorificant me *Cypr.* g sed qui *Cypr.* h ad sacerdotium Dei deligi *Cypr.* i constet *Cypr.* k comminetur *Cypr.*

1 *Epist.* 58, *c.* 10, *Opp. ed. Vallarsius I. col.* 326. 2 *Cypriani epist.* 67, 1—5. *Opp. ed. Hartel, p.* 735—739.

manducant ea contaminabuntur', docens scilicet et ostendens, omnes omnino ad peccatum
constringi, qui[a] *fuerint prophani et iniusti sacerdotis sacrificio contaminati. Quod item*
in Numeris manifestatum[b] *invenimus, quando Chore, Dathan et Abiron contra Aaron*
sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vendicarant[c]. *Illic quoque per Moysen Dominus*
Num. 1, 16. *precepit*[d], *ut ab eis populus separaretur*[e], *ne facinorosis coniunctus eodem facinore*
Ib. 26. *ipse perstringeretur*[f]: *'Separamini', inquit, 'a tabernaculis hominum iniustorum, durissi-*
morum et nolite tangere de omnibus que sunt[g] *eorum, ne simul pereatis in peccato*
eorum. Propter quod plebs obsequens preceptis dominicis et Deum metuens a peccatore
preposito se debet separare, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, quando
ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi.
Quod et ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos plebe presente sub
omnium oculis eligatur[h], *et dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio compro-*
cf. Exod. 28, 1. *betur, sicut in Numeris Dominus precepit*[i] *Moysi dicens: 'Prende Aaron fratrem tuum*
et Eleazar filium eius et impones[k] *eos in montem coram omni synagoga et exue Aaron*
*f. 14. *stola*[l] *eius et indue Eleazar filium *eius et Aaron appositus moriatur illic'. Coram*
omni synagoga iubet constitui sacerdotem, id est instruit et ostendit ordinationes sacer-
dotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe presente vel
detegantur malorum crimina vel bonorum merita predicentur, et sit ordinatio iusta et
legitima, que omnium suffragio et iudicio fuerit examinata. Quod postea secundum
divina magisteria observatur in Actibus apostolorum, quando de ordinando in locum
cf. Act. 1, 15 sq. *Iudae apostoli*[m] *Petrus ad plebem loquitur: 'Surrexit', inquit, 'Petrus in medio discen-*
tium; fuit autem turba in unum'. Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum, sed et
in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo et ipso in
Act. 6, 2. *Actibus eorum scriptum est: 'Et convocaverunt', inquit, 'illi XII totam plebem discipu-*
lorum et dixerunt eis'. Quod utique idcirco tam diligenter et caute convocata plebe
tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium vel ad sacerdotalem locum indignus ob-
reperet. Ordinari enim nonnumquam indignos non secundum Dei voluntatem, sed secun-
dum humanam presumptionem et hec Deo displicere, quod[n] *non veniant ex legitima et*
Os. 8, 4. *iusta ordinatione Deus ipse manifestat per Osee prophetam dicens: 'Sibimet ipsi regem*
constituerunt et non per me'. Propter quod diligenter de traditione divina et apostolica
observatione servandum est et tenendum, quod apud nos quoque et fere per provincias
universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui prepositus
ordinatur, episcopi eiusdem provinciae proximi quique conveniant, et episcopus eligatur
plebe presente, que singulorum vitam plenissime novit et uniuscuiusque actum de eius
conversatione perspexit. Et post pauca[1]: *Nec vos moveat, fratres dilectissimi, si apud*
quosdam in novissimis temporibus aut lubrica fides nutat aut Dei timor irreligiosus
*f. 11. *vacillat*[o] *aut pacifica concordia non perseveret*[p]. *Prenuntiata sunt haec futura *in fine*
seculi ut[q] *Domini voce et apostolorum contestatione predictum est, deficiente mundo*
atque appropinquante Antichristo bona queque deficere, mala vero et adversa proficere.
Non sic tamen quamvis in novissimis temporibus in aecclesia Dei aut euangelicus vigor
ceciderit[r] *aut christianae virtutis fideique robor elanguerit*[s], *ut non supersit portio sacer-*
dotum, que minime ad has rerum ruinas et fidei naufragia succumbit[t], *sed fortis et*
stabilis honorem divinae maiestatis et sacerdotalem dignitatem plena timoris observatione

a) quique *Cypr.* b) manifestari *Cypr.* c) vindicaverunt *Cypr.* d) praecipit Dom. *Cypr.* e) separetur *Cypr.* f) et ipse perstringatur *Cypr.* g) ab eis *Cypr.* h) deligatur *Cypr.* i) praecipit *Cypr.* k) *ita Cypr.;* imponens c. l) stolam *Cypr.* m) episcopo *Cypr.* n) quae *Cypr.* o) vacuat *falso Sdr.* p) perseverat *Cypr.* q) et *Cypr.* r) cecidit *Cypr.* s) elanguit *Cypr.* t) succumbat *Cypr.*

1) *Cypriani epist.* 67, *c.* 7—9, *Opp. ed. Hartel, p.* 741—743.

tueatur. Meminimus et tenemus succumbentibus licet et cedentibus ceteris Mathathiam legem Dei vindicasse fortiter et Heliam deficientibus Iudeis atque a religione divina recedentibus stetisse et certasse sublimiter; Danielem vero nec solitudine regionis[a] *alienae nec persecutionis assidue infestatione deterritum frequenter ac fortiter gloriosa edidisse martiria; tres item pueros nec annis nec minis fractos contra ignes Babilonios fideliter obstitisse et victorem regem in sua captivitate vicisse. Videmus et nunc, quia inter prevaricatorum numerum ac proditorum, qui in ecclesia*[b] *contra aecclesiam surgere et fidem pariter ac veritatem labefactare*[c] *ceperunt, permanet apud plurimos sincera mens et religio integra et non nisi domino et Deo suo anima devota. Christianam*[d] *fidem aliena perfidia nec deprimit ad ruinam, sed magis excitat*[e] *et exaltat ad gloriam secundum quod beatus apostolus hortatur et dicit: 'Quid enim si exciderunt a fide quidam eorum!* Rom. 3, 3. *Numquid infidelitas eorum*[f] *fidem Dei evacuavit? Absit. Est enim Deus verax, omnis* Ib. 4. *autem homo mendax'. Si autem omnis homo mendax et solus Deus verax est, quid aliud servi eius et maxime sacerdotes facere debemus, nisi ut humanos errores et mendacia relinquamus et precepta dominica custodientes in Dei veritate maneamus? Quare etsi aliqui ex collegis nostris extiterunt, fratres dilectissimi, qui deificam *disciplinam negli-* *f. 15. *gendam putant et cum Basilide et Marciale temere communicant, conturbare fidem nostram res ista non debet et cum spiritus sanctus talibus in psalmis comminetur dicens: 'Tu*[g] *vero odisti disciplinam et abiecisti sermones meos post*[h] *te; si videbas*[i] *furem,* Ps. 49, 17 sq. *concurrebas*[k] *cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas', consortes et participes ostendit eos alienorum delictorum fieri, qui fuerint delinquentibus copulati. Sed et Paulus apostolus hoc idem scribit dicens: 'Susurratores, detractores, abhorrentes Deo,* Rom. 1, 30 sq. *iniuriosi, superbi, iactantes sui, adinventores malorum, qui cum iusticiam Dei cognovissent, non tantum mala faciunt sed et consentiunt eis, qui hoc agunt. Qui*[l] *talia, inquit, agunt, morte sunt digni'. Manifestat et comprobat morte esse dignos et ad poenam venire non tantum illos, qui mala agunt*[m]*, sed etiam eos, qui talia facientibus*[n] *consentiunt. Qui dum malis peccatoribus*[o] *et penitentiam non agentibus illicita communione miscentur, nocentium tactibus*[p] *polluuntur, et dum iunguntur in culpa, sic nec in poena*[q] *separantur. Propter quod integritatis et fidei vestrae religiosam sollicitudinem, fratres dilectissimi, laudamus pariter et probamus et quantum possumus adhortamur litteris nostris, ne vos cum profanis et maculatis sacerdotibus communicatione sacrilega commisceatis*[r]*, sed integram et sinceram fidei vestrae firmitatem religioso timore servetis.*

Preterea notandum est in hac epistola, quod etiamsi Romana auctoritas circumveniatur aliqua hereticorum fraudulentia eisque reddi iubeat indebitam communionem vel dignitatem, magis nos sequi debere cognitam veritatem, quam deceptam auctoritatem. Sic enim de predicto Basilide inter cetera legitur[1]: *Basilides post crimina sua detecta et conscientiae etiam propriae confessione nudata Romam pergens Stephanum collegam nostrum longe positum et gestae rei ac veritatis ignarum fefellit, ut exambiret se reponi iniuste in episcopatum, de quo fuerat iure depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis non tam abolita quam cumulata *sint delicta, ut ad superiora peccata eius* *f. 15'. *etiam fallaciae et*[s] *circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est*

a) solitudinis religionis *c.* b) Viderit vel praevaricatorum numerus vel proditorum, qui nunc in ecclesia *Cypr.* c) labefactari *c.* d) nec christ. *Cypr.* e) exc. et *om. Sdr.* f) illorum *Cypr.* g) *Hic locus bibliae sacrae plerumque abbreviatus est:* abiecisti s. m. post te si videbas furem c. cum e. et c. a. p. t. p. h) retro si *Cypr.* i) videras *Cypr.*; videbis *Vulg.* k) c. e.; concurrebas *Cypr.*; currebas *Vulg.*, *qua de causa Sdr. perperam hanc lectionem assumpsit.* l) quoniam qui *Cypr.* m) faciunt *Cypr.* n) *corr. ut videtur ex* facim⁹ *c.* o) et peccatoribus *Cypr.* p) contactibus *Cypr.* q) culpa *c.* r) misceatis *Cypr.* s) et cir *in marg. c.*

1) *Cypriani epist.* 67. c. 5. *Opp. ed. Hartel. p.* 739 *sq.*

ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus est, qui fraudulenter obrepsit.
Gal. 6, 7. *Obrepere autem si Basilides hominibus potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: 'Deus non irridetur'.* Hoc etiam beati Cypriani, immo Christi spiritu duci videntur qui nolunt orare pro defunctis in excommunicatione, quorum absolutio post mortem contra canones extorta[a] est Paschali pape, vel qui nolunt[b] communicare viventibus, qui periuriis et iniuriis emancipaverunt aliquas dignitates eidem Paschali pape.

Verum ut ad propositum revertamur: Gregorius papa primus Gennadio patricio ita scribit[1]: *Scito, fili excellentissime, si victorias quaeritis, si[c] commisse vobis provinciae securitatem tractatis, nichil aliud vobis magis ad hoc proficere, quam zelari sacerdotum vitam[d] et intestina aecclesiarum, inquantum[e] possibile est bella compescere.* Idem etiam reges Francorum in adiutorium sibi ad correptionem sacerdotum hac terribili sententia incitavit ita contestans[2]: *Quia,* inquit, *procul dubio facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Nec tamen idem Gregorius per hoc aliquid commisit in sanctorum patrum statuta sacerdotes a secularibus defendentia. Novit enim hec eadem certissime nullum sacerdotem a secularibus defendisse, qui a sacris canonibus obstinato animo resisteret, immo qui ab eisdem dampnatus iam dudum a sacerdotio apud Deum decidisset. Hinc etiam legimus[3] Paulum Samosatenum patriarcham Antiochenum, qui maximus erat defensor Nicolaitarum[4], publica manu turpiter ab episcopatu depulsum, sed non legimus aliquem super hoc indignatum sive contristatum fuisse catholicum, quod hoc faciendo laici inhonorassent apo-
*f. 16. stolicam beati Petri sedem, christiani *nominis ex doctrina Pauli et Barnabae inventricem, verum cunctos gavisos fuisse, quod a doctore pestilentiae liberata esset sacratissima cathedra sane doctrinae. Nam et ipse Nicolaita erat et clericos suos Nicolaitas faciebat, ipse videlicet muliebri voluptate fruendo et eis similiter, ut fruerentur, per-
Is. 48, 22. mittendo. Animadvertebant antiqui doctores scripturam dicentem: *Non est pax impiis, dicit Dominus,* ideoque non tantum curabant de pace impiorum, quantum moderni
Matth. 5, 13. predicatores verbi gratia. Unus magister omnium Christus dixit sacerdotibus: *Vos estis sal terrae. Quodsi sal evanuerit, in quo salietur? Ad nichilum valet ultra nisi, ut[f] mittatur foras et conculcetur ab hominibus.* Isti autem nichilominus venerandos predicant tales et absque eorum iudicio nemini licere Deum timere et mandata eius observare. Qui enim Christum in apostolo loquentem non timet neque audit, Deum utique non timet et mandata eius non custodit. Sed quid loquitur Christus in Paulo?
Tit. 3, 10 sq. *Hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita sciens, quia subversus est, qui huiusmodi[g] est et delinquit, cum sit proprio iudicio condempnatus.* Quid isti contradicunt? Post centum et plures sanctorum correptiones, immo synodales excommunicationes neminem debere vitari, nisi a principio iudicaverint illi, qui neque possunt neque volunt neque debent et forsitan etiam nesciunt iudicare, scilicet aut avaricia excecati aut luxuria pregravati. Quodsi talium iudicia expectare debemus,
Matth. 5, 29. frustra legimus vel iustum iudicem ita dicentem: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs [te[h]],* vel sequacem eius Iohannem Crisostomum hoc ita exponentem[5]: *Erravit episcopus, peccavit presbiter, deliquit diaconus: noli dicere, quia*

a) exorta *c.* b) volunt *c.* c) si de commissae vobis provinciae securitate *Greg.* d) vitas *Greg.* e) quantum *Greg.* f) *suprascr. c.* g) eiusmodi *Vulg.* h) *deest c, ubi haec verba abbreviata* p a. l (vel) *loquatur.*

1) *Epist. IV, 7. MG. EE. I, p.* 239. *Jaffé* 1278. 2) *Epist. IX,* 215, *EE. II, p.* 202. *Jaffé* 1744; *cf. quae Sdralek monet p.* 156, *n.* 3. 3) *Eusebii Caesariensis eccles. hist. Rufino interprete lib. VII. c.* 26 *(= Euseb. VII,* 30*) ed. Beatus Rhenanus. Basil. Froben.* 1528, *p.* 175 *sq.* 4) *Cf. Manegold. c.* 76, *Libelli I, p.* 429. 5) *Hic locus apud Iohannem Chrysostomum non legitur; cf. quae Sdralek p.* 158 *adnotavit.*

maior est, sed recedat oculus, recedat manus, recedat pes, ut cetera membra salventur. Item frustra nos docuit beatus Ieronimus in secundo Commentariorum[a] libro super epistolam Pauli ad Ephesios ita scribens[1]: *In aecclesiis nonne vobis videntur falsi esse pastores, qui non pascunt oves cum *disciplina, sed quasi mercennarii nequaquam gregis salutem cogitant, quod erravit non convertentes et quod periit non quaerentes, sed tantummodo de ovibus lac et lanam, cibos videlicet et vestimenta captantes?* Et post pauca[2]: *Si quis non edificat aecclesiam Dei nec plebem sibi subiectam instruit, ut de subiecto populo Christi aecclesia construatur, iste nec apostolus nec propheta nec euangelista nec pastor nec magister est appellandus.* Cassabitur nichilominus tardum expectando iudicium[b] et istud beati Euticiani pape decretum[3]: *Si quis dederit vel acceperit communionem de manu heretici et nescit, quod catholica aecclesia contradicit, postea intelligens annum integrum peniteat. Si autem scit et neglexerit et postea penitentiam egerit, X annis peniteat. Si quis permiserit hereticum missam suam celebrare in aecclesia catholica et nescit, XL dies peniteat, si pro reverentia eius, annum integrum peniteat*[c]*; si pro dampnatione aecclesiae catholicae, ex consuetudine Romanorum proiciatur ab aecclesia sicut hereticus, nisi habeat penitentiam; si habuerit, X annis peniteat.* Et post pauca: *Si episcopus aut abbas iubet monacho suo pro hereticis mortuis missas facere, non licet et non expedit obedire eis, verum dissimulatis paulisper his, qui in auctoribus vel tractatoribus sacrae scripturae nolunt recipere nisi quod luxuriae fomitem videtur amministrare, rursum propter simpliciores fratres libet commemorare, quod debeamus pro hereticis computare.* Beatus Augustinus in libro XVIII. de civitate Dei sic diffinivit[4]: *Qui in aecclesia Dei morbidum*[d] *aliquid pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, heretici fiunt.* Liquet ergo contentiosos sacri ministerii contaminatores hereticos esse et secundum apostolum vitandos esse. Si quis autem vult eos defendere, audiat super hoc sententiam Eusebii pape[5]: *Qui alium in culpa *sua defendere vel excusare nititur, excommunicetur.* Si qui ergo pestiferam securitatem conceperunt ex temporali lenitate primi Nicolai, bibant salutaris antidotum formidinis ex eternali severitate primi Gregorii. Isque namque scribens ad reges Francorum de huiusmodi sacerdotibus canonum contemptoribus capitulo LXXXV. testatur, quod regnum ex culpa talium sacerdotum pregravetur, et post pauca subiungit[6]: *Maior metuenda est illis locis calamitas*[e]*, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam provocant*[f]*, quam per semetipsos populis placare debuerant.* Idem presbiteris, diaconibus, nobilibus et populo Iadare[7]: *Pervenit ad me quosdam vestrorum ignorantia vel necessitate deceptos his, qui ab apostolica sede culpa, sicut nostis, exigente communione privati sunt communicasse, quosdam vero salubri discretione protegente Domino suspendisse. Et quantum de constantibus gaudeo, tantum de deviantibus*[g] *ingemisco, quoniam sacrae communionis misteria, quae ad absolutionem nobis divina pietate concessa sunt, in detrimento animae suae magis receperunt. Et quia, sicut vobis Deus omnipotens innotescat, vehementer caritati vestrae*

a) suorum *add. Sdr., quod non in cod.* b) *sequitur iterum:* et indicium *c.* c) penit *c.* d) morbibum *c.* e) fore calamitas *Greg.* f) provocent *Greg.* g) de viantibus *c.*

1) *Comment. in epist. ad Ephes. II. c. 4. Opp. t. VII. col.* 615. 2) *Ib. col.* 616. 3) *In epistolis spuriis huius papae non legitur, eidem adtribuitur ap. Grat. C. XXIV. qu.* 1 *c.* 41; *C. XI. qu.* 3. *c.* 91. — *Jaffé* 148. 4) *De civit. Dei l. XVIII. c.* 51. § 1 *ed. Bened. VII. col.* 533 *C.* 5) *In epistolis Pseudo-Isidori non inveniuntur; cf. Sdralek p.* 159. *n.* 1. 6) *Epist. IX.* 215. *EE. II. p.* 202; *Jaffé* 1744. 7) *Epist. VI.* 48. *EE. I p.* 421; *Jaffé* 1428.

et medullitus ex toto corde compatior, paterno affectu obtestor atque suadeo, ut ab[a] *illicita se quisque communione suspendat et quos apostolica sedes in consortio communionis suae non recipiat*[b]*, omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum eterni iudicis unde poterat salvari consistat.* Accipiant etiam illud Zachariae pape ad Bonifacium Mogontiacensem episcopum[1]: *Quis habens sapiens cor eos estimet sacerdotes, qui neque a fornicationibus abstinent neque ab effusione sanguinis*[c] *manus servant innoxias? Quisve* Ps. 5, 7. *eorum sacrificiis Deum credat esse placandum*[d] *dicente propheta: 'Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus'?*

Qualiter autem de manifestis causis agendum sit, quamvis non parum usque modo videamur dixisse, tamen libet adhuc aliqua declarandi gratia super addere. *f. 17'. Primum iuvat *proferri sententiam primi Nicolai, de quo insurrexerunt in nos testes Ps. 26, 12. iniqui *et mentita est iniquitas sibi.* Nicolaus papa Karolo imperatori[2]: *Accusatores* Apoc. 12, 10. *habere Lotharium non nisi qui accusator*[e] *in Apocalipsi Iohannis appellatur et opera eius, que et ipsa eiusdem antiqui hostis instinctu patrantur, profecto comperimus. Que* Gal. 5, 19. *vero Lotharius rex*[f]*, vester nepos, operatur, accusatore non indigent. Manifesta quippe apostolo teste sunt opera carnis, que sunt fornicatio, inmundicia et reliqua.* Item Leo papa Leoni augusto[3]: *Que patefacta sunt quaerere et que perfecta sunt retractare et que sunt diffinita convellere, quid aliud est, quam de adeptis gratiam non referre et ad interdictae arboris cibum inprobos appetitus mortiferae cupiditatis extendere?* His congruit illud ex legibus Martiani imperatoris[4] ab eodem papa Leone confirmatis: *Cesset iam profana contentio, nam vere impius atque sacrilegus est, qui post sacerdotum sententiam opinioni suae aliquid tractandum relinquit. Extreme quippe dementiae est in medio et perspicuo die commenticium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam aliquid ulterius discutit, mendacium quaerit.* Ambrosius super epistolam Pauli ad Co- 1. Cor. c. 5. rinthios, ubi de illo agitur, qui uxorem patris habuit, ita scribit[5]: *Cognito opere dicit apostolus pellendum illum fuisse de cetu fraternitatis. Omnes enim crimen eius sciebant et non arguebant. Publice enim novercam suam loco uxoris habebat, in qua re neque testibus opus erat neque tergiversatione aliqua poterat tegi.* Gregorius papa I. Felici episcopo[6]: *Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda, sed palam sunt arguendi qui palam nocent, ut, dum aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur. Dum enim unus corripitur, plures emendantur.* Et multo melius est, ut pro multorum salvatione unus condempnetur, quam per unius licentiam multi periclitentur. Melius est enim, ut mali manifeste corrigantur, quam pro illis boni *f. 18. Matth. 18, 15. pereant. *Augustinus in sermone XIIII. de verbis Domini super Matheum[7]: *Si peccatum in secreto est, corripe in secreto; si peccatum publicum est et apertum, publice corripe, ut et ille emendetur et ceteri timeant.* Idem super psalmum C[8]: *Propter correptionem tenemus nos etiam a fratribus nostris et cum eis non convivamur, ut corri-*

a) *deest Greg.* b) recipit *Greg.* c) sanguinum *Zach.* d) placatum *Zach.* e) acc. fratrum *Nic.* f) ur rex *corr. r. u. c.*

1) *EE. III, p.* 303; *Jaffé* 2264. 2) *Epist.* 55. *ad Ludovicum regem, Mansi t. XV, col.* 330; *Jaffé* 2884. *De falsa inscriptione v. Sdralek l. l. p.* 160, *n.* 1. *et De S. Nicolai PP. I. epistolarum codd. quibusdam mss. (Vratisl.* 1882*) p.* 22. 3) *Epist.* 162, *c.* 1. *Opp. ed. Ballerinii I, col.* 1339; *Jaffé* 539. 4) *Epist. Valentiniani et Marciani in Act. concil. Chalced. a.* 451, *ap. Harduin, Acta concil. II, p.* 659; *Opp. S. Leonis I. ed. Ballerinii III, col.* 238; *Haenel, Corpus legum ante Iustinianum latarum (Lipsiae* 1857*) p.* 255. 5) *Comment. spurium in epist. ad Corinth. I, ed. Bened. II,* 2, *p.* 127 *B.* 6) *Decreta spuria, Hinschius p.* 752. 7) *Cf. August. sermo LXXXII, c.* 18 *sq.,* § 10 *sq. ed. Bened. V, col.* 444, *ubi similia, sed non eadem exstant.* 8) *Enarratio in psal. C, c.* 8, *Opp. IV, col.* 1088 *B.*

gantur. Cum extraneis potius conviramur et cum paganis, quam cum eis, qui nobis non erant[a], *si viderimus eos male vivere, ut erubescant et confundantur*[b]. His itaque postis iterum atque iterum iaculamur sagittas potentis acutas cum carbonibus desolatoriis contra fraudulentos insidiatores castitatis et versipelles defensores execrandae inpuritatis. Paulus apostolus ita scribit ad Romanos: *Rogo vos fratres, ut observetis eos, qui* Rom. 16, 17.
dissensiones et offendicula preter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt et declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo domino nostro non serviunt, sed suo ventri et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Ieronimus in psalmo C. super hunc versum[1]: *Non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes* Ps. 100, 3.
prevaricationes odivi. Sive pater meus sive mater mea sive frater meus aut soror sive amicus, tamen si declinasset a timore Domini, hunc odio habebam et omnino ad eum non accedebam, non ante proponebam[c] *propinquitatem aut amiciciam pietati Dei*[d]. Item super hunc versum: *Non adhesit mihi cor pravum, declinantem a me malignum non* Ib. 4.
cognoscebam. Hoc est, si erat mihi amicus aut proximus, sive episcopus aut presbiter sive in quacunque dignitate constitutus, tamen si pervertebat vias suas, sic eum fugiebam, ut penitus eius memoriam non facerem.

Sed iam viaticum demus epistolae nostrae ex ipso Ieronimo sic ad Iheruchiam de monogamia scribente[2]: *Patriarche non singulas uxores, immo et concubinas habuere plurimas et, ne hoc parum sit, David multas, Salemon innumerabiles. Iudas ad Thamar* Gen. 38, 15.
quasi ad scortum ingreditur et iuxta occidentem litteram Osee propheta non solum Osee 3, 1.
meretrici, sed adulterae copulatur. Quodsi vobis[e] *iure conceditur: adhinniamus ad omnes feminas et in exemplum Sodome et Gomorre ad ultimam diem*[f], *deprehendamur vendentes et ementes, nubentes et nuptum*[g] *tradentes, et tunc sit finis coniugii, quando terminus vitae. Quodsi post diluvium et ante diluvium viguit illa sententia: 'Crescite et multipli-* Gen. 9, 1.
camini et replete terram', quid ad nos, in quos fines seculorum devenerunt, quibus dicitur: 1. Cor. 7, 29.
'Tempus breve est et iam securis ad radicem[h] *arborum posita est, que silvam legis et* Matth. 3, 10.
nuptiarum euangelica castitate succidit[i]*? Tempus amplexandi et tempus longe fieri ab* Eccl. 3, 5.
amplexibus. Ieremias captivitate propinquam[k] *uxorem prohibetur accipere; Ezechiel in* Ier. 16, 2.
Babilone: 'Mortua est' inquit, 'uxor mea et apertum est' inquit, 'os meum'. Nec ducturus Ezech. 24, 18.
uxorem nec ille qui duxerat[l] *audire illum versiculum: 'Filii tui sicut novellatio olivarum* Ps. 127, 4.
in circuitu[m] *mensae tuae et videas filios filiorum tuorum'. Nunc de continentibus dicitur:* 1. Cor. 6, 17.
'Qui adheret Domino, unus spiritus est et adhesit anima mea post te, me suscepit dextera Ps. 62, 9.
tua'. Tunc oculum pro oculo, nunc verberanti maxillam prebemus et alteram. Illo tem- Matth. 5, 38 sq.
pore bellatoribus dicebatur: 'Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime'; modo Ps. 44, 4.
audit Petrus: 'Conde gladium tuum in vaginam suam. Qui enim percusserit gladio, Matth. 26, 52.
gladio morietur'. Hec dicimus non separantes legem et euangelium, ut Martion calumpniatur, Ioh. 18, 11.
sed unum atque eundem suscipientes Deum qui pro varietate temporum atque causarum principio[n] *et fine serit, ut metat, plantat, ut habeat quod succidat, iacit fundamentum, ut aedificationi consummato seculo culmen imponat.*

a) cum his, qui nobis haerent *Aug.* b) corrigantur *Aug.* c) anteponebam *Hier.* d) Domini *Hier.* e) Quodsi et nobis *Hier.* f) ab ultimo die *Hier.* g) nuptui *Hier.* h) *ita c. Vulg.*; radices *Hier.* i) succidat *Hier.* k) propinqua *Hier.* l) *Hier. add.*: possunt in opere coniugali libere prophetare. Olim gloriae erat illum audire versiculum. m) *Abhinc quae e scriptura sacra [illegible] plerumque tantum litteris initialibus signantur.* n) principium et finis *Hier.*

1 *Breviarium spurium in psal. C. Opp. ed. Vallarsius VII. app. col. 269.* 2 *Epist* 123. § 13, *Opp. I, col.* 909 *sq.*

EPISTOLA DE SACRAMENTIS HAERETICORUM.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Ex eodem codice Guelferbitano nr. 782, *quo libellum de vitanda missa uxoratorum sacerdotum invenit, M. Sdralek sequentem epistolam (f.* 26′—33′*) publici iuris fecit, qua G. quidam magister discipulo quid de sacramentis haereticorum sentiendum sit quaerenti praecipue scriptura sacra nisus respondit*[1]. *Auctor, qui iam antea epistolam de corpore et sanguine Domini scripserat, provectioris aetatis fuisse videtur, cum non semel de infirmitate sua queratur. De tempore quo opusculum compositum sit nihil certi habemus; cum vero de quaestione agat, quae saec. XI. et XII. saepius disputabatur, eodem fere tempore etiam nostrum libellum compositum esse eo facilius tibi persuadeas, quod in eodem codice alia quoque ad litem investiturae pertinentia legantur.*

Argentorati, mense Septembri a. 1892. *E. SACKUR.*

Questio de sacramentis hereticorum.

Domino ac magistro suo G., viro divinae legis eruditione perfecto et in omni morum honestate gratia Dei perspicuo, G. quicquid optimo catholicoque magistro discipulus. De sacramentis hereticorum, dulcissime virorum, limina bonitatis vestrae pulsamus. Diversi etenim de his hactenus diversa dixerunt et nos in dubio sua diversitate liquerunt. Ad vos igitur de tanta diversitate confugimus obsecrantes in Domino, quatenus quid de sacramentis apostatarum et hereticorum, quos euangelica falce precidit aecclesia, sentire debeamus, nobis aperire velitis. Si ergo dixeritis, quod vere sacramentum corporis Christi conficiant, certe miramur de illa catholica scriptura, que ait, quod locus veri sacrificii preter aecclesiam esse non possit[2], et illam, que in persona Domini videtur loqui de talibus: *Maledicam benedictionibus vestris* et e[a] converso.
Mal. 2, 2. *f. 27. Et iterum: *Panis eorum panis luctus; omnis qui manducaverit* *ex eo contaminabitur.*
Os. 9, 4. Si vero dixeritis, quod non conficiant, iterum iterumque miramur, quid fideles, qui eos et apostatas et excommunicatos ignorant, in eorum sacramento percipiant. De peccatoribus euangelica falce precisis ista quesivimus. Constat enim de peccatoribus

a) he c.

1) *Cf. 'Wolfenbüttler Fragmente' p.* 107 *sq.* 2) *Prosperi Sententiarum ex Augustino c. XV, August. Opp. ed. Bened. X, app. col.* 224 *B; Prosperi Opp. (Paris.* 1711*) col.* 545; *v. Libelli II. p.* 323.

infra manentibus, quod nec a bono magis nec a malo minus[1] corpus Christi conficitur, quia si in merito esset sacerdotis, non pertineret ad Christum. Ista de sacramento corporis et sanguinis Christi quesita sufficiant.

Restat de eorundem hereticorum baptismo querendum, utrum in remissionem peccati baptizent an non. Si dixeritis, quod in remissionem peccati baptizent, manus impositio iussa vel data pro illis qui baptizantur a talibus videtur omnino superflua. Si vero negaveritis eos in remissionem baptizare peccati, quid dicemus de illis, qui in simplicitate fidei suae precisionem ignorantes eorum baptizantur a talibus? Si ante manus impositionem de hac vita discesserint, utrumne baptizantis infidelitate dampnentur an fidei suae simplicitate salventur? Si baptizantis infidelitate dampnantur, quid faciemus de illa divina sententia Iohannis[a] loquentis: *Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam et manentem super eum, hic est*[b] *qui baptizat!* Si vero baptizati fidelitate et ignorantia sua salvantur, quid faciemus de IIII paradisi fluminibus, id est IIII euangelii libris, qui beatitudinem paradisi nisi in paradiso non habent? [illegible]

Sequitur respondentis epistola.

G. fratri G. salutem.

Prudens sapientis interrogatio interrogati est ad respondendum informatio. Gratulor et gratias tibi refero, quod interrogando me plurimum erudisti, quia et respondendo et scribendo profeci. Obsecro ergo, ut sicut tua peticio suis apud me votis usa est, sic et mea obtineat apud te que secuntur. Si qua caritati tuae scripsi, defer ad torcularia, defer ad ignem prius probanda *quam publicanda. Sacri senis aures *f. 27'. fidelissima Christi torcularia sunt; spiritus quoque illius cum Seraphin ardens est caritate, incendens exemplo, lucens veritate. Ad ipsum refer, quatenus illius iudicio eliquatur, illius testimonio examinetur inter ipsum et te, et quicquid illi visum fuerit remaneat, quod vero eius iudicium offenderit competenti desubtus signatum obelo[2] ad me remitte, quatenus a me ipso abrasum in nova emendationis cude reformetur. Salutationem illic non prefixi, plus diligens meritum cum silentio quam inane nomen in publico. Id te summa diligentia a me monitum et exoratum intellige, ut nec oculus alienus videat nec auris aliena audiat nisi prius examinatum, nisi diu probatum, nisi alta consideratione eliquatum, nisi diuturno silentio ponderatum: hoc sapientium mos est, hoc religionis auctoritas est. Non aliud me tibi scripsisse noveris quam quod duorum testamentorum auctoritas confirmat.

Predicte quaestionis de sacramentis hereticorum eliquata responsio.

Assit nobis omnium sacramentorum arbiter, Spiritus sanctus, quo et tuo studio et nostro desiderio satisfaciamus. Speramus et firmam in Domino fiduciam habemus, quod nec menti humilia meditanti nec linguae sana loquenti nec manu recta scribenti deerit, presertim cum scriptum sit: *Desiderium pauperum exaudivit Dominus praeparationem*[d] *cordis eorum audivit auris tua.* [illegible] Augustinus de vera religione inquit[3]: *Non in confusione paganorum nec in purgamentis hereticorum nec in languore scismaticorum nec in cecitate Iudeorum quorundam*[e] *est religio, sed apud eos qui christiani appellantur, catholici vel ortodoxi*[f], *id est integritatis custodes et recta sectantes. Ecclesia ergo utitur*

a) Iohanni *c.* b) e. q. b. *c.* c) in *falso Sdr.* d) c. c. a. a. t. e) quorenda *Aug.* f) qui christiani, catholici vel orthodoxi nominantur *Aug.*

1) *Cf. Paschasii Radberti Liber de corpore et sanguine Dom. c.* 12 (*Opp. ed. Paris* 1618), *col.* 1588. 2) *Cf. Hieron. Epist.* 106, *c.* 7, *Opp. ed. Vallarsius I, col.* 645. 3) *August. de vera relig. c.* 5, § 9, *ed. Bened. I, col.* 751, *sed verbis aliquantulum mutatis.*

omnibus errantibus ad profectus suos, gentibus ad materiam operationis suae, hereticis [*f. 28.] *ad probationem doctrinae, scismaticis ad documentum stabilitatis, Iudeis ad *comparationem pulchritudinis, carnales vero suos tanquam paleas tolerat, quibus in area tutiora sint frumenta. Alios ergo invitat, alios excludit, alios relinquit, alios antecedit, omnibus tamen gratiae participande dat potestatem, carnales tolerat usque ad ventilationem.* Frater dilecte, non negligenter intuenda est hec galeata patris Augustini sententia. Hoscitantibus vel nulla vel exilis videtur, sed tam ponderosa est sensu, tam illustris veritate, tam discreta gradibus, tam plena doctrinis, ut qui recte eam perpendit a multis se expedire queat. Quinque gradus adversantium visibiliter inimicorum Christi et aecclesiae proposuit, paganorum, hereticorum, scismaticorum, Iudeorum, carnalium. Sed de paganis et Iudeis, de quibus certum est, relinquamus. De carnalibus usque ad competentem suae disputationis locum differamus. De hereticis vero et scismaticis non nostro sensu, sed auctoritate sanctarum scripturarum loquamur; de quibus, quid apud eos vel per eos agatur, cum illuxerit, facilis erit de apostatis responsio. Inter [Ps. 103, 10.] medium montium pertranseunt aquae scripturarum, de medio petrarum dent voces [ib. 12, 9.] qui vera loqui velint. Non transgrediantur terminos, quos constituerunt patres eorum, ne forte sicut Moyses constituens terminos circa montem lapidari iussit bestiam, que [Exod. 19, 21 sq.] tetigisset montem. Igitur sacrae scripturae verba sequamur, sanctorum patrum vestigiis [Ps. 103, 12.] innitamur, de medio petrarum demus vocem per omnia securi, domine Iesu Christe, [ib. 41, 8.] in voce cataractarum[a] tuarum. Duo sunt auctoritas et ratio, que tunc rite se comitantur, cum auctoritas more matronae precedit, ratio vero more ancillae subsequens devote subservit. Si vero ordine prepostero ratio precedat, caret auctoritatis fundamento et ideo vacillat, fides periclitans incerta fluctuat, spes non erigitur, caritas per inflationem evacuatur. Non rationem improbamus, sed auctoritatem preferimus, non rationem dampnamus, sed in obsequium et usum auctoritatis redigimus. Salubrius [*f. 28'.] *Origines, Osius, Bonosus auctoritatem sequerentur, qua tuta est fides et certa salus, quam sequentes rationem naufragium fidei et salutis passi sunt.

[3. Reg., 12 sqq.] Scrutemur hystoriam libri regum et videamus execrabilem separationem X tribuum a cultu Dei, a templo, a domo David, videamus, qualiter Iuda et Beniamin in cultu [Ose. 4, 17.] Dei veri permanserint, ubi verum secundum legem sacerdotium et sacrificium. Apud [ib. 5, 3 sq.] Israhelem vero sive Ioseph sive Effraim, quia his vocabulis X tribus ab Osee frequenter appellantur, nec verum sacerdotium nec verum secundum legem fuerit sacrificium, quippe a Deo separati, a templo alienati, a domo David elongati non Deo, sed vitulis aureis sub rege Ieroboam, filio Nabath, qui peccare fecit Israel, sacrificaverunt. Et quicquid de Iuda et Beniamin legerimus, hoc de aecclesia[b] catholica sentiamus; quicquid vero de X tribubus legerimus, idem de hereticis intelligamus et scismaticis. Ieronimus super Oseae inquit[1]: *Quod in Israel et Iuda secundum hystoriam diximus vel tipum, ad hereticorum conciliabula et ad aecclesiam referamus, quia[c] illud absque misericordia et regno relictis aecclesiam Dei virtute superet.* Item Ieronimus[2]: *Israel proiectus a Domino et captivatus et in Babilone cibis sustentatus inmundis vocatur non populus Dei et abiectus in perpetuum.* Hoc in persona hereticorum manifestum est. Item Ieronimus[3]: *Qui ablactatus recedit a matre, lacte non vescitur, externis alimentis sustentatur.* Frater dilecte, non nos fallant questiones, non seducant rationes, non diversa sentientium inpediant opiniones; hystoriam ingrediamur et quicquid nobis de Iuda et

a) caractarum *c.* b) *superser. c.* c) quod illis absque misericordia derelictis regnumque perdentibus ecclesia Dei sua virtute superarit *Hier.*

1) *Hieronym. Comment. in Osee I, c. 1, ed. Vallarsius VI, col. 9. Verbis mutatis.* 2) *Ib. t. VI, col.* 10. 3) *Ib. Mutatis verbis.*

Israel littera simplex responderit, hoc de aecclesia et hereticis simul et scismaticis perfecta fide sentiamus. Osee propheta, fortissimus religionis et fidei zelotes, tota virtute contra X tribus effertur vel potius efferatur, unde etiam quicquid contra ea dixerit, hoc totum contra hereticos et scismaticos intonuisse credatur. Fuit quidem Israeliticus ille populus hereticus, quia cultu Dei derelicto et vitulis aureis immolans perverse sensit et obstinate; fuit scismaticus, quia ab unitate domus David se separaverat. Heretici sive scismatici aureos pravi et perversi sensus vitulos in cordibus suis sequentes potius quam Deum consequenter se ab unitate sanctae aecclesiae scindunt. Unde etiam sancta aecclesia ipsos, qui prius per errorem se alienaverant euangelica falce adhibita a communione manifesta animadversione resecat vel pie eo redire ad unitatem sic cogens vel publicato errore, ut caveantur, ammonens.

Separati ergo quid habent vel quid agunt? Numquid habent sacerdotium? Sacramentum sacerdotii intus accepti habent, sed foris potestatem et virtutem sacerdotii amiserunt. Unde Osee ad Israel separatum a Deo, a templo, a tribu Iuda dicit: *Quia repulisti scientiam, repellam te, ne fungaris sacerdotio.* Frater dilecte, quia sacerdotii virtutem amiserunt, luce clarius est, quam consequenter nec corpus nec sanguinem Christi conficiant. Sacramentum unitatis non nisi in unitate sive ab unitate conficitur. Ut enim ait apostolus: *Unus panis, unum corpus multi sumus.* Quid ad hoc dicis, Osee? *Comedent,* inquit, *et non saturabuntur.* Utique quia non est essentialiter caro et sanguis Christi, quod a talibus et foris conficitur. Non saturabuntur, sed fraude vana eludit commestio et corda vorantium vacua relinquit. De unitate vero ecclesiae, que cotidiana vota veri corporis et sanguinis Christi offert Deo, dicit psalmista: *Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt*[a] *Dominum qui requirunt eum: vivent corda eorum in saeculum saeculi.* Sed ne quis nos calumpnietur de eo, quod in sequentibus adicitur: *Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae*, id de malis, qui non separati intus nobiscum communicant, dicitur. De his vero qui foris sunt, minime dici posset. Nam nec intus sunt, ut nobiscum manducent, nec foris habent ut manducent. Unde Dominus ad Moysen: *Hec est religio phase. Omnis alienigena non comedet ex eo, advena et mercennarius non edent ex eo; in una domo comedetur nec efferetis de carnibus eius foras.* Itaque, frater dilecte, si nec intus comedunt, quia intus non sunt, si foris non comedunt, quia foris non invenitur, restat, ut prorsus eo careant, quod nec foris nec intus habent. Unde Osee: *Super triticum et vinum ruminabant.* Ieronimus[1]: *Super falsis misteriis corporis et sanguinis Christi ruminant et meditari simulant.* Que ergo est causa vel ratio non vere consecrationis, sed vanae ruminationis? Idem Osee in persona Domini infert dicens: *Recesserunt a me.* Ecce causa, ecce ratio, quia Christum dereliquerunt et aecclesiae unitatem. Quid igitur? Numquid, si corpus et sanguinem Christi non conficiunt, ideo nichil conficiunt? Quid igitur conficiunt? Osee dicit: *Sacrificium eorum quasi panis lugentium, omnes qui comedunt eum contaminabuntur, quia panis eorum animae ipsorum non intrabit in domum Domini.* Esayas quoque adventum Christi prophetans inter caetera gratiarum munera, que promisit in adventum Christi complenda, id adiecit dicens: *Iuravit in dextera sua et in brachio fortitudinis suae, si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis et, si biberint alieni vinum tuum, in quo laborasti, quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt Dominum et qui conportabunt illud bibent in atriis sanctis meis.* Ieronimus[2]: *Triticum et vinum, cibus Iudeorum, corpus Christi significabant. Unde*

a) *Abhinc verba scripturae sacrae litteris tantum cursivis signantur.*

1 *Comment. in Osee II. c. 7. ed. Vallarsius VI. col 8.* 2 *Quem locum apud Hieronymum non inveniri Sdralek monuit.*

caro mea vere cibus et sanguis meus vere potus est. Hic hodie non sumitur ab hereticis, paganis, Iudeis, aecclesiae inimicis. Huc usque Ieronimus. Apostolus quoque dicit: (Rom. 8, 9.) *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Item Christus in euangelio: (Ioh. 15, 1 sqq.) *Manete in me, et ego in vobis.* Pretereamus parabolam palmitis propter scribendi compendium, teneamus sententiam quam adiecit: *Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et arescet, et colligent eum et in caminum mittent et ardet.* Frater dilecte, confer verba Christi cum verbis apostoli et videbis, quia non manentes sed recedentes a Christo et unitate aecclesiae membra Christi non sunt et spiritu Christi carent et foras missi aridi sunt et fructum non faciunt, quia sine Christo sunt, qui dixit: *Sine me nichil potestis facere.* Quia igitur sine Christo sunt, potestatem faciendi fructus amiserunt. Palmes non manens in vite foras mittitur et arescit et ideo fructum non facit, quia in unitate non est, et heresiarchae sive scismatici illius, (*f. 30.) sicut in *libro Regum legitur, (3. Reg. 13, 4 sq.) manus extenta exaruit et altare divisum est. Manus hereticorum et scismaticorum arida est, ut nichil conficiat, altare scissum est, ut nichil excipiat, nichil contineat, nichil astantibus prebeat.

Docuisti nos, Iesu Christe, de recedentibus a te, quod sunt aridi et sine fructu. Nunc econtra quid manentes in te agant, quid efficiant, quam potestatem efficacem habeant, restat doceas, quatenus plene et perfecte de his duobus oppositis quid credere, (Ioh. 15, 7.) quid indubitanter sentire expediat intelligamus certius ex ore tuo. *Si,* inquit, *manseritis in me et verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis et fiet vobis.* Notanda sunt verba Christi et cum summa gratiarum relatione amplectenda. *Si manseritis,* inquit, *in me.* Ecce unitas. *Et verba mea in vobis manserint.* Ecce obedientia. *Quodcunque volueritis petetis et fiet vobis.* Ecce potestas, ecce efficatia, ecce virtus in peticione. Unitas petit et impetrat; scismatici et heretici petunt nec impetrant, quia non recte petunt eo quod extra unitatem petant, et ideo oratio eorum sit in peccatum; et ideo qui ex consensu erroris cum eis orat vel panem execratum cum eis in altari eorum comedit, vel vinum, quod est de vinea Sodomorum cum eis bibit, contaminatur peccato, maledictus a Deo quasi panem luctus comedit, utique sicut palmes non manens in vite, sed aridus et ideo colligendus et in ignem mittendus et arsurus. Sarmenta enim precisa cunctis lignis sunt viliora, quia nullis usibus deputantur, sed igni; vel in vite sint, vel in igne erunt sine neniae alicuius mediato. Quid amplius dicam? (cf. Gen. 8, 6 sq. ib. 9, 22 sq.) Lege libros Moysi et quicquid de corvo evolanti de archa et quicquid de Cham[a] (ib. 15, 9. 10.) maledicto et quicquid in vespertini sacrificii Abrahae divisione, ubi tantum aves non (cf. Num. 16.) sunt divisae, quicquid de Dathan et Abiron et cunctis qui alienum ignem obtulerunt repereris, hoc contra hereticos et scismaticos in argumentum verissimum tibi assume. (*f. 30'.) Lege librum *Regum et, sicut pretaxatum est, de aecclesia et eius adversariis, secure intellige. Lege prophetas et quicquid contra Israelem, ex quo a domo David et cultu Dei separatus est, dixerint, contra hereticos et scismaticos dicta esse restat, quicquid vero contra Iudam et Beniamin dixerint, id in redargutione aecclesiae delinquentis intellige. Lege librum Iob et invenies quod contra eundem aecclesiae figuram gerentem tres illi personam hereticorum gerentes debachati non obtulerint, sed Iob in figura aecclesiae. Veniamus ad novum testamentum, ubi pridie quam pateretur Iesus Christus dominus noster instituit sacri corporis et preciosi sanguinis sui sacramentum. Quis instituit, quid instituit, cui instituit, ubi instituit, ad quid instituit? Domine Iesu (Ps. 18, 13—15.) Christe, *ab occultis meis munda me et ab alienis parce servo tuo et erit, ut complaceant tibi eloquia oris et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Domine Iesu Christe, (Is. 6, 6. 7.) mitte unum de Seraphin[b], qui carbone de altari per forcipem sublato purget labia

a) cha maledicto (!) *c.* b) serapin, h *postea superscr. c.*

mea, quo digne et fideliter de tuis sacramentis loquar. Quis instituit? Iesus Christus, Deus et homo, verbum in principio apud Deum, sed oportuno tempore verbum caro factum, una persona Deus et homo, natus ex virgine; hic in cena instituit sacramentum corporis et sanguinis sui. Quid, inquam, instituit? Ut verbum caro factum et natum ex Maria, personaliter ipso in manibus panem et vinum suscipiente et gratias agente et benedicente sub sacramento panis et vini, idem verbum caro fieret vere et essentialiter, quod natum est de virgine, quod passum est in cruce. Verbum Dei, caro factum, benedixit panem et vinum, verbum univit se pani et vino et sua benedictione et unitate convertit panem in carnem et vinum in sanguinem. Si quis attenderit idem esse verbum, quod in utero virginis universe carni et quod in cena universe pani et vino, non mirabitur eundem et unum esse Christum, qui natus est de virgine personaliter et rursus in cena verbum caro factum est sacramentaliter simul et essentialiter. Sacramentaliter dico propter speciem prioris substantiae[a], essentialiter *dico propter veritatem carnis et sanguinis, quorum utrumque simul unitum sibi habens verbum idem Christus est, qui natus est de virgine, qui datus est discipulis in caena, qui passus in cruce, qui resurrexit, qui ascendit, qui sedet ad dexteram patris, qui manducatur in altari, sed in aecclesia, non extra aecclesiam. Cui instituit? Utique non illis qui extra sunt, sed aecclesiae, que tunc parva et exilis in paucis discipulis, nunc magna et gloriosa est in universa terra. Ubi instituit? Revolve euangelium et invenies, quia *vespere facto discumbebat cum XII discipulis suis*. Ecce non inter eos qui extra erant, sed inter apostolos, qui aecclesiasticae unitatis primitiae erant corporis et sanguinis sacramentum instituit, non extra. Ad quid instituit? Replica Genesim, replica apostolum, replica euangelium, et in singulis repperies id esse scriptum: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae et erunt duo in carne una.* Quae duo vel que una caro? Corpus Christi personaliter in ascensione sublimatum in celum, sicut scriptura testatur, sedet ad dexteram Patris, ad corpus eius, quod est aecclesia, in valle lacrimarum peregrinatur in terra. Quatenus ergo capiti corpus fide recta, spe firma, caritate perfecta artius copularetur, instituit Christus sacramentum corporis et sanguinis sui[b], quo pascit aecclesiam sponsam suam, quo etiam peregrinantem confirmat et certissimo pignore de futura coniunctione confederat. Ecce igitur corpus Christi cum capite, cum sponso suo una caro efficitur, quia dum in eius commemorationem carne eius vescitur et sanguine potatur, artiori illi unitur caritate, quia quem in futuro sibi in gloria copulandum expectat, hunc in sacramento carnis et sanguinis pregustans iam sibi unitum habet. Quorsum hec sacramenti explicatio pertineat, miraris forte. Respondeo: Quis instituerit, quid instituerit, cui instituerit, ubi instituerit, ad quid instituerit, idcirco commemoravi, ut, si recte pensaveris institutorem et rem institutam et cui sit instituta et ubi sit instituta et ad quid sit instituta, perfecte noveris hoc sacramentum non esse eorum nec *adtinere ad eos, qui extra unitatem Christi et ecclesie sunt, sed ad eos, qui corpus Christi sunt, hic confirmandos et confederandos, quo et hic unum sint cum Christo et in futuro certi sint de regno. De confederatione huius sacramenti in alia scripsi epistola[1] et ideo nunc pertesum est replicare, presertim quia infirmor et labore scribendi gravor.

Matth. 26, 20

Gen. 2, 24. Matth. 19, 5. Eph. 5, 31.

Item quid catholicus ab heretico sive scismatico, quem esse talem ignorat, accipiat queris. Vere communionis benedictionem ab eo non accipit, apud quem non est. Vere maledictionis, que apud eum est, contaminationem non accipit, quia ignorat nec consentit. Quid ergo? Existimans esse illum membrum Christi, ministrum Christi si

a) subest c. b) *in marg. add.* c.

1) *Quae ignota est.*

accedit quasi ad communionem simplici et fideli devotione, numquid sine fructu erit
Ps. 25, 4. benedictionis? Non utique. Nam quid in psalmo XXV. iustus dicat audi: *Non sedi*
ib. 5. *cum concilio vanitatis et cum iniqua gerentibus non introibo. Odivi ecclesiam malignantium*
ib. *et cum impiis non sedebo.* Ecce iustus non consentit malo. *Lavabo*[a] *inter innocentes*
manus meas. Ecce consensus bonorum, etiamsi corpore sit inter malos. Quid sequitur?
ib. 6. *Et circumdabo altare tuum, Domine.* Quod est altare, hoc fides Christi, in corde iusti
est altare, quod fideli devotione amplectitur iustus. De altari materiali communicant
boni et mali veruntamen in aecclesia. De altari vero spirituali non communicant
Ioh. 6, 57. nisi soli predestinati. Quid ergo comedunt? Quid bibunt? Christus inquit: *Qui*
manducat corpus meum et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo. Manere
in Christo et habere Christum in se manentem, hoc est manducare Christum spiritualiter, hoc est manducare carnem et bibere sanguinem Christi spiritualiter. Unde in
Ioh. 6, 27. inicio sermonis illius sic exorsus est Christus: *Operamini non cibum qui perit, sed qui*
permanet in vitam eternam, quem filius hominis dabit vobis. Quod exponens adiunxit:
ib. 29. *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum.* Fides in corde iusti est altare, in quo filius
hominis per occultam gratiam cibum conficit, scilicet caritatem, quam iustus Christum
credens et diligens et aecclesiae unitatem fide quoque operante per dilectionem amplec-
tens die ac nocte sic manducare *et bibere carnem et sanguinem Christi non cessat,
etiamsi corpore nunquam recedat ab hereticis et scismaticis.

Hucusque de hereticis et scismaticis, qui foris sunt, diximus; nunc de malis et carnalibus, qui intus nobiscum sunt, paulisper inmoremur. Mali sive carnales propter lucra et commoda temporalia non propter Christum nobiscum in ecclesai conversantur, nec tamen ad sortem salutis pertinent, quia non Christum, sed que sua sunt quaerunt. Tales aecclesia ut febres sustinet nec a communione separat, quia idem nobiscum confitentur et speciem pacis et caritatis in unitate aecclesiae magis pro lucro carnali quam pro Christo preferunt. Gratia igitur unitatis et pacis hoc beneficium obtinent, ut in omnibus sacramentis aecclesiasticis celebrandis veram efficaciam habeant. De talibus dicit Augustinus[1]: *Intra catholicam aecclesiam nichil a bono magis, nichil a malo minus* et cetera que secuntur. Tales aecclesia sustinet nisi forte contingat, quod
1. Cor. 5, 11. dicit apostolus: *Si quis frater nominatur fornicator* et cetera usque *nec cum eo cibum sumere.* Augustinus[2]: *Nominationem intellige sententiam, que fit in aliquem ordine iudicario. Nam si sola nominatio sufficit, multi dampnantur innocentes.* Repetamus in exordio pretaxatam Augustini sententiam galeatam; inquit enim[3]: *Non in confusione paganorum nec in purgamentis hereticorum nec in languore scismaticorum nec in cecitate Iudeorum querenda est religio, sed apud eos, qui christiani appellantur catholici vel ortodoxi, id est integritatis custodes et recta sectantes.* Item adiecit Augustinus in sequentibus: *Carnales vero tolerat usque ad ventilationem.* Quinque ergo gradus ponens apud IIII[or], quia foris sunt, dicit non esse querendam religionem; carnales vero, quia speciem unitatis non propter Christum, sed propter commoda carnis secuntur, dicit esse intus tollerandos usque ad ventilationem. Plures non sunt visibilium adversariorum gradus. Quid ergo de apostatis dicemus? Aut in his gradibus includentur aut inter adversarios Christi non asscribentur. Si inter hos non ascribentur, numquid inter amicos Christi scilicet catholicos et ortodoxos annumerabuntur, *aut inter inimicos denique aut amicos numerum et locum sortientur? Videamus huius vocabuli interpre-

a) laudabo c.

1) *Paschasii Radberti L. de corpore et sanguine Domini c.* 12, *l. l. col.* 1588; *cf. quae Schalek p.* 71, *n.* 1. *adnotat.* 2) *August. Sermo CCCLI de poenitentia, c.* 4, § 10, *ed. Bened. V, col.* 1360 *E, sed non ad verbum.* 3) *V. supra p.* 13.

tationem et facile ubi adnumerentur reperiemus. Apostata enim Grece, Latine [illegible] interpretatur. Cur autem refuge dicuntur, nisi quia a Deo refugerunt, [illegible] gradi a salute vera recesserunt, nisi quia a religione sacra tergiversati sunt[illegible], nisi quia unitatem, in qua tantum salus est, reliquerunt, nisi quia caritatem fraternam [illegible] in blasphemiam[a] Spiritus sancti, que est peccatum diaboli, inciderunt. Qui nisi convertantur et redeant ad unitatem dum vivunt, nullam post vitam consequentur salutem. Apostolus nec frustra dixit: *Pacientia Dei te ad penitentiam adducit*, nec [illegible] perseverantibus frustra dixit: *Sed*[b] *duriciam tuam et cor inpenitens [illegible] iram in die ire* et cetera[c]. Unde Augustinus ad Bonifacium[1]: *Hoc non potest [illegible] aliquo esse commissum, nisi cum de corpore exierit.* Ex interpretatione igitur vocabuli et intuitu criminis nequiores et sordidiores cunctis V gradibus illos esse asserimus, quia invisibiles apostate olim angeli nunc diaboli consortium transeuntes visibilium inimicorum reatum voluntario et studioso salutis contemptu transcenderunt. Accessit preterea ad cumulum dampnationis ipsorum falx euangelica. Sed quia visibiles sunt, numquidnam nullum inter adversarios visibiles sortiuntur locum? Sortiuntur utique. Quem ergo? Audi. Generale omnium malorum et ideo recedentium et catholicorum et ortodoxorum religionem relinquentium vocabulum est apostata, quia licet V inter se graduum differentiis distent, tamen hoc vocabulo probroso et reatu mortifero omnes mali includuntur, quia Christum auctorem salutis et aecclesiae unitatem, ubi locus est salutis, deseruerunt. Apostatae igitur generali vocabulo censentur, quia generali omnium reatu participant. Quorum omnium? Utique omnium visibilium et invisibilium. In omnium enim reatu generaliter et spiritualiter communicant, tanto utique nequiores, tanto sordidiores, quanto non singularem, sed communem cum omnibus gradibus locum et numerum obtinent. Cum diabolo *sunt et dicuntur apostate; cum paganis idolatrae sunt irreligionis, cum Iudeis sacrilegi, cum hereticis perfidi, cum scismaticis instabiles, cum omnibus carnalibus spurcissimi, cum his omnibus, quia omnes a Deo apostaverunt, apostate sunt. Si ergo quid tales conficiant proponis, ego tibi ex simili quid hereticus conficiat propono. Igitur cum hereticorum et scismaticorum neniis apostatarum incantationes quoque exsufflemus. Non mireris, quod ab exordio scribendi quasi inseparabiles comites hereticos et scismaticos frequenter coniunxerim. Utrique enim extra unitatem sunt et quandam pre cunctis gradibus familiaritatem ad invicem habent. Omnis namque hereticus est et scismaticus; quidam vero scismaticus non est hereticus; sed fieri potest, ut ex scismatico pertinaci fiat hereticus perversus et perfidus. Donatiste namque cum primo essent ut scismatici, paulatim per incrementa obstinati erroris facti sunt heretici.

Queris itidem de hereticorum baptismo. Respondeat ergo pro me Augustinus, quem Christus ad murenulas aureas vermiculatas argento aecclesiae sponsae suae [illegible] fabricandas fidelem et operosum fabrum elegit. Inquit ad Bonifacium Augustinus[2]: *Cum Christus discipulis dixisset: 'Accipite Spiritum sanctum', continuo subiecit: 'Quorum [illegible] remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.* In eodem Augustinus[3]: *Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius capud est salvator corporis [illegible]. Extra hoc corpus neminem vivificat Spiritus sanctus, quia sicut dicit apostolus: [illegible] Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus [est*[d] *nobis].* Non habent itaque Spiritum sanctum, qui sunt extra[e] ecclesiam. Item ad Petrum Augu-

a blaspemiam c. b secundum [illegible] c C.: [illegible] e om. c.

1 *Epist.* 185. c. 11. § 49. *ed. Bened.* II. col. 662 G. 2 [illegible] 662 F. [illegible] *mutatis.* 3 *Ib.* § 50. p. 663 B.

stinus[1]: *Sive in heresi vel scismate quisquam in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti
baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit, sed salutem, que est virtus
sacramenti, non habebit, si extra ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit.* Ergo
ideo debet ad ecclesiam redire, non ut sacramentum baptismi iterum accipiat, sed ut
in societate catholica vitam eternam accipiat, ad quam obtinendam nunquam potest
esse idoneus, qui cum sacramento baptismatis ab aecclesia catholica remanserit alienus.
*f. 33'. Item Augustinus *de unico baptismo[2]: *Spiritus sanctus quidem in sola catholica aecclesia
per manus inpositionem dicitur dari. Hoc intelligi maiores voluerunt quod ait apostolus:*
Rom. 5. 5. *'Karitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.*
Gen. 8. 11. Frater dilecte, si foris est ramus olivae, novit columba quomodo eum reportet in
archam, quia sive scienter sive ignoranter quis ab hereticis baptizetur, Spiritus sanctus
eum revocare ad unitatem, in qua tantum salus est, non negligit, si hoc ad pacem
unitatis pertinere prescivit.

Ps. 103. 11. In omnibus, que caritati tuae scripsi, ita aquas *inter medium montium* pertrans-
ib. 13. euntes mansuete secutus sum, ita humilem *de medio petrarum* dedi vocem, ut tam-
Luc. 10. 35. quam fidelis et devotus duorum denariorum a Samaritano nostrae infirmitati traditorum
fenerator extiterim, duobus testamentis fideliter inherens sanctorum patrum tractatibus
concordans, sacrorum conciliorum decretis et canonibus per omnia consentiens, aecclesiae
unitatem[a] devota caritate amplectens. Vale. Cum magna valitudinis iniuria caritati
tuae id tantillum scripsi, sine preiudicio maiorum sive meliorum sive doctorum.

a) *superscr. c.*

1) *Fulgentii lib. de fide ad Petrum c.* 3, § 43, *August. opp. ed. Bened. VI, app. col.* 27 *E.*
2) *De baptismo contra Donatistas III, c.* 16, § 21, *ed. Bened. IX, col.* 116 *D.*

HESSONIS SCHOLASTICI RELATIO DE CONCILIO REMENSI.

EDIDIT

W. WATTENBACH.

Commentarium de rebus a. 1119. *inter Calixtum II. papam et Heinricum V. imperatorem gestis primus publici iuris fecit Seb. Tengnagel a.* 1612. *in Monumentis adversus Schismaticos p.* 329—338, *quae editio repetita est inter Opera Gretseri Vol. VI. a.* 1735. *Idem recte animadvertit, eximium hunc libellum tribuendum esse Hessoni cuidam scholastico, usus loco Ekkehardi (SS. VI, 255), qui eundem et laudavit et in usus suos convertit. Quem cum propter animum a rebus imperatoris et imperii commodo prorsus alienum, et qui caesarem ne nomine quidem imperatorio appellare dignatus fuerit, Francogallum fuisse putaremus, primus W. Giesebrecht*[1] *demonstravit, eum in diplomatibus Argentinensibus annorum* 1116—1119. *inveniri inter canonicos maioris ecclesiae, ubi* Hesso scolarum magister *appellatur. In ipsa Heinrici V. charta, quae a.* 1119. *data esse videtur*[2], *inter testes apparet una cum Cunone episcopo. De hoc, ut Phil. Jaffé monuit, Adelbertus Moguntinus archiepiscopus paucis annis post Calixto papae scripsit, quod* statim post Remense concilium misericordiam postulavit et a cardinali sancte Romane ecclesie absolutionem recepit. *Antea eum in obsequio regis assiduum fuisse refert*[3]. *Eodem tempore Hessonem quoque a regis partibus descivisse verisimile est, et Wilhelmo de Campellis, cuius fortasse, cum Parisiis doceret, discipulus fuit, adhaesisse, cum paciscendi causa Argentinam venisset. Nam ab hoc inde tempore narrationem suam orditur, prius facta non attingens; ne id quidem refert, quis legatos istos miserit, utrum a pontifice destinati fuerint an suo Marte pacem restituere, vel potius imperatorem verbis suasoriis ad concessiones imprudenter faciendas impellere, conati fuerint. De Pontio autem fere nihil traditur, solius episcopi partes luculenter explicantur. Sed cum magna concludendae pacis spes excitata fuisset, cum totius concilii incommodo et vehementi multorum indignatione bellum recruduit, et haec causa fuisse videtur, quae Hessonem ad enarrationem totius negotii compulit, ut bene animadvertit J. Haller*[4]. *Ubi cum culpam rei in imperatorem reiciat animoque adversus hunc satis infesto scripserit, tamen veritati studuisse videtur, multumque abest a fabulis, quas Iohannem cardinalem loquentem facit Ordericus Vitalis, tamquam armorum terrore imperator pontificem ad fugam*

1) *In libro 'Gesch. d. deutschen Kaiserzeit' III, 1048, a.* 1869. [illegible] *invenies in Cod. Dipl. urbis Argent. a. Wiegandio edito I,* 56 *et* 57. 2) *L. c. p.* 59. 3) [illegible] *Rer. Germ. III,* 393. 4) *'Die Verhandlungen von Mouzon. Zur Vorgeschichte des* [illegible] *Concordats' in annali 'Neue Heidelb. Jahrbücher', Vol. II, p.* 147—164.

compulerit. Hoc solo excepto bene convenit Hessoni cum iis, quae Simeon Dunelmensis[1], *quem postea Rogerius de Hoveden exscripsit, et Ordericus Vitalis*[2] *de eodem concilio retulerunt.*

Hessonis relatio ab Udalrico Babenbergensi in codicem suum recepta et cum hoc iterum edita est a G. Eccardo n. 303 *(Corp. Hist. II,* 301*), sed admodum mendose; emendata in Jaffei Bibl. Rer. Germ. V,* 352—365. *Tengnagelii editionem iam supra indicatam repetierunt a.* 1671. *Labbeus in Collectione Conciliorum, a.* 1735. *editores operum Gretseri VI,* 550—554*; a.* 1760. *Hartzheim, Concilia Germaniae III,* 275—278*; a.* 1776. *D. Mansi XXI,* 244—250*; postremo a.* 1806. *D. Brial, 'Recueil des histor.' XIV, p.* 200—204, *qui animadversiones aliquas bonae frugis adiecit.*

Nobis in adornanda priore editione (Mon. Germ. SS. XII, 422—428*) et nunc iterum praesto fuerunt codices*

1) *Salisburgensis* 189, *iam Bibl. pal. Vindobon.* 1049, *mb. in quarto, saec. XII. scriptus in claustro Bertherskadem, de quo v. 'Archiv' X,* 550. *Huius orthographiam secutus, solam diphthongum ae, quae ibi plerumque recte ponitur, praepositione pre excepta, ubique suo loco restitui.*

2) *Codex epistolaris Eberhardi Salisburgensis archiepiscopi, inter Vindobonenses* 629, *olim Ius can.* 133, *mb. in oct. saec. XII. exeuntis, de quo v. 'Archiv' X,* 491. *Hunc Seb. Tengnagel satis accurate expressit. Eodem etiam Jaffeus usus est.*

Proxime ad hos accedunt exemplaria Codicis Udalrici:

V) Vindobonense 398 *(Ius can.* 45*), quod Eccardus describendo misere pervertit.*

Z) Zwetlense n. 283. *Utrumque Jaffeus diligenter contulit. Nos verborum ordinem diversum, qui passim obvenit, sed nullius momenti est, non curantes, reliqua omnia religiose annotavimus. Paucis locis hi codices duobus aliis praestare videntur.*

Berolini, Id. Apr. 1895. *W. WATTENBACH.*

Qualiter nuper inter regem[a] et domnum papam[b] causa coeperit ac processerit, breviter descriptum[c].

1119. Sept. ex. Oct. in.

Venerunt ad regem apud Argentinam episcopus Catalaunensis[3] et abbas Cluniacensis[4], acturi cum eo de pace et concordia inter regnum et sacerdotium.

A quibus cum rex consilium quaereret, quomodo sine diminutione regni sui hoc exequi posset, assumpta parabola sua[d. 5] respondit episcopus: 'Si veram pacem, domne rex, desideras habere, investituram episcopatuum et abbatiarum omnimodis[e] dimittere te oportet. Ut autem in hoc nullam regni tui diminutionem pro certo teneas, scito me, in regno Francorum episcopum electum, nec ante consecrationem nec[f] post consecrationem aliquid suscepisse de manu regis. Cui tamen de tributo, de milicia, de theloneo et de omnibus, quae ad rem publicam pertinebant antiquitus, sed a regibus christianis ęcclesiae Dei donata sunt, ita fideliter deservio, sicut in regno tuo episcopi tibi deserviunt, quos huc usque investiendo hanc discordiam immo anathematis sententiam incurristi[g]'. Ad haec[h] rex manibus elevatis hoc responsum dedit: 'Eia', inquit, 'sic fiat. Non quaero amplius'. Tunc subiunxit episcopus: 'Si igitur investituras dimittere volueris, et possessiones ęcclesiarum et eorum qui pro ęcclesia laboraverunt,

a) H. *addit* 2. b) Calistum *addit* 2. c) est *addunt* V. Z. d) *om.* V. e) omnimodo Z. f) nec post consecrationem *om.* V. Z. g) incurristis V. h) hoc V. Z.

1) *In Historia regum Anglorum, Mon. Germ. SS. XIII,* 158. 2) *Ib. XX,* 69—75. 3) *Willelmus de Campellis, olim scholast. Paris. et prior S. Victoris.* 4) *Pontius, a.* 1109—1125. 5) *Verba ut Jaffeus animadvertit, petita e libro Numeri* 23, 7: assumptaque parabola sua, dixit.

reddere, et veram pacem eis dare, laborabimus opitulante Deo hanc contentionem finem imponere'.

Quae omnia rex, communicato cum suis consilio, se prosecuturum promisit, si fidem et iusticiam apud domnum papam inveniret, et si veram pacem ipse et sui et possessiones[a], quas pro werra ista amiserant, reciperent.

Quibus auditis episcopus certum se fieri super denominatis capitulis postulavit, tum ut labor eorum non esset inutilis, tum ut domnum papam ad exequendam pacem facilius inclinarent. Tunc rex propria manu sub testimonio fidei christianae in manu episcopi et abbatis firmavit se praefata capitula sine fraude prosecuturum. Post eum episcopus Lausemnensis[b, 1] et comes palatinus[2] et ceteri clerici et laici, qui cum eo erant, hoc idem eodem modo firmaverunt.

Accepta securitate episcopus et abbas domno papae Parisius[3] occurrerunt; quae viderant et audierant, fideliter intimarunt. Quibus applaudens domnus papa sic respondit: 'Utinam iam factum esset, si sine fraude fieri posset'. Mox communicato cum episcopis et cardinalibus consilio, eosdem et cum eis de latere suo episcopum Ostiensem[4] et Gregorium cardinalem[5] ad regem remisit, ut praefata capitula diligentius retractarent atque scripta[c] ex utraque parte firmarent; et si hoc, sicut promiserat, exequi vellet, diem, qua ista complerentur, ante finem concilii[6] denominarent.

Venientes ad eum, inter[d] Virdunum et Mettim ei occurrerunt; quod domnus papa eum libenter reciperet, si promissum exequi vellet, retulerunt. Super quo quasi gavisus rex, quod prius apud Argentinam in manu praenominatorum firmaverat, iterum inibi in manu episcopi Ostiensis et Gregorii cardinalis et episcopi Catalaunensis et abbatis propria manu firmavit: quod videlicet in proxima sexta feria, id est VIIII. Kal. Novembris[7] capitula, quae sequenti scripto continentur, apud Mosonium[e] in praesentia domni papae fideliter sine omni fraude exequeretur. Post eum hoc idem iuraverunt dux Welpho[f, 8], comes Beringarius[g, 9], comes palatinus, comes Willehelmus[h, 10] et alii principes[i], episcopi, clerici et[k] laici multi. Exegit etiam ipse, a nostris eodem modo firmari sibi, quod, si in ipso non remaneret, eadem[l] die domnus papa, quae in scripto suo continentur, adimpleret.

Scriptum autem concordiae hoc fuit: *Ego H. Dei gratia Romanorum imperator augustus pro amore Dei et beati Petri et domni papae Calixti*[m] *dimitto omnem investituram omnium ęcclesiarum, et do veram pacem omnibus, qui, ex quo discordia ista coepit, pro ęcclesia in werra fuerunt vel sunt. Possessiones autem ęcclesiarum et omnium, qui pro ęcclesia laboraverunt, quas habeo, reddo; quas autem non habeo, ut rehabeant*,

a) istas *add.* 1. 2. b) Lausannensis 2; Lausenn. 1. 2. c) scripto 1. 2. d) [illegible] 1. 2. e) Mosomum 2. f) Welf 1; Welph 2. g) Beringarius 2. h) Willelmus 2. 2. Willehelmus 1. i) principes *quod necessarium esse videtur, om.* 1. 2. *Quod si* [illegible] *post* alii [illegible] k) *om.* 1. 2. l) eodem 1. 2. m) Calisti 2.

1) *Gerhardus vel Girardus.* 2) *Godefridus de Calwe, a.* 1113—1129. 3) *P*[illegible] *d.* 3. *Oct. Mauriniaci, d.* 8. *et* 11. *Parisiis, d.* 13. *Senonis fuisse,* [illegible] 4) *Lambertum (postea Honorium II. papam).* 5) *Diac. card. S. Ang*[illegible] *II papam*). 6) *Quod Remis iuxta festum S. Lucae (Oct. 18)* [illegible] 7) *Die* 24 *Oct.; qui dies* [illegible] in proxima sexta feria [illegible] *apparet, ipsam regis fidem non ante diem* 17. *Oct. datam esse inter Virdunum et Mettim.* [illegible] *propter, cum legatos inveniamus iam die* 20. *Oct. Remis apud papam fuisse, non pot*[illegible] *quin Heinrici imperatoris cum legatis papae inter Virdunum et Mettim* [illegible] *dierum* 17.—19. *Octobris pertinuerit.* JAFFÉ. 8) *H*[illegible] *a.* 1120. *Sept.* 24. *obiit.* 9) *Comes Sulzbacensis.* 10) [illegible]

1119. Oct. 17—19. *fideliter adiuvabo. Quodsi quaestio inde emerserit, quae ęcclesiastica sunt, canonico, quae autem saecularia sunt, saeculari terminentur iudicio:*

Item scriptum domni papae:

Ego Calixtus secundus Dei gratia Romanae ęcclesiae episcopus catholicus do veram pacem H. Romanorum imperatori augusto et omnibus, qui pro[a] *eo contra ęcclesiam fuerunt vel sunt. Possessiones eorum, quas pro werra ista perdiderunt, quas habeo, reddo; quas non habeo, ut rehabeant, fideliter adiuvabo. Quodsi quaestio inde emerserit, quae ęcclesiastica sunt, canonico, quae autem*[b] *saecularia sunt*[c]*, saeculari terminentur iudicio.*

Hac itaque data et accepta[d] securitate, festinanter ad domnum papam Remis redierunt; quae fecerant et quae a rege et a[e] suis receperant, ante concilium reportantes; simul et diem et locum colloquii designantes.

Oct. 20. Domnus papa[f], in generali concilio XIII. Kal. Novembris Remis residens, inter cetera sic exorsus est: 'Domni patres et fratres! Causa, pro qua vos de terra[g] longinqua et remotis regionibus ad concilium vocavimus, haec est. Scitis, quamdiu Romana[h] ęcclesia contra diversas hereses laboravit, et sicut per beatum Petrum —
Luc. 22, 32. cui specialiter dictum est a Domino: *Rogavi pro te, Petre, ne*[i] *deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* — Symon magus[k], iudicio Spiritus sancti ab ęcclesia Dei eliminatus[l] periit, sic usque ad nostra tempora idem per vicarios suos sequaces Symonis expugnare et ab ęcclesia Dei extirpare non desinit. Ego quoque, qualiscunque licet indignus eius vicarius, symoniacam heresim, quae maxime per investituras contra ęcclesiam Dei innovata est, ab ęcclesia Dei, opitulante Deo, vestro consilio et auxilio omnibus modis eliminare desidero. Unde, si placeat, a fratribus nostris, qui inter nos et regem dictum Teutonicum[m] verba concordiae portaverunt, causae ordinem diligentius audiatis, et quid nobis super his agendum sit, unusquisque pro modo suo, quia causa communis est, prudentiori consilio adtendatis.

Tunc domnus papa Ostiensi episcopo iniunxit, ut universo concilio Latine ordinem causae exponeret. Quod cum prudenter episcopus Ostiensis perorasset, iterum Catalaunensis[n] episcopus ex praecepto domni papae hoc idem clericis et laicis materna lingua exposuit.

Quo completo, capitula multa illa[o] die et sequenti proposuit, et usque ad finem concilii universa complenda distulit.

Oct. 21. Sequenti vero die — cum in hoc consilium episcoporum sedisset, ut domnus papa ad diem colloquii pro componenda pace[p] accederet, et utrum in veritate homo ille ageret, per semet ipsum temptaret — circa finem concilii illa die domnus papa sic prosecutus est: 'Domini patres et fratres! Scitis quam diu mater nostra sancta[q] ęcclesia contra symoniacam heresim, maxime quae per investituras fit, in patribus[r] nostris laboraverit. Et quia placuit omnipotenti Deo, nostris diebus ęcclesiae suae pacem offerre, et iam proxima dies colloquii ad ipsum locum crastina die nos compellit accedere, summopere rogamus, ut reditum nostrum pacienter sustineatis et, si Deus pacem nobis dederit, commune gaudium universo mundo annuncietis. Si autem, quod Deus avertat, adversarius nobiscum in dolo[s] agere temptaverit, festinanter ad vos revertemur. Et sicut conventionem pacis, si fiat, vobiscum et per vos confirmare optamus, sic in commentorem fraudis, si infidelis evaserit, iudicio Spiritus sancti et vestro gladium beati[t] Petri vibrare temptabimus'. Quod cum[u] sub obtentu obędientiae archiepiscopis, episcopis et abbatibus iniunxisset, praecepit etiam ut interim, et maxime

a) cum V. b) *om.* 1. 2. c) *om.* V. d) et accepta *om.* 1. 2. e) *om.* 2. f) *deest* 1. g) de tam rem. 1. 2. h) *deest* 1. 2. i) ut Z; ut non V. k) m. quem i V. Z. l) eliminavit V. Z. m) Theotonicum 2. n) Cantalaunensis V. Z. o) illo V. Z. p) *om.* V. q) *om.* V. Z. r) partibus V. Z. s) in dolo *om.* V. Z. t) sancti V. Z. u) *om.* 1.

die colloquii, psalmos, orationes et sacrificia spiritualia Deo offerrent, et a maiori Remensi ecclesia usque ad ecclesiam beati Remigii cum processione nudis pedibus[a] exirent.

Sic interim dimisso concilio, feria quarta domnus papa ad locum colloquii exiit et feria quinta cum multis vix cum maximo labore pervenit.

Feria sexta, vocatis in cameram archiepiscopis, episcopis et[b] abbatibus, et ceteris sapientibus viris, quos multos secum duxerat, coram omnibus fecit legi utrumque scriptum concordiae. Cumque lectum fuisset scriptum regis, diligentius retractare coeperunt episcopi, maxime illud capitulum ubi dicebatur: *Dimitto omnem investituram omnium ecclesiarum*; dicentes: 'Siquidem rex simpliciter agit, verba ista sufficiunt. Si autem sub hoc capitulo aliquid cavillare conatur, determinatione nobis videntur indigere; ne forte aut possessiones antiquas ecclesiarum sibi conetur vendicare, aut iterum de eisdem episcopos investire'.

Rursum in scripto domni papae[c] illud diligentius retractabant, ubi dicebatur: *Do veram pacem regi et omnibus, qui contra me in werra ista fuerunt vel sunt*, ne forte in danda pace amplius[d] intelligerent, quam reddendam communionem ecclesiae; et sub hoc verbo ecclesia cogeretur suscipere, quos aut superpositos legitimis pastoribus, aut canonice depositos, sine gravi offensione non posset sustinere.

Diligenter igitur omnibus retractatis, missi sunt ad castra regis[1] episcopus Ostiensis, Iohannes cardinalis[2], episcopus Vivariensis[3], episcopus Catalaunensis et abbas Cluniacensis et alii multi cum eis, portantes scripta in manibus. Cumque pervenissent ad castra, ostenderunt scripta; determinaverunt[e] capitula, prout omnium communi consilio diffinitum erat.

Rex autem his auditis, prima fronte se nichil horum promisisse omnimodis[f] abnegabat. Tunc episcopus Catalaunensis[g], zelo Dei inflammatus et gladio verbi Dei accinctus, respondit pro omnibus: 'Si, domne rex, negare vis scriptum quod tenemus in manibus, et determinationem quam audisti, paratus sum sub testimonio religiosorum virorum, qui inter me et te fuerunt, iurare super reliquias sanctorum et super evangelium Christi, te ista omnia in manu mea firmasse, et me sub hac determinatione recepisse'.

Cumque omnium testimonio convinceretur[h], tandem compulsus est confiteri, quod prius negaverat. Verumtamen conquerebatur graviter de eis, quia scilicet[i] eorum consilio promiserit, quod[k] absque diminutione regni exequi non valeret. Cui sic respondit episcopus: 'In promissis nostris, domne rex, per omnia fideles nos invenies. Non enim domnus papa statum imperii aut coronam regni, sicut quidam seminatores discordiae obloquuntur[l], in quolibet imminuere attemptat[m]. Immo palam omnibus denunciat[n], ut in exhibitione miliciae et[o] ceteris omnibus, in quibus tibi et antecessoribus tuis servire consueverant, modis omnibus deserviant. Si autem in[p] hoc imperii statum imminui existimas, quod ulterius tibi episcopatus vendere non liceat, hoc potius regni tui augmentum ac profectum[q] sperare debueras, si, quae Deo contraria sunt, pro eius amore abicias'.

a) nudibus Z pro nudis pedibus. b) ac V Z. c) propter Z. d) potius V Z. e) determinaverunt V. f) omnino V. Z. g) Cantalaunensis V Z. h) convinceret V Z. i) [illegible] dare datus pro licet. quod cadd. habeat. k) quod om. V Z. l) [illegible] m) attemptant V. n) denuntiant V. o) et in c. V Z. p) per V. q) provectum Z.

1) *Imperatorem* cum omni exercitu *apud* [illegible] *Mosomenses*, SS. III. 162. 2) *Presb. card. tit. S. Chrysogoni*, [illegible] 3) [illegible] *teste Orderico, de civitate Viviers, ad Rhodanum sita.*

1119 Oct. 24. Ad haec omnia cum respondere non posset, mitiora verba coepit proferre et inducias quaerere vel usque mane; dicens, velle se cum principibus nocte illa de causa conferre et ad exequendum promissum, si posset, eorum corda inflectere, et alterutrum[a] summo mane renuntiare.

Post haec sui de modo absolutionis et susceptionis cum nostris coeperunt conferre: durum sibi, immo importabile videri, si more aliorum dominus suus nudis pedibus ad absolutionem accederet. Quibus condescendentes nostri responderunt, quod modis omnibus laborarent, ut domnus papa calciatum eum, quanto privatius posset, reciperet.

In his verbis illa die colloquio terminato, nostri ad domnum papam redierunt, quae invenerant reportantes. Tunc domnus papa, quasi iam[b] de pace desperans, ordinabat summo mane ad fratres, quos Remis reliquerat, repedare. Sed consilio Oct. 25. comitis Trecensis[1] et multorum aliorum compulsus est, sabbato fere usque ad horam sextam[2] in eodem loco manere, ut[c] omne os adversariorum obstrueret et vocem derogationis omnibus auferret.

Summo mane iterum missi sunt ad castra episcopus Catalaunensis et abbas Cluniacensis, super inducias acceptas responsum eius audituri. Cumque illuc pervenissent, sicut pridie fecerat, repraesentavit episcopus scripti veritatem cum adtestatione sacramenti, dicens: 'Heri quidem, domne rex, cum iusticia possemus a te recedere, quia die denominata parati fuimus et promissum tuum recipere et nostrum implere. Verum quia tu inducias petendo[d] usque in hanc diem distulisti, nolumus ut propter intervallum unius noctis tantum bonum in nobis remaneat. Et si hodie promissum tuum exequi volueris, paratus est adhuc domnus papa, quod per nos tibi promisit, modis omnibus adimplere'. Tunc rex iratus iterum coepit inducias quaerere, donec generale colloquium cum principibus regni posset habere, sine quorum consilio investituras non audebat dimittere. Ad haec episcopus: 'Quia saepe inducias quaerendo, quod[e] promisisti implere dissimulas, nichil nobis et tibi amplius. Revertar ad[f] domnum papam'. Sic[g] insalutatus[h] rediit; quae invenerat nunciavit[i]. Mox igitur domnus papa cum suis ad aliud castrum comitis Trecensis cum summa festinatione transivit.

Rex autem nuncium ad comitem direxit, summopere rogans, ut domnum papam inibi die dominica[k] detineret; promittens se facturum modis omnibus feria secunda, quod totiens abnegaverat. Quod cum ad domnum papam delatum fuisset, communicato[l] cum suis consilio, hoc breve dedit responsum: 'Feci, fratres, pro desiderio pacis, quod ab antecessoribus nostris factum nunquam audivi. Generalem synodum congregatam et fratres multos quasi desolatos reliqui. Ad hominem istum cum multo labore perveniens, quae pacis sunt in eo non inveni[m]. Unde nullatenus eum ulterius expectabo, sed ad fratres nostros et ad concilium, quantocitius[n] potero, regrediar. Si autem in concilio vel post concilium veram pacem Deus nobis dederit[o], paratus ero suscipere et amplecti'.

Oct. 26. Die igitur[p] dominica de eodem loco ante diem exivit, et cum tanta festinatione Remis usque cucurrit, ut viginti leuvis[q] consummatis eadem die missam Remis celebraret, in qua Leodicensem electum[3] in[r] episcopum consecravit.

a) et ad alt. V. Z. b) *om.* V. c) Et ut V. Z. *continuata sententia post* auferret. d) repetendo 2. e) que V. Z. f) et 1. g) Sicque *ed. Jaff.* h) insultatus V. Z. i) renuntiavit V. k) dominico V. Z. l) communicato — consilio *om.* 2. m) invenio V. Z. n) quantocius V. Z. o) obtulerit V. Z. p) *om.* V. Z. q) leugis V. Z. r) invenit et in V. Z.

1) *Ita ab a.* 1109. *vocabatur Theobaldus dictus Magnus, qui c. a.* 1125. *comes Campaniae factus est.* 2) *Id est usque ad meridiem.* 3) *Fridericum, Godefridi comitis Namucensis fratrem, attestante etiam Orderico, sed ad diem* 19. *Octobris. Imperator Alexandrum investierat.*

Feria secunda, prae nimio labore infirmatus, vix ad concilium accessit; [illegible] et reditum suum et ordinem causae concilio exponi fecit[1], et in illa die [illegible].

Feria tertia nichilominus infirmitate detentus, in concilio sedere non potuit.

Feria vero quarta circa horam tertiam ad concilium accessit. Illa die usque ad horam nonam multorum proclamationes recepit et de multis capitulis tractavit. Ab hora vero nona, volens illa die concilium terminare, synodalia decreta fecit in medium proferri et legi.

DECRETA SYNODALIA[a].

Quae sanctorum patrum sanctionibus de pravitate symoniaca statuta sunt, [illegible] quoque Spiritus sancti iudicio et auctoritate sedis apostolicae confirmamus.

I. Si quis igitur vendiderit aut emerit, vel per se vel per submissam quamlibet personam, episcopatum, abbatiam, decanatum, presbiteratum, archidiaconatum, praeposituram, praebendam, altaria[b] *vel quaelibet ęcclesiastica beneficia, promotiones, ordinationes, consecrationes, ęcclesiarum dedicationes, clericalem tonsuram, sedes in choro aut quaelibet ęcclesiastica officia, et vendens et emens dignitatis et officii sui aut*[c] *beneficii periculo subiaceat. Quod nisi resipuerit, anathematis mucrone perfossus, ab ęcclesia Dei, quam laesit, modis omnibus abiciatur.*

II. Episcopatuum et abbatiarum investituram[d] *per manum laicam fieri penitus prohibemus. Quicunque igitur laicorum deinceps investire praesumpserit, anathematis ultioni subiaceat. Porro qui investitus fuerit, honore, quo investitus est, absque ulla recuperationis spe omnimodis careat.*

III. Universas ęcclesiarum possessiones, quae liberalitate regum, largitione[e] *principum vel oblatione quorumlibet fidelium eis concessae sunt, inconcussas in perpetuum et inviolatas permanere decernimus. Quodsi quis eas abstulerit, invaserit aut potestate tyrannica detinuerit, iuxta illud beati Symmachi capitulum*[3] *anathemate perpetuo feriatur.*

IIII. Nullus episcopus, nullus presbiter, nullus omnino de clero ęcclesiasticas dignitates vel beneficia cuilibet quasi hereditario iure derelinquat. Illud etiam adicientes praecipimus, ut pro baptismatis, chrismatis, olei sacri et sepulturae acceptione et infirmorum visitatione vel unctione nullum omnino precium exigatur.

V. Presbiteris, diaconibus, subdiaconibus concubinarum et uxorum contubernia prorsus interdicimus. Si qui autem huiusmodi reperti fuerint, ęcclesiasticis et officiis priventur et beneficiis. Sane si neque sic inmundiciam suam correxerint, communione careant christiana.

Cumque multa contra symoniacam heresim essent recitata et omnium consono favore laudata et confirmata, ventum est ad illud decretum, quo investiturae ęcclesiarum interdicebantur laicis. In quo sic continebatur: *Investituram*[f] *omnium ęcclesiarum et ęcclesiasticarum possessionum per manum laicam fieri modis omnibus prohibemus.* Quod cum recitatum fuisset, tantum murmur quorundam clericorum et multorum laicorum per concilium intonuit, ut diem usque ad vesperam sub gravi contentione pertraherent. Videbatur enim eis, quod sub hoc capitulo domnus papa decimas et cetera ęcclesiastica beneficia, quae antiquitus laici tenuerant, conaretur minuere vel auferre. Unde domnus papa omnibus satisfaciens illa die concilium terminare distulit, ut sequenti die communi consilio decretum temperaret, et ipsum cum ceteris, quae sequebantur, unanimi omnium favore et auctoritate confirmaret.

a) Alia V. Z. b) om. 2. c) *Adest apud Ordericum* [illegible] d) [illegible] 2. e) [illegible]gitate 1. f) investituras V. Z.

1) *Iohannis Cremensis orationem refert Ordericus,* [illegible] *adducto et terrore papae et suis incusso locutum esse ait,* [illegible] 2) *Haec decreta omissa sunt in Cod. Udalrici.* [illegible] *formam, quae demum post controversas orationes in synodo habitas* [illegible] *VI, c. 3 (Mansi, Coll. conc. VII, col. 312).*

[illegible] Feria quinta ad concilium venit; quae proposuerat executurus, ymnum sancti Spiritus devote incepit[a]. Qui cum ab omnibus affectuose fuisset decantatus, vere invisibilis ignis flamma succensus, in ignea lingua de Spiritu sancto exorsus mirabiliter peroravit; docens eum summum bonum esse, fontem sapientiae et intelligentiae ac totius disciplinae, vinculum caritatis, unitatis et concordiae. Cumque per haec singula diutius sub omnium ammiratione discurreret, tandem ad causam accessit, dicens:

'Scimus, fratres karissimi, quia labor vester, quo de tam remotis regionibus[b] pro communi libertate matris nostrae sanctae ęcclesiae nobis occurrere studuistis[c], placuit Deo et Spiritui sancto, in cuius virtute et sanctificatione unum sumus in Christo. Et quia placuit Spiritui sancto et nobis, displicuit spiritui adversario, qui modis omnibus ad perturbandam fraternitatis vestrae concordiam cooperatores maliciae suae quaesivit et invenit. Quid enim dicimus, fratres, si cum tanto labore et expensis ad concilium vocati venistis, et revertentes ad regiones vestras, nichil reportare poteritis, quia nos audire non vultis? Qui enim peccat in Spiritum sanctum, quod peccatum si perseveraverit non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro[1], teste veritate,
Luc. 10, 16. quae dicit: *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit.* Scimus etiam,
[illegible] quia, dominus Iesus[d] cum proposuisset discipulis[e]: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis,* scandalizati sunt multi et abierunt retrorsum nec postea sequebantur eum. Sic et nos cum heri proposuissemus quaedam pro libertate ęcclesiae, scandalizati sunt quidam infideles. Unde et nos cum[f] auctoritate apostolica dicimus: Qui infidelis est, discedat[2] et exeat, et det locum fidelibus, quae ęcclesiastica sunt et libertati ęcclesiae necessaria, pertractare. Vobis autem, qui locum et officium apostolorum in ęcclesia Dei tenetis, dicimus, quod Dominus
[illegible] dixit ad duodecim: *Numquid et vos vultis abire?*'

Quod cum mirabiliter perorasset, ita omnium corda concussit ac reclamantium voces compressit, ut nec unus quidem contra decreta synodica, quae postea lecta sunt, os aperire praesumeret. Domnus tamen papa decretum illud, unde murmur ortum fuerat, saniori consilio temperavit et in hanc formam concilio legi fecit: *Investituram episcopatuum et abbatiarum per manum laicam fieri omnimodis*[g] *prohibemus.* Quod cum placuisset omnibus, ipsum cum ceteris omnibus, quae lecta sunt, iudicio sancti Spiritus et auctoritate ęcclesiastica firmaverunt.

Allatae sunt denique candelae quadringentae viginti septem et accensae datae singulae singulis, tenentibus baculos, episcopis et abbatibus[3], iniunctumque est eis, ut omnes candelas tenentes assurgerent. Cumque astarent, recitata sunt multorum nomina, quos praecipue excommunicare proposuerat domnus papa. Inter quos primi nominati sunt rex Heinricus et[d] Romanae ęcclesiae invasor Burdinus, et prae ceteris et cum ceteris multis solemniter excommunicati. Absolvit etiam domnus papa auctoritate apostolica a fidelitate regis omnes, quotquot ei[d] iuraverant, nisi forte resipisceret et ęcclesiae Dei satisfaceret.

His denique rite completis, auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti omnes absolvit atque signavit, et sic ad propria unumquemque redire permisit et[h] concilii finem fecit.

Quod vidi et audivi, fideliter, quanto brevius potui, pedestri sermone descripsi.

a) incipit V. Z. b) regionis Z. c) studuisti Z. d) *om.* V. Z. e) suis *add.* V. Z. f) [illegible] *apostoli imitatores*: eis V. Z. g) omni modo V. Z. h) et sic 1. 2.

1) *Matth.* 12, 32; *Luc.* 12, 10. 2) *Cf.* 1. *Corinth.* 7, 15, *quo loco nisus Tengnagelius contra codices scripsit:* Si infidelis discedit, discedat. 3) *Personarum pastoralium virgas* 424 *numeratas esse asserit Simeon Dunelmensis.*

LIBELLI HONORII AUGUSTODUNENSIS PRESBYTERI ET SCHOLASTICI.

EDIDIT

IULIUS DIETERICH.

De vita personaque Honorii, presbyteri et scholastici ecclesiae Augustodunensis, quem dicunt 'solitarium' vel 'inclusum', etsi multi multa disseruerint[1], *ea, quae iam comperta et explorata habemus, paucis absolvere possumus. Quamquam libri eius numero circiter quinquaginta*[2], *qui usque ad nostram aetatem in quingentis codicibus exsta*[illegible] *medii aevi scriptoribus saepe laudantur et exscribuntur, clarissimi tamen illius* [illegible] *ecclesiasticarum auctoris vix quidquam aliud quam nomen notum est. Quod mirum videtur, quamvis deliberari oporteat, nos id unum certo de eo scire, quod ipse in libro, cui inscribitur 'De luminaribus ecclesiae' annotavit*[4]*: fuisse se presbyterum et scholasticum ecclesiae Augustodunensis et Henrici quinti imperatoris temporibus floruisse. Atque ea, quae ex prooemiis ceterorum librorum eius colligi possunt, pauciora sunt, quam quae ad vitam eius accuratius describendam sufficiant. Chronica vero, annales, necrologia, similes libri nihil omnino de eo afferunt.*

Sed deliberanti et memoria res illius aetatis, qua Honorius vixit, repetenti nonnulla afferuntur, quae haud scio, an ad eius vitam pertineant; atque ea de causa [illegible] *liceat, quae aliquando planius nos perspecturos non desperamus.*

R. Wilmans[5] *primam libri, quem Honorius scripsit de 'Imagine mundi', editionem circa annum* 1123, *ultimam, quam ipsum scriptorem confecisse verisimile est, circa annum* 1152. *scriptas esse ratiocinatus est. Deinceps W. S*[illegible]

1) *Quos omnes hic enumerare supersedeo, quia W. Wattenbach 'D. GQ.'* [illegible] *II*, 258, *R. Wilmans SS. X*, 125, *Stanonik in 'Allg. Deutsche Biogr.' XIII*, 75 *sq.* [illegible] *runt.* 2) *Honorii scripta diligentissime enumeraverunt Stanonik* [illegible] *p.* 77. 78, *B. Pez 'Thesaur. anecdot.' II, V sq., Migne 'Patrolog. lat.' CLXXII* [illegible] 3) [illegible] *bibliotheca regia Monacensi c.* 70, *in Palat. Vindobon. plus* 50, [illegible] *litterarum Graecensis plus* 30 *codices Honorii* [illegible] *Cf. Stanonik l. c. p.* 75. 4) Honorius Augustodunensis ecclesiae presbyter et scholasticus non spernenda opuscula edidit. Hunc libellum de luminaribus ecclesiae post Hieronymum et Gennadium. Sub quinto Heinrico floruit. Quis post hunc scripturus sit, posteritas videbit. [illegible] XX, 1038; *Migne l. c. col.* 232–234. 5) *L. c. p.* 127. 28. 6) *Zeitschr. f.* [illegible] *XIX*, 567 *sq.*

in 'De luminaribus ecclesiae' et in prooemiis memoriae traduntur, adeo subtiliter atque ingeniose copularit et connexit, ut aliqua vitae Honorii imago animo nostro obversari videatur. Sed vir ille de litteris medii aevi cognoscendis optime meritus, cum imprimis id luculenter exposuisset indicem librorum Honorii in libro, qui est 'De luminaribus ecclesiae', datum ordine temporum accuratissime servato conscriptum esse, in eo tamen erravisse mihi videtur, quod eiusdem indicis nonnisi partem ab ipso Honorio confectum esse dicit, cum rectius v. cl. Stanonik[1] *totum ei tribuendum esse indicarisse equidem censuerim.*

Quod in libello iam saepius laudato scriptum invenimus floruit sub quinto Heinrico, *haud dubie ad conscribendos eos modo libros pertinet, qui in illo enumerantur, et inde id solum colligere possumus, maxime regnante Henrico quinto Honorium scripsisse. Nam et de Rutperto, abbate Tuitiensi, qui anno demum* 1135. *mortuus est, in libro nostro traditur*[2]: sub quinto Heinrico floruit. *Ceterum ne libellum quidem, cui inscribitur 'De luminaribus ecclesiae', ante obitum Henrici imperatoris compositum esse, ex eo conicere licebit, quod in* 16. *capite libri IV. de iam dicto Rutperto memoriae datur:* a Spiritu sancto per visionem illuminatus, totam pene scripturam egregie exposuit. *Commentarios enim Rutperti, quos scripsit de evangelio Matthaei canticisque canticorum, et alios post annum* 1126. *editos esse inter omnes constat. Compluria autem Honorii scripta, quae in indice non commemorantur*[3], *velut libri, qui sunt 'De libero arbitrio', 'De angelo et homine', 'De vitiis et de virtutibus', alii, quin regnantibus Lothario et Conrado tertio imperatoribus orta esse possint, quis est, qui dubitet?*

Cum W. Wattenbach[4] *Honorii cognomen ad Augustam Vindelicorum, quae urbs media aetate nonnumquam Augustodunum nuncupatur*[5], *alii ad Augustam Rauracorum (h. 'Augst') revocari velint, econtra W. Scherer*[6] *Honorium Augustoduni, quod est in Burgundia et hodie 'Autun' vocatur, natum esse vel saltem litterarum studii rudimenta posuisse affirmat. Idem Honorium initio in monasteriolo quodam Burgundiae versantem facit, quod auctorem Lebeuf*[7] *secuti P. Scheffer-Boichorst*[8], *Edw. Schroeder*[9], *R. Cruel*[10], *alii ita correxerunt, ut Honorium natione Germanum fuisse certo interpretati docerent. Cui rei documento est, quod saepe atque libenter vocabulis Germanicis in scribendo utitur*[11]; *quod in libro, cui inscribitur 'Imago mundi'*[12], *de situ Germaniae fusius tractat, Galliam vero strictim attingit, Burgundiam, unde oriundus esse dicitur, omnino non commemorat; denique quod in commentariis historicis — in 'Summa totius' et in 'Imagine mundi' — Franciam occidentalem silentio praeterit, Germaniae imperatorumque res prae ceteris prosequitur.*

Sed, ut ad disquisitionis nostrae summam veniamus, W. Scherer Honorium ab initio monachum fuisse contendit, ceterique, qui de eius vita disputaverunt, ei non contradixerunt. Mihi quidem Honorium primo non monachum, sed clericum fuisse persuasum est. Fratres enim, ad quos litteras librosque multos misit[13], *sodales 'collegii'*[14]

1) *L. c. p.* 74. 2) *Migne l. c. col.* 232 *(l. IV, c.* 16*).* 3) *Cf. indicem v. cl. Bernardi Pez l. c. p. X. XI nr.* 23—38 *et adde libros, qui adhuc typis nondum expressi sunt, velut: 'Quid sit scala ad coelum', 'Quod monachis liceat predicare' (Cod. Monac.* 22225. *Cod. s. Floriani Lat. XI,* 54*), 'Quid suum virtutum' (Cod. Mell.* 295. *E.* 85*) etc.* 4) *'D. GQ.'*[6] *II,* 258. 5) *Velut apud Ott. Fris. Gesta Frid. IV,* 3. *et Benzonem Ad Henr. IV, lib. III,* 15. 6) *L. c. p.* 567 *sq.; cf. 'Hist. litt. de la France' XII,* 165 *sq.* 7) *'Recueil de divers écrits' I,* 254. 8) *'Ann. Patherbrunn.' p.* 191. 9) *'Anzeiger f. d. Altertum' VII,* 178. 79. 10) *'Gesch. der deutschen Predigt im MA.' p.* 131. 11) *E. g. 'platta' = tonsura, 'osterun' = pascha, 'sovan' = investigare.* 12) *I,* 24. 13) *'Elucidarium', 'Sigillum S. Mariae', 'Inevitabile', 'Speculum ecclesiae', 'Offendiculum', 'De apostatis', 'Gemmam animae', 'Cognitionem vitae', 'Suum quid virtutum'.* 14) Igitur quia vestrum collegium (*alibi* coetus *vel* conventus) gratanter suscepit, quem misi librum . . . dabo operam' *etc. (in prooemio libri, cui inscribitur 'Sigillum b. Mariae').*

cuiusdam, ergo clerici regulares erant. Et in sermone, qui habetur inter [illegible] et monachum de beato Petro sanctoque Michaele archangelo, Honorius [illegible] fecit. Praeterea librum, quem scripsit de libero arbitrio[2], *Godescalco [illegible] dedicavit*[3], *qui haud dubie non id, quod W. Scherer docet, abbas monasterii [illegible] Crucis in Austria siti, sed ecclesiae collegiatae praepositus Honoriique, ut videtur, praefectus erat. Porro cum Honorius titulo presbyteri et scholastici ecclesiae Augustodunensis utatur, clericum eum, non monachum fuisse, facile conicias. Ad hoc saepius [illegible] fratribus in 'collegio' relictis litteras librosque misit*[4], *quod monachus vix facere potuisset, cum conversis ex monasteriis discedere illa aetate perraro liceret. Denique cum [illegible] plures libros sermonum Honorii vel habeamus*[5] *vel nomine noverimus*[6], *dubitari non potest, quin contionator sedulus fuerit, atque id quoque, clericum eum fuisse, significare videtur. Illis enim temporibus ante conditos ordines Cisterciensem et fratrum Praedicatorum monachi rarissime praedicabant, immo vero ex scriptis Rutperti, abbatis Tuitiensis*[7], *nostrique Honorii*[8] *apparet, dubium eatenus fuisse, num monachis praedicare omnino liceret. Quae cum ita sint, si Honorium canonicum regularem fuisse contendimus, quis est, qui nos temerarii erroris accuset? Et ne mireris, quod ille ultimo vitae tempore monachus haud dubie et solitarius fuit: persaepe ea aetate et clerici regulares, cum consenuissent, artiori regulae monachorum se subdiderunt.*

Maximi autem momenti ad sententiam nostram probandam nobis quidem id videtur esse, quod Honorius — iam b. m. G. Waitz hoc pressit[9] *— in codice quodam primae editionis libelli, qui est 'De imagine mundi', qui olim fuit monasterii s. Mariae in Salleia in Anglia siti hodieque in bibliotheca collegii 'Corpus Christi' Cantabrigiae servatur (nr. 66. membr. saec. XII. medii vel exeuntis*[10]*), disertis verbis canonicus nominatur:* Iste Henricus, qui hunc librum edidit, fuit canonicus s. Mariae civitatis Maguntie, in qua ecclesia sunt canonici bis quater quaterque deni. *Nam eo quod hoc loco necnon in prooemii epistolis*[11] *aliisque 'Imaginis mundi' codicibus cum nostro vix cohaerentibus*[12] *nomen Honorii in 'Henricus' corruptus est, minime perturbemur, quia librarius litteram H., quae erat in archetypo nostri quaeque in multis aliis, quae nobis inspicere licuit, exemplaribus invenitur, nomine tum usitato 'Henricus' expressisse manifestus est.*

Moguntiam urbem etiam extrema annotatio primae editionis ostendit: Hic *scilicet Henricus quintus imperator* V. anno regni sui accepit Mathildam, filiam Henrici, regis Anglie, in coniugium anno ab incarnatione Domini 1110. Quis autem post hunc regnum adepturus sit, posteritas videbit. *Anno* 1110. *Mathilda Moguntiae coronata*[13], *anno demum* 1114. *ibidem imperatori matrimonio copulata est*[14]. *Quas nuptias Honorius cum coronatione quattuor annis ante celebrata in unum confudisse verisimile*

1) *'Summa XII questionum, in quibus praecipue quaeritur, [illegible] Michael [illegible] b. Petro apostolo, an Petrus Michaeli praecedat'* (*Pez l. c. col.* 201 *sq.*). 2) *Pez l. c. col.* 237 *sq.* 3) Godschalco, fide et opere sudanti in sancto proposito, verbo et exemplo gregi Christi praeposito *etc.* 4) *Velut 'Sigillum b. Mariae', 'Inevitabile', 'Speculum ecclesiae' etc.* 5) *'Speculum ecclesiae'.* 6) *'Refectionem mentium de festis Domini et sanctorum', 'Pabulum vitae de praecipuis festis'.* 7) *Cf. eius 'Altercationem monachi et clerici, quod liceat monacho praedicare'* (*Opp. ed. Venet. IV,* 320 *sq.*) *et librum adhuc ineditum 'Quaestio, utrum monachis liceat praedicare', quem alibi ex cod. reg. Monac.* 22225 *f.* 43' *sq. editurus sum.* 8) *'Quod monachis liceat praedicare' Cod. Mon.* 22225, *f.* 44' *sq.* 9) *'Neues Archiv'* V, 644 [illegible]. 10) *Cf. l. c. p.* 643 *sq.* 11) Epistola Henrici ad Henricum . . . Rescriptio Henrici . . . Incipit prefacio Henrici *etc.* 12) *Et etiam in Cod. Cotton. Vesp. B. IV. 'Henricus' pro 'H[onorius]' scribitur:* Epistola Henrici ad Henricum. Incipit liber Henrici, qui dicitur imago mundi. *Cod. quoque Amplon. Erf. O* 28 *sic incipit:* Henrico septiformi *etc.* 13) *Cf. Giesebrecht 'Deutsche Kaiserzeit' III*[5], 801. 14) *Ib. p.* 831.

est. De iisdem nuptiis in fine capitis, quod est de sexta aetate, his verbis fusius disseruit: Post hec de omnibus imperatoribus usque ad Henricum imperatorem, filium Henrici, qui anno quinto regni sui accepit Mathillidam, filiam regis Anglie, in coniugium anno ab incarnatione Domini 1110. Quo anno liber iste finitur.

At ea, quamquam ipsum Honorium finem primae annotationis scripsisse, ex eo efficitur, quod iisdem fere verbis in fine libri, cui inscribitur 'De luminaribus ecclesiae', usus est (Qui post hunc scripturus sit, posteritas videbit), *a librario Britannico adiecta esse possunt. Unde autem is comperit* bis quater quaterque denos *sodales collegio s. Mariae Moguntinensi contineri? An ea illum commentum esse putas? Non dubitandum videtur, quin et haec annotatio ex archetypo codicis Cantabrig. fluxerit, quod haud scio an ex ipso collegio s. Mariae Moguntinensi oriundum sit. Et si rhythmum verborum* bis quater quaterque deni *perpendis, carmine fortasse, quo codicem collegii s. Mariae proprium esse notabatur, illum adornatum fuisse conicias. Ex eodem fonte id, quod librarius Britannicus de auctore 'Imaginis mundi' affert, repetitum esse, res facilis est ad credendum.*

Moguntia tunc, cum discordiae inter Henricum imperatorem et curiam Romanam arderent, firmissimum partium curialium receptaculum et, ut ipsius Honorii verbo utar, offendiculum erat. Adalbertus enim, qui tum archiepiscopatui Moguntinensi praesidebat, impiger et acerrimus illius factionis defensor atque propugnator exstitit. Qua de re Honorium libellos, quos infra edituri sumus, iussu archiepiscopi sui composuisse[1] *coniectura colligi licebit. Quae si ita sunt, calumniae eae, quas in quovis fere librorum prooemio*[2] *conquestus est, a factione imperatoris postea victrice, cum qua Adalbertus quoque archiepiscopus in gratiam redire coactus est, ei illatae esse videntur. Nescio, an his commotus, patria relicta, ad peregrinos Augustodunum se contulerit*[3], *unde, Henrico quinto mortuo, domum eum rediisse opinor.*

Librum, quem scripsit 'De imagine mundi', amico cuidam dicavit, quem Honorii magistrum fuisse W. Scherer haud iniuste affirmat. In primis autem libri exemplis[4] *amicus ille Henricus nominatur, in iis posteriorum editionum Christianus quidam, de quo infra tractabimus, in locum Henrici substitutus est. Nomen Henrici ea aetate Moguntiae saepius invenitur. Attamen Henricus, archidiaconus ecclesiae Moguntinensis*[5], *maxime quadrare videtur, qui anno* 1122. *magister ecclesiae maioris*[6], *antea iam anno* 1120. *praepositus s. Victoris*[7], *inde ab anno* 1128. *praepositus s. Martini commemoratur*[8]*: Henricus, qui deinceps archiepiscopus Moguntinensis factus est*[9].

Alium librum Honorius Godescalco praeposito destinavit. Atqui anno 1123.[10] *Godescalcus s. Mariae in campis, ecclesiae collegiatae Moguntinensis, cuius, ni fallor, Honorius canonicus fuit, praepositus factus est.*

Ad hoc, ut argumenta minoris auctoritatis omittamus, fontes, ex quibus Honorius ultimas commentariorum suorum historicorum — 'Summae totius' scilicet, 'Imaginis mundi' —

1) *Ea, quae Honorius de illo, cui librum, qui est 'De summa gloria', misit, affert:* Pusilli gregis Christi duci, verbo et exemplo praevio . . . pervigil ovilis Christi ductor . . . quia videtur scelus ydolatriae, tibi in vice Christi imperanti nolle obedire *etc. ad archiepiscopum spectare posse non negabis.* 2) *Cf. prooemia libellorum infra edendorum.* 3) *In prooemio 'Speculi ecclesiae' codicis s. Floriani XI,* 252 *(s. XIII. XIV.) fratres Cantuariensis ecclesiae Honorium allocuti sunt:* Fratres Cantuariensis ecclesie Honorio solitario salutem. Cum proximo in conventu nostro resideres *etc. An ille Angliam quoque petivit? An Thomas is, cui libellos 'De animae exilio et patria' (Pez l. c. col.* 228 *sq.) et 'XII quaestionum' (ibid. col.* 201*) dedicavit, clarissimus ille Cantuariensis archiepiscopus erat? 'Non liquet' adhuc dicendum est.* 4) *Cf. quae supra de codicibus Corp. Christi Cantabrig., Cotton. Vespas., Amplon. Erf. allata sunt.* 5) *Cf. Böhmer-Will, 'Regesta archiepp. Magunt.' XXIV,* 44. 45. 6) *Ib. XXV,* 117. 7) *Ib.* 91 *et saepius.* 8) *Ib.* 199 *et saepius.* 9) 1042—1053. 10) *Böhmer-Will l. c. XXV,* 133 *et saepius usque ad ann.* 1151.

partes hausit, velut annales Fuldenses, chronicon W[illegible] [illegible] les[1], chronicon Mariani Scoti, ex occidentalibus Germaniae [illegible] nominum propriorum in Germania, quam superiorem dicimus, [illegible] [illegible] superioris [illegible] fuerit, non obstant. Quae de [illegible] Moguntiae [illegible] circa annum 1123. ibi degisse[2] non sine specie veritatis [illegible].

Minime autem credi potest eum antea iam presbyterum et scholasticum [illegible] mensem fuisse. In prooemio libri, cui inscripsit 'Cognitio vitae' [illegible] indicis commemorat, fratres suos, canonicos videlicet s. Mariae in Campis [illegible] cutus, nullam amplius eorum post 'Imaginem mundi' circa annum 1123 [illegible] duodecimum indicis locum tenet — mentionem facit. Ex quo effici poterit eum paulo post annum 1123. ex collegio s. Mariae recessisse. Itaque inter annos 1123 et 1132 de quo termino infra agemus, Honorius, nisi omnia me fallunt, peregrinatus est. [illegible] enim clerici natione Germani tunc eruditionis causa in Galliam proficiscebantur, nonnulli etiam apud illius regni ecclesias scholasticorum muneribus functi sunt. Inter quos, quin noster quoque Honorius censendus sit, quis est, qui dubitet?

Diu autem non peregrinatus est. Secunda enim 'Imaginis mundi' editio circa annum 1132. exarata iam Christiano illi missa est, in quo equidem Christianum [illegible] Cunonem? abbatem cognoverim, cui postea expositionem quoque totius psalterii dedicavit. At hic Christianus in nonnullis codicibus nomine 'Cuono', in aliis iisdemque non parvi ponderis littera C. signatur. Et etiam in archetypo C. scriptum fuisse necesse est, quam litteram ex librariis alius nomine 'Christianus', alius nomine 'Cuono' expressit, alius immutatam repetivit. Quem abbatem C. et, qui ei successit S.[4] (Simonem? Salomonem?), abbates eius monasterii fuisse, in quod Honorius postea se recepit, iure, ut arbitror, inter omnes convenit. Ergo circa annum 1132. iam monachus e clerico factus erat.

Et cum apud eum vehemens amor ac studium sancti Benedicti cognoscatur [illegible], cum monasteria aliorum ordinum ecclesiasticorum circa illud tempus in Germaniae finibus pauca fuerint, quin in monasterium s. Benedicti ordinis se intromiserit, haud dubium videtur. Quod ubi exstiterit, etiamnunc ignoramus. Sed codices Honorii in bibliothecis Bavariae et Austriae creberrimi[6] eum ultimum vitae tempus in iis regionibus degisse probare videntur. Ratisponae, quam solam ex omnibus Germaniae urbibus in libro, quem scripsit de 'Imagine mundi', commemoravit, eum vixisse W. Scherer aliique opinati sunt. Et profecto ex 70 circiter codicibus bibliothecae regiae Monacensis, quibus Honorii opera continentur, non minus quam 19 iique gravissimi et vetustissimi Ratispona vel ex monasteriis Ratisponensibus Monacum allati sunt[7].

1) *Annales Rosenveldenses Honorium vixisse W. Schum ('[illegible] S. Albansklosters in Mainz p. 59 sq.) minus recte asseveravit.* 2) *Si condiscipuli illi, quibus 'Elucidarium' misit, iidem atque fratres sunt, quibus librorum [illegible] — canonicos dico s. Mariae in Campis Moguntinensis — Honorium apud hanc [illegible] esse oportet. Partem librorum praeterea quasi magister ad discipulos suos [illegible] aliquamdiu scholastici munere eum functum esse suspicor.* 3) *De [illegible]* R. Wilmans *l. c. p. 127. 128.* 4) *Cui Honorius dedicavit expositionem [illegible] ticis canticorum. In plurimis huius expositionis exemplis nomen 'S[illegible]' [illegible] 'Salomon' memoratur.* 5) *Cf. W. Scherer l. c. Libri, qui sunt de scala coeli, plane [illegible] s. Benedicti pendent.* 6) *Vide supra p. 29. n. 3.* 7) *[illegible] Z. f. d. Altertum' XII. 300 in excerptis necrologiorum ecclesiae [illegible] Ratisp. saeculorum undecimi et sequentium 'Mon. Boica' XIV 387 [illegible] praedicaverit, nullius prorsus ponderis id esse iudico. Diemer 'Sitzungsber[illegible] Klasse der k. k. Akad. der Wissensch. in Wien' XXVIII. 135 sq. [illegible] mentis nisus monachum Gotwicensem fecit.*

Sed priusquam ad hanc controversiam certo diiudicandam aggrediamur, nos plane scire oportet, qui abbates C. et S. fuerint, quod, quamquam summo cum studio omnia perquisita sunt, nondum cognosci potuit.

Tractatus Honorii, qui est de vita claustrali[1] *et compluria alia eius scripta, quae typis nondum expressa sunt*[2], *ad regulam vitamque monachorum pertinent. Quae eum post conversionem, sed antequam in cellam solitarii intravisset, confecisse necesse est. Nam cum, id quod ex cognominibus* solitarius, inclusus, anachoreta *clare dinoscimus, muris se cingi iussisset, difficile est ad id credendum, quod W. Scherer contendit, eum in tali condicione libros edidisse. Neque eum contra regulam reclusorum ex cella sua exiisse*[3], *sed versus medium saeculum in ea mortuum esse, satis mihi constat.*

Honorius igitur, cum libros infra edendos — 'Offendiculum sive de incontinentia sacerdotum', 'De apostatis', 'Summam gloriam de apostolico et augusto' — conficeret, canonicus, nisi fallor, ecclesiae collegiatae s. Mariae in Campis Moguntinensis erat. Quo tempore singulos scripserit, coniectura modo assequi possumus. W. Scherer 'Offendiculum' circa annum 1115, *'Summam' post annum* 1123. *edita esse affirmat. 'Offendiculum' enim, cuius libellus 'De apostatis' nil nisi appendix est, quintum, 'Summa' tredecimum locum indicis saepius dicti tenent, cum 'Imaginem mundi', circa annum* 1123. *confectam, duodecimum obtinere iam supra commemoraverimus. Itaque, cum indicem ordine temporum accuratissime servato exaratum esse constet*[4], *'Offendiculum' ante annum* 1123, *'Summam gloriam' paulo post hunc terminum scripta esse necesse est. Ad quod, si hunc post pacem inter imperatorem et curiam Romanam anno* 1122. *Wormatiae factam confectum esse, illum autem iam concilium anno* 1119. *Remis celebratum significare adiunximus, id, quod de tempore, quo libelli scripti essent, erat dicendum, penitus absolvimus.*

Honorius, cum in iis, quos senex scripsit, libris tumidum admodum turgidumque orationis genus apud illius aetatis scriptores usitatum exerceret, in 'Offendiculo', quod in numero priorum librorum eius habendum esse scimus, stilo simplici et dilucido, in 'Summa gloria' autem paulo ampliore et subliminore usus est. Agnominationibus subtilibus et argutiis facetis sententiisque simili verborum exitu versuum quandam similitudinem referentibus interdum gaudebat. Ad hoc sermonem versibus nonnumquam miscebat.

Ex antiquis scriptoribus Vergilium trivisse videtur sanctorumque Hieronymi, Gregorii, Augustini, Benedicti, Dionysii Areopagitae scripta laudat et historiae profanae bene gnarus erat. Verba versusque sacrae scripturae optime novit iisque orationem suam exornare consuevit.

Praeterea in libro, qui est de offendiculo, se iuris canonici peritissimum ostendit. Sed nonnumquam canonum praecepta, quae affert, — utrum aliam quam, quas hodie habemus, collectionem triverit, an ea in usum suum interdum sua sponte mutaverit, incertum est — ab iis, quae novimus, nonnihil discrepant. Utique autem, ut in 'Summa gloria' imperatoris, ita in 'Offendiculo' clericorum monachorumque coniugatorum adversarium se implacabilem praebuit. De quorum incontinentia et in alia quaestiuncula egit, quam hic, quia cum 'Offendiculo' aliquo modo convenit, repetere liceat[5].

Utrum sit peccatum nubere vel carnes comedere.

Neutrum est peccatum, quia utrumque a Deo est concessum. Coniugium quidem ipse Deus primis hominibus per suam benedictionem instituit, esum autem carnium

1) *Pez l. c. col.* 363 *sq.* 2) *'Quod monachis liceat praedicare', 'Quid rasa honoris et quid rasa contumeliae' Cod. Monac. lat. nr.* 22225, *f.* 39′ *sq., cod. S. Floriani lat. XI,* 54, *f.* 106 *sq.* 3) *Inclusis ex cella sua exire omnino interdictum erat: cf. ea, quae ea de re deque regula reclusorum Streber in Wetzer et Welte, 'Kirchenlexicon' VI*², 634. *attulit.* 4) *Vide supra.* 5) *Exstat in codd. Monac.* 22225, *f.* 28′ *sq. (A) et s. Floriani XI,* 54, *f.* 104′ *sq. (B).*

Noe concessit. Et apostolus, usque ad tercium celum raptus, christianorum coniugium ordinans, ait: *Qui se non continet, nubat. Si nupserit virgo, non peccavit.* Et item: *Propter fornicationem unusquisque habeat suam uxorem, et unaquaeque mulier suum virum. Vir uxori debitum reddat, similiter et uxor viro debitum reddat.* Item idem: *Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit[a] ecclesiam.* De esu carnium ait idem: *Omnis creatura Dei bona, et nihil reiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum Dei.* Item idem: *Omnia munda mundis, coinquinatis autem nihil mundum.* Qui etiam prohibitores harum rerum inter hereticos connumerat dicens: *Surgunt adhuc viri deceptores prohibentes nubere et abstinere a cibis, quos Deus creavit* [illegible]. Igitur auctoritate utriusque testamenti non est peccatum nubere vel carnes comedere.

Bonum est mulierem non tangere, et bonum est carnes non comedere.

Non tamen dixit: peccatum est mulierem[b] tangere vel carnes edere. Si enim peccatum esset, nulli nubere vel carnes comedere[b] liceret. Apostolus bestiales appetitus a christianis coercens, fornicationem et immunditiam, crapulam et ebrietatem prohibuit, naturae iura[c] concessit, virtutes, id est continentiam et abstinentiam[d], docuit. Continentia namque ad concubitum[e], abstinentia vero pertinet ad cibum. Et quia vitia[f], id est fornicatio et ebrietas, habebunt supplicium, naturalia vero, scilicet coniugium et esus carnium percipiunt hic[g] voluptatis fructum, virtutes autem, videlicet continentia et abstinentia, futurae vitae sperabunt premium, apostolus *omnibus omnia factus* ab illicitis prohibuit, licitis moderate uti monuit, virtutum meritum docuit.

Interrogatio.

Cum idem apostolus nullum excipiat, sed omnibus generaliter dicat: *Unusquisque habeat uxorem et unaquaeque* mulier habeat *virum*, num licet[h] viris vel feminis Deo dicatis, scilicet monachis et sacerdotibus et sanctimonialibus, nubere?

Responsio.

Non licet, quia votum continentiae fecerunt. Ante votum omnibus licuit, post votum nulli illorum licet. Regula monachorum coniugium prohibet, castimoniam iubet. Qui ergo sub hac regula Deo servire voverit, legem professam servare debebit, quam si prevaricatus fuerit, ipsa lex sua eum dampnabit. Similiter canonica censura ministris altaris, scilicet presbyteris, diaconis, subdiaconis, continentiam indicit, quem iure servare debebunt, qui hos gradus subire contendunt. Non est enim congruum carnali copulae servire et Christi hostiam cum angelo immolare. Quod aecclesiae statutum qui servare contempserit[i], heres in regno Christi cum ecclesia non erit. Similiter cum regula sanctimonialium nuptias prohibeat, castitatem doceat, post acceptum velamen non licet eis nubere. Sicut nec in quadragesima licet carnes christianis comedere, quod tamen[k] in pascha licet nisi penitentibus vel hiis, qui votum fecerunt[l], igitur, quod ante votum licuit, post votum[m] non licet.

Cum 'Offendiculum' tamdiu in bibliothecis delituerit, tot codices eius inveniri potuisse iure miraberis. Sed omnes ex uno archetypo hodie deperdito fluxisse non solum ex eo, quod omnes eadem Honorii opera, 'Elucidarium' scilicet, 'Inevitabile', 'Offendiculum', 'De apostatis' eodem ordine connexos continent, sed maxime ex propinqua textus affinitate cognoscitur.

Vetustissimus vero omnium et accuratissimus, quem nostrae editionis fundamentum posuimus, est:

a) *deest* A. b) *add.* non B. c) [illegible] d) [illegible] e) [illegible] bitum A; cubitum *corr.* concubitum B. f) vicia [illegible] B. g) [illegible] h) [illegible] licet B. i) contempserint A. k) tam B. l) [illegible] B. m) [illegible]

A) Cod. bibliothecae regiae Monacensis 13105 *(Ratisb. civ.* 105*), membr. in* 4⁰, *saec. XII. exeuntis, una eademque manu satis nitide et diligenter exaratus litterisque minio illuminatis exornatus, qui praeter Ivonis, episcopi Carnotensis, 'Sententiam de divinis officiis', quae typis nondum expressa est, nil nisi Honorii opuscula iam memorata amplectitur foliisque* 105—125′ *'Offendiculum' nostrum, f.* 125—131 *libellum 'De apostatis' praebet.*

Et aetate et scribendi diligentia ad codicem A propius accedit

B) Cod. Cremifontanus J. VII. 24, *nr.* 133. *membr. in* 4⁰, *compte et ornate diversis saeculi XIII. et XIV. manibus scriptus et, ut videtur, ex compluribus partibus recentiore tempore in unum consutus. Qui codex sacramentarium Innocentii III. pontificis, sermonum collectionem amplissimam, alia diversi generis scripta, velut expositionem Ieremiae prophetae, indicem verborum in sacris scripturis adhibitorum, in fine opuscula Honorii, 'Elucidarium', 'Inevitabile', 'Offendiculum' (f.* 208′—218′*), 'De apostatis' (f.* 218′—221*), comprehendit. Ex hoc ad verbum descriptus est*

B 1) Cod. Cremifontanus J. VII. 25, *nr.* 133, *chartac. saec. XIV. et XV. diversis manibus exaratus, qui varia scripta et theologica et historica et philosophica et miscellanea continet et foliis* 57′—66′ *'Offendiculum', f.* 66′—69′ *libellum 'De apostatis' exhibet.*

A codicibus iam dictis nonnihil discrepat

C) Cod. Leodiensis nr. 333. *membr. in* 4⁰, *saeculi XIII. exeuntis satis pulchre et eleganter confectus et litteris initialibus variis coloribus pictis exornatus. Hic, ut patet ex inscriptione primi folii, olim fuit monasterii s. Trudonis proprium. Praeter quaedam Isidori opuscula theologica libros Honorii supra laudatos eodem ordine quo in ceteris codicibus, coniunctos amplectitur, libellique nostri 'Offendiculum' (f.* 71—76′*) et 'De apostatis' (f.* 77′—78′*) versibus excipiuntur, quos eundem Honorium composuisse verisimile est, quos alibi publici iuris sumus facturi.*

Ex codice Leodiensi libellum 'De offendiculo' primus Dr. Nolte b. m. typis dedit. Quam tamen editionem remoto[1] *admodum loco factam, cum, quantum in me esset, in maioribus patriae bibliothecis frustra requisivissem, nostrae, cui ex eodem fonte, quo Nolte, haurire licuit, adhibere supersedi.*

Ex codice A vel saltem ex codice ei simillimo, quem hodie deperditum dolemus, derivatus est

D) Cod. Mellicensis nr. 1074, *chartac. in* 4⁰, *saeculi XVIII, quem vir de medii aevi scriptoribus edendis optime meritus Bernardus Pez O. S. B., qui in dissertatione isagogica*[2] *editionis suae nonnullorum Honorii librorum, 'Offendiculum', quamvis sedulo investigatum, nullibi eatenus se reperisse affirmat, postea cum codicem, nescio, utrum nostrum Monacensem A, an alium, indagasset, describi fecit. Sed priusquam libellum tamdiu desideratum typis dare potuisset, morte, ut videtur, praeventus est. Cuius exempli varias lectiones iis solummodo locis retinui, quibus, utrum ex codice nobis ignoto fluxerint, an librarius suo Marte textum mutaverit, incertum erat. Ex hoc codice exscriptus est nostris diebus*

D 1) Cod. Palatinus Vindobon. nr. 15360 *(Suppl.* 2771*), quem, qui de scriptis vitaque Honorii luculenter satis disseruit, Diemer, Pezii exemplo in bibliotheca Mellicensi reperto, exarandum curavit. Postea autem Diemer, ut ex ipsius manuscripti annotationibus apparet, codicem quoque Cremifontanum B vel B* 1 *indagavit eumque apo-*

1) *'Revue des sciences ecclésiastiques'* 1877; *cf. Stanonik l. c. in fine.* 2) *Thesaur. anecdot. II. V*

grapho suo adhibuit et ita editionem libelli praeparavit, quam tamen numquam in lucem emisit. Cuius exempli varias lectiones quasi nullius momenti [illegible].

'Summae gloriae' quoque octo codices investigavi [illegible]. Quorum [illegible] optimus est

A Cod. bibliothecae regiae Monacensis nr. 22225 (Windberg 25), membr. in 4°, saec. XII, una manu eaque nitida elegantique accuratissime scriptus, alia [illegible] diligentissime correctus, litteris variis coloribus depictis ornatus, qui praeter quaedam Hugonis de s. Victore Rutpertique abbatis Tuitiensis opuscula omnia fere Honorii scripta in unum collecta comprehendit. Indicem f. 1' ab ipso librario exhibitum hic repetere liceat. Foliorum numeri manu recentiore additi sunt: (f. 1) Hugo de domo Domini (f. 21). Honorius de libero arbitrio (f. 29). Questio de Michahele et Petro (f. 33). De X plagis (f. 38). Quid vasa contumeliae et vasa honoris (f. 42[1]). Quid sit claustralis vita. Quid scala ad celum[2] (f. 43). Quod monachis liceat et predicare[3] (f. 43). Et diversae questiones. Honorius' Summa gloria (f. 51). Liber intitulatus eiusdem: Scala celi (f. 59). Isidori de libero arbitrio et gratia (f. 65). De eodem testimonia aliorum doctorum. Inevitabile. Libellus quid suum virtutis[4]. Sacramentarium (f. 84).

Addidit praeterea librarius 'Imaginem mundi' Honorii initiumque libelli 'De luminaribus ecclesiae'. Apographon 'Summae gloriae', qualis in hoc codice continetur, exhibet

A 1 Cod. Monacensis nr. 9711 (Ob. Alt. 211), membr. et chartac. in 2°, [illegible] saec. XVI, in quo inter varia scripta theologica, historica, miscellanea 'Summam' quoque f. 148—152' aliaque Honorii opuscula invenimus. Cuius codicis varias lectiones non annotavimus.

Multo maioris pretii est

B Cod. S. Floriani XI, 54, membr. in 4°, saec. XIV, quem cum codice A arctius cohaerere non solum ex eo effici potest, quod eundem fere textum libelli praebeat, sed etiam ex eo, quod omnes fere libellos supra enumeratos eodem ordine [illegible] exhibeat. Variis diversorum temporum manibus satis pulchre et diligenter scriptus est. Fuit autem olim proprium ecclesiae collegiatae Mathighovensis, ut patet ex tegumenti inscriptione: Georgius Sparseguet, canonicus ecclesiae collegiatae intemeratae virginis Mariae Mathighovensis, Pataviensis diocesis, propriavit hunc librum Augustino, amico suo, professo in Suben et tunc incorporato ad s. Floriani anno Domini 1490, in profesto s. Leopoldi principis ac comitis. Dilectissimi, orate Deum pro nobis. Hic codex hos libros comprehendit: Regulam pastoralem s. Gregorii, Macri 'De virtutibus herbarum', nomina quarundam herbarum, Honorii 'Summam gloriam' f. 97'—104', eiusdem 'Questiones aliquot', librum 'De vita claustrali', 'Quid vasa honoris et quid vasa contumeliae', 'Utrum monachis liceat predicare', 'Questiones aliquot', 'Sacramentarium'.

Ex quo codice vel ex alio illi simillimo fluxit

B 1 Codex Mellicensis P. 40, membr. in 4°, saec. XIV, pulchre satis diligenterque una manu exaratus, qui varia s. Bernardi, Hieronymi, Bonaventurae, Iohannis abbatis cuiusdam scripta Honoriique 'Summam gloriam' f. 72 sq. continet. Huius codicis apographon eadem aetate fere confectum et etiam in bibliotheca Mellicensi servatur, quod tamen huic editioni non esse adhibendum duximus.

1) Adhuc ineditum. 2) Ita c. 3) Seq. [illegible] 4) [illegible] sed asservatur in cod. Mellicensi 295, f. 85. [illegible] librum confecerit, scripsisse librumque 'Quid suum virtutis', [illegible] 'Imaginem mundi', in [illegible] non [illegible], addidisse. 5) Cf. [illegible] 'Handschriften der Stiftsbibliothek S. Florian' p. 20. 21.

Aliam libelli nostri recensionem praebet

C) Cod. s. Floriani XI. 152, chartac. in 4°, saec. XIV. XV, qui f. 1—8'. *'Summam gloriam' scriptaque Conradi de Walthusen, Henrici de Hassia, aliorum diversis manibus diversis temporibus exarata amplectitur. Quocum arctius cohaeret*

C¹) Cod. Monac. 14142 (*Em. B.* 50), *chartac. in* 4°, *saec. XV, qui foliis* 108—114 *'Summam gloriam', s. Augustini, Bernardi, Innocentii III, Nicolai de Dinkelsbühl, Henrici de Hassia opusculis insertam, praebuit.*

D) Codicem Gemnicensem hodie deperditum saec. XIV, codicibus A et B propinquiorem, sed multis locis depravatum editionis suae fundamentum adhibuit Bernardus Pez, cuius varias lectiones nostrae editioni integras adnotavimus, cum eas

E) Codicis universitatis litterarum Gradicensis nr. 248, *chart. saec. XV, qui olim fuit monasterii s. Lamberti, quasi nullius omnino pretii omisimus. Qui codex f.* 51 *sq. textum 'Summae' ita ridicule mendosum depravatumque praebet, ut librarium eum sermonis Latini admodum imperitum scripsisse res facilis est ad intellegendum.*

f. 105. I. DE OFFENDICULO[a].

Fratres magistro[b].

Crebro[c] cogimur ad ostium tuae sapientiae pulsare et timemus, ne aliquando, tedio affectus, permittas nos foris stare. Sed cum noverimus non esse tuum, quod das, sed tibi tantum commissum aliis ad erogandum, exigimus a te nostrum debitum. Desideramus certificari tua solutione super vulgari in toto orbe questione, quae ab omnibus cottidie pene ventilatur, et adhuc lis sub iudice indiscussa celatur[1], scilicet, si liceat presbyteris post acceptum ordinem uxores ducere, vel si prosit aut liceat christianis eorum missas audire vel alia sacramenta ab eis percipere, presertim cum
1. Cor. 7, 2. apostolus nullum excipiens de omnibus viris dicat: *Propter fornicationem unusquisque*
f. 105'. Tit. 1, 5. 6. *uxorem habeat. Melius est enim nubere quam uri.* Et iterum: *Presbyteros constitue unius uxoris viros*[2]. Et necesse est, ut haec questio a te finiatur, quia ob auctoritatis gratiam tua sententia utputa iudicis ab omnibus prestolatur.

Magister. Involvendo dolis me vallant tegnae[d] Sinonis[3];
Hostis equo clausus struit in mea Pergama plausus.

En, labori meo merces Promethei recompensatur, qui post factum a se hominem avibus et bestiis relegatur. En, fratres sancti, cogitis me, in Aethyopia figere tentorium[4], ut habitem in medio scorpionum[e, 5] et frater fiam draconum et socius strucionum[6], immo ut agnum me sevis lupis exponitis[7] et undique in[f] me frementium lividis dentibus corrodendum vel potius dilacerandum traditis. Sed forsitan dicturi estis Prometheum in maiorem post gratiam receptum, ut etiam anuli usus ob insigne dilectionis ab eo sumpserit exordium dicetisque, si ardeat Ilium, mihi Thetim[g] cum Enea prestare effugium ad Latii[h] asylum, immo montem mihi demonstrabitis, ad quem me cum Loth Sodomae incendium evadere posse affirmabitis. Et ut planius totum dicam,

a) De o. *des. C.* b) F. m. *des. C*; Fratres magistro de off. *B.* c) Discipulus crebro *C.* d) tegna *A*; regna *B*; tecta *C.* e) *e corr. C.* f) *erasum C.* g) Thethim *A*; Theth. *B.* h) Lacii *A.*

1) *Cf. Horatii Epist. II.* 3, 78: et adhuc sub iudice lis est. 2) *Cf.* 1. *Tim.* 3, 2. 3) *Cf. Verg. Aen. II.* 57 *sq.* 59. 195. 4) *Habac.* 3, 7: Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae. 5) *Ezech.* 2, 6: Et cum scorpionibus habitas. 6) *Iob* 30, 29: Frater fui draconum et socius struthionum. 7) *Cf. Luc.* 10, 3.

asseritis[a] me fortassis eo magis Deo appropinquare et [illegible], qui [illegible] zelo Dei concitavero odia iniquorum. Quia haec, inquam, [illegible] quam preponitis, non quid ego sentiam, sed quid Spiritus sanctus [illegible] censuerit, dicam[1].

INCIPIT OFFENDICULUM[c].

1. De sacerdotibus legis[d].

Chaos[2] legis veteris fuit umbra lucis novae legis. Synagoga [illegible] umbra. Sic sacerdotes veteris testamenti fuerunt umbra [illegible] evangelii. Omnia autem, quae populo sub lege constituto contingebant vel ab eis fiebant, populi christiani figura erant. Lex itaque, quia spiritualis[e] est, spiritualia utique precipiebat. Sed populus carnalis, ad litteram tantum ea intellegens[f], carnaliter cuncta[g] futura[h] implebat, donec, umbra recedente, spiritualis populus venit, qui omnia spiritualiter implevit. Quae lex cunctos maledictionis vinculo innodaverat, qui fructum in Israel non ferebant. Unde sacerdotes[i] legis ad evitandam maledictionem et propagandam prolem uxores ducebant, quia non aliunde nisi de sola stirpe Levi sacerdotes eligendos lex censebat[3]. Sacerdos autem omnibus membris corporis debuit integer existere[4] et ipse virgo virginem de sua cognatione ducere[5]. Si meretricem vel repudiatam aut viduam sibi copulaverat, lex eum penitus a sacerdotio repellebat[6]. Per vices autem tabernaculo vel templo ministrabant et tempore suae vicis ab uxoribus segregatim [illegible] dormiebant[7]. Peracta vice ad domum propriam revertebantur et tunc demum coniugibus iungebantur. Illorum vero sacrificia erant hyrci et tauri[k] et his similia. Haec omnia in figura acta esse[l], nullus ambigit, qui divinam paginam aliquatinus[m] novit.

2. De synagoga et aecclesia.

Synagoga igitur erat concubina, aecclesia vero superni Imperatoris regina. De illa dicitur: *Ecce ancillam et filium eius*, scilicet legem et carnalem populum. De ista [illegible] autem[n]: *Astitit regina a dextris tuis*, videlicet in gloria, ubi sponsus eius est Christus [illegible] in dextra[o] Patris[8]. Cui reginae iam sponsus omnia Patris secreta[p] nota fecerat, quae a concubina celaverat. Quia itaque ab aecclesia cuncta legis remota sunt[q] umbracula, sicut ipsa est sine ruga et absque macula[9], ita etiam vult habere sacerdotes, in quibus nulla sint sordium piacula. Et si concubina carnaliter tantum sapiens hos ministros repudiabat, quos aliqua deformitas membrorum corporis dehonestabat, quanto magis regina cuncta amplectens spiritualia[r] omnes ministros refutat, quos morum fęditas deturpat?

3. De lusco et lippo[10].

Si[s] luscus vel lippus erat, concubina eius ministerium respuebat[11]. Luscus vero pro recto transversum aspicit, lippus vero lucem videre odit. Luscus est, qui recti-

a) asseretis *B*. b) opponetis *B*. c) I. o. *des.* [illegible] d) [illegible] *Numeros addidi.* e) spiritalis *A B 2*. f) intellig. *hic et passim B C*. g) *seq.* [illegible] h) [illegible] in fut. *C*. i) [illegible] *corr. C*. k) h. et thauri *A*; thauri et hirci *B*; [illegible] l) [illegible] m) quatenus *hic et passim B. C.* n) ante *C.* o) dextera *C.* p) s. P. *B.* q) [illegible] r) [illegible] s) *littera S minio supplenda deest A.*

1) *Cf. Henrici Mellicensis, 'Priesterleben' v. 475 sq.* [illegible] *Honorii 'Offendiculum' adhibuisse constat.* 2) *De* [illegible] *Ambrosii Enarr. in Ps. XLIII, 61 (Opp. ed. Maur. I, 911. 912* [illegible] 3) [illegible] 1, 48 *sq.* 3, 41 *sq.* 4) *Lev.* 21, 17 *sq.* 5) *Ibid.* 21, 13 *sq.* 6) [illegible] 44, 22 *cf. Can. apost. c.* 18. 7) 2. *Paral.* 23, 4 *sq.*; [illegible] 8) *Cf. Colos.* 3, 1. 9) *Cf. Ephes.* 5, 27. 10) *Cf.* [illegible] *past. libr. I,* 11. 11) *Levit.* 21, 28 *sq.*

*f. 107. tudinem sacrae scripturae *neglegit et secularibus litteris, quae vana et obscena instruunt, studium impendit. Lippus vero est[a], qui exosum habet splendorem[b] Dei preceptorum et amat in opaco esse vitiorum. Huic quia visus dehonestatur, eum regina suum ministrum habere[c] dedignatur.

4. De gravi auditu.

Si gravis auditu fuit, hunc sibi servire concubina noluit[1]. Gravis auditu vix clamantes audit et sepe vix audita perverse intelligit. Graves ergo auditu sunt, qui scripturas sibi inclamantes audire contempnunt, et si aliquando quaedam vix attendunt, ea in defensionem[d] suae perversitatis pervertunt. Hos quia auditus deturpat, regina eos sibi[e] servire recusat.

5. De grandi naso.

Si grandi vel parvo vel distorto naso extitit, concubina eum a suo obsequio repulit[1]. Quia fętores odoresque[f] per nares discernuntur, recte diversitates studiorum per nasum intelleguntur. Grandem ergo nasum habet[g], qui fętorem gentilium scripturarum, scilicet philosophica[h] argumenta, immo deliramenta et poetica figmenta in se trahere anhelát et odorem divinae paginae haurire nausiat[i]. Parvo vero naso est, qui nec divinis nec secularibus discendis[k] insistit, sed, váriis negotiis occupatus, in *f. 107'. torpore neglegentiae[l] hebetescit. Distorto autem naso est, qui ea, quae[m] vel in *divinis vel in secularibus legerit, perverse intellegit, peius agit. Hi, quia membro odoratus deformantur, ab obsequio reginae[n] reprobantur.

6. De impedita lingua.

Si lingua erat impeditus, concubinae ministerium exhibere non erat dignus[1]. Sacerdos impeditus est lingua, qui missas vel horas canonicas aut sepulturas vel baptismum non vult agere nisi pro pecunia. Multum in lingua prepeditur, qui veritatem reticens mendaciis et[o] detractionibus irretitur. Hunc[p] talem, cum non habeat oris placens officium, renuit[q] regina habere ministrum[r].

7. De aegris manibus et pedibus.

Quorum manus chyragra[s] vel pedes podagra contraxerat, hos concubina sibi obsequi contempserat. Huius manus chyragra[s] contraxit, quae semper sunt[t] ad accipienda munera porrectae et ad dandam elemosinam[u] collectae. Pedes podagra strinxit, qui in Dei servitio stare sunt[v] debiles et ad choreas vel ad alia nefanda spectacula sunt[v] stabiles. Tales regina a suo servitio removet, quia eos tactus et incessus[w] turpis languor tenet.

8. De infamibus nuptiis[x].

Si meretricem, si repudiatam, si viduam in[y] uxorem acceperat, hunc synagoga concubina a sacerdotio refellebat[z, 2]. Ita hodie aecclesia regina omnem repellit a

a) lip|pus vero est *in loco raso C.* b) visum *A. del. man. altera et superscr.* splendorem. c) hre *A.* d) defensione *C.* e) sibi eos *B.* f) odores foetoresque *D.* g) habet nasum *B. C.* h) physosophica *A.* i) nauseat *D.* k) disciplinis *punctis del. et superscr.* discendis *B.* l) neglig. *hic et passim B*; negglig. *C.* m) *superscr. B.* n) rag. *corr.* reg. *C.* o) *deest A. B. C; superscr. manu altera A.* p) hinc *corr. man. altera* hunc *A.* q) remuit *A.* r) minstrum *corr.* ministrum *A.* s) cyr. *A. C.* t) ś *B.* u) elomosinam *A*; eleomosinam *C.* v) ś *B.* w) ita necessus *corr.* et necessus *C.* x) de infamib *B*; *reliqua abscissa sunt.* y) *deest B.* z) repellebat *C.*

1) *Levit.* 21, 28 *sq.* 2) *Levit.* 21, 13 *sq.*; *Ezech.* 44, 22; *cf. supra p.* 39, *n.* 6.

sacerdotio, qui vel meretricem vel relictam vel viduam sortitus fuerit in [illegible][1]. Si virginem duxit, hunc lex ad sacerdotium admisit. Ita in aecclesia ad sacerdotium ille recipitur, qui laicus virginem sortitur[2], ita tamen, ut adepto ordine numquam ei denuo per carnis commixtionem copuletur[3]. Si autem ante acceptum ordinem bi[illegible], id est si, mortua legitima uxore, aliam duxerit, hunc aecclesia nullomodo ad gradum sacerdotii admittit[4].

9. De uxore sacerdotis.

Et quia lex spiritualis est, legis mandata spiritualia[a] etiam intellegit aecclesia. Sacerdotis aecclesiae uxor legitima est aecclesia canonice accepta. Illa itaque aecclesia pro meretrice reputatur, quae ab hereticis consecrata, immo constuprata[b] nulli nisi pro pecunia datur. Haec quia cum multis symoniacis ut meretrix pro mercede cum adulteriis prosternitur, non fas est sacerdoti aecclesiae, ut hanc in coniugem sortiatur.

10. De repudiata.

Repudiata vero convincitur, quae ob hereticam pravitatem vel pravos et incorrigibiles mores a suo sacerdote relinquitur et ideo copula eius catholico[c] sacerdoti interdicitur.

11. De vidua.

Vidua autem illa aecclesia creditur[d], cuius sacerdos ob religionem expellitur. Ab huius etiam consortio sacerdos aecclesiae inhibetur, quamdiu[e] verus maritus superstes perhibetur[f]. Ipse vero virgo virginem sortiatur. Si virgo est corpore, multum est laudabile. Si vero carnis integritatem quolibet genere fornicationis amisit, non multum aecclesia attendit, si tantum vita eius verbo et exemplo utilis fuerit et de cętero castitati servire decreverit. Mente autem virgo esse debet, ut integritatem fidei servet et nulla eum hereseos perfidia ab amore veri sponsi subruat et eius animum pravae doctrinae consentiendo[g] polluat.

12. De virgine.

Virginem quoque accipiat sponsam, id est aecclesiam a catholico sacerdote consecratam et gratis canonice datam; quae etiam sit de sua cognatione, id est de eadem, qua ipse est, fidei professione.

13. De sacrificio sacerdotum.

Sacerdotes quoque aecclesiae debent tauros[h] et hyrcos[i] in sacrificio offerre. Per tauros[h] superbia intellegitur, per hyrcos[i] intellegitur luxuria. Per haec duo maxime diabolus genus humanum possidet, dum mentem per superbiam, carnem per luxuriam obtinet. Aecclesiae itaque sacerdotes debent tauros[h] et hyrcos[i] Domino mactare, id est vigiliis, ieiuniis et orationibus superbiam et luxuriam in se domare.

a) spiritualiter *B.* b) stuprata *C.* c) kath. *B.* d) dicitur *C.* e) [illegible] f) quamdiu v. m. s. perhibetur *des. C.* g) consuetudine *C.* h) [illegible] i) [illegible]

1) *Can. apost. c.* 17. 18. 2) *Cf. Siricii papae epist. I. c.* 9 (*Leonis III. Opp. ed. Ballerini III.* 246; *Jaffé nr.* 65; *Ivo VI.* 91; *Grat. Decr. c.* 3. *dist.* 77). 3) *Greg. M. Epist. IV.* 33 (*EE. I. p.* 269; *Grat. Decr. c.* 2. *dist.* 32). 4) *Greg. M. Epist. II.* 37 (*EE. I. p.* 133; *Grat. Decr. c.* 10. *dist.* 34); *Innoc. I. Epist. ad Victricium* [illegible] *II* [illegible] (*Leonis M. Opp. III.* 204; *Grat. Decr. c.* 13. *dist.* 34); *Gelas. papae* [illegible] (*Leonis Opp. III.* 410; *Grat. Decr. c.* 59. *dist.* 50); [illegible] *III* [illegible] *Mansi II. col.* 1070; *Grat. c.* 2. *dist.* 55); *Conc. Rom. a.* 465, *c.* 2 (*Mansi II* [illegible]; *Grat.* [illegible] *dist.* 55).

14. De tabernaculo et templo.

Per tabernaculum, in quo sacrificium a sacerdotibus offerebatur, aecclesia presens intellegitur, quamdiu hic peregrinatur. Templum autem, in quo per vices a Salomone *f. 109. disponebantur, aecclesia futura accipitur, quando a vero[a] pacifico, *Christo, in cęlo collocabitur[b]. Si igitur, ita ut[c] dictum est, sacerdotes his[d] vicibus ministraverint in tabernaculo, postmodum in diversis mansionibus disponentur in templo, ut in Apoca- Apoc. 7, 15. lypsi[e] legitur: *Sacerdotes Domini erunt*[f] *in templo eius et*[g] *die ac nocte ei servient*[h].

15. De electione sacerdotum.

Ecce, tales sacerdotes querit aecclesia habere, talibus vult ipsa sua sacramenta committere. Qui aliter agunt, sacerdotes esse aecclesiae[i] non poterunt. Dicis itaque: 'Si ita[k] sunt enucleandi, pauci inveniuntur sacerdotio digni'. Audi: Quotquot[l] publicis[m] criminibus impliciti tenentur, canonica censura a sacerdotio arcentur[1]. Quorum vero crimina latent, hos aecclesia tolerat et eorum causam suo sponso, cordium inspectori[n, 2], reservat. Sicut enim ipsa est sine macula[3], ita etiam vult habere inmaculata servitia. Et si in gente Iudeorum ad offerendum sanguinem pecorum[o] sacerdotes sine macula membrorum et virginibus solummodo copulati[p] eligebantur, ubi de una tantum stirpe assumebantur, quanto magis in aecclesia sine macula morum eligendi[q] sunt, qui non sanguinem pecorum[r], sed summi Patris agni cruorem oblaturi sunt, presertim cum de *f. 109'. omnibus gentibus, de omnibus linguis, de omni conditione *eligi possint[s]. Nempe in aecclesia non queritur formositas corporum, sed morum. Nec[t] sacerdotio privatur, qui vitio aliquo deformatur, vel[u] si etiam desint aliqua, utputa digitus de pede aut de manu vel virilia, si tantum formosus et integer fuerit in fide per bona studia.

16. De indignis sacerdotibus.

Hic forte dices: 'Quam multi absque electione, plures absque probatione, multi criminosi, plurimi indocti, plerique per pecuniam sacerdotium assecuntur aut etiam pontificatus apicem adipiscuntur, adepti vero aecclesias, sacros ordines et alia Spiritus sancti carismata vendunt, spiritualia respuentes, temporalibus lucris toto[g] studio intendunt, quidam etiam militiam parant, quidam voluptatibus vacant, omnibus deliciis affluunt[v], quaequaelibet committunt[w] et tamen cottidie divinis mysteriis[x] infulati ingeruntur et ab omni populo maiore honore quam boni sacerdotes digni ducuntur[y]!'

17.[z] De episcopis.

Audi: Qui per ostium Christum[a] non intrant[b] aecclesiam, sed aliunde ascendunt per pecuniam[c], non sacerdotes, sed fures et latrones[4]. Et licet centum infulis decorentur, cottidie dominicis sacramentis impudenter inserantur, canes sunt, foris aec- *f. 110. clesiam sunt[5]. Si sacerdotium emunt, cum Iezi animae lepram habebunt[6], et ideo *ab

a) viro C. b) collocatur B. c) superscr. altera manus A. d) hic B. e) apocalipsy A; apocalipsi *reliqui codd.* f) *add.* et B. g) *deest* C. h) serviunt C. D. i) ęcclesię esse B. C. k) itaque *corr.* ita B. l) quotquod B. m) publice B; pupl. *corr.* publicis C. n) inspectatori A. o) peccorum A. p) cobulati *corr.* cop. C. q) *superscr. man. secunda* B. r) peccorum A. C. s) possunt *radendo corr.* possint A. t) Hec *corr.* Nec B. u) vel si — vel virilia *del.* A, *linea subscripta minio.* v) effl. *corr.* affl. C. w) committuntur C. x) *deest* B. y) dicuntur C. z) *Abhinc etiam A capitulorum inscriptiones memoriae tradit.* a) Christum *corr.* Christi C. b) e *corr.* C. c) prope ianuam D.

1) *Concil. Wormat. a.* 868, *c.* 9 (*Mansi V,* 739; *Ivo Pan. III,* 186; *Grat. Decr. c.* 33. *dist.* 50). 2) *Cf. Prov.* 24, 12: Qui inspector est cordis. 3) *Cant.* 4, 7; *Ephes.* 5, 27. 4) *Ioh.* 10, 1 *sq.* 5) *Apoc.* 22, 15. 6) 4. *Reg.* 5.

aecclesia seclusi, non intrant, sed recedunt. Si gratuita dona Spiritus sancti[a] vendunt, cum Symone mago[b, 1] ad perditionem tendunt, et hii, ab aecclesia [illegible] stabunt vacui. Si autem militiae sunt dediti, non sacerdotes, sed aecclesiae sunt[c] inpugnatores, non defensores, sed aecclesiae destructores, non patroni, sed[d] tyranni. Et si voluptuose vivunt et ad flagitia peragenda potentes sunt[e], potentes quoque tormenta patientur, et doctiores habundantius pęnis plectentur. Hos omnes regina aecclesia a sacerdotio eliminat et a suo ministerio abdicat; hos Iesus, aecclesiae sponsus, ab aecclesia sua cum flagello eicit[3] et a domo patris sui ut fures et latrones repellit[4]. Non enim gregem Domini, sed se ipsos[f] pascunt, lac comedunt, lanis se cooperiunt[5] et oves Domini inter lupos minant[6], vel potius ipsi sęvi lupi eas devorant. Solummodo namque rebus subditorum inhiant, de salute animarum prorsus nihil cogitant et, ut vulgo dicitur, vivos et mortuos devorant. De his scriptum est: *Ipsi regnaverunt et non ex me, principes extiterunt, et ego ignoravi.* Quamvis omnis potestas a Deo[7], quia isti recesserunt ab eo, non per Deum, sed per pecuniam[g] principantur et ideo non sunt digni, ut in notitia Dei habeantur. Hos autem omnes esse seclusos a consortio *aecclesiae communionis, accipe modum exclusionis[h]. *f. 110

18. De invasoribus aecclesiae. Syllogismus[i].

Qui a pastore non intromissus per ostium non intraverit, sed scandendo per murum in ovile irruerit, aut fur aut latro aut lupus est[8]. Sed ipsi a pastore Christo intromissi non sunt nec per ostium aecclesiasticae institutionis ad aecclesiae regimen intraverunt, sed per pecuniam[k] quasi armata manu violenter in ovile Domini irruperunt. Igitur fures, latrones, lupi sunt et ideo extra aecclesiam sunt. Fures sunt, quia, quos possunt, decipiunt, clam, furtim munera accipiunt. Latrones sunt, quia quibus prevalent, opprimunt, bona eorum quasi iustitiam exercendo diripiunt. Lupi sunt, quia, quos suae tyrannidis[l] non consentaneos habere poterunt, in eos crudeliter sęviunt. Canes etiam[m] sunt, quia sancta Dei, quantum in ipsis est, coinquinant. Porci sunt, quia margaritas divinarum[n] sententiarum sordide vivendo proculcant[9]. Igitur hii omnes non sunt sacerdotes aecclesiae, sed ministri sunt satanae[o].

19. De continentia sacerdotum.

Quod autem aecclesiae sacerdotes caste vivere debeant, multa exempla veteris testamenti probant. Legitur enim[p] in veteri serie, quod sacerdotes legis a coniugibus segregati[q] dormirent, dum tempus suae vicis in offerendo sacrificio explerent. Si hii a mulieribus sibi concessis abstinebant, qui sanguinem *pecorum[r] tantum offerebant, *f. 111 quanto magis ab omni mulierum commixtione debent perpetuo vacare, quos ipsum Dominum constat cottidie immolare? Item legitur[s], quod Moyses per triduum populum sanctificaret, dum ad montem ad[t] percipiendam legem accessurus esset[10]. Ubi in veteri scriptura *sanctificavit* legitur, a mulieribus abstinuisse tantum intellegitur. Et si hi triduo ab uxoribus abstinendo sanctificabantur[u], qui ad montem, in quo angelus

a) S. s. dona *B.* b) *deest A. B.* c) *deest A. C. D add.* [illegible] d) *add.* sunt *C.* e) *deest C.* f) semetipsos *B.* g) pecuniam *C.* h) *Hic* [illegible] i) *deest A. C.* [illegible] k) pecuniam *C.* l) tyranidis *A. B.* m) enim *A.* n) diversarum *A. C.* o) sathane *B,* [illegible] p) *deest A;* in Paralippomenon *add. in marg. B.* q) segregatim *C.* r) pecorum *A.* s) [illegible] *add. B.* t) *deest A. B. D.* u) sanctificabantur *D.*

1) *Act.* 8, 1 *sq.* 2) *Cf. Matth.* 25, 1 *sq.* 3) *Io.* 2, 15 *sq.* 4) *Io.* 10, [illegible] 5) *Ezech.* 34, 2 *sq.* 6) *Ioh.* 10, 12. 7) *Rom.* 13, 1. 8) *Cf. Io.* 10, 1 *sq.* 9) *Matth.* 7, 6. 10) *Exod.* 19, 14 *sq.*

tantum in assumpta humana forma apparuit, applicabantur, quanto magis ab omni contactu mulierum debent se iugiter observare[a], qui ipsi Domino angelorum cottidie debent appropinquare?[1] Item legitur[b], quod David a Saul fugiens[c] et[d] esuriens cum suis a sacerdote panem sacerdotum non accepisset, nisi se prius triduo a coniugibus abstinuisse respondisset[2]. Si David esurienti erat illicitum vesci pane sacerdotum, nisi esset mundus ab accessu mulierum, istis licet implicari sordibus meretricum, non uxorum, qui cottidie debent vesci[d] pane angelorum? Item legitur[e], quod Oza sacerdos, dum nutantem archam tenere voluit, a Domino occisus[d] interiit[3]. Cur occidit *f. 111'. eum Dominus, si voluit operari bonum opus? Oza creditur illa *nocte cum uxore sua[f] fuisse et illa die sancta tangere ei[g] non licuisse. Si ille in corpore periit, qui pollutus illud vas tantum Domino dedicatum tangere presumpsit[h], quanto magis isti in anima pereunt, qui, omnibus sordibus inmunditiae involuti, illum contrectare presumunt, in cuius conspectu nec cęli mundi sunt?[4] Item legitur[i], quod Nadab et Abiu, filii Aaron, ab igne devorati sunt, dum in sacrificio Domini ignem alienum obtulerunt[5]. Si Domino voluerunt incensum offerre, cur devorati sunt ab igne? Creduntur et illi in nocte rem cum mulieribus[k] habuisse, et illa die illis ministrare non licitum fuisse, et ideo in exemplum futurorum sacerdotum eos in corpore periisse. Si illos consumpsit incendium, qui polluti obtulerunt[l] tantum incensum, quid[m] putas, qualiter eos[n] flamma gehennae absorbeat[o], qui ordine[p] angelorum ipsum patris incensum, Christum scilicet, cottidie offerre sordibus inmundi non trepidant?

20. De gentilium sacerdotibus.

Quid loquor de sacerdotibus deditis divinis cultibus, cum gentilium litterae suos sacerdotes a mulieribus abstinuisse tradant, quando ydolis immolaturi erant? Si continentiae operam dabant, qui demonibus sacrificabant, istis conceditur se cum *f. 112. mulieribus coinquinare, *qui vivo[q] et vero Deo, omnium sanctificatori[r], cottidie debent agnum immaculatum, Christum, immolare? Igitur aecclesiae sacerdotes debent esse continentes.

21. De sacerdotio Christi.

Veterem cisternam relinquamus, ad fluenta novi fontis veniamus. Iesus Christus, Deus et dominus noster, in quem omnes credimus, et in quo solo[f] salvari confidimus, qui legis maledictionem solvit et gratiae benedictionem contulit, ipse summus et primus sacerdos aecclesiae, ut demonstraret sibi servientes debere cęlibem vitam ducere, nasci voluit de casta virgine et ipse exemplum castitatis vivendo et docendo usque Ioh. 12, 26. in finem vitae prebuit et sibi servire volentibus dixit: *Qui mihi ministrat, me sequatur*, id est me imitetur, ac si aperte diceret: 'Si vis mihi ministrare, me caste vivendo imitare'. Si genito de castitate castos convenit ministrare, et ipse incestuosos[s] odit et a suo ministerio seponit, igitur omnis, qui luxuriae sordibus se coinquinat, Christo non ministrat.

22. De ministerio sacerdotum.

Denique quamdiu quisque[t] in[u] inmunditia vivit, Christo nullomodo servire poterit. Dicis ergo: 'Si Christo non serviunt, qui caste non vivunt, cui serviunt, cum in aecclesia

a) servare *B.* b) in libro regum *add. B.* c) fugisset *B.* d) *deest B.* e) in libro regum *add. B.* f) *deest D.* g) ei tangere *B. C.* h) *in loco raso C.* i) in libro Numeri *add. B.* k) uxoribus *D.* l) *alio atramento superscr. A.* m) quod *A.* n) eos qualiter *corr. q. e. superscriptis litteris a et b A.* o) obsorbeat *C.* p) odorem *B*; ordinem *C.* q) uno *A. C.* r) salvatori *A.* s) incestluosos *radendo correxit* incestuosos *A.* t) *deest C.* u) *superscr. A.*

1) *Cf. Innoc. I. ep. II. c. 9* (*Leonis III. opp. ed. Ballerini III*, 204; *Jaffé nr.* 288). 2) 1. *Reg.* 21, 4 *sq.* 3) 2. *Reg.* 6, 6 *sq.* 4) *Cf. Iob* 15, 14. 5) *Levit.* 10, 1 *sq.*

missas celebrant, alte cantant, legunt, psallunt[a]?' Audi: Suo domino, videlicet diabolo. Omnis namque, qui facit peccatum, servus[b] est peccati[1]. Et a quo quis vincitur, illius et[c] servus efficitur. Sed ipsi a spiritu fornicationis victi sunt et ei toto corde serviunt. Igitur non Christi ministri, sed spiritus fornicationis servi sunt. Et quamdiu eius dominio[d] serviunt, Christo servire non poterunt. Casto autem casti servire debent. Quod isti in aecclesia cantant vel legunt, propter lucrum aut[e] propter iactantiam faciunt. Et hoc non est Christi servitus, sed clamor et strepitus Deo infestus. At inquies[f]: 'Nonne sancta verba ibi recitant[g]?' Audi: In hoc magis rei sunt, cum sibi temere iustorum officium usurpant. *Peccatori enim*[h] *dixit Deus*: *'Quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos retrorsum. Furibus concurrebas et cum adulteris portionem tuam*[i] *ponebas'*. Ecce furibus et adulteris sociantur[k] divina voce, quos dicis altisona voce legendo vel canendo in aecclesia Deo servire. Cum enim luxuriose vivunt et monita scripturarum despiciunt, quantum in ipsis est, verba Dei coinquinant, dum ea polluta[l] mente et conscientia in aecclesia recitant. Itaque videamus, quid[m] sit ministerium eorum! Per hoc, quod sacrata[n] loca ingrediuntur, Christum scrutantes persecuntur. Per hoc autem, quod sacras vestes induunt vel sacra vasa tangunt[o], Christo violentes manus iniciunt[p]. Per hoc vero, quod impudenter offerre presumunt, Christum quodammodo visibiliter in altari crucifigunt. Igitur ministerium eorum Christi persecutio, immo crucifixio appellatur.

23. De castitate apostolorum.

Sacerdotibus aecclesiae illicitum esse uxores ducere, docent exempla primorum aecclesiae sacerdotum, videlicet apostolorum et omnium ab eis ordinatorum, qui omnes castam vitam duxerunt[2], sicut ab ipso summo sacerdote formam acceperunt. Quod autem[q] opponitis apostolum omnibus viris dixisse: *Unusquisque uxorem habeat*, hoc 1. Cor. 7, 2.
solum[r] laicis eum concessisse nullus ignorat[s], qui tenuiter Pauli epistolas legerit[t]. In primitiva namque aecclesia omnes, qui ad fidem convertebantur, cęlibem et communem vitam duxisse sacra auctoritate comprobatur[u].

24. De laicorum regula.

Quos Corinthii iam per Paulum conversi cum imitari vellent, quidam eorum a sathana temptati in tantam libidinem prolapsi sunt, ut etiam cum novercis suis coirent. Apostolus itaque in Spiritu sancto previdens[v] multitudinem[v] gentium[q] fidem percepturam et castitatis propositum minime servaturam, ut peritus medicus animarum, volens in hoc mederi infirmitati eorum, concessit eis unius uxoris consortium ob evitandum fornicationis precipitium. Nam causam subiunxit dicens: *Melius* (id est levius) *esse* 1. Cor. 7, 9.
legitimae uxori *nubere, quam uri*, id est concupiscentia alienarum mulierum consumi. Et quod hoc solis laicis concesserit, testatur alia epistola, quam illorum sacerdoti misit.

25. De regula sacerdotum.

Timotheus etenim illorum episcopus erat, cui in alia epistola scripserat: *Oportet* 1. Tim. 3, 2.
episcopum esse irreprehensibilem[w] *unius uxoris virum*. Inter episcopum et presbyterum

a psalteria A. b servilis C. c deest D. d dum eorum dnio A; domino D. e sed F. f inquiens B. g recitantur D. h autem A. i deest A. k associantur B. l pollute C. m quod A. n sacra B. o vel s. v. tangunt des. B. D. p init. A. B. q deest C. r solis B. s ignorant corr. eadem manu ignorat C. t legerat B. u comprobantur B. v [illegible] A multitudinem manus recentior, et [illegible] C. w irreprehensibilem esse C.

1) Cf. Rom. 6, 16. 2) Cf. Matth. 8, 14; 1. Cor. 9, 5.

nulla erat tunc temporis differentia [1]. Ideo cuncta, quae ab apostolo episcopis precipiuntur, presbyteris similiter precepta leguntur. Multi autem de Grecis, sicut hodie de Latinis, litteras erant laici edocti [a], qui, accepta fide, assumebantur ad ordinem sacerdotii.

26. De Pauli epistola.

Precepit itaque apostolus, ne quis ad sacerdotium accedere presumeret, nisi is [b], qui nonnisi unam uxorem laicus habuisset, accepto autem ordine, numquam ei in carnis commixtione [c] se copularet [2], tamen vitae necessaria ei subministraret [3]; si autem post acceptum ordinem cum illa vel cum alia rem habuisse convinceretur, a ministerio altaris pęnitus removeretur. Si vero bigamus esset, id est, si una [d] mortua aliam uxorem *f. 114. duxisset [e], nullomodo ad sacerdotium accederet [4]. Sane quod nullus *tempore apostolorum legitur pro hac culpa [f] ab officio altaris depositus, haec causa est, quod, cum essent pauci christiani, sacerdotes etiam erant rari et hi omnes perfectissimi, ita ut summa vi castitati studerent et omnes pęne martyrium pro sanctitate subirent. Clemens quoque, Petri [g] apostoli discipulus et in apostolica sede successor eius, canones apostolorum, tradente Petro, scripsisse fertur, in quibus scriptum reperitur [h]: *Si quis episcopus vel presbiter fornicatus fuerit, deponatur* [5]. Ecce quod tu vocas coniugium, sacri [i] canones appellant stuprum. Igitur quia Spiritus sanctus per os aecclesiae principis et per vas electionis [6] sacerdotibus aecclesiae [k] castitatem indixit, presbyteris post acceptum ordinem uxores ducere non licet.

27. De uxoratis.

Nunc videndum, unde haec nefanda consuetudo usquequaque inoleverit, quod quasi licenter passim uxores duxerint. Cum contra apostolica instituta neophiti, id est nuper ad fidem conversi, quidam quidem [l] propter necessitatem, quidam autem propter avariciam [m] ad sacerdotium assumerentur, legum divinarum et sanctionum [n] canonicarum ignari prioribus uxoribus commiscebantur, reclamantibus canonibus et omnibus apostolicis viris, sanctae religionis cultoribus. Et cum hic mos aliquantulum convaluisset, iam quasi licenter cum coniugibus post acceptum ordinem commanebant, et, illis mor- *f. 114'. tuis, quidam alias ducebant. *Et hoc quidem alicubi a religiosis acerbiter inpugnabatur, alicubi patienter ideo [o] tolerabatur, quod aliquis modus tunc [p] illis [q] inerat [r]. Cum una contenti erant, et multi illorum post filiorum procreationem seculum reliquerunt et reliquum vitae caste et sancte [s] vixerunt. Hoc autem tempore, cum, Dei timore et humano pudore reiecto, more canum [t] cum quibuslibet meretricibus passim se impudenter coinquinare et velut [u] sues in volutabro [7] inmundiciae publice et insatiabiliter se ceperunt [v] volutare et tamen se cottidie dominicis sacramentis temere ingererent [w] et

a) laici litteras erant edocti *C.* b) his *corr.* is *C.* c) commixtionem *D.* d) uno *corr.* una *A.* e) duxisset *corr.* dixisset *C.* f) *alia man. superscr. A.* g) *litteris uncialibus scr. A.* h) repperitur *B.* i) sacre *C.* k) principis et p. v. e. s. aecclesiae *des. C.* l) equidem *C.* m) *add.* ut *D.* n) sermonum *mutavit man. recentior* sanctionum *A.* o) *deest B.* p) *deest D.* q) *deest, sed add. man.* 2. t: illis tunc *B. C.* r) inerant *radendo corr.* inerat *A.* s) caste et sanctę *B.* sancte et caste *D.* t) tantum *C.* u) velud *C.* v) *ita codd.* w) ingerent *corr. man.* 2. ingererent *A.*

1) *Cf. Isid. Hispal. Etymolog. lib. VII. c.* 12. § 12 *(Grat. Decret. c.* 1. *dist.* 21*).* 2) *Cf. Leonis papae epist.* 167. *ad Rusticum Narbonensem episc. c.* 3 *(Opp. ed. Ballerini I,* 1416; *Jaffé n.* 544; *Grat. Decret. c.* 10. *dist.* 30*).* 3) *Cf. Leonis IX. papae epist. contra Nicetam abbatem (Ivo Pan. III,* 115; *Grat. Decr. c.* 11. *dist.* 31*).* 4) *Cf. supra p.* 41, *n.* 1. 4. 5) *Similem constitutionem legimus in can. apost. c.* 25. 6) *Scilicet sancti Petri.* 7) 2. *Petr.* 2, 22.

insuper suam[a] turpitudinem pertinaciter defenderent, apostolicus Dei electus omnibus presbyteris secundum canonum instituta coniugium interdixit et inoboedientes[b] vinculo anathematis vinciens[1] strinxit.

28. De ordinandis.

Hic forte dices: 'Quomodo potest adolescens castitatem servare, cum acceptus ordine ad illam primitus aetatem pervenit, qua hanc rem potest perpetrare?' Audi! Canonica censura nullus ante XXX[mum d] aetatis annum[e] quamvis sanctissimus, quamvis doctissimus sacerdotio sublimatur[2], et hic tantum, qui[f] inter religiosos monachos aut regulares canonicos conversatur. Quo tempore et Dominus baptizatur et a patre ad predicationem destinatur, ut dicitur: *Quare coepit Iesus facere et docere*, quod proprium est sacerdotum, prius facere, deinde docere. Si autem uxoratus regimen animarum suscipere debuit, nullomodo eum aecclesiastica regula ante quinquagesimum annum ad sacerdotium admisit, quo tempore carnalis concupiscentiae ardor in eo tepuit[3]. Prius namque ei uxorem[g] habere licuit. Hac autem aetate peracta, si verbo et exemplo populo Dei utilis iudicabatur, ad sacerdotium assumebatur. Si vero post acceptum sacerdotii gradum cum priore uxore vel cum alia rem habuit, eum aecclesia a suo ministerio ut prevaricatorem repulit[4]. Qui autem exacto XXX[mo h] aetatis anno[i] doctrina valent et propositum sanctitatis habent, hos canonica institutio non solum ad sacerdotium admittit, sed etiam ad quodlibet aecclesiasticum regimen compellit. Igitur qui aliter ad sacerdotium accesserit, quam Spiritus sanctus et aecclesia instituerit, non ut sacerdos ab aecclesia honorabitur, sed ut prevaricator a Deo condempnabitur. Quadruplex vero crimen admittitur, ubi adolescens vel ad sacerdotium vel ad regimen aecclesiasticum eligitur. Primo ipse[c] criminis reus tenetur, qui fastu superbiae ante prefixum tempus ad indebitum gradum promovetur, secundo fratres in cenobiis vel eius amici aut cognati crimini addicuntur, dum talis ordinationis fautores, immo impetratores[k] inveniuntur. Tertio episcopus se crimine[l] obligat, dum contra apostolica decreta[m] indigno manum imponens, alienis peccatis communicat. Quanto ipse miser maximo flagitio obvolvitur, dum, superba mente super alios elatus, extollitur, et cum cunctos quasi sibi inferiores despicit, iam quasi licenter in voraginem inmundiciae irrevocabiliter sordibus[n] se inmergit[o]! Itaque legitima aetate tantum florentes et votum in[p] castitate habentes, canones[5] ad sacerdotium admittunt, alios autem ab hoc officio repellunt. Unusquisque hoc officium sibi[q] usurpet, quod implere prevalet. Si enim a lectoris gradu a canonibus prohibetur, a quo idem officium non idonee[r] legendo et psallendo impleri prohibetur, quomodo sacerdotio contra ius fasque fungitur[s], a quo ipsum officium caste vivendo non persolvitur? Igitur nullus debet ad sacerdotium

a) et suam insuper *corr., litteris a et b superpositis* et i. s. 1; ins. et s. *B C*. b) inobedientibus *A. C*. c) *deest C*. d) XXX *corr. man. 2* XXX[mum] 1; trigesimum *C*. e) annum aetatis *D*. f) et h. t. qui *des. D*. g) *deest A. C*. h) trigesimo *C*. i) *seq.* [illegible] 1; *add.* si *B*. k) imperatores *corr. man. 2*. impetratores *A*. l) se cr. [illegible] *marg. C*. m) instituta *del. et superscr.* decreta *B*. n) sordidus *B*. o) mergit [illegible] 1. p) *deest, superscr. man. 2. A*. q) *deest B. C*. r) idonee *B*. s) fungitur [illegible] 2 fungetur 1.

1) *Scilicet Calixtus II. qui anno* 1119. *in concilii Remensis canone* 5. *et postea anno* 1123 *in concilii Lateranensis canone* 3. *praedecessorum suorum Gregorii septimi, Urbani secundi, Paschalis secundi statuta iteravit atque intendit. Cf. Mansi tom. XXI. col.* 238. 282. 2) *Decret. Fabiani papae in concil. Neocaes. Burch.* V, 10; *Ivo Decr.* VI, 30; *Ivo Panorm.* III, 29; *Ans.* 7, 1. 95; *Grat. Decr. c.* 11. *dist.* 78 *et alibi saepius*. 3) *Non inveni*. 4) *Cf. Leonis papae epist.* 167, *c.* 17 *Opp. ed. Ballerini I.* 1416; *Jaffé nr.* 544; *Ivo* VI, 68; *Ivo Pan.* IV, 106; *Burch.* V, 114; *Grat. Decr. c.* 10. *dist.* 31. 5) *Cf. supra n.* 2.

eligi, nisi a quo per scripturarum scientiam et vitae castimoniam et aetatis reverentiam ipsum ministerium potest impleri. At inquies: 'Multi ad sacerdotium festinant, ut vitae necessaria acquirant[a]'. Audi, quam male illae divitiae[b] congregantur, per quas aeterna egestas, ignis inextinguibilis[1], vermes inmortales mereantur, cum tot artes sint[c] et ingenia, per quae homo sine reatu criminis[d] possit sperare vitae necessaria.

29. De diversis artibus.

Quam pulchrum est enim terram colere et de ea diversi generis fructus colligere, f. 116. quam pulchrum *est piscari, quam delectabile venari, quam gloriosum pingere vel scribere vel sculpere aut aurum aut[e] argentum malleo attenuare[f], in diversas species mutare, cuprum, ferrum in diversos usus convertere, lapidibus, lignis domos, aecclesias, alia aedificia construere, quam utile pelles acu, calciamenta subula consuere et de his[g] singulis victum et vestimentum[h] sperare! Quid miser homo ad indebitum sibi culmen properat, cum inde peius ad interitum animae ruat? Quanto enim quisque altius in- Matth. 16,26. consulte ascendit, tanto profundius in ima lapsus proruit. *Si homo universum mundum lucretur, quae commutatio pro anima sua reddetur!* Sed, proh dolor! has artes multi contemptibiles ducunt et suos filios propter vanam gloriam aut propter avaritiam ad litteras discendas tradunt, et dum eos corporali exercitio adimunt, fornicatores efficiunt. Ipsi vero, dum se desidiae et libidini[i] subiciunt, servi demonum per inmundiciam fiunt.

30. De indoctis sacerdotibus[k].

Quidam autem illorum ob lasciviam, quidam ob penuriam, dum minus litteris imbuuntur, utroque, scilicet laicali[l] et clericali, officio exuuntur. Et dum populo in labore non associantur et a clero ob inscitiam dedignantur, per pecuniam sacros ordines aut aecclesiasticum regimen attingunt et ipsi cęci duces cęcorum fiunt[2]. His Isai. 56, 10. *f. 116'. per prophetam[m] dicitur: *Canes muti, non valentes latrare.* *Canem quisque[n] in domo habet, ut contra fures et lupos latret. Domus Dei est aecclesia, cuius canes sunt sacerdotes, fures demones sunt, qui non pecuniam, sed animas furari querunt. Lupi sunt heretici, qui gregem Domini seducendo lacerant, oves Christi ad vitia persuadendo strangulant. Contra hos bonus canis latratus edit, dum sacerdos caste vivendo et bene docendo publice eis contradicit. Isti autem, dum perverse vivunt, in sordibus suis obmutescunt, et quia ipsi eadem agunt, inde aliis predicare non presumunt nec etiam[o] sciunt, igitur hi[p] tales non sunt sacerdotes, sed[g] ruina populi et animarum deceptores. Hii, quia a patrefamilias non vocati superius nituntur ascendere et primum locum aliis preparatum in populo iactanter habere, veniente domino domus, incipient novissimum locum[g] cum rubore retinere[q, 3]; cum videlicet, ligatis manibus et pedibus, in exteriores tenebras proiecti sordescunt[4], quia nec in domo Dei sine veste nuptiali pretiosis vestibus ad luxum fulgescunt.

31. De paucitate bonorum et multitudine malorum.

Dicis ergo: 'Si tales, ut dicis, eligendi sunt, rari presbyteri, et qui Dei servitium peragant, pauci erunt'. Audi: Melius est enim una columpna marmorea totam

a) adq. C. b) divicie illę B. c) s *corr. man.* 2. sint A. d) crim. reatu B. e) vel B. C. f) attenuari A. C. g) *deest* C. h) vestitus C. i) et libid. *des.* B; desidię et lib. se C. k) *Dehinc usque ad finem libelli capitulorum inscriptiones omnino omiserunt* A. C. l) l. se. C. m) propheta C. n) *add.* idem B. o) etiia *corr. radendo* etia A. p) *deest* A. C. *postea superscr.* A. q) tenere B.

1) *Marc.* 9, 42 *sq.* 2) *Cf. Matth.* 15, 14; *Luc.* 6, 29. 3) *Luc.* 14, 8. 4) *Matth.* 22, 2 *sq.*

domus machinam sustentari, quam centum harundines [illegible] supposititiis[a] totius potest [illegible] labi. Ita utique longe melius est uno catholico sacerdote machinam aecclesiae tolerari, quam centum erroneis populum Dei perditum iri. Non [illegible] [illegible] paucitas [illegible] bonorum et multiplicitas malorum, quia *arta et angusta est [illegible], quae ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam, lata autem et spatiosa[1] via[1], quae ducit ad perditionem, et multi ambulant per eam.* Denique aecclesia non querit pluralitatem, sed [illegible]. [illegible] namque[c] in solo Abel constabat, et progenies Cain multiplex erat. In [illegible] quoque parvo delituit numero, dum totus populus ob iniustitiam periit cataclismo[f]. In [illegible] Habrahae[h] generatione fructificabat, dum reliquus populus ydolis immolabat. In sola gente Hebreorum florebat, dum totus mundus ydolatriae deditus erat. In solis apostolis aliquando pullulabat. Igitur aecclesia gaudet de sinceritate iustorum et respuit multitudinem impiorum. De illis dicitur: *Noli[i] timere, pusille grex, quia complacuit patri* [illegible] *tibi dare regnum.* De istis autem: *Congregatus est numerus ut harena maris [illegible] sionem*[k].

32. De immundis sacerdotibus.

Nullum autem servitium eos Deo solvere hac convincuntur ratione. Omnes, qui in[l] inmunditia[m] fornicationis vitam ducunt, Deo servire non poterunt. Sed ipsi in fornicatione vivunt. Presbyteris autem omnis concubitus illicitus est. Igitur omnes presbyteri, qui cum uxoribus se polluunt, fornicatores sunt. Et quamdiu [o]in fornicatione [illegible] vivunt, non Christo, sed demonum[n] inmunditiae serviunt. Hi sunt Christi adversarii et publici hostes Dei. Dicitur enim: *Qui non est mecum, contra me est.* Et iterum: [illegible] *Si quis est amicus seculi huius, inimicus Dei constituitur*[o]. Ipsi autem non solum se[illegible] culi, sed diaboli se amicos ostendunt, dum studium inmunditiae servitio Dei preponunt. Item scriptura dicit: *Si peccaverit vir in virum, orabit vir pro eo, si peccaverit in Deum,* [illegible] *quis orabit pro eo?* Baptizatorum corpora sunt sancti Spiritus[p] templum[2]. Igitur multum in Deum peccant[q], cum eius templum fornicando violant, et ideo disperdet [illegible] illos Deus, cuius iram provocant.

33. De uxoribus sacerdotum. Syllogismus.

Mulieres autem illorum non uxores, sed fornicarias esse his accipe: Presbyteri aecclesiae aut caste vivunt et sacerdotes sunt, aut inceste et fornicatores existunt. Sed ipsi incestuosam[r] vitam ducunt, igitur fornicatores sunt. Mulieres autem illis illicite iunctae sunt, igitur fornicariae sunt[3].

34.[s] De filiis eorum.

Filii autem illorum inter infames a canonibus[4] censentur et ad sacros ordines

a) supposititiis *[illegible]*, suppositis 1; subp. C. [illegible] [illegible] C. [illegible] *[illegible]* spes. 1. d) *[illegible]* C. e) itaque C. f) cathaclismo C. g) solo [illegible] h) Habrahe [illegible] Abrahe C. i) nolite [illegible] 1. k) [illegible] *[illegible]*; de bonis autem dicitur: *Pauci vero sunt electi* Matth. 22, 14 [illegible] *[illegible]* m) imundiciam C. n) demoni C. o) Dicitur enim: *Qui non est mecum, contra me est.* Et iterum. *[illegible]* 1; *[illegible]* [illegible] p) [illegible] sancti C. q) in D. peccant multum C. r) incestuosam 1. s) [illegible]

1) *Non inveni.* 2) 1. *Cor.* 6, 19. 3) *[illegible]* *poterant.* 4) *Decret. Urbani II. in conc.* [illegible] *anno* 1078, [illegible] *XVII. Ch. I*: Ut filii presbyterorum et caeteri in fornicatione nati ad sacros ordines non promoveantur, nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter [illegible] [illegible] lationem tamen nullatenus habeant; sed neque servi, nisi a dominis suis [illegible] [illegible] *concil. Melphitanum anno* 1089, *[illegible]* *Mansi* XX, 724.

aecclesiae[a] accedere[b] et[c] testimonium ferre prohibentur, nisi ad religiosam vitam conversi utiles esse comprobentur. Quod si seculum reliquerint[d], servi aecclesiarum, non heredes parentum sint.

35. De pollutis.

Si autem a canonibus altari ministrare nisi pro magna necessitate illi interdicitur,
*f. 118. qui per somnium[e] in nocte et invitus polluitur[1], quanto magis *ab omni altaris ministerio repelluntur, qui tota voluntate[f] singulis noctibus[g] cum meretricibus polluuntur? Non est autem fas dici, quantum piaculum sit, cum quis de meretrice ad altare currit
1. Reg. 3, 14. et sordes suae inmunditiae dominicis sacramentis intergit[h]. Dicitur enim: *Non expia-*
Hebr. 13, 4. *bitur iniquitas eius hostiis et muneribus in aeternum.* Et iterum: *Fornicatores et adulteros indicabit Deus.* Ac si diceret: 'Alii peccatores a sanctis iudicabuntur, isti autem, cum omnes peccatores excellant, ab ipso Deo dampnabuntur'. Sed dicis: 'Illa nocte cum mulieribus non dormiunt, cum in crastino missas celebraturi sunt'. Audi: Si laico precipitur, ut se per triduum ab uxore abstineat, antequam corpus Domini accipiat, et post acceptionem similiter per tres dies se contineat[2], istis, postquam fornicantur, licet secundo aut quovis die dominicis sacramentis appropinquare, cum laico post fornicationem nonnisi post VII annos in penitentia exactos liceat communicare?[3] Et quomodo presbyteri uxores habeant, cum nec hoc reliquis altaris ministris liceat? Canones enim precipiunt, ut, si quis ad diaconatus vel ad subdiaconatus[i] promovendus sit ordinem, prius in presentia episcopi Deo et sanctis faciat[k] castitatis professionem[4].

36. De sacrificio[l, 5]. Syllogismus[m].

Itaque qui publice in fornicatione vitam ducunt, sacrificium Deo offerre non poterunt nec Christi corpus conficiunt, qui extra aecclesiam sunt. Locus autem sacrificii
*f. 118'. tantum in *catholica aecclesia est. Ipsos autem in aecclesia non habere consortium,
cf. Eph. 5, 5. cognosce expulsionis excludium[n]. Omnis fornicator et inmundus non habet partem in regno Christi et[o] Dei. Sed ipsi fornicatores et inmundi sunt et ideo partem in regno Dei, quod est aecclesia, non habent. Ideo extra aecclesiam manent.

37. De excommunicatis sacerdotibus. Syllogismus[p].

Devitandi[q] sunt vero a christianis[r], quia excommunicati sunt. Hac autem ratione convincuntur esse sub anathemate: Aecclesia per Spiritum sanctum constituit presbyteros caste et sine uxore[s] vivere. Omnes autem christianos[r] convenit aecclesiae[c] obedire. Sed ipsi aecclesiam non audiunt, id est institutis[t] eius non obediunt. Igitur ut ethnici[u], id est pagani, habendi sunt. Item[v] accipe: Linguae apostolorum claves sunt regni

a) *deest B.* b) *deest A. C.* c) *deest C.* d) reliquerunt *C.* e) sõmium *corr. radendo* sonium *A.* f) *deest B; superscr. ead. man.* g) noctibus singulis, *litteris* a *et* b *superscriptis, corr.* s. n. *B.* h) interserit *C.* i) subdiacotus *corr.* subdiaconatus *A.* k) faciant *corr.* faciat *A.* l) *littera* o *abscissa B.* m) sillog *B.* n) *ita omnes codices.* o) Chr. et *des. B. C.* p) Sigitt *B.* q) Evitandi *C.* r) crist. *C.* s) uxoribus *B.* t) statutis *B. C.* u) ethenici *radendo corr.* ethnici *A.* v) Sillog *add. in margine B.*

1) *Deuteron.* 23, 10; *cf. Gregorii M. epist. XI,* 56a *ad Augustinum Anglorum episcopum c.* 9 (*EE. II, p.* 342; *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 742). 2) *Epist. Clementis papae ad Iacob. fratrem Domini, apud Ivon. Decr. I,* 24. 3) *Simile praeceptum habet conc. Ancyrit. c.* 20. 4) *Epist. I. Nicolai I. ad Adonem archiep. Vienn.; Jaffé nr.* 2755. 5) *De missa sacrificio clerici uxorati cf. conc. Rom. a.* 1059. *actum c.* 3 (*Jaffé nr.* 4399; *Ans.* 8, 40; *Ivo Panorm.* 3, 135); *conc. Rom. a.* 1063. *actum c.* 3—5 (*Jaffé nr.* 4501; *Ivo Panorm.* 8, 142); *epistolam Urbani II. ad Lucium praepos. s. Iuventii apud Ticinum* (*Jaffé nr.* 5443; *Grat. Decr. c.* 6. *dist.* 32) *et alibi saepius.*

celorum. Quod ligaverint, ligatum erit; quod solverint, solutum erit[1]. Apostolicus[2] autem omnes uxoratos presbyteros excommunicavit[a]. Sed ipsi uxorati sunt. Igitur excommunicati sunt. Primus namque[b] Gregorius[3], vir per omnia apostolicus, scriptum reliquit in suis decretis synodalibus: *Presbyter, qui uxorem duxerit, anathema sit. Et dixerunt omnes episcopi amen.* Si Gregorius papa iudicio omnium episcoporum uxoratos presbyteros vinculo anathematis alligavit, ergo omnes presbyteri, qui publice cum uxoribus, immo cum meretricibus degunt, anathematizati sunt. Sed dicis decretum apostolicorum[c] tantum valere in vita illorum, post mortem autem eorum esse irritum. Audi[d]: Si edictum apostolicorum post mortem illorum vim non habet, tunc et Petri et Pauli et aliorum sanctorum instituta post solutionem carnis[e] eorum non valent. Immo in morte illorum[e] scita eorum firmantur[f], dum ipsi Christo et celesti aecclesiae associantur.

38. De laicis.

Dicis ergo: 'Si presbyteri fornicatores excommunicati sunt, ergo et laici fornicatores anathematizati sunt'. Audi: Quantum differt lux a tenebris, tantum differt ordo sacerdotum a laicis. Si laici fornicantur aut aliud quid contra regulam religionis agunt, non ideo aecclesia eos communione privat, sed patienter tolerat et ad penitentiam provocat, nisi forte rebelles extiterint et sacerdotibus non obedirent[g] et suam iniquitatem defenderint; tunc ab omni communione eos canonica censura segregabit[4].

39. De presbyteris.

Presbyteri autem, qui speculum debent esse laicorum et per bona exempla duces cecorum, nominatim ab[h] apostolica animadversione excommunicati sunt, si publice in fornicatione vivunt, quia per malum exemplum homicidae populorum existunt. Et sicut laicus uxoratus, si cum alterius uxore mechatur, nullomodo salvari posse, nisi resipiscat, comprobatur[5], ita nulla ratione presbyter salvabitur, si cum uxore invenitur.

40. De indignis presbyteris.

Itaque presbyteri contra ius fasque uxorati, quia probati sunt extra aecclesiam positi et excommunicati, missam[i] ab eis audire vel alia sacramenta percipere non solum nihil prodest, sed multum obest, et ideo illorum missae et sacramenta ab omnibus christianis sunt devitanda[6].

41. De missa eorum[n].

Quaecumque enim fiunt contra Dei instituta[k], non Dei sunt[l] servitia, et quae fiunt contra aecclesiae decreta[m], non sunt sacramenta. Sed ipsi contra Dei statuta vivunt, contra aecclesiae decreta agunt: ideo nec veritas in missis eorum agitur, nec virtus sacramenti per eos conficitur[n]. Quod autem simulacra missarum agere presu-

a) excommunicat *C.* b) autem *C.* c) apostolorum *A.* d) *deest B.* e) carnis e. n. v. I. in m. illorum *des. C.* f) infirmantur *corr.* firmantur *A.* g) *ita omnes codd.* h) *ita codd.* i) missas *B.* k) statuta *B.* l) sunt Dei *B. C.* m) *in loco raso B.* n) ea cave *add. a man. recentior C.*

1) *Matth.* 16, 19 *sq.* 2) *Clericos uxoratos excommunicavit Calixtus II. papa in conc. Remensi a.* 1119. *acto c.* 5: *Mansi XXI.* 236; *auctorem secutus praedecessorem suum Paschalem II. qui idem fecit in concil. Trecensi anno* 1107. *acto c.* 4; *cf. LL. Const. imp. I* 567; *Hefele, 'Conciliengesch.'* V, 289). 3) *Opp. (ed. Maur.) III.* 1293. 4) *S... constitutionem cf. in conc. Eliberitan. c.* 8 (*Mansi II.* 7). 5) *Ibid. c.* 79 (*Mansi II.* 17); *conc. Ancyrit. a.* 314. *c.* 20 (*Mansi II.* 519). 6) *Cf. quae supra p.* 50, *n.* 5 *de ... coniugatorum presbyterorum annotavimus.*

munt, Domino utique illudunt et maledictionem pro benedictione super populum com- [2. Esdr. 13, 2.] municando sibi[a] consentientem inducunt. De eis[b] enim scriptum est: *Convertam benedictionem vestram in maledictionem.* Clamor orationis eorum pro populo non exauditur, quia oratio eorum in peccatum convertitur. Sacrificium illorum a Domino non suscipitur, nec sacramentum, sed laqueus et iudicium sibi, populo vero mortis poterium ab [cf. Isai. 1, 13 sq.] eis conficitur. Unde dicitur[c]: *'Sacrificium vestrum odivit anima mea, quia panem pollutum obtulistis[d] mihi', ait Dominus.* Ecce, quod ipsi sacramentum, hoc[e] Dominus vocat panem pollutum. Igitur qui eis scienter communicant, maledictionem pro benedictione super[f] se cumulant. Et si quis illorum pollutum panem pro sacramento accipiat, ita est, quasi panem ore canis sordidatum sumat.

At[g] dices: 'Missa non fit melior a bono celebrata nec peior a malo decantata'. Audi: Utique verba divina, scilicet euangelium sive lectionum seu orationum, a bonis non meliorantur et a malis minime peiorantur, sed a bonis prolata a Deo pro aecclesia suscipiuntur, a malis autem dicta renuuntur[h], immo ipsi haec proferentes re- [Ps. 49, 16. 17.] darguuntur[i]. Peccatori enim[k] dixit Deus: *Quare tu enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam et proiecisti sermones meos* [… 15, 9.] *retrorsum. Non est enim speciosa laus in ore peccatoris.* Quia qui avertit aurem, ne audiat legem[1], huius oratio erit execrabilis[1]. Iustus autem aperiet os suum in ora- [Iac. 5, 16.] tione, et Dominus exaudiet eum, et antequam eum invocet, dicet: 'Assum'[m. 2]. Multum enim valet deprecatio iusti assidua.

Substantia quoque panis et vini non fit melior in manibus boni oblata nec peior per manus impii sacrificata[n], sicut nec aurum in manu regis melioratur nec in manu pauperis deterioratur. Verumtamen per consecrationem bonis panis angelorum et vita animae efficitur, malis autem in iudicium convertitur, hereticis vero[o] ab aecclesia pro sceleribus segregatis poterium mortis conficitur. Et ne haec fiant infirma, accipe scripturae testimonia. Certe eadem verba, quae Petrus et apostoli in confessione Domini [Matth. 16, 16.] protulerunt, haec eadem et demones clamaverunt. Petrus[p] namque pro apostolis Domino respondit: *Tu es Christus, filius Dei vivi.* Similiter et demones: *'Scimus, quis[q] sis: filius Dei.* Sed haec pro apostolis collata collaudantur et multa mercede remunerantur, demones autem haec loqui non sinuntur, immo haec loquentes pęnis subduntur. Revera autem sacrificium non erat melius, quod Abel obtulit[r], quam quod Cain Domino sacrificavit. Neque enim Deus plus delectatur agno quam tritico. Non enim, quid offeratur, sed quis offerat, attendit, et ideo sacrificium iusti Abel, qui semetipsum Deo per devotionem et simplicitatem obtulit[r], accepit, sacrificium autem Cain parricidae[s], qui per malitiam et invidiam se Deo abstulit, renuit[t]. Igitur per preces et [Prov. 15, 8.] hostias iustorum placabitur Deus, quia *vota iustorum placabilia;* per clamores autem et munera impiorum exasperatur, quia *victimae impiorum abhominabiles Domino.*

42. De sacramento.

Dices autem: 'Sacramentum non est in merito[u] offerentis, sed in[v] gratia benedictionem conferentis, presertim cum et Iudas cum apostolis predicasse legatur et baptizasse'. Audi: Sacerdos occulte peccans ab aecclesia toleratur et causa eius, ut dictum

a sibi comm. *B. C.* b his *C.* c Unde dicitur *des. B.* d optul. *C.* e) *deest B.* f) *deest, sed postea superscr. A.* g *dehinc usque ad finem capituli omnia des. B.* h renn. *A. B*; renuuntur *corr.* renuuntur *C.* i *add.* ut dicitur *C.* k autem *C.* l exerrabilis *C.* m adsum *C.* n sacrificia *corr.* sacrificata *A.* o *add.* et *C.* p *litteris uncialibus scr. A.* q quis *corr. man. recentior ex alio atramento* quis *C.* r opt. *C.* s patricide *C.* t renuit *C.* u numero *C.* v *deest A, postea superscr.*

1) 2. *Tim.* 4, 4. 2) *Isai.* 58, 9.

est, cordium inspectori[1] reservatur[a]. Et omnes [illegible] ab eo [illegible] erunt rata, presertim cum ab optimo non [illegible] [illegible]. Qui vero contra Dei et aecclesiae instituta publice [illegible] [illegible] suam impudiciciam[c] defendit, hic ut ethnicus habendus est, [illegible] proconculcanda[e], quae fecit[f].

43. De Iuda.

Quamdiu enim Iudae crimen latuit, tamdiu in consortio apostolorum predic[illegible] et baptizando claruit, mox ut facinus eius patuit, nullam communionem cum eis habuit. Quamvis Iudas non[g] legatur uxorem habuisse[h], nec dominica sacramenta celeb[illegible] sed cum polluta conscientia[i] sacramentum percipere[k] presumpsit, [illegible] in eum intravit[3]. Unde currens ad laqueum se strangulavit.

44. De symoniacis[l].

Hic forsitan queretis[m], quid videatur de symoniacis. Dominus Iesus [illegible] vendentes de templo eiecit[4]. Hic dixit: *Gratis accepistis, gratis date.* [illegible] spiritualia dona vendit vel emit, quae Dominus gratis dare et accipere precepit, hunc Iesus de templo aecclesiae eicit[n]. Modum autem eiectionis[o] cognosce[o]: Qui pecuniam pro ordinibus accipit, lepram animae cum Iezi[p] incurrit[5]. Qui autem pecuniam pro ordinibus dabit[q], cum Symone in perditionem vadit[6]. Ambo autem heretici sunt. Heretici autem extra aecclesiam sunt, quia[r] ab omni aecclesia anathematizati sunt[r]. Extra aecclesiam vero positi Spiritum sanctum non habent. Per Spiritum sanctum autem datur benedictio. Igitur, quod ipsi non habent, nulli dare poterunt. Sed cum non habeant[s] benedictionem, dabunt[t] igitur[u] maledictionem. Qui igitur pecuniam [illegible] pro ordinibus offerunt, maledictionem recipiunt. Ergo non consecrati, sed sunt maledictione gravati. Igitur tales populum non benedicunt, sed potius maledicunt. Qui autem aecclesias emunt, non per ostium intrant, sed cum Symone aliunde in ovile ascendunt[7]. Ideo fures et latrones sunt. Qui vero aecclesias vel alia carismata vendunt, cum Iuda Domini et aecclesiae, corporis eius, traditores sunt. Igitur inmundi, cum sint Christi[v] adversarii et publici hostes Dei, ab amicis Dei sunt modis[w] omnibus devitandi[x]. Symoniaci vero cum fures, latrones, lupi[y] convincantur[z], oves pascuae Dei[a] non eos[b] sequantur[c] et vocem eorum non audiant, sed eos omnimodis fugiant.

45. De cantu eorum.

Dicis itaque: 'Non est vox illorum, sed Dei, quod legunt, cantant, predicant. [illegible] si diabolus aliquid[d] boni dixerit[e], non eius vox, sed Dei est, cum omne bonum a Deo sit'. Audi: Verum est. Vox Dei est, quae legunt, cantant, predicant. Ideo

[illegible]

1) Prov. 24, 12. 2) [illegible] 82 [illegible] 3) [illegible] 4) Matth. 21, 12 [illegible] 5) [illegible] 6) Act. 8, 1 sq. 7) Ioh. 10, 1 sq.

[Matth. 23, 3.] precipitur: *Quae dicunt, facite, secundum autem opera illorum*[a] *nolite facere.* Sed Dei [cf. Marc. 1, 24 sq.] sacramenta non sunt ab ethnico polluenda. Unde cum demon diceret: *Scimus, quis*[b] *sis: filius Dei,* dicitur ei[c] a Domino: *Obmutesce, inmunde spiritus.* Ecce, quia erat inmundus, sacra[d] recitare erat indignus. Non verba Dei, sed ipsi perverse viventes [*f. 122.] aspernuntur[e] et a christianis in sacramentis, quae indigne et contra *interdictum agunt, devitantur, ne per responsionis confirmationem amen[f] eorum malis operibus communicent et per hoc etiam dampnationis illorum participes fiant.

46. De opere eorum.

At inquies: 'Nonne bonum opus operantur, cum missas celebrant?' Audi: Regium nomen bonum est. Si ergo tu diadema[g] capiti indueres, sceptrum dextra assumens, a populo ut regem te salutari iuberes, nonne de bono malum faceres? Ita ipsi bonum in malum convertunt[h], dum missas a solis castis et catholicis celebrandas luxuriose vel symoniace viventes celebrare contra interdictum aecclesiae presumunt. Ideo non missa, sed prevaricationis presumptio[i] et inobedientiae rebellio est, quod [cf. 1. Reg. 15, 23.] agunt. Unde dicitur: *Scelus est ydolatriae nolle obedire.* Ecce, illorum ministerium ydolatriae comparatur. Nec[k] etiam fas est credi ab eis posse sacramentum confici, [Act. 8, 20.] cum Petrus[l] dicat Symoni: *Existimasti posse pecunia*[m] *donum Spiritus sancti possideri.* Subauditur, quod non potest fieri. Hic dices: 'Si sacramenta[n] non conficiunt[o], tunc[c] quod in altari sumunt, etsi nihil prodest, nihil etiam eis nocet vel his, qui hoc ab eis percipiunt'. Audi: Sicut gentiles non veritatem, sed magis sacrilegium[p] exercent, dum secundum similitudinem sacrificii Dei suis ydolis sacrificium exhibent, ita absque [*f. 122'.] dubio isti ydolatriam operantur, dum ipsi servitiis demonum[q] inmunditiae *dediti verum sacrificium imitari, non in re operari comprobantur. Unde, quod sumunt vel [cf. Levit. 22, 3.] dant, non sacramentum, sed est ydolothitum. De sacerdotibus Iudeorum[r] dicitur: *Qui comederit de pane sacrificato et inmunditia est in eo*[s], *peribit de populo Dei;* de omnibus [cf. 1. Cor. 11, 29.] autem, qui infra aecclesiam sunt: *Qui indigne corpus Domini accipit, iudicium sibi manducat et bibit;* de his vero, qui infra aecclesiam tantum sunt nomine, foris autem [cf. Tit. 1, 15.] operatione: *Inmundis et coinquinatis nihil est mundum.* Hii in apocalypsi canes di- [Apoc. 22, 15. Matth. 7, 6.] cuntur: *Foris*[t] *canes et inmundi.* De his Dominus dicit: *Nolite sanctum dare canibus.* Ac si diceret: 'Haec ego do eis'. Igitur cum canes et inmundi et[u] foris sunt, sanctum eis denegatur[v], et ideo non est sanctum, sed inmundum, quod ab eis percipitur vel datur. Hi tales, cum haec legant vel audiant, irridendo despiciunt, immo detrahendo lacerant et persequendo impugnant. Et sermo veritatis non capit in eis, quia [cf. Matth. 23, 13.] non sunt de eius ovibus. Ideo tale poculum eis ab eo porrigitur: *Ve vobis, qui regnum celorum hominibus clauditis, vos non intratis et volentes intrare non permittitis.*

47. De populo eis communicante[w].

Quod populus eis[x] communicans inimicis suis ob hoc tradatur et multa incommoda propter illorum merita patiatur, sacra hystoria declarat, quae de filiis Heli, sacer- [*f. 123.] dotibus scilicet, narrat, quod Dei sacrificium surriperent *et cum mulieribus Deo dicatis dormirent, et ideo populus eis communicans traditus sit cum eis in manus inimi-

a) eorum *C.* b) quid *B.* c) *deest C.* d) *add.* verba *B. C.* e) aspernunt *C.* f) añ *corr.* am *B.* g) deadema *corr., ut videtur,* diad. *C.* h) convertit *corr. man.* 2. convertunt *A.* i) presumptionis *C.* k) hęc *A. B.* l) *litteris uncialibus scr. A.* m) pec. posse *B.* n) sacramentum *C.* o) est *C.* p) sacrificium *corr. superscribendo man.* 2. sacrilegium *A.* q) demonis *B.* r) *deest, suprascr. man.* 2 *A.* s) in eo est inm. *B.* t) fores *corr.* foris *B.* u) *deest A, sed seq. post* inmundi *parva rasura.* v) denegat *C.* w) *litterae* [eis *et* [communican]te *abscissae sunt B.* x) *bis scr. B, secundo del.*

eorum ad XXX[a] vel[b] eo amplius milia hominum[1]. Insuper et archa, videlicet gloria eorum sanctificationis, ab eis est ablata et ad inimicos eorum allophilos allata. Unde et patet, quod populus ob iniquitatem sacerdotum sepe ab inimicis capiatur, dispergatur, occidatur, et sacra loca ab eis contaminata aut incendio aut hostili [illegible] vastentur, quia non solum, qui faciunt, sed et[c] qui consentiunt tacentibus, digni sunt morte[3]. Inde est, quod crebro veniunt in mundum diversae clades[d], nunc tempestates, nunc siccitas, nunc fames, nunc bella, nunc pestilentiae et alia huiuscemodi. Ergo in communione sacramentorum declinandi sunt.

48. De contemptoribus eorum.

Dices itaque: 'Quid fiet de nobis miseris? Quo nos vertemus? Ubi servitium Dei audiemus? Ubi sacramentum communionis accepiemus? Mundus de talibus pene plenus est'. Audi: Si zelo Dei et obedientia[e] aecclesiae illorum missas, immo maledictiones audire contempseris, omnium missarum, quae in toto mundo[f] a catholicis sacerdotibus celebrantur, particeps eris. Si autem aecclesiae decreta contempseris et te illorum inmundae communioni *temere miscueris, communione omnium missarum te *120 privabis et sola maledictione ab eis prolata[h] te insolubiliter illigabis. Et si pollutum illorum panem accipere spreveris et te membrum Christi et[i] aecclesiae[k] fide et operatione ostendis, sacramentum ab aecclesiae sacerdotibus cottidie confectum[l] per eorum os intrat cor tuum, quia bene manus vel pedi esca proficit, quam os sumit.

49. De aliis sacramentis.

Hic fortasse inquiritis, si alia sacramenta ab eis exigere debeatis, scilicet ad baptismum illorum concurrere, mortuos eis sepeliendos deferre vel peccata eis confiteri vel infirmos ab eis oleo ungui[m]. Canonica auctoritate, quos in uno sacramento declinamus, his in nullo alio communicamus. Presbyteri uxorati et symoniaci[n] extra aecclesiam probati sunt et excommunicati. Extra aecclesiam autem nullum est sacramentum. Igitur ab illis nullum debet exigi.

50. De baptismo.

Si infans[o] morte periclitatur, et non est prope catholicus presbyter, ad quem curratur, a laico catholico[p] invocatione Trinitatis baptizetur, quia hoc frequenter factum in aecclesia docetur[4]. Sed dicet[q] aliquis: 'Non ab alio sacerdote quam a suo debet baptismum et alia sacramenta petere'. Bene! Si oves Domini sacerdotem pastorem agnoscant, ad eum currant, ut pabulum pascuae vitae ab eo percipiant; *si autem *121 lupum sentiant, oves toto annisu ad verum sacerdotem fugiant[r]. Si autem infans a simplicioribus quibuslibet eis allatus et ab eis fuerit baptizatus, non rebaptizetur, quia non illorum, quod datum fuit, sed illius, qui accepit, quia et[s] populus Dei aurum et argentum ab Aegyptiis accepit[t, 5], dum in terram promissionis ire debuit. Similiter populus Dei a Babyloniis aurum acceperat[u], quod Hierusalem[v] veniens in Dei ornatum vertit[w, 6].

a) XXX[ta] B. b) et B. c) et deest A. d) diverse clades' in loco raso C. e) obedientie C. f) o. m. q. in t. m. in loco raso C. g) chat. A. h) deest B. i) Chr. et des. C. k) [illegible] l) infectum A. C. m) ungi B. n) in loco raso B. o) Et infans si C. p) [illegible] q) dicit C. r) pastorem confugiant B. C. s) deest C. t) deest, sed add. man. 2. [illegible] u) aurum acc. des. B. v) Ierosolimam B. w) verteret A. B. C; del. man. 2. [illegible]

1) 1. Reg. 2, 22 sq.; 4, 1 sq. 2) Cf. Ps. 55, 1. 3) Rom. 1, 32. 4) Cf. Burch. Decr. 1, 191; Ivo Panor. 1, 26; Grat. Decr. c. 21 de consecr. dist. 4. [illegible] 5) Gen. 12, 35 sq. 6) Esdr. 1 sq.

51. De ordinatis ab eis.

Inde[a] canonica auctoritate, si quis a symoniacis ordinatur, ab omni officio aecclesiae[b] sequestratur; sed si ad aecclesiam convertitur, et eius vita utilis in clero iudicatur, non reordinatur[c], sed per manus inpositionem catholici episcopi reconciliatur[d, 1].

52. De sepultura.

Si quis moritur, non eis ad sepeliendum deferatur, ne corpus in baptismate benedictum a maledicto sacerdote maledicatur. Sed si non potest catholicus presbyter convocari, debet a fidelibus laicis tumulari. Sed dicis: 'Prohibeor ab illo et[e] a populo sepelire eum in aecclesiae cymiterio'. Audi: Si videris eum tyrannidem exercere et tibi gremium aecclesiae prohibere, scito totum mundum esse Dei templum et sanguine Christi dedicatum et ubicumque mortuum tuum posueris, in gremio aecclesiae collocabis. Si autem mortuus a minus scientibus eis perlatus, ab eis sepelitur, non effo- *f. 121. diatur, quia *anima illius fide simplicium salvatur, sicut et paralyticus[f] fide portantium a Domino curabatur[2]. Et haec communio non nocet, nisi ubi se prudentium consensus scienter prebet.

53. De confessione.

Peccata eis nulla confiteantur, quia non est confessio, sed peccatorum proditio, et eorum[h] solatio magis est obligatio. Olei unctio et Christi corporis perceptio infirmis minime ab eis exigatur, oblatum ab eis nullomodo suscipiatur, sed ut stercus[i] penitus respuatur, quin illorum olei et panis confectio non est salus sacramenti, sed interitus et mortis advectio. Sanus autem quisque religiosis ubivis[k] gentium confessionem faciat et[l] ab eis dominica sacramenta percipiat.

54. De communione.

Ad extrema autem veniens, si catholicus sacerdos non adest, Deo confessionem faciat et se communionem in unitate aecclesiae cottidie percepisse credat. Quia et Paulus heremita et multi alii leguntur in heremo absque communione diuturnam[m] vitam duxisse et ita finivisse et tamen cottidie in unitate aecclesiae communicasse[n]. Si autem quis omni vita sua iuste vixerit, ad extrema veniens scienter se communione[o] eorum commaculaverit, omnem priorem laborem perdit et se insolubiliter vin- *f. [illegible] culo anathematis innectit. Concludere ergo[p] licet: presbyteri uxorati *vel symoniaci, cum sint canes, porci, Christi adversarii, publici hostes Dei, fures, latrones, lupi, sunt excommunicati, et omnes, qui eis communicant, dampnati; ideo ab[q] omni populo Dei in dominicis sacramentis sunt devitandi. Forsitan queritis, si debeat eis decimatio dari, aut si sit peccatum eis denegari. Decima[r] est pars Domini, ipsi vero probati sunt hostes Dei. Pars ergo Domini tollatur et eius hostibus tribuatur? Quicumque eis decimam vel oblationes dederit, hostes Dei ad rebellandum Deo pascit. Non autem ideo debet eam[s] quisque retinere, cum non debeat eis dare, quia, qui[t] eam retinuerit, predam de bonis Domini facit. Pars ergo Dei detur membris Christi, scilicet pauperibus, egenis, viduis, orphanis, monachis, religiosis, clericis; instaurentur aecclesiae, aedi-

a) Unde B. b) deest A. c) reordinetur C. d) reconcilietur C. e) deest C. f) paralytus corr. man. 2. paralyticus A. g) a D. des. C. h) eorum et corr. et e. litteris a et b superscriptis A. i) in loco raso alia man. alio atramento C. k) in loco raso, ut videtur, man. 2. A. l) deest A. B. C. supraser. man. 2. A. m) diurnam corr. man. secunda diuturnam A. n) communicavisse B. C. o) communicatione C. p) igitur C. q) in corr. ab B. r) decimatio corr. decima C. s) add. sibi B. t) deest, sed postea add. C.

1) *Cf. epist. Nicolai II. papae, qua de concilio anno* 1059. *habito refert (Jaffé nr.* 4399; *Ivo Pan. III.* 127; *Grat. Decr. c.* 4. *c.* 9. *quest.* 1; *Mansi XIX,* 899). 2) *Matth.* 9, 2.

ficentur per eam plateae. Quicquid dictum est de magistris, sentiendum[a] similiter est de eorum vicariis, quia, cum sint mercennarii[b], non pertinent ad eos oves Domini.

55. De offendiculo.

Ecce, quia me ut agnum exposuisti in medio luporum, et undique lacerer eorum dentibus eorum, opposui mihi hoc offendiculum, quo in eo quasi in firma petra lividos dentes obtundant et quamvis ceci videntes et scientes in eo ut in monte[c] offendant, et nisi resipiscant, in infernum viventes descendant. Ovibus autem Christi firmum [d]opposui repagulum, ne repentina luporum invasione incurrentur et inprovise ab eis strangulentur[d]. Ceterumque iter signavi, quo inoffenso pede liceat ad veri pastoris tutelam properari, ubi a nemine possit iam[e] de manu eius rapi. — Qui his contradixerit, se esse de numero illorum clamabit.

II. DE APOSTATIS[f].

[g]Scrupulosissima questione de incestis sacerdotibus, multis obscuritatibus involuta, tandem aliquando ad plenum per te soluta, veluti turri fortissima[h], multis propugnatoribus tuta, longa demum obsidione ac multo sudore diruta, atque mille defensoribus eius expugnatis et cum Golia proprio mucrone prostratis[1], eia, bellator aecclesiae, gladium verbi Dei[i, 2] accipe et lupis, qui oves Domini crudeliter strangulant, occurre atque gregi Dei laboranti quantotius[k], bone aries, succurre. Sunt[l] quidam, qui a[m] proposito monasticae professionis deficiunt, habitum abiciunt[n], aecclesias regendas suscipiunt[o], uxores ducunt et omnibus secularibus negotiis plus quam seculares se subdunt. Poscimus te insinuare, qualiter in Christo manentes se[p] ab huiuscemodi debeant observare[l].

1. De paucis bonis.

Nolite mirari nec vos scandalizet, cum quis a proposito suo defecerit, sed valde miramini, et multum vos aedificet, si quis[q] in incepto bono in finem perseveraverit. Multi enim incipiunt, sed pauci ad unguem perficiunt. Multi[r] in stadio currunt, valde pauci bravium percipiunt[r, 3]. Unde Dominus dicit[s]: *Angusta est semita, quae ducit ad vitam, et pauci inveniunt eam. Lata et spaciosa est via*[t], *quae ducit ad mortem*[u], *et multi ambulant per eam.* Non est omnium donum perficere bonum, quod inceperint[u], sed eorum tantum, qui[v] ab aeterno ad vitam predestinati sunt.

2. De servis et filiis.

Cur autem ad conversionem veniant, qui in ea perseveraturi non sunt, causa manifesta est, quia videlicet *servus non*[w] *manet in domo in aeternum, filius autem manet in aeternum*[x]. Sepe peccans filius a servo ad patrem trahitur, ut corrigatur, aut bene agens a servo vocatur, ut a patre remuneretur. Sic isti per exemplum

a) sciendum C. b) s corr. A. c) in monte ut corr. man. secunda litteris a b c superpositis ut in monte A. d–d) et i. ab e. strangulentur des. A. C. e) iam possint B. f) deest [illegible] A. C. g) Discipulus add. B. h) firmissima B. i) deest, sed superscripsit manus altera A. Dei verbi gladium C. k) deest D. l) Sunt quidam — observare des. B, sed add. man. poster. in marg. m) qui a p. C. n) h. a. des. B. o) s. r. B. p) ab h. se B. C. q) deest C. r–r) Multi — percipiunt des. D. s) d. D. E. t) interitum B. u) incipiunt D. v) quae D. w) deest A, superscripsit manus altera. x) filius — aeternum des. D.

1) 1. Reg. 17, 51. 2) Cf. Ephes. 6, 17. 3) 1. Cor. 9, 24: Omnes quidem currunt, sed unus accipiet bravium.

assumpti habitus religionis filios Dei de vita[a] erroris trahunt ad gratiam conversionis, et filii quidem in domo permanebunt et heredes patris erunt, servi autem, cum ad hereditatem non pertineant, ad derelictum opus recedunt.

3. De Iuda.

Hinc est, quod Iudas reprobus in collegium predestinatorum venit et tamdiu inter *f. 126'. eos mansit, quoadusque filium summi patris pro salute mundi tradidit et *peracto servitio ad suos consortes rediit.

4. De lupis.

Hos tales Dominus in vestimentis ovium lupos rapaces demonstrat[1], et apostolus falsos fratres appellat[2]. Hii ad explorandam[b] sanctae conversationis libertatem[c] ab hostibus Christi mittuntur, sicut exploratores contrariorum consilia et actus explorare diriguntur. Et quia ex nobis non sunt, ex nobis exeunt et secreta sanctae religionis suis complicibus irridendo produnt. Et miror vos super huiuscemodi[d] sciscitari, quid debeant observari, cum audiatis[e] cottidie in omnibus aecclesiis recitari.

5. De canibus.

Prov. 26, 11. *Canis reversus ad vomitum, sic stultus iterans stultitiae actum.* Quos ergo Spiritus sanctus canibus comparat, hos aecclesia a suo consortio[f] reprobat. Et quia canum more omni inmunditia polluuntur, a cęlesti Hierusalem penitus excluduntur, ut dicitur: Apoc. 22, 15. *Foris canes et inmundi.* Canes sunt, quia ad vomitum iniquitatis recurrunt. Inmundi 2 Petr. 2, 22. sunt, quia ut sues in volutabro[g] variis sordibus[h] involvunt se[i].

6. De demonibus.

Inter illos namque apostatas angelos computantur, qui in tenebroso carcere aeternis ignibus tradendi reservantur, qui domicilium suum non servaverunt, sed a laude Dei et consortio angelorum apostataverunt. Ita isti, quia suave iugum Dei[3] abiecerunt et caminum examinationis[k, 4] ob inpatientiam, ob rebellionem, ob luxuriae *f. 127. furorem[l] *reliquerunt, in camino aeternae dampnationis perpetuo ardebunt.

7. De piscibus.

Isti sunt pisces, qui rete[m] rumpunt et in fluctus resiliunt. Rete[m] namque sanctae regulae et ordinis inobędiendo scindunt, per quod de gurgite peccatorum vix extracti sunt. Concordiam fratrum rumpunt, de vase monasterii, in quo a Christo sunt locati, in fluctus seculi prosiliunt et preda demonibus fiunt.

8. De aratro.

Luc. 9, 62. Hos previdens Dominus in euangelio ait[n]: *Nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei.* Aratro terra colitur, ut fructus ex ea colligatur. Per[o] aratrum intellegitur Dei servitium, per quod corda fidelium[p] excoluntur, ut centeno fructu[5] frui mereantur. In quod aratrum manum mittit, qui se ad Dei servitium convertit. Sed retro respicit, dum secularia mente tantum[q] concupiscit[r]. Et si mi-

a) via *B.* b) exploranda *D.* c) libertatatem *corr.* libertatem *A.* d) huiuscedi *corr.* huiuscemodi *B.* e) audiamus *B.* f) commercio *corr.* consortio *B.* g) volat. *corr.* volut. *B*; *add.* luti *C.* h) immundiciis *C.* i) se inv. *C.* k) examinationis *corr. man. post.* examinationem *C.* l) fervorem *C.* m) recte *B.* n) dicit *B. C.* o) *deest D.* p) f. e. *C.* q) *deest B.* r) desiderat vel concupiscit *C.*

1) *Matth.* 7, 15. 2) 2. *Cor.* 11, 26. 3) *Matth.* 11, 30. 4) *Eccli.* 2, 5. 5) *Luc.* 8, 8.

nime regno Dei aptum divina vox pronuntiat, qui, in sancta conversione positus, secularia mente tantum desiderat, quid[a] censendum est de his, qui corde[b] et corpore Deum et eius servitium deserunt et ad diabolum et eius servitium, cui abrenuntiasse videbantur[c], redeunt?

9. De ydolatris.

Quid[d] canonica censura de his sentiat, volo, ut fraternitas vestra cognoscat. Dicunt canones tam grande flagitium esse, monachum propositum et habitum suum abicere et[e] clericum arma sumere, quam grave facinus est, laicum christianitatem relinquere et ydolatriae inservire[1]. Ergo quia ydolatris [f]aequiperantur, qui a proposito suo apostatasse et publice in fornicatione[g] vitam ducere non verecundantur, magisquam hi, de quibus supra tractatum est, in omni servitio Dei sunt devitandi et omnibus christianis in omni communione execrandi. [illegible]

10. De apostatis.

Dicit enim apostolus: *Si quis frater in vobis fornicator nominatur, cum huiusmodi nec cibum sumere.* [illegible] Notate, quod dicit *in vobis.* Si illi[h] non debet in cibo communicari, qui in aecclesia probatur fornicari, ab omni communione aecclesiae sunt reprobandi, qui Deum et aecclesiam per apostasiam reliquerunt et extra aecclesiam publice in fornicatione sordescunt. Quis ergo[i] eos sciens 'ave' eis dixerit, eorum malis operibus communicat et ideo dampnationis etiam illorum particeps erit. cf. 2. Ioh. 10.

11. De accusatoribus eorum.

Accusator[k] illorum apud Deum est[l] sanctus Benedictus, qui describitur omnium iustorum[m] spiritu plenus. Eorum sunt accusatores[k] omnes huius[n] sanctae religionis professores. Ipse Deus eos dampnat, quem irriserunt. Mater aecclesia eos anathematizat, a qua recesserunt. Omnes patres et[o] omnes iusti eos excommunicant, quos scandalizaverunt. Omnes[p] quippe ex hominibus ęlecti singulis ordinibus angelorum sunt assotiandi. Sed monachi summo ordini, scilicet Seraphin, creduntur aggregandi. Hoc etiam illorum vestis[q] designat, sicut propheta Seraphin sex alas habuisse insinuat. [illegible] Duae namque partes cucullae, anterior et posterior, sunt duae alae, quibus corpus velant, [r]manicae sunt duae[r] alae, quibus volant, iuncturae capitii[s] duae[t] alae sunt[u], quibus caput cooperiunt. [illegible] Sex alae sunt etiam sex virtutes, quibus perfecti levantur ad cęlestes sedes. Alae, quae corpus velant, sunt pęnitentia et obedientia. Quibus autem caput tegunt, est fides et[v] spes. Gloriam huius ordinis isti[v] amiserunt, dum a consortio monachorum[w] apostataverunt. Ideo specialiter ab his summis archangelis dampnati sunt, quia eos specialiter exasperaverunt, dum ab eis recedendo[x] apostatis archangelis se sotiaverunt. Igitur omnes, qui adeo[y] fornicantur, a Deo perduntur et a diabolo devorantur, ut dicitur: *Esca eius electa.* Ut enim bos fęnum comedit, sic [illegible] diabolus seculares deglutit, pro summis autem ępulis ducit, si quem[z] huius ordinis devorare poterit.

a) quod A. C. b) mente C. c) videantur *corr. man. post.* videbantur A. d) [illegible] quid C. e) ut A; vel B; ut *corr. man. recens* et C. f) [illegible] B. g) [illegible] h) illi A. C. i) igitur B. k) accus. C. l) erit C. m) [illegible] deest A [illegible] n) [illegible] o) deest A. p) Omnes quippe — devorare poterit *des.* B. q) habetur C. r) [illegible] *man. post.* A; duae *deest* C. s) capitale C; [illegible] t) [illegible] u) [illegible] *man. post.* [illegible] d. a. s. *des.* C. v) *deest* C. w) monach. [illegible] x) [illegible] y) a Deo B. D. z) quos B.

1) *Conc. Chalced.* c. 7. *Grat. Decr.* c. 3. C. XX. q. 3 [illegible]

12. De uxoribus eorum.

O nimium[a] miserae[b] illae mulieres, quae eis ad fornicandum consentiunt, quia sulphureo igne aeternaliter cum eis ardebunt! Si enim canones precipiunt[1], ut mulier cum presbytero[c] polluta numquam alicuius viri amplexus[d] subeat, sed usque in finem in pęnitentia permaneat, qua pęna hae dampnabuntur, quae cum presbyteris, cum monachis, cum apostatis insatiabiliter polluuntur? O quam infelices[e] matres, quae tales filias genuerunt! O[f] quam miserrimae filiae, quae ad tales nuptias venerunt[f]. *f. 128'. Aliae[g] namque mulieres impudice viventes una pęna plectentur[h], *istae triplici reatu punientur. Unum flagitium committunt, quod[i] se cum presbyteris polluunt[k], aliud facinus perpetrant, quod[i] se cum monachis coinquinant, tertio crimine subduntur, dum cum apostatis sordibus involvuntur. *Filii eorum*, ut dicit scriptura[1], *erunt in die iudicii testes reatus eorum.*[1]

13. De maledictione eorum.

Hos transfugas Dominus denotat, dum terribilem maledictionem super eos in-
Math. 18, 7. tonat: *Vae mundo ab scandalis. Necesse est enim, ut veniant*[m] *scandala. Verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit.* Ipsi[n] sunt totius aecclesiae scandalum et omnium ad Deum convertendorum obstaculum. Cum enim a suo proposito eos[o] defecisse considerant, consuetudinem sanctae conversationis tam asperam, tam difficilem estimant, ut ipsi eam implere nullomodo[p] prevaleant, et ita illorum exemplo in pravitate perseverant. Et quia non solum sui, sed[q] illorum homicidae existunt, ideo illam
ib. maledictionem incidunt: *Vae homini illi, per quem scandalum venit*[n]. Hoc 'vae' erit in illo loco[r],

Quo dolor, ah et vae semper erunt[s] sine spe,
Quo qui clauduntur, nequeundo mori[t] moriuntur.
Vellent quippe mori, quia par mors nulla dolori,
Quo miser ille[u] furit, quem flamma perennis urit.
Frons, oculi, naris, cervix, locus auricularis,
Os, guttur, mammae fiunt ibi pabula flammae.
*f. 129. Dorsa, latus, *venter flagrant indeficienter;
Nec frigent coxae vel cętera conscia[v] noxae.
O quam fit tristis, qui traditur ignibus istis,
Quam fit lugubris, qui traditur esca colubris,
Qui vim fetoris vix sustinet omnibus horis,
Saevi tortoris qui tunditur undique loris.

Quibus miseris non suffecit[w], ut de humili loco ad Tartaras corruerent, sed cacumen montis ascenderunt, ut de alto se ad[x] mortem precipitarent.

14. De mortuis.

Hi si moriuntur, non est pro eis orandum vel sacrificandum, quia, ut dicit Dyonisius Ariopagyta[1], Deum blasphemat, qui pro impio orat vel sacrificat.

a) omnium A. C. b) miserrimę C. c) viro A; *del. man. post. et suprascr.* presbytero. d) ampleus *corr. man. post.* amplexus A. e) q. i. *man. recens alio atram. restaur.* C. f) O quam — venerunt *des.* C. g) illae D. h) plectuntur D. i) quia D. k) polluuntur A. B. D. l) s. d. C. m) veniant C. n) Ipsi sunt — scandalum venit *des.* C. o) eos a s. p. B. D. p) n. i. B. q) *add.* et B. r) in i. l. erit B; *add. in marg.* Versus A. s) e. s. C. t) *add.* mori, *sed post radendo deler.* B. u) *deest* A, *suprascr. man. post.* v) c̃cia C. w) sufficit C. D. x) ad m. *des.* C.

1) *Non inveni.*

15. De Loth.

Hos tales sacra hystoria[a] figuraliter exprimit, quae Loth cum uxore [illegible] Sodomae fugisse dicit[1]. Sed[b] dum uxor respexit[c], in salis effigiem mutata permansit[d]. Per Sodomam mundus, per incendium concupiscentiae[e], per Loth [illegible], per uxorem caro intellegitur. Loth Sodomae incendium declinat, ad montana festinat, cum quis mundi[e] concupiscentiam[f] renuntiat et ad ardua sanctae conversationis properat. Sed uxor respicit, dum carnalis mens mala, quae deseruit, repetit. Quae in salis cautem mox mutatur[g], quae[h] a brutis animalibus lambitur, quia mundi desideria, quae reliquerant, avidius et dulcius resumunt et[i] non iam ut alii homines, sed ut bestiae irrationabiliter vivunt et cunctis vulgaribus in detractione dulces fiunt. 'Et nulli iam Deo servienti assimilantur, cum iudicio aecclesiae cum ydolatris[k] censeantur.

16. De egressis ex Aegypto[l].

Hos[m] alibi sacra scriptura mysticę denotat, cum populum corde in Aegyptum reversum et ob hoc a serpentibus exterminatum commemorat[2]. Populus ab Aegyptia servitute liberatus est, quisquis[n] a mundi illecebris per conversionem segregatur[o]. Qui etiam per desertum ad terram promissionis[p] gradiuntur, quia conversi per secreta claustralis vitae ad patriam paradysi ducuntur. Sed Aegyptum repetunt, dum mente ad secularia revertuntur[q]. Et si illi[r] ab ignitis serpentibus in corpore perierunt[s], qui Aegyptum concupierunt, et isti in anima peribunt, qui relictum seculum mente tantum concupiscunt, quid sentiendum est de illis, qui toto corde et corpore ad seculum, immo ut canes ad vomitum redeunt?[3] Omnibus hominibus sunt miserabiliores, quia et Deo et omni seculo sunt abhominabiles.

17. De Sidone.

Unde dicitur: '*Erubesce Sidon*', *ait mare*. Mare, cum semper sit instabile et in motum[t], in fluctibus semper surgat, tamen urbi Sydoniorum instabilitatem[u] insultat, quia cum secularium vitam nulla stabilitas solidet, istis tamen instabilitatem et vagationem inproperare solent. Semper enim sunt pavidi, vagi[v], incerti, suspecti, in nullo loco stabiles, omnium bonorum conspectum et colloquium declinantes. Quidam illorum, abiecto pudore, 'omnia bona subsannant, quae in cęnobiis viderant. Peccata sua ut Sodoma predicant nec abscondunt[4] et omnibus sordibus inmunditiae turpius quam ullus secularis[w] inmergunt se insatiabiliter[x]. Et cum omnes viae illorum inquinatae sint[5], omni tempore ludibrium et sibilus sunt omnibus ubique in orbe.

18. De coactis.

Sed dicit[z] aliquis: 'Multi a divitibus ob potentiam[a], multi a pauperibus ob indigentiam in monasteria ad discendas litteras traduntur, et quidam minis attracti, quidam suasionibus illecti monachi efficiuntur. Num[b] ob hoc pereunt, si a coacto proposito deficiunt[b]?' Audi: Si congregatio alicuius filium ad docendas litteras susci-

a) scriptura *D.* b) Sed dum — concupiscentiae *des. D.* c) respicit *C.* d) [illegible] *B.* e) *deest D.* f) concupiscentiis *B*; concupiscentie *C.* g) mutata *C.* h) *deest C.* i) [illegible] *D.* k) ypocritis *C.* l) [illegible] *man. post. A.* m) Nos *corr.* [illegible] Hos *A.* n) [illegible]que *B. C.* o) segregatus *C.* p) repromissionis *B.* q) redeunt *C.* r) [illegible] *man. post.* s) [illegible]ierunt *scripsit man. post. in loco raso A*; pereunt *D.* t) [illegible] motus *A.* u) [illegible] *A. B. C*; instabilitate *D.* v) v. p. *B. C.* w) secularium *A.* x) [illegible] *B. C.* y) [illegible] *post* sint *A.* z) dicet *D.* a) penitentiam *C.* b) [illegible] *post.* Num *A*; Num — deficiunt *des. D.*

1) *Gen.* 19, 1 *sq.* 2) *Num.* 21, 4 *sq.* 3) *Prov.* 26, 11. 4) *Isa.* 3, 9. 5) *Ps. Hebr.* 10, 5.

pere censuerit, non multum peccat[a] hic, si, non facta professione, discesserit[b]. Si quis autem[c], minis vel blanditiis motus[d], iugum Domini susceperit, hoc iam[d] sine dampnatione abicere non poterit[e]. Et quia Deus non curat coacta servitia, necessitatem mutet[f] in voluntatem, ut, si nunc Domino se offert voluntarium sacrificium, ab eo in futuro[g] accipiat centuplum. Hi, si[h] habitum abiciunt, ab amicis commonendi[i] sunt, cum Agar ad dominam suam, regulam, reverti et sub ea pęnitendo humiliari et bene scire, non plus extra cellam, quam piscem extra aquam, posse salvari.

19. De reversis.

Si dixerint se pre verecundia non posse[k] ad claustrum derelictum reverti, aliud
*f. 130'. *ingrediantur, in quo dumtaxat[l] religio exerceatur, quia ubique uni Domino servitur, ubique uni regi militatur. Porro istorum peccatum maxime in prelatos monasterii redundat, qui ob avaritiam vel vanam gloriam tales minis vel blanditiis onus subire coegerunt, quod ferre[m] noluerunt, et tunc eos indiscrete[n] constringendo vigiliis, ieiuniis, verberibus a monasterio propulerunt[o, 1].

20. De oblatis.

Si quis a parentibus Deo in monasterium offertur et secundum regulae edictum suscipitur, si post temptatus egreditur[p], nisi reversus, aeterno tormento subigetur[2].

21. De sponte conversis.

Si quis vero sui arbitrii compos ad conversionem venerit et, secundum regulae institutum per annum probatus, professionem fecerit, hic si discesserit, pęnitus peribit, nisi reversus fuerit[3]. Hinc est, quod puerulus, dum a monasterio[q] beati Benedicti[r] fugisset et mortuus sepultus esset, terra eum exspuit[s] et tamdiu intra se retinere renuit[t], quousque ab abbate suo reconciliari meruit[4]. Item dum alius recedere[u] vellet, draco obviam venit, qui eum devorare voluit[v, 5]. Ita isti[w] a dracone diabolo devo-
Eccl. 5, 4. rantur, nisi citius revertantur. Melius est enim non vovere, quam factum votum irritum facere.

22. De irreligiosis[x] monasteriis.

Si quis monasterium ingreditur, ubi non religiose vivitur, non ideo discedat[y],
*f. 131. sed pravos mores patienter ferat et exemplum mansuetudinis cęteris[z] *prebeat, quia, sicut est vituperabile inter bonos male vivere, ita multum est laudabile inter malos bene vivere.

a) peccans *corr.* peccat *B.* b) *e corr. B.* c) *add.* vel *B.* d) *desunt C.* e) n. p. a. *B.* f) mittet *C.* g) futurum *C.* h) *add.* acceptum *C.* i) adm. *D.* k) n. p. pre v. *B.* l) duxtaxat *corr.* đuxtaxat *A.* m) *seq.* noluẽ quia *A*; noluerunt *postea del.*, nequierunt, qui *add. B*; non valuerunt, quia *D.* n) indistricte *C.* o) pepulerunt *D.* p) egredietur *B.* q) d. a. m. *des. C.* r) *add.* cum *C.* s) expuit *B. C.* t) renuit *A.* u) discedere *B.* v) Gregorius in moralibus *alia man. alio atramento in marg. add. B.* w) utique *add. B.* x) religiosis *B.* y) n. i. d. *bis scr. A*; *ultimum del.* z) *In ultimo folio codicis Monacensis librarius clepsydram depinxit eique verba* praebeat, qui — repellantur *inseruit.*

1) *Concil. Cabilon. a.* 813 (*Mansi XIV*, 95; *Burch.* 8, 93; *Ivo Decr.* 7, 111; *Grat. Decr. c.* 42, *C.* 17, *qu.* 7). 2) *Epist. Gregorii II. scr. anno* 726. *ad Bonifac.* (*EE. III*, 276; *Reg. nr.* 2174; *Ivo Decr.* 7, 15; *Grat. Decr. c.* 2, *C.* 21, *qu.* 1). 3) *Epist. Leonis papae* 167, *inq.* 14 (*Opp. ed. Ballerini I*, 1416; *Jaffé nr.* 544; *Burch. Decr.* 8, 8; *Grat. Decr. c.* 1, *C.* 20, *qu.* 3). 4) *Cf. s. Gregorii dialog. lib. II*, 24 (*Opp. ed. Maur. III*, 256). 5) *Ibid. II*, 25.

23. Conclusio.

Igitur[a] transfugae ad reversionem secreto et blande admoneantur [illegible] temperaverint, ut contagium devitentur et ab omnibus christianis ut lupi ab ovibus [illegible] repellantur.

III. SUMMA GLORIA.

[b]INCIPIT[c] PROLOGUS IN SUMMAM GLORIAM[d].

N. N.[e], pusilli gregis Christi[f] duci, verbo et exemplo ad pabula vitae pr[illegible] Honorius[g] in loco pascue[i] [1], ubi nihil deerit, a[k] bono pastore [2] locari[l] [illegible] perpetuo.

Quia moderamen totius humani regiminis duabus videtur personis, regali scili[illegible] et sacerdotali, inniti, veluti [m]machina[n] universitatis duabus columpnis fulciri, iniungis mihi, sermone et scientia imperito, pervigil ovilis Christi ductor, stilo depromere, utrum eaedem personae pares sint in collato[o] principatus apice, an altera alteri[p] in dignitate sit preferenda, vel altera ab altera[q] sit iure[r] constituenda[s]; quod sicut magnae est dementiae[t], hoc grave pondus invalidis humeris velle subire[u], ita videtur scelus idolatriae[v] tibi in vice Christi imperanti[w] nolle obedire. Sed tolerabilius estimo ob benivolentiae[x] sudorem[y] me premi iudicio inperitorum vel invidorum, quam ob[z] inobedientiae torporem[a] subrui censura studiosorum[b] vel Christo devotorum. Quia igitur plerique nomen scientiae[c] sibi usurpant, nescientes, de quibus locuntur vel affirmant, atque imperita scientia apud indoctas vulgi aures inflantur seque[d] fautores secularium potestatum[e] iactanter[f] gloriantur, quatenus[g] horum inpudentia reprimatur, hic libellus ad honorem veri regis[h] et sacerdotis, Iesu Christi, edatur. Et quia de regno et sacerdotio eius est materia, sit nomen[i] eius SUMMA GLORIA[k].

INCIPIUNT[l] CAPITULA[m].

I.[n] Quod, sicut[o] spiritale[p] precellit seculare, sic sacerdotium precellit regnum.

II. Quod Adam figuram[q] Christi, Abel sacerdotii, Cain regni typum gessit.

III. Calumpnia[r] invidorum.

IIII. Depulsio scriptoris[s].

V. Quod sacerdotes dii vel filii Dei vel christi vel angeli dicuntur.

a) Ideo A 1. b) amen. B. c) *in marg. add.* Honorius B. d) Incipit summa gloria Honorius C 1; I. p. i. s. g. *des.* C. C 1. D; Prologus D. e) *Nomen eius, cui Honorius [illegible] omnes codices omiserunt.* f) *deest* C 1. g) *hoc ser.* C 1. h) *Nomen Honorii [illegible] supplevit.* i) pascua in loco C 1. k) *deest* C. l) lacrari B 1. laetari D. m) tempore D. n) [illegible] totius D. o) collatu B 1. p) a. in d. s. p. v. altera *des.* C; altera i. d. s. p. v. a. ab altera *des.* D. q) maior D. r) instituenda B. B 1. s) quia D. t) d. e. D. u) tolerare D. v) idola triae D. w) imperitanti C 1. x) obediencie C; obedire C 1. y) studium D. z) *deest* B. B 1. C. C 1. a) *deest* C. C 1. b) stutuos, *corr.* studuos. C. c) *hoc scripsit* B. B 1. [illegible] B 1. d) sepe C. C 1. e) potentatuum D. f) iactantur C. g) quatinus *hic et passim* A. h) r. s. D. i) non C. k) S. gl. *litteris uncialibus scr.* A; Honorii *add.* C 1. l) [illegible] m) I. c. *des.* C. C 1; Sequuntur capitula presentis tractatus C 1. n) *Capitulorum numeros* [illegible] primum, cap. secundum *etc. in fine sequentium capitulorum inscriptionem appo*[illegible] C. C 1. o) [illegible] p) spirituale *hic et passim* C. C 1. q) figura C; *add.* tenet C 1. r) calumpna C 1. s) *scr.* repulsio C 1.

1) *Ps.* 22, 2. 2) *Ioh.* 10, 11 *sq.*

VI. Quod Noe figuram Christi, Sem sacerdotii, Iafeth regni expressit.
VII.[a] Quod Nembroth[b] fuit caput tyrannorum.
VIII. Quod Ysaac sacerdotium, Hismahel regnum pretulit[c]. Quod[d] Iacob sacerdotium, Esau regnum pretulit.
VIIII.[e] Quod rex sit laicus.
X.[f] Quod Moyses non regem, sed sacerdotem statuit[g].
XI. Quod Saul Samueli[h] subditus fuerit.
XII. Quod David Nathan prophetae[i] subditus fuerit.
XIII. Quod reges prophetis et sacerdotibus subditi fuerint[k].
XIIII. Quod soli sacerdotes olim populum regebant.
XV. Quod Christus non regem, sed sacerdotem constituit.
XVI.[l] Unde christianum imperium.
XVII.[l] Quod Silvester sacerdos Constantinum[m] regem coronavit.
XVIII. Quod aecclesia sibi reges constituit.
XVIIII.[n] Quod apostolicus sit a Romanis[o] eligendus.
XX.[l] Quod episcopi a clero et populo propriae civitatis sint eligendi.
XXI. Quod imperator a principibus[p] regni sit eligendus.
XXII.[q] Quod rex consensu[r] episcoporum sit constituendus.
XXIII. Quod quilibet presbyter dignior sit rege.
XXIIII. Quod reges sint venerandi[s].
*f. 52. XXV.[t] Quod rex sit minister *ecclesiae.
XXVI.[u] Quod homo non homini, sed bestiis preficitur[v], et quid duo gladii.
XXVII. Quod regibus non sit semper[w] obediendum.
XXVIII. Quod reges episcopatus non debeant dare.
XXVIIII. De exemplis sanctorum.
XXX. De Leone et Karolo[x].
XXXI. De rebellibus aecclesiae.
XXXII. Quod male pereunt, qui sacerdoti contraeunt[y].
XXXIII. Quod baptizati[z] in reges et sacerdotes unguntur[a].
XXXIIII.[b] De vaniloquis[c].

INCIPIT SUMMA GLORIA[d].

1. Quod sicut spiritale precellit seculare, sic sacerdotium precellit regnum[e].

Cum universitas[f] fidelium in clerum et populum distribuatur, et clerus quidem speculativae, populus autem negociativae vitae asscribatur[g], et sepe haec pars[h] spiritualis, haec[i] vero[k] secularis nominetur, et ista sacerdotali[l], illa autem regali virga

a) VIII[m]. *B* 1. b) Membr. *corr.* Nemr. *C.* c) Capitulum VIIII. *add. B. B* 1. d) Q. I. s. E. r. p. *om. A. C. C* 1; *add. man.* 2. *in marg. A; post capitulum nonum per errorem inseruerunt C. C* 1. e) VI. *corr.* VIIII. *A.* f) XI. *B. B* 1. *C. C* 1. *Abhinc usque ad finem indicis numeri capitulorum ab illis codicum A. A* 1 *discrepant.* g) pretulit *C* 1. h) *e corr. A.* i) *add.* dd *C.* k) fuerunt *C. C* 1. l) *add. in marg. A.* m) Constant *A.* n) XVII. *corr.* XVIIII. *A.* o) a R. s. *B* 1. p) presentibus *B* 1. q) XXIII. *A.* r) consenssu *C.* s) honorandi *C.* t) *capitula XXV. et XXVI. in unum confudit C.* u) XX. *corr.* XXVI. *A.* v) *deest C. C* 1. w) semper n. sit *A.* x) Karulo *B. B* 1; *add.* magno *C* 1. y) contradicunt *C* 1. z) baptisati *C*; waptisati *C* 1. a) iunguntur *A.* b) XXXV. *A.* c) vaniloquiis *C. C* 1. d) *add. capitulum primum C.* Incipit s. gloria *des. C* 1. e) *Capituli primi inscriptionem ex indice supplevi. Capitulorum inscriptiones omisit, sed numeros in marg. annotavit C; alias prorsus easdemque certe spurias add. Pezius.* f) universitatis *C.* g) ascr. *B. C. C* 1. adscr. *D.* h) prima *D.* i) et *C* 1. k) *deest C. C* 1. l) sacerdotalis *corr.* sacerdotali *C.*

gubernetur[a], solet plerumque apud[b] plerosque queri, utrum sacerdotium regno, an[c] regnum sacerdotio iure debeat in dignitate preferri. Ad quod quilibet breviter possunt[d] respondere[e], quod sicut spiritalis prefertur seculari, vel[f] clerus precellit populum ordine, sic sacerdotium transcenderet[g] regnum[h] dignitate. Sed imperitis et secularibus[i] tamen scientia[k] obcecatis[l] nil ratum videtur, nisi[m] plurimis scripturarum[n] testimoniis adhibeatur[o]. Unde ut[p] haec questio enucleatius[q] discutiatur, radix solvendi [illegible] ab origine mundi diligentius inspiciatur.

2.[r] Adam figura Christi[s] [1]

Primus Adam terrenus[t] de munda[u] terra[v] creatus formam secundi[w] Adam celestis gessit, qui carnem de munda[w] virgine sumpsit. Adam de coniuge sua[x] duos filios genuit[y], quia Christus de sponsa sua[z] aecclesia clerum et populum gignere disposuit. Uterque enim[a] filius utrumque[b] ordinem suo officio pretulit[c].

Abel [figura[d]] sacerdotii. Abel[2] namque, qui fuit pastor ovium, expressit sacerdotium, in quo pastoralis cura vigilat, quatenus oves[e] Christi a rabidis[f] lupis hereticae pravitatis custodiat; qui[g] agnum sacrificavit, quia verum[h] Patris agnum peccata mundi tollentem presignavit; cuius sacrificium[i] Deo acceptabile legitur, quia sacerdotium ei a patre iniunctum[k] creditur; qui[l] etiam liberos procreasse non scribitur, quia sacerdotium aecclesiae a carnali coniugio excluditur. A fratre occiditur, quia sacerdotium sepe a regno opprimitur.

Cain [figura[c]] regni. Cain[m, 2] autem, qui rus coluit et civitatem condidit[n], in[n] qua etiam regnavit, typum regni gestavit[o]. Ad huius munera Dominus non respexisse legitur[p], quia[q] indebitum[r] fratris officium sibi usurpasse traditur. Quanta ergo excellentia sacerdotium regno preminebat[s], Dominus evidentissime declarat, qui Abel sacerdotem collaudat et eius sacrificium[t] approbat, Cain vero regem vituperat eiusque munera reprobat. Nec te moveat, quod Cain maior natu scribitur, quia non prius spiritale, sed carnale predicatur, cum ecclesia[u] hic in carne existens a carnalibus prematur, postea in spiritali quiete speciali[v] gloria induatur.

3. Invectio invidi.

Hic[w] quilibet calumpniosus, oblata occasione, elatis superbiae cornibus[x] me quasi[y] inermem ventilat et venenata lingua[z] virus invidiae evomens insultando clamitat: 'Nonne tu de sacerdotio et regno disputare[a] instituisti[b]? Cur nunc[c] tergiversando[d] ad personarum qualitatem diverticula facis? Persona[e] dignitatem non commendat, sed

a) iubernetur C1. b) caput C1. c) ac C1. d) possum C; posset C1. e) responderi C1. f) add. sicut D. g) transcenderet B. B1. D. h) add. in D. i) secularibus [illegible] k) scientiis C. l) excecatis C. C1. m) add. in B. B1: sed C1. n) deest C. o) [illegible] p) deest C. C1. q) enucletius corr. enucleatius B. B1; [illegible] C. r) [illegible] s) deest B; tenuit add. C1. t) deest D. u) [illegible] C. v) [illegible] w) [illegible] add. B. B1. x) suas [illegible] corr. sua B. B1. y) add. et C1. z) deest B1. a) [illegible] b) utrumque 1. c) sq. Abel postea del. C. d) [illegible] e) [illegible] f) rabilis [illegible] rabidis 1. g) quod C. h) verbum D. i) sacerdotium C. k) [illegible] l) [illegible] quod C1. m) [illegible] n) condiderit C1. o) [illegible] p) add. [illegible] q) [illegible] r) [illegible] s) [illegible] B1; [illegible] C1. t) [illegible] u) [illegible] v) spiritudi C. w) [illegible] x) carnales D. y) [illegible] z) [illegible] a) [illegible] corr. [illegible] disputare C1. b) induisti B. B1. c) [illegible] d) [illegible] e) Psona B1.

1) De sequentibus cf. quae s. Honorius [illegible] 7 [illegible] Opp. [illegible] l. c. col. 968 disputavit. 2) Cf. Gen. 4, 2 sq.

potius dignitas personam exaltat[a]. Abel non ob sacerdotium[b], sed ob vitae meritum est laudatus. Similiter et Cain non ob regni[c] honorem, sed ob crudelis vitae horrorem a Deo est[d] reprobatus. Ergo[e] Abel[f] iusticia[g] sacerdotii potestatem non ampliavit, et Cain[h] malitia regni maiestatem non minoravit.

4. Repulsio.

cf. Ephes. 6, 17. Haec preacuta[i] imperitiae[k] cornua crucis cornibus retunduntur[l] et gladio verbi
cf. Ps. 62, 12. Dei[m] demetuntur[n], atque ora[o] loquentium iniqua hac[p] opilace[q] obstruuntur: *Aufere-*
Matth. 21, 43. *tur*[r] *a vobis regnum Dei*[s] *et dabitur genti facienti fructus*[t] *eius, quia ruina estis*[t]
populi[u], dicit Dominus. Porro humiles[v], qui verba veritatis intelligere[w] desiderant,
patienter, quae Deo inspirante dicuntur, audiant. Mos est sacrae[x] scripturae[y], ali-
quando[z] officium persona[a] commendare, aliquando[z] officium persona improbare. Offi-
cium[b] persona commendatur, sicut per[c] apostolum[d] sacerdotium ex persona[a] Christi[e]
Hebr. 7, 26. laudatur[f]. *Talis*, inquit[g], *decebat*[h], *ut nobis esset pontifex sanctus, innocens, inpollutus*[i],
segregatus a peccatis[k] *et excelsior celis factus*[l]. Persona officio commendatur[l], sicut
2. Reg. 7, 5 sq. Dominus per[m] prophetam[n] David[o] affatur: *Vade*[p], inquit[q], *et dic David*[r], *duci populi*
mei: 'Ego te constitui ducem super[s] *populum meum*[t]*'*. Item officium ex persona im-
cf. 1. Reg. 2, 4. probatur, sicut sacerdotium per filios Heli[u] pollutum dicitur[v]. Persona quoque officio
1. Reg. 15, 23. reprobatur, sicut a Domino ad Saul dicitur: *Quia non custodisti verba mea, abieci te,*
ne sis rex. Igitur[w] sublimitas sacerdotii per Abel sacerdotem commendatur, nec[x] tamen
imperium per Cain vituperatur[x]. Ne autem quis existimet male viventibus sanctitatem
per sacerdotium conferri[y]: Heli[z] sacerdos reprobatur. Et ne quis putet regni gloriam
bene viventibus obesse: David rex collaudatur. Quali autem prerogativa[a] sacerdotium
*f. 53. pre regno resplendeat, *in sequentibus sacra scriptura declarat.

5. Filii Dei sacerdotes[b].

Gen. 6, 4. *Ingressi sunt*, inquit[c], *filii Dei ad filias hominum.* En, posteri Seth, qui Abel
in sacerdotio successit, *filii Dei* nominantur, posteri Cain, qui ei in regno successe-
runt, *filii hominum* appellantur. Sacerdotes quippe in sacro eloquio nunc *filii Dei,*
nunc *dii,* nunc *christi*[d], nunc *angeli* solent nuncupari[e]. *Filii Dei,* ut in Deuterono-
Deut. 32, 19. Iob 1, 6. mio: *Provocaverunt Deum filii sui* et in Iob: *Quadam die, cum venissent filii Dei*[f],
Exod. 22, 28. cf. Exod. 21, 6. *ut assisterent coram Domino; dii,* ut in Exodo: *Diis ne*[g] *detrahas* et item[h]: *Offer sacri-*
Ps. 104, 15. *ficium diis; christi*[d], ut in David: *Nolite*[i] *tangere christos meos; angeli,* ut in propheta:
Malach. 2, 7. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt*[k] *ex ore eius, quia angelus Do-*
mini exercituum est; filii[l] autem *hominum* nuncupantur[m], qui de terreno regno[n] glo-

a) exaltatus *B* 1. b) serdocium *B* 1. c) regnum *radendo corr.* regni *C* 1. d) est a D. *C. C* 1. e) *deest C. C* 1. f) Abelis *D.* g) mistica *C* 1. h) et C. *des. C.* i) pacuta *corr.* pacuta *C.* k) impitie *B* 1. l) retond. *corr.* retund. *B*; retend. *C.* m) v. D. *add. in marg. C.* n) demetentur *C* 1. o) hora *corr. radendo* ora *B.* p) ac *corr. man. recentior* hac *B* 1. q) opilate *C. C* 1; oppilatione *D.* r) aufferetur *C. C* 1. s) iusticiam *C. C* 1. t) ē *C* 1. u) p. e. *C.* v) homines scilicet humiles *C* 1. w) inteligere *C* 1. x) *seq.* sp *del. C.* y) scr. sacrae *C* 1. z) *add.* per *C* 1. a) persona commendare *usque ad id* ex persona *des. C*; personam *C* 1. b) Officio *C* 1. c) *deest D.* d) apostolus *D.* e) ex p. Chr. sacerdotium *B. B* 1. f) laudat *D.* g) inquid *A. C* 1; enim *D.* h) dicebat *B* 1. i) *add.* etc. *D.* k) peccatoribus *C. C* 1. l) f. P. o. c. *des. C*; s. a p. et e. c. f. *des. D.* m) *deest B* 1, *superscripsit man. recentior.* n) Dominum *D.* o) davit *C*; *superscr. man. alia C* 1. p) Un *C* 1. q) inquid *A. C.* r) Daniel *C* 1. s) *deest B. B* 1. t) populi mei *B. B* 1; *add.* etc. *D.* u) e *corr. B* 1. v) affirmatur *D.* w) Legitur *D.* x) n. t. i. p. C. v. *des.* A. *B. B* 1. *C. C* 1. y) censeri *C* 1. z) Veli *corr. man. recentior* Heli *B* 1. a) prerogatam *C.* b) *deest capituli inscriptio B. B* 1. *C. C* 1. *Abhinc inscriptiones omnino omisit C.* c) inquid *A*; *deest C. C* 1. d) *add.* Domini *D.* e) appellari *C* 1. f) *deest C* 1. g) non *C. C* 1. h) ītē *C*; iterum *D.* i) noli *C.* k) requirunt *C. C* 1. *D.* l) ffilij *B. B* 1. m) nuncup. *C.* n) de throno regni *C* 1.

riantur. Ergo quantum haec vocabula: *filii Dei*, [illegible] differunt[b], tantum[c] divina auctoritate[d] sacerdotes in dignitate reges precellunt[e]. [illegible] notandum, quod hi quoque in diluvio suffocantur[f], qui *filii Dei* nominantur, qui[illegible] mirum sacerdotium non salvat, quos reproba[g] vita dampnat.

6. Noe figura Christi[h].

Noe quoque, qui archam diversis animalibus plenam in undis [illegible], typum Christi gessit, qui ecclesiam diversis generibus[i] refertam[k] in fluctibus seculi regit[l].

Sem sacerdotii [figura[m]]. Huius duo filii, Sem et Iafeth, evidentissime sacerdotii et regni figuram gerunt, atque clerum et populum exprimunt. Sem namque a doctissimis Melchisedech fuisse[n] traditur[2], qui sacerdos altissimi scribitur; qui etiam rex Salem[3] legitur[o], quia rector[p] cuiusque[q] civitatis illo tempore[r] rex[s] dicebatur; qui quoque primogenitus[t] scribitur, quia[u] ab[v] hoc verum sacerdotium incho[illegible] dicitur.

Iafeth regni [figura[m]]. De Iafeth autem Romanum imperium processisse invenitur. Porro tertius filius, qui duorum fratrum[w] servitio addicitur, populus sacerdotio et regno subiectus accipitur, vel[x] Iudaicus populus utrique[y] serviens intelligitur. Qui etiam filius patris[z] verenda deridet[4], quia Iudaicus populus Christi humanitatem vel vulgus[y] prelatorum fragilitatem[a] remordet[b].

Quanta itaque dignitate sacerdotium a regno differat[c], divina vox per Noe manifestat: *Dilatet*, inquit[d], *Deus Iafeth, et[e] habitet in tabernaculis Sem*. Romanum quippe [illegible] regnum[f] ab[g] Iafeth descendens, quamquam[h] toto orbe dilatatum, tamen[i] habitat in tabernaculis Sem[k], in aecclesiis[l] sacerdotum; quorum Chanaan[m] est servus, quia Iudaicus populus, sacerdotio et regno iam privatus, christianis[n] volens nolensque subiectus[p].

7. Nembroth caput tyrannorum[5].

Nec silentio pretereundum, quod de semine Cham Nembroth gygas descendit, qui turrim Babel contra Deum construxit[q], in qua primus in mundo tyrannidem arripuit[r], primus idola[s] colere docuit. De cuius stirpe Ninus processit[t], qui primus sceptra monarchiae[u] sibi usurpavit et utriusque gentem, Sem scilicet et Iafeth, violenter[v] subiugavit[w]. Quem[x] adhuc imitantur tyranni, qui iura regni indebite arripiunt et clerum

a) *add.* Domini *D.* b) [illegible] *corr. B.* c) tn *B.* d) auct. [illegible] *D.* e) precellunt [illegible] f) suffoc. *A.* g) reprobata *corr.* reproba *B*; reprobata *B1.* h) [illegible] et immundis [illegible] i) [illegible] k) refertat *C1*; repletam *D.* l) s. r. [illegible] m) [illegible] n) *his ser. C.* o) dicitur *corr.* legitur *C1.* p) rex [illegible] rector [illegible] q) cuiusquam *D.* r) ideo tunc *D.* s) illo t. r. [illegible] t) primusgenitus *C.* u) *add.* et *C, C1.* v) [illegible] *D.* [illegible] w) [illegible] *D.* [illegible] x) et *D.* y) utrique s. i. Qui e. f. p. v. d., q. I. p. Ch. h. v. vulgus *des. C.* z) [illegible] a) *add.* prelatorum *C.* b) remordet *D.* c) *deest C.* d) inquid *A, C*; ait *D.* e) [illegible] *D.* f) imperium sive regnum *C1.* g) *deest B1*; a *C1. D.* h) quelquam *C1.* i) [illegible] k) [illegible] l) id est *D.* l) excelsis *C, C1.* m) Chanan *B*, Canan *D.* n) Christianis *D.* o) [illegible] que *C.* p) subiectos *corr.* subiectus *C1*; *add.* est *D.* q) construxerat *C, C1*; construxit contra Deum *D.* r) primus i. m. t. arripuit *des. C, C1.* s) [illegible] t) [illegible] u) [illegible] *C1.* v) virtute *D.* w) viol. subi. *des. C1.* x) Q[illegible]

1) *Gen.* 6 *sq.* *Cf. s. Cypriani Epist.* 63, *ad Caecilium* c. 3 [illegible] 2) *De* [illegible] *Melchisedech*, [illegible] 3) *Gen.* 14, 18. 4) *Gen.* 9, 21 *sq.* 5) *Cf. Gen.* 10, 10 *sq.*

ac[a] populum crudeliter premunt. Et quia huius Nini successorumque eius principatus divina auctoritate non fulcitur, ideo non regno, sed tyrannidi ascribitur[b]. Ideo etiam Abraham eiusque[c] cognatio[d] ei subdita non fuit, sed potius divino iussu[e] eius dominium[f] fugit atque in terra posteris suis danda cultum[g] Dei[h] ut sacerdos docuit[1]. Ubi quoque[i] non regibus[k] servisse, sed potius reges leguntur ei sepius supplicasse.

8. Ysaac[l] sacerdotium, Hismahel[m] regnum[n] [pretulit[o]].

Ab hoc Abraham[p], quia fidelis populi[2], regnum[q] et sacerdotium exordium sumpsit. Duos filios in figura habuit, ex quibus Ysaac sacerdotium[r] expressit[3], dum filium quasi pontifex benedixit, Hismahel vero regnum pretulit, qui se venandi[s] studio exercuit[4]. Qualis ergo[t] differentia fuit inter[u] Ysaac, qui heres patris scribitur[5], et[v] Hismahel, qui eiectus[w] legitur[6], talis distantia inter sacerdotium et regnum divina auctoritate[x] cognoscitur. Unde, sicut tunc Hismahel persequebatur Ysaac[7], ita adhuc regnum persequitur sacerdotium[y].

Iacob sacerdotium[z], Esau regnum [pretulit[o]]. Ysaac[a] etiam a patre oblatus[8], formam gessit Christi, qui a patre suo pro nobis est immolatus. Huius duo filii non solum sacerdotium[b] et regnum figuris expresserunt, verum etiam ipsis actibus gesserunt. Nam dum[c] Iacob[d] lapidem unxit et[e] sacrificium obtulit[9], manifestissime[f] sacerdotium gessit. Esau vero regnum pretulit, dum duodecim duces de sua stirpe[g] protulit[10]. Sed quantum officium Iacob officium Esau precellat, divina vox in bene-
Gen. 27, 29. dictione patris declarat: *Serviant tibi,* inquit[h] pater ad Iacob, *populi et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, et incurrentur*[i] *ante te filii matris tuae.* Item[k] ad
Ib. 27, 37. 32, 4. Esau: *Dominum*[l] *tuum illum constitui, et omnes fratres*[m] *servituti illius subiugavi.* Et
Gen. 27, 40. item[n] ad Esau[o]: *Vives,* inquit[p], *gladio et servies*[q] *fratri tuo.* Et cum adhuc in utero
ib. 25, 23. matris gestarentur[r], a Domino dicitur: *Maior*[s] *serviet minori.* Quid amplius querimus? Quid potest manifestius dici? Quis demens contraibit[t] divinae auctoritati? En[u], aperta[v] voce precipitur numerositati laicorum, ut serviat[w] devotioni[x] clericorum[y]. Igitur si rusticus iure[z] serviet diacono, tunc[a] iure miles presbytero. Et si miles presbytero, tunc princeps episcopo. Et si princeps episcopo, tunc iustissime rex, qui utique est[b] de numero laicorum, subiectus erit apostolico.

a) et A. b) asser. C1; adser. D. c) eius *superscr. man.* 2. que A; et eius B. d) congregatio C. e) iusu C. f) dominum B1, *seq. rasura.* g) electum D. h) *add.* populum D. i) *pro* Ubi quoque *scr.* ubique C1. k) regibus non C. l) Ysaach B. B1. m) Ysmali B; Ysmahel B1; Ismael D. n) regnum Ysaac, sacerdotium Hism. *corr. litteris* a, b, c, d *superpositis* Ysaac sacerd., Hism. regnum A. o) *deest in omnibus codd., ego suppleri.* p) *deest* D. q) *deest* C. C1. r) *seq.* sumpsit *postea minio del.* A. s) venerandi *radendo corr.* venandi C. t) enim C1. u) īta C. v) et H., q. e. legitur *des.* C1. w) ieectus C. x) *pro* divina auctoritate *scr.* d'r a *et postea corr.* dr̄ a C; *seq.* esse D. y) sacerdotium pers. regnum *corr.* regnum pers. sacerd. C1. z) sacerdos *corr. alio atram.* sacerdot A. a) *add.* et A. b) *deest* C. C1. c) cum C1. d) *add.* super D. e) l. unxit et *des.* D. f) manifestime *corr.* manifeste C. g) e *corr.* A. h) inquid A. C; inquid tibi C1. i) incurrentur C. k) Itm̄ C1; Idem quoque D. l) *bis scr., semel del.* A. m) *add.* eius D. n) itm̄ Ve, esaw C1. o) Et i. ad Esau *des.* D. p) inquid A. C1; *add.* de C1. q) serviens C1. r) gestaretur A. s) A^or C1. t) contradicit C1. u) Si C. C1. v) quanta D. w) serviant C. C1. D. x) devocacioni laycorum C; layc. *postea del.* y) clericum D. z) iure rusticus C1. a) rusticus i. s. d. tunc *des.* C. b) est utique C1.

1) *Cf. s. August. de civ. Dei l. VIII, c.* 2. 2) *Gen.* 16 *sq.* 3) *Ibid.* 27 *sq.* 4) *Gen.* 21, 20. 5) *Ibid.* 15, 3. 4. 6) *Ibid.* 21. 7) *Ibid.* 16, 12. 8) *Ibid.* 22. 9) *Ibid.* 28, 18. 10) *Errat Honorius. De Ismael* 12 *duces descendunt; cf. Gen.* 17, 20. 25, 16.

9. Quod rex[a] sit laicus.

Sed garruli[b] fortasse[c] tumido fastu contendunt regem non esse de numero laicorum, cum unctus sit oleo[d] sacerdotum[1]. Hos manifesta ratio[e] insensatos[f] despiciet et imprudentium hominum ignorantiam[g] perspecta veritas obmutescere faciet. Aut enim rex est laicus aut clericus. Sed[h] si non est laicus, tunc[i] est clericus. Et si est clericus, tunc aut est[k] ostiarius aut lector aut exorcista aut acolithus[l] aut subdiaconus aut diaconus aut presbyter[m]. Si[n] de his gradibus non est, tunc clericus non est. Porro si nec laicus nec clericus[o] est[p], tunc monachus est[q]. Sed monachum eum[r] excusat uxor et gladius. *Non enim sine causa gladium portat; vindex est enim irae Dei in hoc ipsum constitutus*[s]. Sed nec[t] monacho nec etiam[u] clerico licet arma portare[v]. Igitur cum evidenti ratione sit laicus, sed[w] per officium sacerdotale[x] omnibus laicis[y] prefectus, oportet, ut per omnia summo sacerdoti, utputa[z] capiti aecclesiae, in divinis sit subiectus; et econtra[a] summus sacerdos cum omni clero in secularibus regi, quasi[b] precellenti, sit[d] subditus[e]. Sicque hi duo principes[f] populi honore se invicem prevenientes, vero regi et sacerdoti, Christo, firmiter inherentes, hic clerum, ille populum ad supernum regnum pertrahunt[g], ubi soli sacerdotes et reges[h] perenniter regnabunt.

10. Quod Moyses non regem, sed sacerdotem statuit.

Sed iam Moyses cum lumine legis[i] ad medium veniat et caliginem ignorantiae de mentibus nostris penitus[k] excutiat. Hic populum Dei de Egypto educens legem et iura ei statuit et ad hunc gubernandum non regem, sed sacerdotem constituit; ab[l] huiusque[m] fratre[n] Aaron legale sacerdotium exordium sumpsit[o][2]. A tempore itaque Moysi[p] usque ad tempora Samuelis populus Dei non regibus, sed sacerdotibus regebatur[q], et iudices, qui populo in[n] secularibus preesse[r] videbantur, per omnia sacerdotum decretis[s] moderabantur.

11. Quod Saul Samueli subditus fuerit.

Cum autem populus recusasset sacerdotalem ferre mansuetudinem, et regalem decrevisset experiri magnitudinem, Samuel propheta et sacerdos iussu divino[t] unxit eis regem regnique mox[u] conscripsit legem[3]. Qui rex in omnibus parebat Samueli[v] in his, quae divinae[w] legi congruebant. Similiter et Samuel regi obaudiebat in cunctis,

a) *seq.* iste *postea del.* B. b) *his ser., semel del.* A. c) fortassis D. d) oleo sit unctus D. e) manifestatio B. B1; *corr.* manifesta ratio B. f) insensatos C. g) ignorantie C. h) *deest* D; Qui B. B1. i) *deest* D. k) est aut B1. l) accol. C1. m) *add.* aut episcopus D. n) Sed C. C1; *corr.* si C. o) nec cl. nec layeus C. C1; *verba* porro s. n. cl. n. laicus *alia manu in marg. repetivit* C. p) *deest* C. C1. q) est monachus C. r) *superscr. man.* 2. A; *add.* esse D. s) constituit B. B1. t) *ita* D, *ceteri codd. omis.* u) *deest* C1. v) portare arma B. B1. w) [illegible] *ser.* et sacerdos D. x) *puncto del.*, regale *concrit in marg. manus saec.* XVII. A1. y) *add.* sit B. z) utpote D. a) eo iure C1. b) *add.* ipsi D. c) quam C; tamquam D. d) est D. e) subiectus C1. D. f) *seq.* populo *del.* B1. g) protrahunt B; pertrahuntur *corr. alia man.* pertrahunt C. h) *deest* B1; hic clerum i. p. a. s. r. p., ubi s. s. et reges *des.* D. i) leges lumine [illegible]. legis l. B. lege lumine B1. k) *deest; sed add., ut videtur, eadem man. in marg.* B. B1. l) ad C. m) huiusque B1; huius quoque D. n) *deest* C. o) sumpsit exordium D. p) Moysis D. q) utebatur B1. r) pene *corr. man. recentior* preesse C. s) decertis *corr.* decretis B. t) domino C. u) moxit B1. v) Samueli i. o. parebat D. w) divini A; domini C.

1) *De coronatione et unctione regum vel imperatorum cf. quae attulit Martene 'De antiquis ecclesiae ritibus' l. II, c. 9. 10. Reges et imperatores oleo catechumenorum, sacerdotes autem oleo sacerdotum i. e. chrismate ungebantur.* 2) *Exod.* 28. 29. 3) 1 *Reg.* 8 *sq.* 10 *sq.*

quae ad ius regni pertinebant. Prophetae etenim[a] sacerdotes censebantur, unde[b] et sepius sacrificasse narrantur. Postquam autem idem rex[c] sacerdotale officium sibi sacrificando vendicarat[d], confestim eum divina censura a regno reprobabat[1].

12. Quod David[e] Nathan prophetae subditus fuerit[2].

David nihilominus[f] et omnis regum successura series, sive[g] Iuda[h] vel Israel, a prophetis vel sacerdotibus, quod pene idem erat, in regnum eligebantur[i], ungebantur[k], et tamen pene omnes[l] eisdem in divinis[m] subiecti memorantur[n]. Ipsi[o] econtra eos in secularibus subditi venerabantur. Denique David rex Nathan et Gad[p] prophetis precipientibus parebat, increpatus[q] ab eis humiliter audiebat.

13. Quod reges prophetis et sacerdotibus[r] subditi fuerint.

Salemon[s], propheta sapientissimus, rex potentissimus[t], miro decore[u] mirifice sacerdotium exaltavit, maxima veneratione honoravit[v], maximis beneficiis ditavit. Alii quoque reges prophetas vel[w] sacerdotes Domini et coluisse, et eis in spiritalibus[x] subditi fuisse inveniuntur, sicut[y] Ezechias Esayam[z] coluisse[3], Achab[a] pessimus et idolatra[b] Heliam[4], quamvis ab eo graviter increpatus, cum[c] maximo honore habuisse. Ioas Heliseo[5], Iosias Hieremiae subditi fuisse leguntur[6]. Et quamdiu reges sacerdotes, suos scilicet consecratores, honorabant, prophetas[d], suos[e] doctores[f], audiebant, tamdiu illorum[g] gloria stabat[h]. Postquam vero sacerdotes spreverunt, prophetas occiderunt, mox a regno sunt[i] pulsi[k] et cum dedecore[l] in nationibus[m] dispersi.

14. Quod soli sacerdotes olim populum regebant.

*f. 55. A tempore autem Babilonicae[n] transmigrationis[o] *soli sacerdotes populum Dei regebant, quia regnum ex toto defecerat, usque dum de tribu Iuda in carne advenerat[p], cui et sceptrum[q] regni et sacerdotium repositum erat. Igitur frequenter est regnum[r] inmutatum[s]; sacerdotium mansit semper inconcussum, licet aliquando perturbatum.

De sacerdotibus[t] gentium. Utquid[u] memoro[v] reges divini[w] cultus sacerdotes honorasse, cum sacrae literae tradant, etiam gentiles suos sacerdotes permaxime coluisse? Moyse namque attestante[7], cum Egyptii terram suam, fame cogente, venderent, se[x] ipsos quoque in servitute[y] Ioseph redigerent, soli sacerdotes sua vendere non cogebantur, quia eis publica stipendia ab[z] regis horreo prebebantur. Sed et omnes hystoriae gentilium narrant reges honorasse suum sacerdotium ita, ut quidam consules

a) enim C1. b) ut D. c) add. et D. d) vendicaret C; vendicabat D. e) superscr. eadem man. B. f) enim C1; enim bonus D. g) super D. h) Iudam C1. i) add. et D. k) inungebantur D. l) os omis C. m) dnis C. n) deest C. C1; add. et D. o) in loco raso B. p) deest D. q) seq. a del. B1. r) sacerd A. s) Salo n. C1. t) prudentissimus C. u) add. et D. v) honoracionem corr. honoravit C. w) et C1. D. x) hoc loco spiritual. A. y) sic B. z) Esayas corr. Esayam A; Ysayam C. C1; Is. D. a) Achas C1. b) ydolatria C; idololatra D. c) cum C1. d) add. ut D. e) scilicet c. h. p. suos des. C. C1. f) doctores suos D. g) ipsi in D. h) stabant D. i) deest C1. k) deest C. C1. l) decore corr. dedecore B; decore C. m) add. sunt B. C1 in marg. manu rec. B. n) Babilonie C. o) migrationis D. p) advenerat in carne B. B1; adveniret D. q) scriptum corr. man. 2. sceptrum B1. r) regnum est C. s) add. et C. t) sacerd A. u) littera U minio supplenda deest B1. C; Etquid C1. v) memoror B. B1. C1; add. quod C1. w) domino corr. domini C. x) seque D. y) servitutem B. B1. D. z) a D.

1) 1. Reg. 13, 7 sq. 2) 2. Par. 29, 25. 3) 4. Reg. 19, 1 sq. 4) 3. Reg. 18, 1 sq. 5) 4. Reg. 13, 14 sq. 6) Ierem. 22, 10 sq. 7) Gen. 47, 20 sq.

vel imperatores legantur idem[a] explevisse officium. Hec [illegible] de veteribus[d], nunc de christianae[e] religionis[f] temporibus [illegible].

15. Quod Christus non regem, sed sacerdotem [illegible].

Dominus Iesus Christus, verus rex et sacerdos secundum ordinem Melchisedech, sponsae suae, aecclesiae[k], leges et iura[l] statuit[l], et ad [illegible] non regnum, sed sacerdotium instituit[m]. In quo Petrum apostolum [illegible] et dixit: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo aecclesiam meam, et portae inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et[r] in celis*. Hanc potestatem sacerdotii Petrus a Domino accepit, hanc successoribus suis[s] reliquit[t]. Sicut ergo a tempore Moysi usque ad Samuelem [illegible] populo Dei prefuerunt, ita a tempore Christi usque ad Silvestrum [illegible] aecclesiam Dei[x] rexerunt, quae ab eis[x] legibus et moribus optime instituebatur[y] ad aeternam patriam egregie erudiebatur, a regibus vero undique inpugnabatur, qui eam a cultu veri Dei[z] modis omnibus[a] avertere et ad culturam demonum convertere immo conpellere[b] nitebantur[c].

16. Unde christianum imperium.

Postquam autem[d] lapis de monte sine manibus abscissus[1], ab aedificantibus murum iniquitatis[2] quidem reprobatus, a Deo autem[f] electus et in caput anguli locatus, in montem magnum excrevit et universam terram sua magnitudine implevit, [illegible] mutavit tempora[h] et transtulit regna, cepitque[i] altitudo regni coram Christo pedibus incurvari, ac fastigium imperii in conspectu[k] aecclesiae inclinari. Persecutionis namque[l] tempus Deus pacis, sacerdos[m] magnus, tempore pacis permutavit ac rebelle imperium paganorum rex magnus super omnes deos transtulit in regnum christianorum.

17. Quod Silvester Constantinum regem coronavit.

Constantinus[n] itaque, princeps principum[o] regni, per Silvestrum, principem sacerdotum aecclesiae, ad fidem Christi convertitur[p], et totus mundus novo ritu christianae religionis induitur. Qui[q] Constantinus Romano pontifici coronam regni imposuit, et ut nullus deinceps Romanum imperium absque[r] consensu[s] apostolici subiret, imperiali auctoritate censuit. Hoc privilegium Silvester a Constantino accepit, hoc successoribus suis reliquit. Cumque sacerdotii cura et regni summa in Silvestri arbitrio penderet[t], vir Deo plenus intelligens rebelles sacerdotibus non posse gladio verbi[u] Dei, sed gladio[u]

a) id est *ex.* idem *A*; *deest C 1*. b) *deest D*. c) [illegible] *D*. d) [illegible] veteribus *B 1*. e) *deest C 1*. f) [illegible] *corr. B*. g) videremus *B*. h) *add.* nostre *D*. i) [illegible] k) viam *C*. l) constituit *A*: instituit *D*. m) constituit *D*. n) [illegible] p) *add.* etc. usque ad id: *des.* et portae inferi *usque ad id* quodcumque solveris super [illegible] q) *deest B 1*; *des.* et in celis *usque ad id* et in celis; *add. autem* etc. usque in celum *D*. r) [illegible] s) *add. man.* 2. *in marg. B*. t) reliquid *C*. u) prefuerunt *C*. v) Dei eccl. *D*. w) [illegible] x) moribus et leg. *D*. y) instruebatur *A*: instituebantur *C 1*. z) [illegible] *D*. a) [illegible] b) convertere *corr.* compellere *A*. c) videbantur *B 1*. d) [illegible] sus *A*. f) eum *B 1*. g) *bis scr.*, *semel del.* 1. h) tempora mutavit *B. B 1*. i) [illegible] cepitque *C 1*: cepit quoque *D*. k) conventu *D*. l) tempus *D*. m) [illegible] *del. B 1*. o) principium *B*. *B 1*: *corr.* principum *B*. p) [illegible] r) *deest, sed add. man.* 2. *in marg.* 1. s) consensu *C*. t) penderet [illegible] *B. B 1*. u) [illegible] verbi Dei, s. gladio *des.*, *sed add. man.* 2. *in marg. C*.

1) *Dan.* 2, 31. 45. 2) *Matth.* 21, 42. 3) V. [illegible] ed. *Zeumer* § 14. *p.* 56.

materiali coerceri, eundem Constantinum asscivit[a] sibi in agriculturam[b] Dei adiutorem[1] ac contra paganos, Iudeos, hereticos aecclesiae defensorem. Cui etiam concessit[c] gladium ad vindictam malefactorum, coronam quoque regni imposuit[d] ad laudem bonorum.

18. Quod ecclesia sibi reges[e] constituit.

Abhinc mos cepit aecclesiae reges vel iudices[f] propter secularia iudicia habere, qui paganos aecclesiam infestantes vel alios eius hostes eam impugnantes armis[g] propulsarent, intus vero divinis legibus rebelles penarum[h] terrore aecclesiae subiugarent. Ad reges vero[i] pertinent sola secularia iudicia. Unde cum quidam[k] episcopi coepiscopos suos in causam[l] coram Constantino imperatore ponerent, ille sciens ad suum ius[m] non pertinere, respondit: 'Ite[n], quia Christi estis, et ipsi[o] de hac re inter vos[p] videte, ego non ero iudex vester'[2]. Igitur[q], quantum[r] anima dignior est corpore, quae illud vivificat, et quantum[s] dignius est spiritale quam seculare, quod illud iustificat[t], tantum sacerdotium dignius est[u] regno, quod illud constituens[v] ordinat.

19. Quod apostolicus[w] a Romanis sit eligendus[3].

Hinc queritur[x], a quibus hae personae[y] sint eligendae vel constituendae. Apostolicus a Romanis cardinalibus est eligendus consensu[z] episcoporum et totius urbis[a] cleri et populi acclamatione[b] in caput aecclesiae constituendus. Ad huius providentiam[c] dominica[d] auctoritate *pertinet[e] cura[f] universalis aecclesiae, scilicet totius populi et cleri. Apostolica auctoritate[f] sollicitudo[g] omnium aecclesiarum, imperiali[h] auctoritate[e] Romani regni[i] electio vel[k] constitutio. Ad huius[l] quoque ius pertinet[m] cunctorum[n] episcopatuum, patriarchatuum canonica dispositio, universi cleri et populi in divinis legibus correctio.

*f. 56.

20. Quod episcopi a clero et populo propriae civitatis sint[o] eligendi[4].

Episcopus autem cuiusque[p] civitatis a clero eiusdem civitatis vel provinciae debet eligi ac populi acclamatione in pastorem ovilis Christi constitui, ab apostolico anulo[q] et virga[r] investiri[s], a duodecim[t, 5] vel saltim[u] a tribus episcopis consecrari[v]. Ad huius officium pertinet subiectum clerum canonice gubernare, populum ad iura divinae legis invitare, resistentes excommunicare, penitentes absolvere.

a) ascivit *B. C. C1*; *corr.* constituit *C*; assumit *D.* b) agricultura *D.* c) concessit etiam *B. B1.* d) imp. regni *D.* e) reges sibi *B1.* f) *in loco raso B.* g) acriter *D.* h) reb. pen. *des. B1.* i) autem *C*; ergo *C1. D.* k) quidem *C.* l) causa *C1.* m) ius suum *D.* n) iste *C1.* o) ipsis *radendo corr.* ipsi *C.* p) nos *C.* q) *e corr. B1.* r) quam *C*; sicut *D.* s) quam *C.* t) vivificat *D.* u) *deest A.* v) *seq. rasura B1.* w) *seq.* sit *postea del. B.* x) *bis scr. semel del. B1.* y) personae hae *C1.* z) consensu *C.* a) orbis *C1.* b) accumulatione *C1.* c) providentia *C.* d) divina *C1. D.* e) pertinet c. u. ae. sc. t. p. et c. A. a. s. o. ae., i. a. R. r. e. vel c. A. h. q. ius pertinet *des. C1.* f) cura u. ae., sc. t. p. et c. A. auctoritate *des. C.* g) solic. *C.* h) *add.* vero *D.* i) *deest C. C1.* k) et *D.* l) *add.* providentia dominica auctoritate *C.* m) pertinent *B. B1.* n) cunc *A.* o) sit *A.* p) cuiuscunque *C1.* q) annulo *C1. D.* r) *add.* pastorali *C1.* s) vestiri *corr. superscribendo* investiri *B.* t) XII[im] *A*; *add.* si est archiepiscopus *D.* u) salten *C1*; ad minus *D.* v) consecrandus *C1*; consecrari debet episc. *D.*

1) *Cf.* 1. *Cor.* 3, 9. 2) *Decret. Pseudoisidor. ed. P. Hinschius p.* 256. 3) *Decr. Nicolai II. papae a.* 1059 *(die* 13. *April.) in synodo Lateranensi datum, LL., Const. imper. I.* 539 *sq.* 4) *Conc. Nic. c.* 4 *(vers. Hisp.*; *Ans.* 6, 59; *ibid.* 52 *ex vers. Dionys.)*: *Ivo Decr.* 5, 117; *Coll. h. P. II,* 1, 4; *cf. Burch. Wormat. Decr. I, c.* 12: Ex concilio Aurelianensi; *Coelestini I. Epist.* 4, *c.* 5; *Schoenemann p.* 765; *Hinschius p.* 560; *Jaffé, Reg. nr.* 359. 5) *Hanc constitutionem canonicam nusquam invenire potui.*

21. Quod imperator a principibus regni sit eligendus.

Imperator Romanus debet ab apostolico eligi[1], consensu[a] principum et acclamatione[b] plebis in caput populi[c] constitui, a papa consecrari et coronari. Huic[d] debet clerus et populus[e] in secularibus dumtaxat subici[f]. Ad ipsum autem [illegible] pertinet secundum civilem [illegible] iustitiam vel patriae[h] iura prefecturas, advocatias[i], [illegible], ducatus, comitatus[k] disponere, tributa, fora, pro temporis qualitate[l] iura populi [illegible] stituere. Ab ipso[m] sunt reges vel[n] iudices provinciarum vel regionum [illegible], ab ipso[o] principes civitatibus[p] preponendi.

22. Quod rex consensu episcoporum sit constituendus.

Sed hic forte contentiosi[q] sermone et scientia imperiti erumpunt et imperatorem non ab apostolico, sed a principibus[r] eligendum[s] affirmabunt[t]. Quos ego interrogo, utrum rex a subditis an[u] a prelatis sit constituendus. 'A prelatis', inquiunt. 'A quibus?' 'A ducibus et comitibus'. Sed[w] duces et comites[x] episcopis ut puta dominis [illegible] subditi sunt, quia ab eis[y] beneficia et aecclesiarum predia habent. Ergo rex a Christi sacerdotibus, qui veri aecclesiae principes sunt, est constituendus; consensus tantum laicorum requirendus. Igitur quia sacerdotium iure regnum constituit[z], iure regnum sacerdotio subiacebit. Quantum etiam ipse Dominus sacerdotium[a] regno[b] pretulerit, hinc patet, quod, cum[c] venturi essent[d], ut eum raperent[e], et regem constituerent, fugit[f, 3]. Sacerdotale vero officium devote implevit, cum[g] sacramenta[h] corporis sui benedixit huncque ritum suis celebrandum tradidit[4].

23. Quod quilibet presbyter dignior sit rege.

[5]Equidem quilibet sacerdos, licet ultimi[i] gradus in sacro ordine, dignior est [illegible] quovis rege. Unde legitur, quod beatus Martinus episcopus, a Maximo[k] imperatore ad convivium[l] invitatus, cum[m] pincerna[n] regi poculum[o] inter epulas porrigeret, rex iussit hoc episcopo dari, ut ipse ab eius dextra[p] acciperet. Sed postquam[q] Martinus bibit, presbytero suo poculum dedit, digniorem illum rege[r] iudicans, qui Christi corpus[s] conficeret et[t] regem peccantem ligare[u], penitentem solvere posset. Similiter[6] ab[v] Ambrosio episcopo Theodosius[w] imperator ab aecclesiae liminibus[x] arcetur, cum

a) consenatu A.; consensu C. b) acclamatione B. c) [illegible] d) Huic B. B1. e) ppl' totus pplus C1. f) Huic debet [illegible] g) [illegible] vili B1. h) patrum iura C. i) advotias corr. advocatias B. k) [illegible] l) [illegible] qualitates corr. temporis qualitate B1; qualitatis tempore D. m) [illegible] n) [illegible] reges v. i. p. v. r. c. ab ipso des. C. p) add. sunt D. q) contentiose A. r) [illegible] s) [illegible] non B. B1; [illegible] t) affirmabunt corr. affirmabunt A. u) [illegible] w) Sed duces et comites des. C. C1. x) [illegible] y) ab eis des. B. B1 [illegible] z) constituet D. a) sacerdocio C1. b) [illegible] C1. c) cum C1. d) add. populi C1. e) [illegible] rent D. f) add. dominus et C1. g) inter cetera sacerdotalis [illegible] et miraculorum patrationis etiam add. D. h) sacramentale C1. i) ultimus D. k) Maximiano corr. Maximo B. B1. l) ad conv. des. C1. m) et C. n) [illegible] o) populum C1. p) dextra B. B1. C1. D. q) add. beatus C1. r) [illegible] Christi C1. Cui sacramenta D. t) [illegible] u) lingere C. v) Theodosius [illegible] x) [illegible] bus corr. liminibus B.

1) [illegible] 2) [illegible] est [illegible] Libelli III. [illegible] quo ille libellum nostrum composuit, episcoporum maxime lat[illegible]. 3) Ioh. 6, 15. 4) Matth. 26, 26 sq. 5) [illegible] c. 20, p. 129. 6) [illegible] IX [illegible]

homicidii crimine[a] obnoxius teneretur, atque penitentiae vinculis innectitur[b], post satisfactionem ab eodem absolvitur.

24. Quod reges sint venerandi[c].

Quamvis igitur sacerdotium longe transcendat regnum, tamen ob pacis[d] concordiae vinculum monet[e] euangelica[f] et apostolica auctoritas, regibus[g] honorem in secularibus negotiis duntaxat deferendum. Cum enim[h] quidam a Domino[i] inquire-
Matth. 22, 21. rent, utrum censum cesari dari[k] liceret[l], ait: *Reddite*[m], *quae sunt cesaris*[n], *cesari atque*[o] *quae sunt Dei, Deo.* Ergo in his, quae ad regni ius pertinent, oportet clerum[p] et populum regibus parere[q], in his autem[p], quae ad ius divinae legis spectant, Deo placere. Sic[r] Sebastianus[s] Diocletiano[t] et Maximiano, paganis licet imperatoribus, in secularibus familiaris[u] extitit: in spiritalibus[v] vero[w] Deo[x] placuit[y. 1]. Sic et[z] Mauritius[a] cum exercitu suo[b] eisdem imperatoribus auxilium contra hostes regni prebuit; cum vero contra religionem christianam agere ab eisdem[c] cogeretur, facere renuit[d. 2],
Act. 5, 29. quia didicerat[e] scriptum[f]: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Beatus quo-
1. Petr. 2, 17. que[g] Petrus apostolus hortatur honorem[h] deferre regibus: *Deum*[i], inquit[k], *timete, re-*
Ib. 2, 13. *gem honorificate.* Et iterum: *Subditi estote omni humanae creaturae*[l] *propter Deum, sive regi quasi precellenti, sive ducibus*[m] *ab eo missis ad vindictam malefactorum*[n], *laudem vero bonorum.* In quibus verbis[o] considerandum est, quod[p] reges et iudices ob[q] solam vindictam malorum constituuntur[r], qui laudem ferre bonis dicuntur. Iusti enim[s] reges et iudices[t] solos impios et iniquos puniunt, iustos autem[u] et[v] bonos laudi-
Rom. 13, 1. bus extollunt. Beatus etiam Paulus ad subiectionem principum[w] hortatur dicens: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*[x]. Et ne putes potestates per homines casu
Ib. constitui, subiungit[y]: *Non est enim potestas*[z] *nisi a Deo.* Quia vero aliquando propter
*f. 57. Iob 34, 30. *peccata populi mali iudices constituuntur, sicut in Iob legitur: *Qui*[a] *regnare facit*[b] *ypocritam propter peccata populi*[c], aliquando autem[d] ob merita quorundam iusti pre-
Rom. 13, 1. ficiuntur, addit: *Quae autem sunt, a Deo ordinatae sunt.* Et ne[e] putares[f] bonis qui-
Ib. 13, 2. dem obediendum, malis autem resistendum, adhuc prosequitur: *Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui*[h] *autem resistunt*[i], *ipsi sibi dampnationem acquirunt.* Et quod[k] iudices ad malos tantum reprimendos, immo puniendos preficiantur[l],

a) *add.* reus et *D.* b) e *corr. B* 1; invectitur *C*; *add.* quibus *D.* c) *huius capituli inscriptionem, quae in codice* [illegible] *manus add. omis.* d) *add.* ac *D.* e) movet *C.* f) ewangelium *C.* g) regem *corr.* regibus *B* 1. h) etiam *D.* i) Deo *B* 1. k) dare *C*; dari liceret cesari *C* 1; dari cesari l. *D.* l) liceat *corr.* liceret *C.* m) *add.* ergo cesaris *C* 1. n) *deest C* 1. o) et *D.* p) *deest D.* q) parere *vel* patere *B* 1; parere regibus *C. C* 1; *add.* sed *D.* r) *deest B* 1; *add.* beatus *C* 1. s) *add.* beatissimus et veri Dei cultor *D.* t) Dycletiano *B. B* 1; Dyaeleciano *C* 1. u) fidelis *D.* v) uni *D.* w) spiritualibus *C. C* 1. x) *add.* creatori omnium *D.* y) placere studuit *D.* z) *add.* beatus *C* 1; inclytus *D.* a) Mamertinus *C* 1. b) suo ex. *D.* c) *bis scr., semel del. A.* d) renuit *A. B. B* 1. *C. C* 1. e) didiceant *C.* f) scripturam *C.* g) *deest B. B* 1. *C.* h) honorem hortatur *B. B* 1. i) e *corr. A.* k) inquid *A.* l) creaturae hum. *D.* m) *add.* tamquam *B. B* 1. n) malef. vind. *B. B* 1. o) vero *B* 1. p) quia *D.* q) ad *C* 1. r) constituntur *corr. man.* 2. constituuntur *A.* s) autem *B.* t) ob solam v. m. c., q. l. f. b. d. I. e. r. et iudices *des. C* 1. u) *deest B. B* 1. v) *deest C.* w) principium *corr.* principum *B.* x) sunt *corr.* sit *C* 1. y) subiungitur *C. C* 1. z) *deest; sed add. in marg. A.* a) Quod *C.* b) facit regn. *D.* c) mali iudices c. s. in I. l. q. r. f. y. p. p. populi *des. B, sed add. man.* 2. *in marg.* d) *deest C. C* 1. e) *deest C.* f) putes *B. B* 1. g) vero *B* 1. h) quod *C.* i) resistant *C* 1. k) quidem *corr.* quod *C*; quia *D.* l) preficientur *C.*

1) *Acta s. Sebastiani auctore, ut fertur, s. Ambrosio, Acta SS. Ian.* 20. *Tom. III,* 629. 642. 2) *Passio s. Mauritii et Thebaeorum auctore Eucherio c.* 3. 5—8; *Acta SS. Sept.* 20. *Tom. VI,* 342.

patenter[a] subditur[b]: *Principes*[c] *non sunt timori* [illegible] *operis, sed mali.* [illegible] *timere potestatem? Bonum*[d] *fac, et habebis laudem ex* [illegible][e]. [illegible]

25. De regis officio.

Adhuc[f] Paulus officium regis vel iudicis exequitur[g]: *Dei*, inquit[h], [illegible]: *tibi in bonum. Si autem male feceris, time*[k]. *Non enim sine causa gladium p*[illegible], sed ideo, subaudis ut[l] malos puniat. *Dei enim*[m] *minister est, vindex in iram ei*[n], *qui male agit*[o]. Quid[p] potest apertius dici? Rex est minister aecclesiae, ut rebelles comprimat[q]: vindex est irae Dei, ut impios puniat.

26. Quod homo non[r] homini, sed bestiis preferatur.

Deus namque non prefecit[s] primum hominem hominibus, sed bestiis et [illegible] animalibus[t], quia his, qui irrationabiliter[u] et bestialiter vivunt, iudices tantum prelati sunt[v], quatenus eos per timorem revocent[w] ad insitae[x] humanae mansuetudinis[y] tenorem. Unde idem[z] Deus per Noe Sem[a] et Iafeth peccantis[b] filii posteritati prefecit, quia nimirum peccantes sacerdotio et regno subiecit[2]. Unde et in euangelio, cum[d] discipuli dicerent[e]: *Domine*[f], *ecce, duo*[g] *gladii hic*[h], haec[i] verba [illegible] roboravit, quia ad regimen aecclesiae in presenti vita duos gladios necessarios premonstravit; unum spiritalem[k], scilicet verbum[l] Dei[3], quo sacerdotium utitur ad vulnerandos[m] peccantes, alterum materialem[n], quo regnum[o] utitur ad puniendos in malis[p] perdurantes. Necesse est enim, ut hos regalis[q] potestas subigat[r] gladio materiali, qui legi Dei rebelles non possunt[t] corrigi stola[u] sacerdotali[4].

27. Quod regibus non semper sit obediendum.

Queritur autem, utrum regibus[v] in omnibus sit[w] obediendum, an aliquando resistendum[x]. Dum ea precipiunt[y], quae[z] ad ius regni pertinent, est eis utique parendum; si autem ea, quae christianae religioni obsunt, imperant, [a]obsistendum. Leguntur quippe olim christiani milites sub paganis regibus contra hostes regni militasse et tamen cultum[a] Christi non deseruisse, a cuius cultura[b] si avocabantur, mox Deo magis quam hominibus obediendum etiam ipsa morte testabantur[c]. Iohannes etenim[d] et Paulus iussu[e] Constantini[f, 5] christiani[g] imperatoris cum Gallicano patricio adhuc pagano adversus hostes Romani imperii profecti[h] sunt: a Iuliani autem apostatae[i] palatio penitus discesserunt[6]. Igitur si rex Romanae aecclesiae, quae est caput mundi[k]

a) patientur *B.* b) subdidit *D.* c) princeps *C.* d) bona *C*1; bene *D.* e) illa *B*1. f) *add.* vero *D.* g) *seq.* et time *B*1; r. vel i. off. exeq. dicens *D.* h) inquid [illegible] i) [illegible] m. *B. E*1. k) si autem m. f. time *des. C*1. l) *deest D.* m) etiam *D.* n) [illegible] o) egit [illegible] p) Quit *B*1; Quod *C.* q) comprimet *B*1. r) [illegible] s) prefecit *C C*1. t) animalibus [illegible] u) irrationaliter *B*1. v) sunt prelati [illegible] w) revocent per tim. *D.* x) insitem *C*1. y) mansuetudinis [illegible] z) [illegible] Cham *C. C*1; *e corr. C*1. b) pactanter *C.* c) *seq.* potestatis *postea del. B*1. d) dum *C*1. e) dixerunt *D.* f) Domine *C. C*1. *D.* g) duo [illegible] h) hic *D.* i) [illegible] k) spiritale *B*1. l) verba *D.* m) illuminandos *D.* n) [illegible] o) [illegible] p) mal *C.* q) regales *B*1. r) subrogat *C*1. s) [illegible] t) [illegible] v) *add.* sit *D.* w) *deest D.* x) *seq.* R *D.* y) precipiantur *D.* z) [illegible] a) cultu *C.* b) cultura cuius *C*1. c) *add.* [illegible] *D.* d) [illegible] e) [illegible] f) instanti *C.* g) christianissimi *D.* h) profecti *B*1. *D.* [illegible] i) [illegible] state *B. E*1; a potestate *C.* imperatoris *add. C*1. k) *deest B. C. C*1. *D.*

1) *Gen.* 1, 28 sq. 2) *Gen.* 9, 23 sq. 3) *Ephes.* 6, 17. 4) 2 [illegible] 5) *Iunior Constantius*. 6) *Acta s. Gallicani*, Acta SS. Iun. 25, Tom. VII, [illegible] *Passio s. Iohannis et Pauli*, Acta SS. Iun. 26, ibid. p. 138 sq.

et mater[a] omnium aecclesiarum, ut filius ab ea coronatus et minister Dei ac vindex irae eius[b] obediens existit[c] et populum christianum ad leges divinas servandas constringens a paganis, a[d] Iudeis, ab[d] hereticis defenderit[e], ei[f] per omnia ab omnibus obediendum erit. Si autem Romanae et apostolicae sedi rebellis[g] extiterit[h], quam Rex regum et Dominus dominantium caput aecclesiae esse[i] voluit, et quae ipsum in caput gentium constituit, vel in aliquam heresim declinando ut Constantius[k, 1] et Valens[l, 2] aecclesiam vexaverit[m], vel a fide apostatando[n] ut Iulianus eam persecutus fuerit[3], vel per scisma ut Philippicus[o] eam in partes[p] diviserit[q, 4], hic, inquam, talis patienter quidem[r] est tolerandus[s], sed in communione per omnia declinandus[t], quia non est imperator, sed est[u] tyrannus[v]. Huiusmodi[w] imperium[x] Martinus renuit[y] dicens: 'Christi[z] miles sum[a], pugnare mihi non licet'[5].

cf. 1. Tim. 6, 15.

28. Quod reges non debeant episcopatus[b] dare.

Sed sunt quidam[c], qui se esse sapientes[d] dicunt, sed stulti facti sunt[6], qui audent affirmare, quod regibus liceat episcopatus vel[e] abbatias vel reliquas canonicas[f] dignitates[g] dare. Dicunt enim: 'Rex sancto[h] oleo ungitur, clero et populo preficitur: ideo[i] utriusque dignitates iure[k] dare convincitur'[7]. Horum falsissima affirmativa[l] subruitur verissima negativa eorumque negatio statuitur[m] veritatis affirmatione. Age[n] ergo, percontor[o] hos[p], episcopatus, abbatiae[q], preposituræ[r] utrum sint spiritales dignitates, an seculares. Respondebunt: 'Spiritales[s]', nisi sint dementes. At ego: 'Rex est spiritalis[t] an secularis?' 'Secularis[u]', inquiunt. Ergo spiritalis[v] dignitas nihil pertinet ad secularem personam. Adhuc[w] sciscitor[x] eos[y]: 'Licet regi missam cantare[z] necne[a]?' Respondebunt[b]: 'Minime[c]'. 'Quare?' 'Quia[d]', aiunt[b], 'non est sacerdos[e]'. Et ego: 'Si ideo ei non licet celebrare missam, quia sacerdos non est, *ergo[f] nec ecclesiam[g], in qua missa cantatur[h], licet ei dare, quia laicus est'. Igitur quia rex laicus est et[i] secularis *et gladium ad vindictam malefactorum portans* et[k] per sacerdotale officium vindex irae Dei constitutus est et populo in secularibus tantum pre-

[illegible]

cf. 1. Petr. 2, 12.

a) mundi et mater *des.* B 1. b) Dei D. c) exstiterit D. d) *deest* D; et ab C 1. e) defenderet *corr.* defenderit B. f) et B. B 1. C 1. g) rebelles C. h) exiterit B 1; extitit C 1. i) esse eccles. B. B 1. k) Constantinus *corr.* Constantius B 1. l) Valens *corr.* Valerius C; Valerius C 1; et V. *des.* D. m) vexaverunt C. C 1. n) apostodando C 1. o) Philippicus *corr.* Philippus B; Philippus C 1. p) *sq.* persecutus fuerit *postea del.* B 1. q) divisit C 1; *add.* quidem C. r) *deest* D. s) toll. A. C. C 1. t) sed in c. p. o. declinandus *des.* C 1. u) thyr. est B. B 1; *deest* est D. v) *corr.* A. w) h° C 1. x) *add.* sanctus C 1. y) renuit A. B. B 1. C 1. z) *add.* ego D. a) sum miles D. b) *e.* A. c) quidem C. d) sapientes esse C. C 1. D. e) *sq.* abbatias B. B 1. f) *deest* D. g) vel r. c. dign. *des.* C 1. h) sacro D. i) igitur D. k) dignitates iure *corr.* dignitatis iura B; dignitatis iura B 1. l) affirmata C. C 1. m) destruitur C 1; veris. n. e. n. statuitur *des.* C. n) Ergo D. o) percantor C. p) has C 1; perc. hos *del. et substituit man.* 2. patriarchatus B; *pro* percontor hos *scr.* patriarcha B 1. q) abbacias C 1. r) preposituras C 1. s) dignitates an s. R. 'Spiritales' *des.* C. t) *add.* dignitas D. u) seculares C 1. v) 'Secularis' i. E. spiritalis *des.* C. w) adhunc C. x) *sq.* scititor *del.* B 1. y) eo C 1; ab eis D. z) celebrare D. b) *deest* D. c) *sq.* inquiunt D. d) *sq.* non *del.* C 1. e) *sq.* aiunt D. f) *sq.* non *del.* B 1. g) *add.* dare C 1. h) celebratur C. C 1. D. i) *superscr. man.* 2. A; *deest* B. B 1. C. C 1. k) *superscr. man.* 2. A.

1) *De Constantio imperatore Arriano cf. quae affert Cassiod. Hist. tripart. IV, 5 sq.: Opp. ed. Garet. I, 246 sq. (Theodoret. II, 3; ed. Vales. p. 70 sq.).* 2) *Cassiod. l. c. VII, 13 sq., p. 324 (Theodoret. IV, 12, p. 165 sq.).* 3) *Cassiod. l. c. IV, 2 sq., p. 282 sq. (Sozom. V, 2 sq., p. 544 sq.).* 4) *Vita Constantini I. papae ed. Duchesne, Lib. pont. I,* 391. 5) *Sulp. Sever. Vita S. Martini I, 4, ed. Halm p.* 114. 6) *Rom.* 1, 22. 7) *Cf. supra p. 8, n. 1.*

latus, omni ratione[a] repugnante[b], non debet nec potest [illegible] episcopatus [illegible] vel prepostituras, quae[c] spiritales dignitates sunt, dare. Seculares [illegible] dignitates, sicut sunt ducatus, presidatus, comitatus, debet et potest dare. [illegible] debet spiritalia spiritalibus personis[h] commendare. [illegible] ut, si quis per secularem potestatem ad canonicam dignitatem [illegible]. Ioiada quippe sacerdos regem[m] Ioas constituisse legitur[2]. Nusquam [illegible] constituisse reperitur. Quod si obicitur, quod Ionathas ab Alexandro [illegible] et Symon, frater eius, a Demetrio nihilominus [illegible] sacerdotium [illegible], [illegible] dum est, quod ipsi sacerdotes erant[r] et a stirpe sacerdotali descendentes [illegible] suo, bellis ingruentibus[t], privati erant, ab istis autem officium [illegible] plere potestatem acceperant[5]. Ergo haec[t] permissio[u], non datio erat.

29. De exemplis sanctorum.

Ambrosius. Porro si obicitur, quod in tripartita historia legitur, quod Valentinianus imperator ad Ambrosium dixerit: 'Ego tibi commendo corpora, Deus autem animas', sciendum est, quod Ambrosius prius iudex provinciae [illegible]; accepto autem canonice episcopatu, rex provinciae curam ei insuper delegaverit[6]. Quem morem[d] adhuc in aliquibus aecclesiis novimus observari, scilicet[e] episcopum utriusque et[f] episcopatus et ducatus curam gerere; quod tamen sacerdotibus Christi [illegible] minime congruere, quia nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.

Gregorius. Et si hoc ad medium deducitur, quod in vita sancti Gregorii legitur, quia imperator Mauritius precepit eum consecrari, sciendum est, quod Gregorius prius erat canonice a clero et populo electus. Sed cum ob pacis et concordiae gratiam inquireretur[7], solito more imperatoris consensus iussit eum consecrari, id est[w] assensum prebuit eius ordinationi.

30. De Leone et Karolo.

Unde autem hic[y] perversus mos in populo[z] inoleverit[a], quod episcopatus dantur potestate regali, referam, ut accepi, stilo veraci. Beatae memoriae Leone papa a Romanis excecato atque ab[e] apostolica[f] sede[g] a tumultuoso populo[h] propulsato[i], ad [illegible]

a) omni ratione [illegible] b) repugnante [illegible] [illegible]
[illegible]
delegavit D. d) mortem corr. radendo morem C. e) nempe D. f) deest C. C1. D. [illegible]
[illegible]
h) potestati [illegible] [illegible]
h) populo [illegible] i) propulsato [illegible]

1) Can. apost. c. 31 [illegible] 2) 4. Reg. 11, 4 sq. 3) 1. Mac. 10, 20. 4) 1. Mac. 14, 38. 5) 1. Mac. 2, 1 [illegible]
6) Cassiod. Hist. tripart. VII, 8; Opp. ed. Garet I, 305 [illegible]
7) Vita s. Gregorii Magni auctore Ioh. Diacono I, 39. 40 [illegible]
[illegible] 'Summa totius' SS. X, 129 [illegible]

Karolum[a], regem Francorum, venit, qui eum honorifice[b] suscepit. Hic Karolus[a], contracto[c] exercitu, Romam properat, seditiosos digna ultione[d] puniens, expulsum[e] papam propriae[f] sedi redonat; quem mox ille[g], qui facit mirabiles res[h], illuminat. Et quia tunc Romanum imperium rectore carebat, quia, ut traditur, Constantinus quintus[i] imperator manibus iniquorum excecatus fuerat, venerabilis Leo papa consilio[k] principum et consensu[l] cleri et populi Romani imperii sceptra Karolo[m] regi tradidit, augustumque consecrans, coronam regni imponit[n]. Et quia idem rex Romanam aecclesiam maximo honore sublimaverat ac multis donis et muneribus, insuper et maximis allodiis ditaverat, cum esset per omnia catholicus, sapientia et morum excellentia Deo et regno dignissimus, apostolicae[o] sedi subiectus[p], omni clero devotus, Leo papa[q], de tali ac tanto[r] adiutore gaudens, ei soli hoc privilegium[1] concessit[s], ut citra[t] Alpes in partibus Galliae[u] et Germaniae eius[v] vice episcopatus aecclesiastico[w] more institueret[x]. Quod[y] privilegium[p] etiam successores ipsius ab apostolica[z] sede promeruerunt, quia et[a] ipsi per omnia Romanae aecclesiae devoti extiterunt[b]; qui[c] tamen[d] sapientes et vita[e] probabiles et divino[f] officio congruas personas elegerunt, et aecclesiis Dei[g] dignos pastores absque ullo pretio prefecerunt.

31. De rebellibus aecclesiae.

Postquam[h] vero viri[i] Deum[k] ignorantes et aecclesiae honorem execrantes[l] absque Romana electione in regnum irruperunt[m] et sceleratis ac perditis moribus imperium maculaverunt, hi tales, regalem mansuetudinem[n] Neronis[o] more postponentes ac tyrannico[o] more in clerum et populum dominium[p] violenter, immo crudeliter extendentes, pacem aecclesiae et concordiam populi perturbare[q], apostolica[r] statuta ac priorum regum ceperunt edicta violare. Qui, iustitiam et aequitatem abhominantes, civile bellum, cleri populique discordiam et omnem iniquitatem amantes, personas suis moribus congruas, iustitiae ac legis Dei inscias[s] elegerunt, quibus contra ius et fas[t] episcopatus, abbatias[u], prepposituras aliasque canonicas[g] dignitates summo pretio more Iezi vendiderunt[2]. Et[g] aecclesia itaque[v] videns impios donis suis abuti, ac munera
*f. 59. sibi a Christo gratis[g] collata a prophanis prophanari, *non vult[w] ultra honorem suum alienis dare, sed ipsa per se filiis suis, prout condecet[x] et expedit, dispensare.

32. Quod male pereunt, qui sacerdotibus contraeunt.

Sacerdotium autem[y] a regno potest[z] opprimi, non tamen potest[a] obrui; et sacerdotes a regibus[b] possunt interimi[c], officium vero eorum non potest perimi. Quin

a Karul. *B*; Car. *C. C* 1. *D.* b honoriffice *B* 1. c contractu *corr.* contracto *B*; contractu *del. et add.* contracto *B* 1. d *seq.* ille *del. B* 1. e expulit *C* 1. f papae *D.* g maxime *D.* h res m. *D.* i V^tus *A.* k) consilin *corr.* consilio *B*; consilin *B* 1; concilio *D.* l consenssu *C.* m Karulo *B. B* 1. n imposuit *C* 1. *D.* o) apostolici *A. B. B* 1. *C* 1. p) *e corr. B* 1. q *add.* tertius *D.* r tanta *corr.* tanto *B* 1. s cessit *B* 1. t circa *B* 1. u) Gallis *corr.* Gallie *C* 1. v *add.* in *C.* w aecclesiastico *A.* x institaerit *B* 1. y quid *B* 1. z apostolaca *corr.* apostolica *A.* a *deest C. C* 1. b existerunt *C.* c quod *C.* d cum *C.* e ita *C.* f d'ino *C.* g *deest D.* h post *C.* i veri *C.* k Dei *C* 1. l) execcantes *B* 1. m irrripuerunt *B* 1; irripeunt *corr.* irruperunt *C* 1. n) m. r. *B. B* 1; *seq.* ire *postea del. C.* o *e corr. C.* p dmūm *B* 1; dum *C.* q) perturbant *B. B* 1. r apłaca *A.* s insticias *C.* t phas *C* 1. u abbiās *C.* v autem *D.* w) voluit *D.* x decet *C* 1. y *deest B. B* 1. z potest a r. *C* 1. a) *deest C* 1. b regebus *corr.* regibus *B*; regno *D.* c intimi *C*; interemi *C* 1.

1) *De spurio illo privilegio fusius egit v. cl. E. Bernheim ('Forsch. z. D. Gesch.' XV, 675 sq.); cf. editionem eius in Constitut. imperat. I, 663 sqq. et quae Weiland b. m. annotavit.* 2) 4. *Reg.* 5, 1 *sq.*

immo Dominus, pars[1] sacerdotum, sepius exercet vindictam [illegible] regum. Saul namque, primus regum, sacerdotes Domini [illegible]. [illegible] bello iuste occisus occubuit[2]. Achab rex prophetas Domini quosdam [illegible] pulit, quosdam neci tradidit. Ideo et ipse vulneratus [illegible][3]. [illegible] Zachariam sacerdotem lapidibus obruit, unde et ipse a [illegible]. Azarias rex sacerdotium usurpavit. Ideo mox lepra [illegible]. [illegible] sacerdotium vendidit. Ideo propria manu se interemit[6]. Nero [illegible] Petrum, primum papam, crucifixit. Ideo regno pulsus[i] lupis [illegible]. [illegible] Sixtum papam occidit[7], unde et ipse a daemone obsessus periit. [illegible] imperator Athanasium episcopum a sede sua expulit. Ideo ipse a [illegible] periit[9]. Iulianus[r] imperator sacerdotes Christi persequitur[s], unde et ipse [illegible] occiditur[t][10]. Theodericus[u] rex Iohannem papam occidit. Ideo [illegible] supplicium subiit[11]. Et quid plura? Quotquot aecclesiae sacerdotes persecuti sunt, [illegible] morte exterminati sunt.

33. Quod baptizati in reges et sacerdotes [illegible].

Quod si quis astruxerit has duas personas honore ac[z] dignitate pares videri, eo quod hae solae personae in lege precipiuntur oleo sancto ungi, [illegible] quod rex tantum oleo, sacerdos autem chrismate ungebatur et [illegible] consecratio regis unctioni preferebatur; et in hoc etiam differebant, quod [illegible] a rege, sed a sacerdote consecrabatur. Hoc autem totum in figura contigit, qui Iesum Christum, dominum nostrum[m], verum regem et sacerdotem, expressit, quem Pater chrismate[n] et oleo exultationis, id est[o] Spiritu sancto, unxit et in caput gentium constituit, immo et angelis et hominibus dominum praefecit. Qui rex et sacerdos, quotquot[t] suae militiae adscripsit[u], oleo et chrismate[n] ungi precepit genus regale et sacerdotale ac regni sui heredes fecit. Hinc est, quod baptizandos[w] oleo et[x] chrismate unguimus: quia oleo eos Christi regno, chrismate autem ipsius sacerdotio ungimus[12]. Per mitram, quam capiti inponimus, coronam regni exprimimus; per albam[b] vestem, qua eos induimus, sacerdotalem dignitatem innuimus. Item[c] per mitram[d] pontificalem[e] infulam notamus, per albam vestem regalem trabeam[f] demon-

[illegible] principes *D.* [illegible] in semptoniores [illegible] *B* 1. [illegible] quod [illegible] *C* 1. [illegible] *B* 1. [illegible] *C*, *C* 1. [illegible] h) sacerdotum *B* 1. i) expulsus *B*, *B* 1. k) lupus [illegible] [illegible] Valens corr. Valens [illegible] p) Athanasium *B* 1 [illegible] r) Iulius 1. *B* [illegible] s) persequebatur *B*, *B* 1. t) occisus est *B*, *B* 1. [illegible] u) papam 1. *D.* [illegible] quod *B* 1 [illegible] z) et *C* 1. [illegible] 2. hec *B*, *B* 1 [illegible] d) ungebantur *C* 1. [illegible] quod *B*, *B* 1. [illegible] sicut [illegible] *ubi* etiam ipse *D.* [illegible] consecratur [illegible] *B*, *B* 1. [illegible] contingit *C*. m) D. n. *des. D.* [illegible] chrism. 1. [illegible] q) *deest B*, *B* 1. r) dum *C*; dum *C* 1. s) Quod *C*. [illegible] *A*, *B* 1; asser. *C* 1. v) generale corr. regale *C*. w) waptiz. *C* 1. [illegible] *sim.* 2. *A.* z) iunguimus *D.* a) exprimus *C* [illegible] d) mittram *C*. e) ponticalem corr. pontificalem *B* 1. f) tr. regal. *B*, *B* 1.

1) *Ps.* 72, 26. 2) 1. *Reg.* 22, 17 *sq.* 31, 4. 3) 3. *Reg.* 19, 1 *sq.* 22, 34. 4) 2. *Paral.* 24, 20 *sq.* 25. 5) 4. *Reg.* 15, 4. 5. 6) [illegible] *voluntariam sibi conscivisse compererit, incertum habemus.* 7) *Cf.* [illegible] *Garst. I.* 387. 8) *Ibid.* 390. 9) *Hist. tripart.* VIII, 13 [illegible] 329. 10) *Ibid.* VI, 47, *p.* 299. 11) *Lib. pontif. ed. Duchesne I,* 276. 12) [illegible] *ritu baptismatis, de unctione et de veste in baptizandis* [illegible] *suo, cui inscribitur 'Gemma animae' III,* 111 *sq.* [illegible] *Migne, Patr. Lat.* 172 [illegible] 672 [illegible].

stramus. Igitur et in veteri et in novo testamento sacerdotium semper regno preferebatur, quin[a] insuper et regnum per sacerdotium constituebatur.

34. De vaniloquiis[b].

Iam[c] illos familiariter conveniamus[d], quorum causa hanc lucubratiunculam[e] suscepimus[f], qui ob pecuniae[g] amorem, ob laudis favorem et pro[h] adipiscendae[i] ab ipsis principibus dignitatis alicuius honore[k] predicant[l] indoctis ipsi maxime indocti, ubique in manu regum omnes dignitates pendere. Hi[m], qui hoc[n] dicunt, aut laici aut monachi aut clerici sunt[m]. Si laici sunt, tunc ut insipientes[o] irridendi, vel potius ut ignari a sapientibus corrigendi sunt[p]. Si autem monachi sunt, tunc desipiunt; qui aut veritatem ignorantes errant, aut scienter errorem ob avaritiam sequentes[q], verum[r] se scire dissimulant[s]. Si autem clerici sunt; vesania[t] capti[u] sunt, qui aecclesiastico ordini ius ab ipso Domino collatum adimunt[v] illudque laicali potestati[w] conferunt, immo se ipsos propria libertate spoliant ac servili laicorum ditioni cum Cham[x] subiugant.

Igitur horum omnium stolidae assertiones[y] a sensatis sunt confutandae, immo ab omnibus[z] ratione utentibus reprobandae[a], cum regnum[b] sacerdotio, populus clero iure subiaceat[c], et sicut sol lunae, spiritus animae, contemplativa vita activae, sic sacerdotium regno premineat[d]. Sed iam calamum[e] de sacerdotali et[f] regali litigio deponentes, Christo[g], vero regi et sacerdoti[h] dignis moribus placere studeamus, quatenus eius aulam[i], in qua soli reges et sacerdotes[k] erunt[l], introire valeamus. Amen.

EXPLICIT SUMMA GLORIA HONORII[m].

a) quando *D.* b) vaniloquis *B* 1. c) *e corr. C.* d) quaeramus *D.* e) lucubracinctam *C*; lacubracta *C* 1. f) susceperamus *D.* g) peccunie *corr.* pecunie *B* 1. h) *deest, sed add. in marg. B* 1. i) adipiscendi *B* 1. k) *ita D, ceteri* honorem. l) *deest, sed add. man. 2. in marg. inferiore B.* m) Hi, qui h. d. a. l. a. m. a. cl. sunt *des. C* 1; *sed add. librarius infra post* corrigendi sunt; *cf. annotationem* p. n) haec *D.* o) insipienti *C*; *add.* sunt *D.* p) *deest D*; *add. C* 1 *ea, quae supra in annotatione* m *omissa dicta sunt.* q) sapientes *D.* r) v'm *C.* s) dissimulat *C.* t) vesania *radendo corr.* vesani *B* 1; vesania *D.* u) capiti *B. B* 1. *D*; *radendo corr* capti *B.* v) adiunt *C.* w) potestate *A.* x) Chayn *C*; Cain *D.* y) *e corr. B* 1. z) ab o. *des. C* 1; *pro quibus add.* recta. a) reprobante *corr.* reprobande *C.* b) regna *corr.* regnum *C.* c) subiacent *C* 1. d) pmineat *B* 1; preminebant *C* 1. e) calamum *B* 1. f) ac *C* 1; *deest D.* g) *add.* calamum de sacerdotali, *sed postea del. B* 1; r. l. d. Chr. *des. D, pro quibus add.* praeconio contrahamus eique. h) v. r. et s. *des. D.* i) aula *C* 1. k) s. et r. *D.* l) erant *C*; sunt et erunt *C* 1. m) E. s. g. H. *des. A. B. B* 1. *C* 1. *D.*

ARNULFI SAGIENSIS ARCHIDIACONI POSTEA EPISCOPI LEXOVIENSIS INVECTIVA IN GIRARDUM ENGOLISMENSEM EPISCOPUM

EDIDIT

IULIUS DIETERICH.

Rotomagi, ut fertur[1], *Arnulfus, filius Arduini, Normanni*[2] *e gente divite nobilique oriundi, circa finem saeculi undecimi natus est. Avus eius*[3] *Iohannes decanus erat; patruus Iohannes ille, qui archidiaconi et postea, nepotis praedecessor, episcopi Lexoviensis*[4] *muneribus functus est. Iohannes, frater Arnulfi natu maior, Sagiensis episcopus erat*[5]; *in cuius palatio, ut videtur, ingenue educatus et clericus regularis ecclesiae cathedralis factus, Arnulfus, fratre, ut opinor, auctore, admodum iuvenis Sagiensis ecclesiae archidiaconus ordinatus est*[6].

Ea aetate Girardus, Engolismensis episcopus[7], *apostolicae sedis legatione per Britanniae Aquitaniaeque provincias, archiepiscopatus scilicet Dolensem, Auscitanam, Bituricensem, Burdegalensem, Turonensem, fungebatur. Qui, Romanae ecclesiae in illis partibus sedulus dispensator, administrationis suae provincias saepius perlustravit. Itaque eum Arnulfum nostrum de facie nosse verisimile est. Sed hic utrum iam puer anno* 1102. *electionem Girardi, quam dicit irregularem, Engolismae praesens viderit, ut*

1) *Cf.* Lebreton, 'Biographie Normande' I, 27 sq.; H. Reuter, 'Alexander III' II, [illegible] sq. Rerum ecclesiasticarum scriptores, qui de Arnulfo eiusque adversario Girardo [illegible] et libros Chevalier, 'Répertoire des sources historiques du moyen âge' p. 172 [illegible] 2476 [illegible] 848 suppl. 2606 annotandum curavit. 2) Iohannem de Nova Villa [illegible] Seine-Inférieure? fratrem Arnulfi v. cl. Gams, 'Series episcoporum' p. 625, — nescio, unde hoc [illegible] — nominavit. 3) Gall. christ. XI, 714. 4) 1107—1141. 5) 1124—1144. 6) [illegible] anno 1131 archidiaconus erat, chartam in Gall. christ. XI app. [illegible] 173 [illegible] referre licet. 7) 1102—1136. Vitam Girardi legationemque [illegible] descripsit [illegible] abb. Maratu, [illegible] évêque d'Angoulême légat du saint siège' Bull. de la soc. [illegible] année 1864 p. 1—394. Accedunt appendices 36 [illegible].

ex ipsius verbis facile colligas[1], *an quasi testis ea, quae alii retulerint, memoriae dederit, dubitari potest. Si praesens vidit, ad summam senectutem eum provectum esse necesse est. Nam anno demum* 1184, *cum iam tribus annis ante, senio confectus, episcopatui Lexoriensi, cui inde ab anno* 1141. *praefuerat, renuntiasset, diem supremum obiit.*

Haud dubie alibi saepius Arnulfus futuro adversario obviam fieri potuit, velut anno 1126, *cum Girardus episcopus et legatus dedicationi ecclesiae pontificalis s. Gervasii, Mediolanensis martyris, una cum Iohanne, episcopo Lexoriensi, Arnulfi patruo, Sagii interesset*[2]. *Sequenti anno Girardus apud Cenomannos ex mandato Honorii II. papae controversiam, quam Iohannes, Sagiensis episcopus, Arnulfi frater, cum monachis s. Martini Sagiensis de ecclesia Belismensi agebat, summus arbiter diremit iniustaque Sagiensis episcopi postulata*, ius suum longa oratione prosecutus, *reiecit*[3].

Criminationes, quas Arnulfus in Engolismensem praesulem protulit, quin maxima ex parte iniustae fuerint, nostris quidem temporibus nemo est, qui dubitet. Morum gestorumque Girardi descriptionem, quae in primis capitulis invectivae infra edendae occurrit, in deterius eum vertisse nimisque, si quae fuissent, vitia eius exaggerasse, viri doctissimi E. Gigon[4], *qui criminationes Arnulfi tractatu ad id ipsum composito refellere aggressus est, ven. abbas Maratu*[5], *E. Mühlbacher*[6], *O. Schellert*[7] *optimis argumentis probaverunt. Arnulfus non solum ea, quae rumoribus vanis dubiisque acceperat, quasi explorata referre non abhorruit, sed nonnumquam etiam nova et inaudita commentus est. De singulis agere supersedi. Historiae pontificum et comitum Engolismensium*[8], *Orderici Vitalis*[9], *Goffridi, abbatis Vindocinensis*[10], *relationes fide utique digniores breviter hic in memoriam revocare satis erit.*

Quid plura? Valde, *ut Petri a s. Romualdo, ecclesiae Engolismensis historici, verbis in defensionem Girardi prolatis*[11], *utamur*, incertum est, an fuerit tam niger, quam in fastis ecclesiasticis depingitur. *Ceterum Arnulfus archidiaconus Petrum quoque Leonis, Anacletum videlicet antipapam, atris, ut ita dicam, Innocentium secundum, cui summo studio favebat, candidis lucidisque coloribus pinxit. Ad id Girardi aemulum, Gaufridum, episcopum Carnotensem, Innocentii II. per provincias Britanniam Aquitaniamque, ab Anacleto antipapa Girardo concessas, legatum nimiis laudibus extulit.*

Qua de re invectivam nostram historiae rerum gestarum non ita magno usui fore manifestum est. Sed si temporum illorum illarumque regionum opiniones vulgares factionumque ecclesiasticarum studia accuratius comprehendere vis, ducem vix iucundiorem

ignota erant, et amplissima Girardi regesta. Antea iam in eiusdem societatis annalibus ann. 1862. *p.* 15 *sq. E. Gigon in tractatu 'G. II, évêque d'A., et ses détracteurs' insolentes Arnulfi criminationes accuratius repulit. Ultimus de vita Girardi egit O. Schellert in dissertatione Halensi 'G. von A.'; cf. ea, quae Mühlbacher, 'Die streitige Papstwahl des Jahres* 1030' *p.* 52 *sq.* 131 *sq.; W. Bernhardi, 'Lothar von Supplinburg' p.* 331, *strictim quidem, sed subtiliter disseruerunt.*

1) C. 2: Reddit mihi in mentem miserabile illud nefandissimumque spectaculum, dum te praecurrentem multitudo reliqua sequeretur *etc.; cf. c.* 2. *in fine:* Videre mihi videor te quasi tantum pinguem in sublimi synodalem cathedram insedisse *etc.; c.* 7: Sicut enim corporales oculos tuos innaturalis quaedam distorsit enormitas, ut ad idem contuendum mirabili nequeant discordia convenire *etc.*

2) *Ord. Vital. hist. eccl. a.* 1026, *Bouquet, Rec. XII,* 743.

3) *Gallia christ. XI,* 686. *'An hic acerbissimi odii, quo Arnulfus in Engolismensem praesulem* [illegible] *quasi semina sata sunt?'*

4) *L. c. p.* 25 *sq.*

5) *L. c. p.* 282 *sq.*

6) *L. c. p.* 52 *sq.*

7) *L. c. p.* 1 *sq.* 31 *sq.; cf. etiam ea, quae Dom Brial apud Bouquet, Rec. XIII,* 250 *sq. disseruit.*

8) *Ed. I. F. Eusebius Castaigne, Rer. Engolism. SS. p.* 11 *sq.*

9) *Bouquet, Rec. XII,* 757.

10) *Epist. lib. I, nr.* 19–27; *Opp. ed. Sirmond p.* 37 *sq.*

11) *Chron. p.* 71.

facilioremque vel uberiorem invenies. Quanti pretii quantaeque auctoritatis Arnulfi libellus Innocentianis fuerit, ex Petri Venerabilis, abbatis Cluniacensis, epistola apparet, cum Arnulfus anno 1141. episcopus Lexoviensis electus a Gaufrido, comite Pictaviensi, duce Aquitaniae, a sede arceretur. Innocentio papae misit [illegible] *Qui*, *inquit*, non eum vere vestrum, quantum ad spiritum spectat, filium iudicavit qui eum non tantum verba audire, sed, quod nostro tempore perrarum est, scripta legere potuit? Quae sicut Salemon ait: *Non agnoscitur in bonis amicus, nec absconditur in malis inimicus*, ita eum amicum schismatis tempore prodiderunt, ut pene superfluum sit eum nos de fidelitate et amicitia commendare, quem tanti tempestatem et turbarum tumultus fidissimum et devotum alumnum noscuntur probasse. Prosit ergo ecclesiae, quae eum elegit, quae illum sibi hac fiducia pastorem praefecit, quod honestatem in eo, quod scientiam, quod in iuvenili aetate morum maturitatem, quod tandem in eius promotione vestram gratiam concupivit.

Petrus abbas alio loco huius epistolae Arnulfum archidiaconum iure personam nobilis litteraturae *nominasse mihi quidem videtur. Epistolae[2] enim, quae supersunt, carmina, sermones, invectiva denique optimarum eum artium studiis eruditum fuisse probant. Scholae Galliae — Parisinam memoro, Remensem, Bececensem, Engolismensem nostri Girardi — omnium tunc celeberrimae, omnium doctissimae erant[3]. Et Arnulfus* ***quidem in Sagiensis ecclesiae, cuius postea clericus archidiaconusque factus est, scholis,*** *fratre natu maiore, ut opinor, duce, primis litterarum elementis imbutus esse videtur. An* ***Girardi Engolismensis, liberalium artium professoris in illis regionibus tunc clarissimi, disciplinae interfuit?***

Postea eum Gaufridi, episcopi Carnotensis, ut videtur, subsidiis sublevatum, ut ipse in invectivae prooemio asserit, desiderata diu Romanarum legum studia in Italiam deduxerunt. *Bononiae, qua in urbe iuris utriusque studium illa aetate inprimis florebat, et Arnulfum Sagiensem litteris se dedisse, non sine specie veritatis coniicere licet[4].*

In Italia, ni fallor, invectivam, nescio an ex ipso episcopi Carnotensis mandato, ***cui stili sui primitias dicavit, sermone satis polito et eleganti eodemque puro et emendato et floribus luminibusque moderatius exornato confecit. Neglecto enim, quantum potuit, inflato aequalium genere scribendi, allusiones, agnominationes, contraria, consonantes clausulas inter se consonantes, cetera orationis ornamenta praeter reliquorum litis*** ***inter imperatores pontificesque tunc ardentis propugnatorum morem parce adhibuit, veteres*** *auctores, veteres ecclesiasticorum scriptores non allegavit, scripturae sacrae versus canonicasque auctoritates raro laudavit, sermonem denique proprium et peculiarem atque pro illius aetatis eruditione satis Latinum exercuit.*

Perperam O. Schubert Arnulfum in componendo libello veterum exempla saepius secutum esse opinatus est[5]. ***Innocentianorum autem epistolas defensionesque eum nosse verbaque earum memoria retenta nonnumquam repetiisse non nego[6]. Sed epistolas s. Bernardi,***

1 *Epist. lib. I, nr. 7, Bouquet, Rec. XV, 637; cf. duas litteras s. Bernardi, abbatis Claraevallensis, Opp. ed. Mabillon I, 377 de eadem re ad Innocentium II papam datas.*
2 *Epistolas, sermones, epigrammata ed. Turnebus, Parisiis 1585, quas Bibl. Patr. Colon. XII, Lugdun. t. XXII repetierunt. Nova addiderunt Bouquet, Rec. XVI, 656 sq., Dacherius in Spicilegio, Liberatus? p. 573 sq., I. A. Giles in 'Arnulfi Lexoviensis epistolis' ed. Oxonii 1844.*
3 *Wattenbach, 'DGQ' II*[illegible] *7 sq.* 4 *Romam Arnulfum Sagiensem* [illegible] *E. Muhlbacher* [illegible] *p. 52.* [illegible] *Subsequente tempore, cum Alexandri III papae* [illegible] *Innocentio* [illegible] *de studiis se dedisse* [illegible] 5 *l. c. p. 12* [illegible]
6 *Mabillonium l. c. p. 31* [illegible]

abbatis Claraevallensis, Manfredi, episcopi Mantuani, Reimboldi Leodiensis, quas eum ultimis invectivae partibus fundamento posuisse idem Schellert fortiter contendit[1], *nullo modo eum adhibuisse mihi quidem persuasum est.*

Porro Arnulfum tractatum suum ante legationem s. Bernardi abbatis, anno 1135. *schismaticorum reconciliandorum causa in Britanniam Aquitaniamque provincias deputati, et post Lotharii imperatoris coronationem, Romae anno* 1133. *die* 4. *mensis Iunii celebratam, scripsisse, O. Schellert in dissertatione saepius laudata satis demonstravit*[2]. *Sed tempus, quo scripsit, accuratius etiam circumscribi posse opinor. In septimo enim libelli capitulo archidiaconus noster Engolismensem adversarium:* Numquid, *interrogat,* eidem *(Innocentium papam dicit)* urbis *(scilicet Romae)* habitatio et ingressus pro arbitrio patens est et egressus? *Haec ante mensem Septembrem anni* 1133. *scripta esse contendo. Nam Innocentius eiusdem anni aestate, ab aemulo Anacleto Roma pulsus*[3], *Pisas se contulit ibique per integros duos annos versabatur. Interim ei neque ad Lateranense palatium neque omnino ad urbem aditus patebat, sed ut versum cantilenae tunc popularis afferamus*[4]*:* Romam Petrus[5] habebat, totum Gregorius[6] orbem.

Mense demum Novembri anni 1137. *papae exuli Romam redire licuit, indeque ei rursus* urbis habitatio et ingressus pro arbitrio patens erat et egressus. *Quae cum ita sint, Arnulfum aestate anni* 1133. *inter coronationem Lotharii imperatoris die* 4. *mensis Iunii celebratam et Innocentii II. exactionem mense fere Augusto perpetratam librum composuisse elucet.*

Romae Arnulfum eo tempore, quo scripserit, degisse nonnulli coniecerunt. Minus feliciter. Nam ea, quae de Lotharii imperatoris coronatione atque de Innocentii et Anacleti electionibus affert, adeo levia et quasi adumbrata, ne dicam ficta et commenticia sunt, ut eum coronationi turbisve illis, quae ambiguam electionem secutae sunt, interfuisse minime credas. Innocentium autem de facie eum nosse ex quarti capitis exordio facile conicitur. Sed cum summo pontifice utrum Romae vel Pisis, in curia Romana moratus[7], *an alibi casu congressus sit, quis est, qui diiudicet?*

Tractatus nostri unicus extat

Codex Parisinus nr. 14193 *(s. Germani a pratis nr.* 1320, *olim* 656*), membr. saec. XV, quem sive totum sive aliqua ex parte monasterii Alborum Mantellorum Parisiensis antea proprium fuisse ex folii* 121. *inscriptione:* De monasterio Alb. Mantellorum Parisius *certo efficitur. Continet praeter alios aliorum tractatus Arnulfi invectivam foliis* 121—136′. 145—154′. *et cum codice hodie deperdito, quem Lucas Dacherius solum exscripsit, proxime et ad litteram fere convenit. Sed Dacherium, praeterquam quod eum vetustiore exemplo usum esse litterae ę pro* ae *interdum positae — nostra quoque in editione retentae — ostendant, codicem Parisinum nr.* 14193. *editioni suae haud dubie non adhibuisse ex eo patet, quod in eo ultima pars quarti, prima quinti capitulorum, quas Dacherii 'Spicilegium' nobis servavit, inde ab illo:* Si quid igitur *usque ad id:* interesse, Girarde, *desiderantur. Quas vero partes librarium ab initio omisisse integri codicis quaterniones demonstrant. Ex quo iam in exemplaris nostri archetypo, cuius, ut ita dicam, geminum fratrem Dacherius, qui idem codicem quendam Alborum Mantellorum typis se expressisse affirmat, primae editioni fundamento posuit, folium unum excidisse conicias.*

1) *L. c. p.* 36 *sq.* 2) *P.* 33. 3) *Mühlbacher l. c. p.* 147, 7. *Die* 2. *Sept.* [illegible] *die* 16. *Nov. Pisis moratur; cf. Jaffé, Reg. nr.* 7635. 36. 4) *Rob. de Monte chron. SS. VI,* 489. 5) *I. e. Anacletus antipapa.* 6) *Innocentius II. papa.* 7) *V. epist. Petri Venerabilis ad Clar.* [illegible] *l. c.:* Sed quia vester specialis filius, et Romanae ecclesiae ab ipsa [illegible] alumnus est. Nam quis eum Romanae ecclesiae alumnum non agnoscit, [illegible] Quis eum non a puero educatum in sinu Romanae ecclesiae non putavit, [illegible] advertit *etc.*

Ceterum si in foliis 137—144', quae itidem integram [illegible] Hugonis de s. Victore, qui est de virtute amoris, [illegible] ruit, nec librario tribuendum esse censeo.

Codicis Parisini satis accurate scripti varias lectiones H. [illegible] diligenter curavit.

Dacherius invectivam Arnulfi ex codice Albarum Mantellorum [illegible] dito primus in secundo 'Spicilegii' tomo p. 338 sq. edidit, in [illegible] 'Spicilegii' [illegible] tomo primo p. 152 sq. iteravit. Quas editiones, quarum varias lectiones [illegible] D. [illegible] in apparatu ad unum omnes retinuimus, ad litteram fere secuti, [illegible] annotationibusque additis, L. A. Muratori in SS. rer. Ital. tomo III, [illegible] Brial in Bouqueti SS. rer. Gall. tomo XIV, 249 sq.; G. H. Pertz [illegible] SS. tomo XII, 207 sq.; I. Giles (G.) in 'Arnulfi Lexoviensis epistolis' supra laudatis p. 42 sq. repetierunt. Gilesianam editionem I. Migne in Patrol. Lat. tomo CCI, 173 sq. [illegible] genter, ut assolet, descripsit; maiorem partem tractatus Watterich (W.) in 'Vitis pont. Rom.' II, 258 sq. denuo typis dandam curavit.

[a]Venerabili Dei gratia Carnotensi episcopo, G[illegible][b], Romanae ecclesiae legato[1], Arnulfus[c], archidiaconus Sagiensis, [illegible] humilis et devotus, salutem.

Ad expedienda legationis vestrae negotia non negarem fidele ministerium, si [illegible] essem, pro viribus exhibere. Invitaret enim me cum laborantis ecclesiae [illegible] munis, tum beneficiis vestris obstricta devotio, tum Romani pontificis gratia, [illegible] fateor artius obligatum. Sed quia me in Italiam desiderata diu Romanorum[d] legum studia deduxerunt, loci quidem distantia corporale subduxit obsequium, sed spiritualem non suppressit affectum. Novit enim intimus secretae conscientiae testis, quam fidelis ecclesiae patienti compatiar, quam affectuose in adversis presuli Romano condoleam, quamque obnoxie vestrum me tota mente indico debitorem. Unde nimirum sublata impendendi corporaliter officii facultate, stilum saltem continere non potui, sed in Girardum Engolismensem, quod solum impendere poterat affectus absentis, invectus, originem nativitatis eius[2], conversationis qualitatem, prelationis causam, quid [illegible] vel egerit ab initio tempestatis huius, servata quantum potui brevitate, perstrinxi. Ad confutationem quoque eius stilo circa Petrum Leonis liberius evagato[3], subiunxi de

a) G. c. b) Ar. c. c) deest c. d) ita c. D; Romanarum [illegible]

1. *Gaufridus de Lengis 1116—1149* [illegible] *Innocentius II* [illegible] *tum Carnotum deduxit, ut ibi altare quoddam dedicaret, in* [illegible] 2. [illegible] cardinalis Romanus [illegible] legatus in Aquitaniam, Northmanniam, Britanniam, Hispaniam [illegible] tantae auctoritatis, tantae, ut quidam, sanctitatis [illegible] petentia, ipse viderit [illegible] ordinem praedicationis [illegible] genter, ut aiunt, digessit. [illegible] Nescio, quid senserunt, [illegible] ciderunt, id amputaverunt penitus. Et quidem [illegible] sed domini papae Innocentii legationem transtulerunt. [illegible] p. 381, [illegible]

persona domini papae, de ordine electionis eius, de favore principum, de populorum consensu, quidve super hoc irrefragabilis omnium religiosorum probat auctoritas.

Opus autem ipsum praesumo maiestati vestrae, fortassis impudenter, offerre[a], cum nullatenus orationis ieiunae macies mereatur in sapientiae vestrae venire conspectum. Scio tamen, quia sepius apud vos benignitas indulgentiam parit, quam severitas exactissima penam. Qui enim leviori culpae veniam negat, causam quandoque gravioris importat[1]. Si quid tamen in iudicium libeat devocare, non de qualitate operis, sed de opificis cognoscatis affectu. Huius examinationis periculo[b] me securus expono nec cognitionem formidans nec latam ex cognitione sententiam. Quia licet rethoricum[c] colorem formet scientia, non affectus, si non hanc peritiae laudem, saltem bonae voluntatis gratiam consequemur[d]. Sed et hoc ad vos potissimum destinari ratio postulabat, cum in eam causam cuncta specialium allegentur, quae vobis agenda com- *f. 122. missa *est. Quippe cum ad resistendum Petro Leonis in Italia presul Romanus indefessus assistat, ad resistendum Girardo vos reliquit in Gallia, ut sit capiti caput oppositum et dextera dexterae conferatur. Sicut enim Petrus scismatis huius princeps et auctor est, sic Girardus eius inter omnia principalius est[e] instrumentum. In quo, quid de fide et prudentia vestra sentiendum sit, manifeste probatum est, cum nullum vobis pretulerit is, qui nec probaret ignotum neque notum supra merita propriae virtutis efferret. Arbitratus est virum, quem caritas animaret, quem suscitaret obedientia, quem scientia regeret[f], cui pararet fortitudo victoriam. Probavit in vobis in fide constantiam, humilitatem in obsequendo, in exequendo prudentiam, in difficultate perseverantiam. Quis vos hac eius existimatione neget esse felicem? Quis beatum tanta eius dignatione non dicat? Sed profecto dignus mittente nuntius, dignum suscipiente mandatum, spes utriusque pulcherrima, quae tam celebrem victoriam certo spectat eventu. Vincet enim in vobis ipse, sed et vos vincetis in ipso; dum ipse *f. 122'. vobis *auctoritatem, vos auctoritati *prestatis obsequium. Vincetis, inquam, et captivatum hostem, sedata Aquitania, reducetis, ut per vos ei, qui vos misit, oblatus ob novum crimen novo penae genere puniatur[2]. Indurati enim cordis impenitentia veniam non meretur. Hoc autem premium a vobis bonae saltem voluntatis exposco, ut mihi tunc inter eos, qui modo quasi sub ducatu vestro militant, sequi currum liceat triumphantis et laudes vestras, immo vincentis in vobis ecclesiae preconia decantare. Valete.

ARNULFI SAGIENSIS ARCHIDIACONI IN GIRARDUM ENGOLISMENSEM TRACTATUS[g].

1. Anxie te iamdudum, Girarde, sustinui, dum ad nos cotidie flagitiorum tuorum fetor ascendit, et aures nostras gravior sonus nequitiae sevientis exasperat. Silui tamen hactenus, dum penitentiam tuam credulus expectator attendo aut divinae manus non credo differendam diutius ultionem. Sed nobis circa te divinae longanimitatis et *f. 123. patientiae proponenda exempla, *tuque semper eo vehementior in ecclesiam[h] Dei singulis diebus indefessus persecutor insurgis. Quousque igitur abutere[i] patientia Dei?[3]

a) offerri *D.* b) periculo *D.* c) *ita c. D.* d) *ita P. G.*; consequentur *c. D.* e) *pro* principalius est *c.* principaliut *c.* f) cogeret *P. G.* g) *deest c.* h) ecclesia *D.* i) abutare *D.*

1) *Lc proverbium?* 2) *Haec ante s. Bernardi, Claraevall. abbatis, legationem anno* 1135. *in Aquitaniam susceptam scripta esse O. Schellert demonstravit.* 3) *V. Ciceronis orationem in Catilinam primam c.* 1. *Ciceronem passim Arnulfum imitari O. Schellert, 'Girard von Angoulême' p.* 32, 4. 41. *minus recte contendit. Nullam enim nisi hanc solam elocutionem Ciceronis illi:* Quousque tandem, Catilina, abutere patientia nostra? *similem in invectiva nostra invenies.*

Quousque mentem tuam inestimabilis ista certabit ambitio [illegible] hec inextincta prevertet? Numquid miseram senectutem tuam [illegible] corporis naturali necessitate defectum et hiantis sepulchri claustra non vide[illegible] [illegible] sentis superexcrescens circa te divinae longanimitatis augmentum [illegible] tionis supplicia cumulare, ut nulla iam excusatio divinam [illegible]. Totus execrandi corporis tui labor et otium, tota reprobatae mentis astutia, totum i[illegible] detestabilis vitae tempus impensum est, ut militare pro ecclesia videreri[illegible] siam dimicares. Nunc autem manifestavit Deus consilia cordis tui et [illegible] abscondita revelavit, ne dubia existimatione de te diutius hominum iudicia fallere[illegible]. Patet te proditorem ecclesiae fuisse, cuius te simulaveras esse patronum. Patet [illegible] venatorem tantum fuisse pecuniae, qui venator constitutus[b] fueras animarum. Sed quoniam animalis es homo, carnosus proinde et carnalis, quae Dei [illegible] non potuisti et invisibilia ipsius conspicere contempsisti. Ne vero [illegible] animi temeritate potius quam ratione videar suscepisse sermonem, placet operum [illegible]rum mihi seriem explicare, quibus possis[d] hominibus contemptibilis, angelis [illegible]bilis, Deo condempnabilis inveniri.

Qualis igitur a primo pontificatus tui tempore fueris, quid in principio [illegible] in ecclesia tempestatis egeris, quibus eam postea operibus infestare non cessas, ordine transigetur[2]. Pretereundus est igitur ortus degener paternaeque domus familiaris inopia[3], quae te totius natalis Normanniae finibus abegerunt, ut ad ignotae gentis limina peregrinus et mendicus astares. Taceo ignobiles pueritiae questus, ignominiosam [illegible]lescentię famam, iuventutis avara commercia, ne aures eorum ad quos haec scripta ventura sunt, tuae sordibus incontinentiae simul et avaritiae[e] polluantur[4]. Venio ad virilis etatis tempora, sub quibus te in episcopum non vita probabilis, non precedens deliberatio, sed casus adduxit et cecarum ex precedente discordia mentium metus impellens[5]. Dum enim adversum se eligentium multitudo divisa consurgeret, diversa [illegible]

[illegible] constitutus [illegible] constitutus [illegible]
e) averitiae *D*.

1) *Cf. Bernardi* [illegible] *epist.* 126 § 1 (*Opp. ed.* [illegible] *I*, 131): [illegible] infatigabilis ad grande nomen anhelat etiam hac aetate [illegible] praesertim senibus, quis nesciat? *etc.* *Chron.* [illegible] *Bouquet XII*, 85 [illegible] quidem iam annos excesserat, sed eius iniquitas potissimum in [illegible] 2) [illegible] [illegible]rum capitulorum dispositionem Arnulfus legentibus profert. 3) *Girard*[illegible] *nomine, homo et mediocris fortunae et ignobilis condicionis fuisse videtur*, natione Normannus, di[illegible] et civitate Baiocarum [illegible] *Hist. pontif.* [illegible] *SS.* p. 41 [illegible] 1060 [illegible] *Marvaud* [illegible] 1864, p. 1) *ceterique vitae Girardi auctores Girardum* [illegible] *Hist. pontif. l. c. p.* 47, *commemoraret, episcopum nostrum Engolismens*[illegible] *Hist. pontif.* [illegible] *l. c. p.* 41 [illegible]
[illegible] *pulorumque suorum, inter quos Fridericum Carinth*[illegible] *p.* 11 *sq.* [illegible] *praepropere* [illegible] 1101 [illegible]

personas alternus[a] postularet assensus, in te voces omnium fortuna convertit, non quia in te satis commode provisum ecclesiae crederetur, sed ut exitum qualemcunque tumultus offenderet. Maluit te scienter indignum pars utraque excipere, quam prevaluisse pars altera videri. Redit in mentem[1] mihi miserabile illud nefandissimumque spectaculum, dum te precurrentem multitudo reliqua sequeretur, et tu clerum quadam celeritate preires ad cathedram, ne revocata ratione stolida mutaretur impulsio, cum alii quidem[b] trahi soleant et plerumque compellantur inviti. Ea die de Engolismensi ecclesia veritas et misericordia recessit, dolus impietasque successit, rerum status in deteriora mutatus est, nitorem suum singula perdiderunt. Imminutus est enim decor et cultus ecclesiae, periit ecclesiastici ordinis venerabilis illa religio, principum reverenda severitas populique laudabilis honestas interiit. Ecclesiam quidem episcopalem de mortuis edificasti lapidibus, non ut domum Domini decorares, sed ut inde conquirendi pecuniam duceretur occasio et adversus male suspicantem populum mendax excusatio non deesset, dum quesitá reconditur. Dicebatur ad opus ecclesiae postulari, quicquid ad tuam cupiens avaritiam[c] exigebas, et dum unum de pluribus, de maximis minimum impendisses, volebas, ut erogasse pariter omnia crederereris[2].

Ubi igitur tali in episcopatum sorte provectus es, insolentia, quam ante paupertas represserat, efferri[d] cepisti[3], petulantia, quam privatus exercere non poteras, bonos quos libuit insectari, rapinis et[e] exactionibus exinanire provinciam, iudicia sola munerum comparatione formare, commutare rerum omnium status, nobilium labefactare fortunas, nepotibus tuis, quos natalis soli finibus eadem, quae te, causa depulerat, rerum tradere summam et dignitatibus ecclesiae sublimare, quasi Platonem scientia, Catonem[f] moribus, Scipionem genere superarent[4]; quos illiteratos quidem et ad res illicitas impudentius effluentes obscuro loco natura produxit; de quibus, ne nova extra ordinem sumatur oratio, dixisse sufficiat, avunculo dignos esse nepotes, quos tibi cum

a) alternas *D.* b) quidam *P.* c) *e corr. c.* d) efferi *D.* e) et *om. c.* f) cathonem c.

ne dicam commenta, esse probaverunt. Historiae igitur pontif. Eng. verba hic inserere satis habeo: Defuncto Ademaro, Engolismensi episcopo, ob insignem ipsius scientiam et honestam vitam in Engolismensem episcopatum promotus est petitione populi, electione cleri, honoratorum assensu. 1) *His verbis Arnulfus se electioni praesentem fuisse significare videtur; cf. praefationem.* 2) *Longe* [illegible] *de operibus a Girardo constructis deque larga eiusdem in aedificandis ecclesiis, capellis,* [illegible] *magnificentia Hist. pontif. l. c. p.* 48 *sq. memoriam tradit; cf. quae Maratu abbas l. c.* p. 246 *sq. fusius de ecclesia cathedrali Engolismensi eiusque dedicatione anno* 1128. *facta disseruit.* 3) *Nimiam Girardi superbiam, cuius s. Bernardus quoque in epistola supra p.* 87, 1. *memorata exempla protulit, Goffridus abbas Vindocinensis, intimus Girardi amicus ac familiaris, in litteris, quibus tamen, tamquam ab homine simplici creduloque scriptis, non ita fidem tribuendam esse Maratu l. c. p.* 290 *sq. dixit, acerbissime carpsit (lib. I, epist.* 37, *Opp. ed. Sirmond.* p. [illegible] 42 [illegible] *verba, quae saepius multum gloriosi proferre solebat, increpavit:* Quod me praesente etiam coram laicis praedicastis, vos videlicet episcopos deponendi habere potestatem [illegible] 4) *Arnulfus Richardum, fratris filium, ecclesiae Engolism. cantorem, post Achardi, archidiaconi Engolismensis anno c.* 1120. *mortui, decessum archidiaconum fecit. Inde* [illegible] 1122. [illegible] *Richardus in chartis ecclesiae Engolismensis, anno* 1124. *Girardus* [illegible] *Charentam sitam cum amplis decimis redditibusque donavit; cf. chartam donationis apud Maratu l. c. p.* 364. *Ampliores etiam donationes eidem Richardo in alia charta (Maratu l. c. p.* 360) *a Girardo patruo assignantur. Memoratur praeterea in charta episcopi Guilelmi Petragoricensis in praesentia Girardi legati clerique Engolismensis data (Gall.* [illegible] *II* [illegible] 486, 87.; *cf. Maratu l. c. p.* 216 *alius Girardi nepos, nomine Guilelmus.*

natura consanguinitatis, tum educatio, tum, quod a te sumebatur, exemplum vitae similitudine conformavit, ut a natura principium, ab educatione promotio, ab exemplo ambitionis, avaritiae libidinisque duceretur auctoritas. Reliquis autem ecclesiae dignitatibus et beneficiis, quae in unum coacervare non poteras, eosdemque vendere, qui pecuniosior, is dignior habebatur[1]. Non attendebatur honestas, sed [illegible] potius expectabas. *Basilicarum dedicationes, benedictiones altarium, sacerdotum constitutiones, eodem, quo cetera, more tractasti, ut plane nihil faciendum putares, quod non alicuius emolumenti auspicatio preveniret. Nullam virtutibus gratiam rependisti, nullum quoque supplicium vitiis irrogasti, neminem ad vitae innocentiam informasti.

Si quis de incestu quolibet[a] sonus emersit, si quis adversus immunditiam exarsit castitatis amor, in silentium, te cohibente, redactus est. Engolismensem abbatissam[2] quidam tuus archidiaconus[3] gravidam pravo fecit accessu. Porro facinus ingravescentis uteri tumor excedens et naturalis effectus aperuit[b]. Quod dum propter insolentiam criminis divinitatisque contemptum civibus incredibile videtur, parturientis abbatissae gemitus et novi partus crepundia fidem fecerunt. Universa igitur civitas admiratione perculsa est, qua cogitatum impatientia, qua temeritate conceptum, qua denique impudentia posset esse completum, quod homo, animarum custos, episcopalis oculus, ecclesiae columna, sponsam Domini, virginum eius matrem atque custodem, non compellasset verbo tantum, sed opere polluisset et cubile patris animo fornicantis intrasset eamque Deo, quae homini quoque tam contumeliosa quam opprobriosa[d] est, irrogasset iniuriam. Suscitatur[e] ad vindictam comes[4], cui eandem germanus sanguis coniunxerat

a) quoti c. b) apparuit D. c) sponsa c. D. d) oppr. ho et passim c. e) suscitat D. G. P.

1) Iure, ut opinor, Girardi laudatores, velut Brial Bouquet XIV, p. 250, Gigon l. c. p. 23 sq., Maratu l. c. p. 284 sq., Schellert l. c. p. 6 sq., alii, vanis Arnulfi mendaciis, quae de simoniaca avaritia adversarii protulit, ea opposuerunt, quae in Hist. episc. Engolism. p. 41 sq. de larga eius munificentia narrantur. Constat enim inter omnes Girardum episcopum non solum ecclesiam cathedralem, alias ecclesias, capellas, domos leprosarias, hospitia, palatium episcopale, cameram suis maxime sumptibus construxisse, amplis donis, preciosis et muneribus et ornamentis et libris ditasse, sed etiam pauperibus, leprosis, clericis suis summa cum largitate consuluisse, omnia denique illa, quae habebat fere in vita sua, vel ecclesiae dedisse vel pauperibus erogasse. Sed silentio non praetereundum erit, quod, ut alii iam monuerunt, Goffridus abbas Vindocinensis, Girardi, ut patet ex epistolis 19. 20. 22—27. libri primi (Opp. I, 37—39. 43—44), studiosissimus laudator, in epistola supra p. 88, n. 3. laudata plurima eademque gravissima avaritiae et simoniae Girardi exempla aliaque opprobria ei in vulgi quadam cantilena allata protulit. Quae quamvis Gigon et Maratu ex ipsis Goffridi verbis refutare conati sint, famae Girardi utcumque obstare videntur. 2) Nomen abbatissae monasterii s. Ausonii in Engolismensi suburbio siti ignoramus. 3) Usque ad annum 1120. Achardus archidiaconus ecclesiae Engolismensis in chartis occurrit (Maratu p. 223. et alibi), deinde Richardus, Girardi episcopi nepos, de quo supra tractavimus. Quinam eorum abbatissam gravidam fecerit, nescimus. Ex rumore tantum Arnulfum hanc fabulam hausisse, ex eo, quod nomen et archidiaconi illius et abbatissae ignorat, conici poterit. 4) Utrum hoc loco de Guilelmo dicto Sector-ferri, comite Engolismensi, an de filio eius Vulgrino, qui ambo tempore Girardi comitatum Engolismensem rexerunt, sermo sit, dubitamus. De quibus cf. ea, quae Hist. pont. et comitum Engolism. l. c. p. 40 sq. 44 sq. 52 sq. memoriae tradidit. Ambo autem cum Girardo amicitia et familiaritate semper coniuncti fuisse videntur. (Cf. Schellert l. c. p. 48.) Guilelmum, comitem Aquitaniae, [illegible] anno 1114. [illegible] legitima uxore repudiata, concubinam sibi sociavisse, [illegible] Iure nonnulli, velut Maratu l. c. p. 283, Schellert l. c. p. 7 sq. [illegible] tem Aquitaniae longe aliter quam in archidiacon[illegible]

abbatissam, et cum in caput *adulteri ferro prius animadvertere decrevisset, ad te, ut canonice sententia dictaretur[a], accessit. Rem igitur patefacturus, ter vocem in media narratione continuit vir illustris, qui mentem suam contemplatione sceleris, linguam relatione fieri sordidam iudicabat[b]. Explicuit tandem, remota quadam circumlocutione, quod ceperat, ut qui serpentem prunasve reconditas diutius latere non sustinet, manu tamen nuda recusat utrumque contingere, ne vel uratur altero vel altero polluatur. Quis digna satis laude efferre valeat, quanta principis fuerit in prima sceleris animadversione severitas, quanta in ultionis executione discretio, qualis in referendo modestia[c] successit? Quis igitur hoc saltem exemplo magnum in presule rigorem iustitiae non expectet? Stat in memoria pontificis digna relatione responsio. Replicabat comes, rem non absque divino contemptu, naturae contrariam seculoque mirabilem contigisse, quam divinae etiam religionis ignara gentilitas supremo puniendam[d] supplicio decrevisset. Tu vero preter etatis tuae debitum, preter ordinis et episcopalis officii dignitatem, singula verba lasciviore prosequente cachinno, te sane simplicitatem principis non satis admirari posse dixisti[e], quod naturae contrarium diceret seculoque mirabile, quod de viro femina concepisset. Sed in opposito stare miraculum, si de
*f. 126. femina virum contingeret impregnari. O stupenda *mentis obstinatio! O detestabilis[f] impudentia linguae! O digna depositione responsio[g]! Exspectabatur, ut adversum facinus exardesceret episcopalis indignatio, sed ei quasi gratulanter lascivia senilis arrisit, et quod gravitate[h] censoria punire sententia debuisset, nova Proteus[i] auctoritate firmavit. Non potes excusare, quin populo dederis[k] certam similia faciendi licentiam, cum, singulis ex ore tuo pendentibus, novum facinus et ignotum nec verbo nec opere condempnasti, sed quasi licitum arridentis facie presignasti.

Quis igitur animi compos ex hoc reliquas tuae mentis et vitae partes manifesto non teneat? Nunquid enim, si quis in maioribus intemperans et petulantissimus invenitur, a minori crimine temperabit? Quid ita? Quoniam qui ab incestu sacrilegioque non abstinet, is, ubi luxuriae flamma vel avaritiae satis[l] incensa est, fornicatione simplici vel rapina nec corpus inquinare nec manus implere cunctatur. Quid ad hoc? Quia qui alieni criminis non offenditur spurcitia, sed exultat, id in propria voluntate non dampnabit expertus[1]. Quid igitur! Nunquid, si in sponsam Domini zelare, si ipsius divinitatis iniuriam vindicare sprevisti, circa tuendas hominum nuptias negli-
*f. 126'. genter egisse convinceris et ipsorum *iniurias non curasse? Extat ipsius testimonium Veritatis in simili: *Non differetur, quin fiat in arido, quod in ligno viridi fieri festinatur.*

1108 2. Ad haec autem, ut his etiam operibus exercendis diffusa materies, libera facultas, inconcussa fiducia non deesset, quesita et impetrata est ecclesiae Romanae legatio[2]. Angebat te hinc lesae conscientiae reatus exuberans, hinc comprovincialium

a) dict. sent. *D. G. P.* b) ind. *D.* c) *seq.* que *c.* d) punienda *D.* e) dixistit *D.* f) detestabis *D.* g) resp. *D.* h) grevitate *D.* i) protenus *C.* k) dederit *D.* l) sitis *D.*

id omittendum puto, quod Goffridus Vindocinensis in litteris saepius laudatis p. 40 similem Girardi neglegentiam tetigisse videtur: Abbatem praeterea alium, quem pro reverentia ordinis nominare erubesco, in detestabili corporis turpitudine deprehensum et ab abbatis potestate, ipso proprium crimen confitente, depositum, nullo praecedente iudicio, non modica suffragante pecunia, ... in pristinum gradum restituistis. 1) *Nota mendacem criminatorem!* 2) *Anno* 1107. *Paschalis II. papa, cum concilium Trecense celebraret, Girardum, Engolismensem episcopum, Romanae sedis legatum per Britanniam (vel archiepiscopatum Dolensem) nominavisse, postero anno provincias ei Aquitaniae, velut Burdegalensem, Bituricensem, Turonensem, Auscitanam, addidisse Maratu l. c. p.* 19, *Schellert p.* 13. *affirmaverunt; cf. Hist. pontif. Engolism. p.* 44: *(Paschalis*

episcoporum nota severitas, hinc Burdegalensis archiepiscopi suspecta prelatio[1], quem loco continem tua non semper opera[a] tetellissent. Ambitio quoque [illegible] quaedam sibi coartata videbatur angustiis, dum fauces tuas unius episcopatus spolia non implerent. Ac si ergo omnia in episcopatu tuo compositio plena [illegible], [illegible] novi operis casus afferret, effecisti, ut quinque archiepiscopatibus [illegible] potestate preesses et in ipsis vices Romani pontificis exerceres. In quo, quod Romanae ecclesiae surreptum est, non credo mirabile, si in tanta negotiorum multitudine, in tanto pondere rerum animus humanus aliquando fatiscat, cum non sit spiritui[b] semper certa discretio, per quam fallacium votorum compellatur indignitas et rectis debitus commodetur assensus. Nec inconsiderate tamen, quantum humana potuit ratione perpendi, commissa tibi est quesita legatio. Estimabatur quippe, quod in episcopum non sortis eventu[c], sed ratione promotus fuisses, nec verisimile videbatur, quod in electione tua clerum, principem, populum[3], in examinatione tua coepiscopos, archiepiscopum eiusdem cecitas implicuisset erroris. De operibus quoque tuis nihil adhuc quisquam Romanus audierat, quae finitimis et remotis, his quidem astuta dissimulatio, illis vero locorum distantia nullatenus esse nota sinebat. Ad summam, ne veritati derogetur in aliquo: inerat tibi circa gerendas res nota discretio, quam plurima sane litterarum scientia confirmaret, et utriusque facundia sermonis ornaret[4]. Quae quidem quotiens[d], si non zelo caritatis divina gratia largitur ingrato, in testimonium iustae dampnationis adiuncta creduntur! Dum igitur Romanus pontifex sollicitudinis suae pondus attenderet, te in oneris sui participationem gratulanter excepit, quem ministrum fidelem fore credidit et prudentem.

Abinde igitur inconcussae prerogativa potestatis armatus, libera in ecclesiam Dei facultate grassatus es, singulorum vel depopulando quidem vel augendo substantias, infimis summa, summis infima commutando, ut plane quasi fortunarum auctor[e] existeres, quem de status sui qualitate vel laudare possent omnia vel causari. Abinde tua diffusioribus spaciis effusa cupiditas copiosam rapacitati suae materiam non defuisse gavisa est. Quid ergo manifestas exactiones, quid familiaria ob periculum iustitiae suscepta dispendia dicam? Quid generales synodos?[5] Quid fatigatas venera-

a) [illegible] D. b) spiritum D. c) eventum D. d) quoties G P. e) [illegible]

papa[illegible], cognita eius honestate et praeclara sapientia, ei vices suas prius in Britannia et deinde Turonensi, Burdeg., Bit., Ausc. provinciis commisit. *At Löwenfeld* [illegible] *Jaffé* [illegible] 6262 [illegible] *v. Pflugk-Harttung, Acta II.* 168, *bullam, qua Paschalis Gerardo Aquitaniam* [illegible] *anno demum* 1110. *datam esse non levibus argumentis nisus contendit. Sed Maratu l. c. p.* 20 *sq. iam inde ab anno* 1108. *Girardum in Aquitania provincia Romani pontificis vices gessisse* [illegible] *Britannicis episcopis* [illegible] 1107. [illegible] *dunensi anno* 1109 *praefuisse multis exemplis probavit.* [illegible] *II.* [illegible] *datam confirmaverit, desideratur. Calixtus II. autem anno* 1120. *d.* 16. *Octobr., anno* 1125 *Honorius II. papa, praedecessorum exempla secuti, Girardo idem munus legationis bullis* (*Jaffé nr.* 6805. *Bouquet, Rec. XV.* 237. *et nr.* 7389; *l. c. p.* 256) *commiserunt.* [illegible] *dus per viginti quatuor fere annos usque ad Honorii II. obitum* († 1130) *summa cum diligentia industriaque functus est.* 1) *Dioecesis Engolismensis archiepiscopatu Burdegalensi contin*[illegible] *itaque Girardus legatus archiepiscopo suo praefectus,* [illegible] 2) *Cf. supra p.* 90. *n.* 2. 3) *Longe aliter Hist. pontif. Engolism. p.* 41: Promotus est petitione populi, electione cleri, honoratorum assensu. 4) [illegible] *virtutes laudari a se impetravit.* 5) *Ord. Vital.* [illegible] *XIII.* [illegible] 1136 [illegible] *octo cum conciliis praefuisse dicit, quorum acta Maratu diligenter* [illegible] *p.* 14 *sq.; Mansi, Conc.* [illegible] *XXI; v. Hefele,* [illegible]

biles ex remota regione personas edisseram, ut concilio presidens generali amplitudinem tuae potestatis gloriabundus inspiceres, et ambitioni satisfaceret contemplatio subiectorum? In quo opere, quam[a] perversa fuerint omnia, promptum est intueri. Ad hoc enim concilia celebrari sanctorum patrum sanxit auctoritas, ut inde virtutum doctrina malorumque correctio proveniret, et velut exercitus, sui facultate conspecta, ipsam se plenius ecclesia mater agnosceret[b], ut, adversum vitia severius insurgendo, instantium bellorum triumphos posset confidentius auspicari. Te vero ad hoc ea convocasse, quis dubitat, ut cupido animo tuo et libidini dominandi morem gereres, et cum satietatem discrete singularum causarum lucra non prestant, ipsam plurium multitudo congregata conflaret, proh dolor! et miserabile cadentis ecclesiae detrimentum? Videre[c] mihi videor, te quasi taurum pinguem[1] in sublimi synodalem cathedram insedisse, disposi-
*f. 128. tosque inferius catholicos ex ordine patres, quicquid *in causis conscia veritatis pretendat oratio, pari desperatione languentes sub incerto ruentis sententiae fluctuare; malos vero, quanto impudentius quidem, tanto animosius insistentes, efferri, quos polliciti vel collati muneris confidentia suscitat et inducit. Quod non sine quodam indignationis motu mihi mente[d] reformo, dum intemperantiae tuae recordor impensum, quod ad decorem ecclesiae noscitur institutum. Pervulgatus est conciliorum honos et dignitas abrogata, quibus te presedisse constat et nova gentibus Romano more decreta formasse. Super quo graviter indignatus, festive simul et honeste senex Venetensis[2] illusit. Is cum ad quoddam concilium tuum inter coepiscopos vocatus adesset, pastoralem virgam rudem et incompositam pretulit, indumento veteri, quod multa iam scissura rupisset, amictus. Interrogatur igitur, cur in tam vili et irrisorio habitu processisset. Libertate conscientiae munitus: 'Tale', inquit, 'concilium[e] talis decet ornatus'.

Qualis ab initio pontificatus tui extiteris, minus pleno, sed veraci sermone digestum est. Nunc vero, quid egeris, dum adversus ecclesiam procella tempestatis insurgeret, consequenter annectendum est.

1130. 3. Cum sublatus e medio bonae memoriae papa Honorius[3] terrae corpus, celo
*f. 128'. spiritum, sua singulis debita resignasset, eique successione dignum canonica *surrogasset electio, ecclesiam Dei Petrus ille Petri Leonis invasit[4]. Placet hoc loco mihi utriusque personae describere qualitatem, ut de duobus similem similis elegisse proberis et cupidum cupidus adorasse. Parcendum tamen est obscenitati verborum, dum Petri vita narratur, et rerum veritas sermonum pallianda decore, ut honos habitus honestati legentium videatur[5]. Libet igitur preterire antiquam nativitatis eius originem[6] et ignobilem similem prosapiam, nec Iudaicum nomen arbitror opponendum, de quibus

a) *om. c.* b) cognosceret *D. G. P.* c) videri *c. D.* d) mente *corr.* mentem *c.* e) consilium *D.*

1) *Hoc loco Arnulfus amplam Girardi staturam significare videtur.* 2) *Morvannus, episcopus Venetensis* 1089—1128[1], *concilio* 1117. *Engolismae, praesidente Girardo, celebrato interfuisse ex actis ipsius concilii* (*Mansi XXI.* 184) *et ex epistola apparet, qua a Girardo ad concilium anno sequenti in secunda quadragesimae hebdomada Engolismae celebrandum invitatur* (*Mansi l. c. col.* 185). 3) *Anno* 1130. *d.* 13. *Februarii.* 4) *De ambigua electione anni* 1131. *fusius egerunt R. Zöpffel, 'Die Papstwahlen' p.* 267 *sq.; E. Mühlbacher, 'Die streitige Papstwahl des Jahres* 1130'; *W. Bernhardi, 'Lothar v. Supplinburg' p.* 280 *sq.* 5) *Cf. supra c.* 1. *in fine. Hanc Arnulfi pudicitiam, de qua alibi quoque gloriatur, simulatam esse, ea, quae in hoc et in sequentibus tanta cum voluptate explicat, ostendunt; v. Mühlbacher l. c. p.* 53. 54; *Schellert p.* 35. 6) *De ortu familiaque Petri Leonis fusius disseruerunt R. Zöpffel l. c. p.* 278 *sq.* 291 *sq.; E. Mühlbacher l. c. p.* 60 *sq.; F. Gregorovius, 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter' IV.* 383 *sq.*

ipse non solum materiam carnis, sed etiam quasdam primitias ingeniti contraxit erroris. Ipse enim sufficiens est et copiosa materia, neque quicquam domui eius ipso turpius vel esse vel fuisse conieeto. Cuius avus, cum inestimabilem[a] pecuniam multiplici congregasset usura[1], susceptam circumcisionem baptismatis unda dampnavit[2]. Fidelis cum impotentiae suae potius quam erroris, ne genus eius infidelitatis opprobrio[b] confusum perpetua dampnaret obscuritas. Susceptis itaque fidei sacramentis, urbi[c] novus civis insitus est factus dignitate Romanus. Cumque ipsi numerosam progeniem[3] certae successionis afferret, *dum 'genus et formam regina pecunia donat*'[4], alternis matrimoniis omnes sibi nobiles civitatis ascivit, machinante iam humani generis hoste, ut quasi quodam veteri fermento tota Romanae sinceritatis conspersio corrumperetur. Ex hac itaque diversorum generum mixtura, Girarde, Petrus iste tuus exortus est, qui et Iudaicam facie representet imaginem et perfidiam voto referat et affectu[d].

Porro ipsum a cunabulis, ab ipsius nutricis uberibus apostolatui presaga parentum destinavit ambitio[5] atque post prima litterarum rudimenta docendum delegavit in Galliam, ut illius regni benevolentiam ipsi morum linguaeque conformatio vendicaret[6]. **Totis igitur annis pueritiae suae, ut honestius inhonesta dicantur, ad omne** se, quod alteri collibuisset, exposuit, metuque Romani nominis importunus exactor alienis adolescere non refugit expensis. Et tamen haec aliquantulum modestius exacta sunt, dum ipsum disciplina scolaris inhibet et cotidianae prepedit instantia lectionis, et quedam crimina naturalis impotentia removet ab etate. At vero postquam adolescentia et peccandi facultatem et licentiam fecit liberius evagandi, si qua superbia, si qua petulantia est, tum vere ipse superbus et petulans omni intemperantiae sese satis im**pudenter addixit. Profecto cum in his operibus nec Deum dignatur revereri nec** hominem, tantam sibi suscitavit infamiam, ut, eius ortu, ambitione vitaque precognitis, ipsum esse antichristum universitas gentium passim crederet et publice testaretur[7]. Augebat fidem, quod ex Iudeis ortus, quod totius mundi dominium Romanae sedis auspicabatur obtentu, quod vitiis deditus infamiam nulla virtute redimeret et quod infinitam patris et avi pecuniam deinceps possessurus esset. Ipse autem adeo huius nominis gloriabatur opprobrio, ut etiam ruina orbis[e] non erubesceret appellari. Testis est Vizeliacensis ecclesia, apud quam, dum veteres ad innovandum, ipso audiente, diruerent officinas[8], ad contemplandas parietum ruinas sese duci propensius exigebat. Percunctatusque, cur id videre tam sedulus exoraret: 'Quoniam magnarum me', inquit, 'rerum ruina delectat, eo quod orbis ruina futurus esse predicar'. Post haec habitum

a) inextim. c. b) obprobr. *hic et passim* c. c) ubi *D.* d) effectu c. e) ordis *D.*

1) ***Nequissimum foeneratorem Petri patrem Ord. Vitalis, Hist. eccl. SS. XX,*** 73, ***nominat.*** 2) *Cf. Chr. Maur. SS. XXVI,* 39: Fuit hic Petrus Petri filius, filii Leonis. Leo vero a Iudaismo pascha faciens ad Christum, a Leone *IX. papa* 1048—1054 baptizari et eius nomine meruit insigniri. 3) *Cf. R. Zöpffel l. c. p.* 291; *Gregorovius l. c. p.* 396; *Mühlbacher p.* 68. 4) *Hor. Ep. I,* 6, 37. 5) *Zöpffel l. c. p.* 282; *Mühlbacher p.* 72, 1. 6) *Chr. Maur. p.* 40: Iste *Petrus Leonis* studii gratia Gallias atque Parisius adiit *etc.; de familiaritate, qua cum regibus Franciae coniunctus erat, cf. c.* 6 *in.* 7) *Chr. Maur. l. c.:* A quibusdam antichristi praeambulus appellabatur; *Bernardi Claraevall. Ep.* 124 (*Opp. ed. Bened. I,* 129): Qui autem ex adverso stat, antichristi est aut antichristus. 8) *Vizeliacense mona*sterium ***(h. Vézelai, distr. Yonne, praef. Avallon) anno*** **1104.** ***dedicatum (cf. Chron. Vizel., Bouquet*** *Rec. XII,* 344) *anno* 1120, *igne combustum est* cum mille centum viginti et septem hominibus et feminis (*De libert. monast. Vizel. l. c. p.* 291, *brev. chron. Altissid. ibid.* 299, *Chron. Maur. ibid.* 407, *Roberti Altissid. chronol. SS. XXVI,* 231). *Factum igitur ab Arnulfo hic memoratum ad Petri Leonis legationem anno* 1123. *in Gallias susceptam referendum putaverim.*

quoque monachatus excepit[1], ut vitia mentis ovino velaret amictu[a], opprobria vitae *f. 130. preteritae Cluniacense nomen obnuberet, et virtutis existimationem *bonorum societas quesita referret. In quo etiam ad haec, quae in futuro sibi mens presaga spondebat, Cluniacensis ecclesiae venabatur auxilium, eo quod inter ecclesias Gallicanas nulla sit nomine religionis illustrior, nulla consilii discretione prudentior, nulla promptior ad obsequia caritatis, nullius in gerendis rebus auxilium vel promptius vel efficacius esse potest. Reversus denique Romam, illi venerabilium seniorum sacrosancto conventui, annitente patre fratribusque, coniunctus est et cardinalis factus[2], honoratus nomine tituloque ditatus est. Nullus quippe fortassis ad aures summi pontificis infamiae Petri fumus ascenderat, eoque[b] tanti viri sublimitatem singuli reverentes, sanctis auribus personare[c] turpia[d] reformidant[e]. Sub hac igitur ignorantia, dum in ipso monachalis[f] habitus, dum sacerdotii sacramentum, dum parentum vis attenditur, exceptus est sub patrum silentio, non assensu, quibusdam patriae potestatis timore vel amore silentibus, quibusdam vero sperantibus meliora de reliquo, quoniam habita inter bonos conversatio quosdam quidem corrigit et emendat, alii penam ex transgressione timentes, necessitatis abstinentiam convertunt in sincerum voluntatis affectum[g].

*f. 130'. Deinde *ad diversas partes functus legationis officio[3], cupiditati suae[4] potius quam iustitiae satisfacere studuit, adeo ut illi ea tantum bonos exitus habuisse negotia[h] viderentur, quae merces adiecta et marsupii plenitudo subsecuta probaret. Ubi ergo, nullis intervenientibus causis, nulla rapinae prestabatur occasio, tunc exactio blanditiis vel comminatione plena non deerat. Bina singulis diebus sumptu plurimo convivia parabantur, tantusque ciborum luxus et superfluitas erat, ut ad exquisitas ferculorum varietates sollicitari plerumque figulos oporteret et ignotae compositionis nova vasa formare. Docebatur etenim figulus amphoras figmento plasmare mirabili, quibus ad similitudinem solii per transversum medium discrimen inesset, statusque superior, repositis escis, fumum per modici oris respiraret angustias, inferior vero pars cancellatis arcubus undique perforata prunas clauderet, quibus thuris copiam tamdiu

a *add.* et c. b eo quod *P. W.* c perturbare *D. G.*; proferre *W.*; inferre *P.* d turpia inferre *P.* e reformidavit *D. G.* f monachilis c. g effectum c. h negotio *P.*

1 *Cf. Chron. Maur. l. c. p.* 40; *Ep. Anacleti anno* 1130. *die* 1. *Mai ad fratres suos Cluniacenses datam (Jaffé, Reg. nr.* 8376; *Bouquet XV.* 360*) et locos a W. Bernhardi ('Lothar v. Supplinburg' p.* 283. 43 *allatos. Cluniacensium maxime contumacia, quominus Anacletus papa ab ecclesia Gallicana reciperetur, prohibuit: Ord. Vit. Hist. eccl. l. XIII. a.* 1034: Inde magnam auctoritatem *Innocentius II. papa* apud occiduos promeruit, quod a Cluniacensibus Petro *Anacleto* praepositus fuerit. Ab eisdem quippe Petrus Leonis in pueritia enutritus coaluit et eorum habitu ac professione monachus extitit; *cf. Vitam Petri Venerab. apud Bouquet, Rec. XIV.* 396; *Mühlbacher l. c. p.* 127. 2 *Anno* 1116. *die* 24. *Martii primum cardinalis diaconus s. Cosmae et Damiani memoratur in charta Paschalis II. papae, cf. Jaffé, Reg. nr.* 6515; *ibid. p.* 702; *Chron. Maur. l. c. p.* 40; *Pandulfi Vit. Gelasii II. papae apud Watterich. Vitae pontificum II.* 95. *Die* 17. *Dec. a.* 1120. *Petrum cardinalem presbyterum s. Mariae trans Tiberim de titulo s. Calixti a Calixto II. papa nominatum esse R. Zöpffel l. c. p.* 296. *demonstravit. In charta eiusdem papae die* 17. *Apr. a.* 1121 *Jaffé, Reg. nr.* 6901 *primum cardinalis presbyter eius memoratur.* 3 *De legationibus Petri fusius egit R. Zöpffel l. c. p.* 296 *sq.; cf. E. Mühlbacher l. c. p.* 63. *Anno* 1121. *legatus in Angliam,* 1123. *in Galliam una cum eo, cuius postea aemulus factus est, Gregorio, cardinale diacono s. Angeli, deputatus est.* 4 *R. Zöpffel l. c. p.* 304. *Petrum avaritiae accusavit; E. Mühlbacher l. c. p.* 77 *sq. ei summatim assentitur; W. Bernhardi l. c. p.* 284, *Petrum Leonis defendit et eum ante electionem virum expertae probitatis fuisse non levibus argumentis fultus demonstrare conatus est.*

sollicitus minister infunderet, donec coctis cibis odorem [illegible] in saporem. Quae profecto gulositas naturam prorsus humanitatis [illegible]. Horum quippe sensuum perceptiones naturalis ratio certa lege [illegible] singulis [illegible] rerum qualitates assignans, nihilque confuse alieni commune [illegible]. Hic [illegible] vero, dum thuris odor transfertur in epulas, quod odoratus est gustui [illegible], [illegible] in rerum qualitatibus ignota[a] confusio et in sensuum perceptionibus [illegible] naturae. Quod divino etiam non potuit carere contemptu, dum in hoc [illegible] gulae peregrinus sapor exquiritur, quod sacris adoletur altaribus, quod ad [illegible] in Christo presaga trium magorum devotio presentavit, quod solum utrius legis tempore de terrenis rebus gratum Deo esse et fuisse creditur holocaustum. Taceo, quod [illegible] effusio non apud divites tantum, sed apud inopes fiebat ecclesias, quibus postea id luere multis ieiuniis et algoribus oporteret. Cumque pauperes episcopos vel abb[illegible] profusioribus, quam domi didicerat, vexasset expensis, in ipsa ecclesiarum ornamenta satis inpudenti sacrilegio grassabatur, ut plane sponsam Domini spoliare suisque [illegible]vare monilibus ausu temerario videretur.

Profusa vero convivia tanta libidinum spurcitia sequebatur, ut ab ipso passim, quicquid occurreret, adiretur[1]. Sororem Tropeam — sed nec dici fas est — bestiali polluisse narratur incestu et ex ea abominabili prodigio eosdem sustulisse filios, quos nepotes, 'nepotum pater, filiorum factus avunculus, sic naturae iura confudit, ut eosdem [illegible] sibi invicem fratres faceret et cognatos. Iam nec Iudeus quidem, sed etiam Iudeo[b] deterior! Nulla sexuum, nulla loci vel temporis, nulla professionum[c,2] . . . sed haec silere decentius, ne si haec ipsum indifferenter excepisse protulero, honestius potuisset silentio preteriri. Sic actum domi, nec ab eisdem legationum tempore temperatum. Ut enim turpiora preteream, circumducebatur puella, cui in fraudem videntium adolescentis speciem vestis et tonsura conferret, quae singulos estus toleraret, singulos solaretur aff[illegible] [illegible] gratior et quasi quodam novitatis affectata miraculo, quod dum virum facie, reliquis mulierem partibus exhibet, uterque sexus ipsi in eodem corpore videbatur exponi. Testis est Montispesulani populus et circumiecta provincia se vidisse. At ne satietatem prestaret identitas, querebantur et aliae, quarum ipse nocturnis fungeretur amplexibus, quibus ipse se papam futurum in ipsa turpi conmixtione iactaret. Multae in Galliis sunt et Aquitania civitates, quae id apud se dictum certa fide testantur. 'Gratulare', inquit, 'in tanti te viri 'devenisse complexus, quem papam futurum totus [illegible] orbis expectat'. Numquid apostolatus gradum, Petre, tibi talis conversatio promittebat? Numquid dispensatores domus suae Christus, ecclesiae sponsus et defensor, hoc verbo docuit vel monstravit exemplo? *Estote*, inquit, *sancti, quoniam ego sanctus sum*. Qui [illegible] igitur successurus est Christo, oportet eum sicut ille ambulavit, et ipsum ambulare. [illegible] Si quis autem post ipsum iturus est, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur ipsum. Crucem vero non tollit, nisi qui, castigans corpus suum et in servitutem redigens, in comessationibus[d] et ebrietatibus, in cubilibus et impudicitiis legem Dei nequaquam dissolutus excedit. Ipsum non sequitur, nisi qui, divinis intentus operibus, ascensiones in corde suo disponit, donec de virtute in virtutem videatur Deu[illegible]

a) ignota *D*. b) Iudeo etiam *D. P G*. c) reverentia [illegible] *P*. d) [illegible] *D*.

1) *His similia Manfredus, episcopus Mantuanus*, [illegible] *Watterich l. c. p. 275. 76* [illegible] Qui, licet [illegible] scorta, coniugatas, monachas, sororem propriam, etiam [illegible] modo habere potuit, non defecit; *cf. Neugart, Cod. dipl.* [illegible] *II 63* [illegible]
2) *Hic* [illegible] *Arnulfus* [illegible]

Tu vero, Petre, cum de vitiis casu continuo devolvaris in vitia et signatum super te lumen divini vultus obtenebres, deformata iam divinitatis imagine et ipsius similitudine flagitiis obfuscata, qua temeritate Christi successor esse presumis, cuius prius similicf. 2. Cor. 6, 15. tudinem non assumis? *Nulla enim conventio Christi ad Belial, nulla lucis ad tenebras communicatio.*

*f. 132'. 4.[a] Hic *est ille, Girarde, hic est ille tuus papa, quem recipis[b], quem universitati fidelium solum decens caput assignas, qui sponsus ecclesiae, qui Christi vicarius, qui Petri successor, vitae forma fidelibus, gregem verbo predicationis instruat et istius scilicet operationis exemplo. At vero, quis sit iste, quem reprobas, consequenter attende. Si genus eius, recensita nativitate, disquiritur, fidelis natus ex fidelibus advertetur[1]; si parentum in ipsius educatione vel doctrina consilium, ut habitaret in domo Domini omnibus diebus vitae suae et videret voluntatem[c] Domini; si personae qualitas, ut prius habitudo corporea describatur, vir staturae mediocris, quae nec abiectum brevitas nec immanem reddat immensae quantitatis excessus[2]. Apparet in oculis eius[d] et vultu robusta simplicitas, et quae castitatem animi probet, verecundia faciei. Quae profecto facies tanta dignitate resplendet, ut et ipsi quandam reverentiam ingerat intuenti. Ei quoque hanc inter cetera munificentiae suae dona specialem gratiam vis divina largita est, ut omnes se videntes mansueta sibi benignitate conciliet et dilectionem solo nanciscatur aspectu. Ipsius etenim oculis divinum quiddam superna *f. 133. bonitas inspiravit, *quod plenum gratiae, quod reverentia dignum, quod honori congruum generaliter arbitretur. Vox blanda, sed non in nimiam tamen resoluta mollitiem, ut et suavitatis[e] favor et magnitudinis[f] non desit auctoritas. Continua vultus alacritas, risus in sermonis excursu sepissimus, tanta tamen habitus honestate, ut verborum vultusque possit augere, non minuere dignitatem. Quod quidem eo magis allicit intuentes, quoniam id in ipso quoddam illius eternae iocunditatis[g] videtur initium, cuius eum[h] in ipso corpore quasdam existimo primitias accepisse.

At si vitae consideretur integritas, et a primis annis sub examen omnia redigantur, nihil deformatum crimine, nihil infamia condempnatum; in eo enim nil illiberale pueritia, nil adolescentia fluxum, nil iuventus infame, nil virilis etas edidit indecorum. Inconcussa fides operationi bonae fundamenta prestruxit. Consilio providus, benignus alloquio, facundia celebris, quam nec verborum fastus elatam, nec multitudo faciat effluentem. Tantumque apud omnes bonae existimationis servabatur et gratiae, ut quod alias perrarum est, esset ei ante electionis eius tempora nullus hostis. Cibi f. 133'. potusque tanta sobrietas, ut illis non fastidium, *sed abstinentiae modus terminator assistat. Vestitus autem apostolatus tempori[i] sane conveniens, quem nec professio clericalis excluderet, cardinalatus dignitas non horreret. Quibus enim impresentiarum vestibus induatur, iam non ex ipsius pendet arbitrio, sed sanctorum patrum antiqua constitutione decretum est. Praedicta vero cardinalatus dignitas ab ipso non impetrata

a) *om. c.* b) recepis *c.* c) voluptatem *P. G.* d) tuis *c.* e) suavitati *c. P. G.* f) magnitudini *c. P. G.* g) iuc. *P. G.* h) cum *D.* i) tempora *c.*

1) *Oriundus est Gregorius, cardinalis diaconus s. Angeli, qui postea Innocentius II. papa factus est, e familia nobili Papareschorum de regione Transtiberana, ex patre Iohanne. Anno* 1116. *die* 23. *Dec. in chartis Paschalis II. papae cardinalis diaconus occurrit; anno* 1118. *inter Gelasii II. electores a Pandulpho Vita Gelasii ap. Watterich l. c. recensetur, annis* 1119. *et* 1122. *in Germania apostolicae sedis legati munere functus est; anno* 1123. *una cum Petro Leone concilio Carnotensi praesidet; cf. Mühlbacher l. c. p.* 90 *sq.* 2) *Ex hoc loco Arnulfum Innocentium II. sive in Gallia sive in Italia de facie vidisse conieci.*

quidem, sed ob vitae mundioris et scientiae plenioris meritum ultro data. Cuius muneris sic gessit officia, ut sui[a] ipsum laudibus ampliaret. [illegible] possessoris illustrior, nec tantum propria, quantum ad[illegible] [illegible] profulgebat. Adeoque ceteros egregiae prerogativa bonitatis [illegible] locus invidiae videretur, eoque plane quisque suos ad equalitatem [illegible] posse conatus adverteret, neque quicquam cuiuslibet laudibus ipsius [illegible].

Postremo, si non ille humani generis perfidus adversator in Petro Leone [illegible] iae Dei prestruxisset insidias, nulla iam post papam Honorium [illegible] superesset, cum vir unicus unicae dignitati divina iam videretur providentia preornatus[1]. Ipsum enim hoc Divinitatis consilio talem [illegible] constat esse [illegible], ut, dum adversus ecclesiam vis huius persecutionis[d] insurgeret, esset, qui se tempestati securus opponeret et inter fluctus periclitanti naviculae subveniret. Cumque ipsum ad hoc onus omnium pene conscientia destinaret, ipse[e] sibi iam adeptae dignitatis locum nequaquam videbatur explere[2]. De se enim citra suam credere facultatem iudicium sapientis esse. Quod ipse de se satis evidenter edocuit, dum ipsum eligentium corona clauderet, et ad apostolatus fastigia vocaretur. Instabant precibus et reclamantem lacrimis[f] obsecrantes iniecto pluviali renitentem manibus etiam comprimebant. Cumque ipse iniectam sibi vestem secundo, ut aiunt, totis viribus obsistendo rupisset, illique nihilominus instandum crederent, si quid sanctis electoribus[g] creditur, timuerunt, ne inter manus eorum tanta reluctatione et compressione fatigatus obiret et suffocatam singultibus animam protinus expiraret. Manibus igitur, donec modicum respiraret, inhibitis, dum tertium ex longinquo pluviale requiritur, inter rorantes adhuc lacrimas et erumpentes usquequaque singultus, sic affatur adstantes: 'Expediret, instans negotium, exclusa animorum affectione, tractari, ne[h] caritatem[i] zelus alteruter impediret, et generale commodum odio familiari vel gratia in oppositum verteretur. Sepius enim pre[illegible] occupatas mentes fallit affectio, ut et dignos odia reprobent, et indigni, suggerente gratia, preferantur. Quam quidem gratiam in hoc vires sibi video vendicasse precipuas, ubi sola obtinere debuerat expensa pari lance ratio meritorum. Nam ubi me pari voto contenditis tantae preficere dignitati, profecto non obtinet examinatio meritorum, palamque prevalet indulgentior gratia, quae me vobis nunc et hactenus in imperfectis operibus acceptabilem prestat. Per quam etiam olim huic sancto me voluistis inesse consortio, quem deiectum inferius longe morum qualitas amovisset. Quem tamen locum etsi vir nullius virtutis tenuisque scientie non[k] impleret, vestra infirmitatem meam sapientia supportabat, quos eiusdem sollicitudinis idem Dominus in eadem paritate fecit esse ministros. Verum oportet nunc ex meritis, non ex gratia iudicare nec gratiosum tantum, sed et dignum constituere sacerdotem. Hic enim nullum capietur ex paritate solatium, ubi consortem muneris prerogativa singularis excludit. Excludatur ergo benivolentia[l], et persona comparetur officio, ad quod vocatur. Vita probabilem, scientia preditum, celebratum fama tantus honor exposcit, ut[m] ipsi divinum

a) suis [illegible]. b) administrationis sui [illegible] *D. P.*; administrationis suae *G.* c) [illegible] d) [illegible] sequutionis *G.* e) ipsi [illegible]. f) lachrimis [illegible] g) [illegible] electoribus [illegible] assertionibus *H.* h) nec *D. P.* i) char. [illegible] k) [illegible] *D. P.* [illegible] *H.* l) benev. *D. P. G.* m) ubi *D.*

1) V. *supra p.* 96, 1. 2) *Arnulfi Sagiensis et* [illegible] *Innocentii* [illegible] *factam, et Innocentii* [illegible] *esse E. Muehlbacher l. c. p.* 55 *sq. demonstravit. Confer.* [illegible] *quae* [illegible] *Sagiensis* [illegible] *anni* 1130, [illegible] *supra laudato p.* 96 *sq.* [illegible]

favorem probabilis vita conciliet, gerendorum *facultatem scientia conferat, et nominis celebritate clara comparetur auctoritas. Quales ex hoc ipso numero promptum est inveniri. Quis enim ego sum, qui preponar episcopis?[a, 1] Quis ego sum, sub cuius arbitrio rerum summa versetur? Quis, inquam, ego sum, quem papam Roma salutet, qui non inter primos dumtaxat, sed etiam primorum primus assigner? Indignum qui preficit, afficit iniuria dignitatem'.

Talia dicentem et adhuc dicturum plurima, si liceret, hoc sermone cetus assistentium desperatus excepit: 'Excusationum dispendia periculum imminens et articulus necessitatis excludit. Stat enim in insidiis leo paratus ad praedam, occasionem, sicut et ipse nosti, prestolatus a puero, cuius si non preveniatur assultus, si non impetus obtundatur, nulla iam libertatis spes, nulla prorsus honestatis disciplina relinquitur. Antiqua ecclesiae Romanae dignitas occidit, ipsius gloria commutatur opprobrio, et formidata extremis hominum potestas vertitur in contemptum. Si enim est ille, sicut equidem est, vita contemptibilis et pollutus infamia, restat, ut[b] contemptum potestas ipsa contrahat ex persona. Quis enim bonus subesse non recuset infami? Quis ad honestatem coartari inhonestioris arbitrio non refutet? Si autem honor *iste rite deferendus est digniori, profecto apud omnes infinitorum criminum Petri prelatio nos condempnat. Arguemur nimirum de nobis turpiora confessi, quam de ipso fama vulgaverit, si vobis ipse quasi dignior antefertur. Estimabitur etiam non displicere nobis, quod nec in altero non dampnamus, sed et sustinentes crimen consensus incurrere et rei veritate et existimatione publica convincemur. Fuit, fuit hactenus hec Romana ecclesia caput orbis, penes quam constantissima fides, suprema potestas, honestas incomparabilis, inconcussa severitas, gerendorum summa discretio et nota toti mundo pietas viguisset, fuit, inquam, fuit hec olim terror improbis, bonis in tranquillitate presidium, in necessitate refugium singulare, a cuius integritate minores ecclesiae vires sumerent et velut ab illeso capite membra saucia suae sortirentur initia sanitatis. Nunc autem instat et a fide discessio et[c] antiquae desolatio potestatis, et omnium bonorum eius casus manifestus apparet, dum *homo peccati, perditionis filius, revelatur, ut adversetur et extollat se supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ut in templo Dei sedeat ostendens se, quasi ipse sit Deus.* Apostolo itaque manifeste dicente, cognoscimus, quoniam vel ipse antichristus est, vel in ipso nobis antichristi tempora preparantur, *cuius idem preambulus et minister emergit[2]. Ecce enim, iamiam intrusionis suae comparat adiutores, et conspirata in ecclesia Dei factio convocatur, quam illi genus, potentia, largitio, promissiones et scelerata dudum coniuratio[3] federavit. Destitutas pastore lupus oves aggreditur et vacuam sedem primus properat usurpare, quod, subrogato pastore, presumere forsitan non auderet. Non enim, nisi cum abest Moyses, vitulus conflatur a populo[d]. Ad quod tamen si ipsum postea temeritas ambitiosa compelleret, saltem, quem sequeretur, fidelis populus inveniret, super quo supremum sibi in te constituit ecclesia sancta consilium, ut tua regatur providentia, tuo annitente studio, liberetur. Aluit haec te, et cum in aliquo tui non egeret, excepit, ut in summa tranquillitate suis educaret uberibus et proprio foveret amplexu.

a) Quis e. ego s. q. p. episcopis? *des. D. P. G. W.* b) et *D. P. W.* c) ut *D.* d) apostolo *corr. man. 2.* populo ...

1) *Cardinalibus scilicet episcopis.* 2) *Cf. supra p.* 93, 7. 3) *Cf. Manfredi Mantuani epist.*: 'A tempore enim beati Calixti, ut sedem apostolicam attingeret, nisus est cardinales, episcopos muneribus pollicitis, blanditiis circueundo, quod per memetipsum cognosco, rogatus etiam ab illo et a fratribus eius saepenumero fui, et cives Romanos donationibus et sacramenti subvertendo sibi astringere': *Mühlbacher l. c. p.* 52, 3. 72, 1.

Nunc multum postulat et suorum repetit premia meritorum, ut [illegible] subvenias et oppressae prestare subsidia non recuses. Numquid matrem [illegible] non audies? Numquid non solaberis desolatam? Numquid [illegible]? Numquid postulatam manum labenti coram te non porriges [illegible]?

At vero pretendis ex indignitate tua subterfugii [illegible], quasi nos [illegible] tuam et singularum[d] partium vitae tuae merita nesciremus. [illegible], te dignum crederes, hac ipsa estimatione videreris indignus. Dicis quoque nullum sperari hi[illegible] paritate solatium, quasi ab inferioribus consilia et obsequentibus auxilia [illegible] exhiberi. Numquid illud precipue nobis onus incumbit, [illegible] velut in [illegible] pore, is qui presidet, capitis formam, membrorum reliqui similitudinem gerant, ut qui preest, nutum adhibeat, difficultates expediat obsequentium labor? Revereris etiam pudore laudabili subire tantae fastigia dignitatis, in quam suprema regni et sacerdotii prerogativa mirabili federe copulata conveniunt. At nos, non ad honorem te, sed ad periculum potius invitamus. Nec enim sumus ignari, quid adversum nos ille adversarius machinetur. Iam stringit gladios, iam sagittas acuit; nec viam sibi ad apostolatum patere nisi nostri sanguinis effusione [1] confidit. Quantumcumque tamen discrimen nobis mortis immineat, maluimus sanguinis nostri mercedem de manu divina requirere, quam[e] de manu nostra sanguis ecclesiae requiratur. Huius[f] te mortis socium querimus, immo volumus etiam precursorem. Exponatur iugulus tuus sicut noster ad victimam, neque enim fas est, ei, qui dedit, negare spiritum, cum reposcit[g]. Si quid igitur te matris desolatae calamitas, si quid inundans assistentium fletus, si quid[h] ullus[i] honestatis amor, si quid virtus obedientiae movet, acquiesce. Si acquiescis, exhibemus obsequia. Si recusas, exigimus de inobedientia penam. Eadem enim, quę papę superstitis est, ipso decedente, penes nos pręcipiendi et ulciscendi quoque consistit auctoritas, donec alius inducatur[illegible].

His dictis, parabant excommunicationis promulgare sententiam, allatum interim ex longinquo pluviale prę manibus offerentes. Quid faceret? Temptaret ex fuga subsidium? At illud continua seniorum corona claudebat. Postularet inducias? Sed, quominus impetrarentur, dilationem rei instantia Petri machinamenta negabant. Negaret semper? At illi gladio spiritus imminebant, anathematis penam protinus intemptantes. Dum ergo sibi videtur inter geminę mortis conclusus angustias, alterique eorum lege necessitatis obnoxius, discrimen periculi corporalis excepit, quia, dum respuit anathematis experiri sententiam, insidiis, immo potentię sese Petri Leonis obiecit. In eo autem, quo ordine[k] sequenti die Petri processisset intrusio, non diutius immorabor, quam ut dixerim, virum turpem, fedatum infamia, publica existimatione dampnatum, posterius a [conspiratoribus[l]] et parentibus esse promotum [2]. Ad te potissimum, Girarde, revertar, ut, quid egeris, orta tempestate, cognoscas, et aures tuę eorum, quę male gessisti, contundantur auditu.

a. [illegible] b. singularium P. G. c. add. ab H. d. add. [illegible] W. e. [illegible] quam [illegible] f. [illegible] P. P. G. H. g. [illegible] H [illegible] Si quid igitur te matris [illegible] id Girarde non. [illegible] p. 90 10 [illegible] h. quis P. i. ullius W. k. quod ordine praepostero [illegible] Watt[illegible] [illegible] p. 355 [illegible].

1) Cf. epistolas Innocentii [illegible] apud Mühlbacher [illegible] p. 5 [illegible] Honorius [illegible] Gualterio, patriarcham Ravennatem [illegible] p. 27 [illegible]. 2) De [illegible] antipapae E. Mühlbacher l. c. p. 108 sq. fusius tractavit. [illegible]

5. Nuntiato in Galliis scismate[1], dum pro partibus vario favore multi multa loquuntur, fidelisque populus ancipiti raptatur errore, primus regum, catholicus princeps, rex Francorum Ludovicus occurrit. Is, vocatis episcopis et omnibus, qui probatę religionis in Galliis habebantur, convocato etiam clero regnique maioribus, concilium statuit generale[2]. Cumque se Petro Leonis ob sua et patris[a] obsequia fateretur obnoxium[3], nihil tamen super hoc celsitudini regię voluit arrogare. Episcopis et patribus, qui ex monastica religione convenerant, omni tradita potestate, ut eis et in eos omnis diffinitio conferretur, eo quod penes sanctos episcopos ecclesię dispensatio tota consistit, et abbates[4], quos divinitatis contemplatio recreat, divina latere consilia non
*f. 145. creditur. Cui concilio quoniam interesse, Girarde, non[b] *poteras, cum litteris tuę deformitatis imagine consignatis nuntium destinasti[5]. Utramque te novisse personam et electionis ordinem plenius exquisisse: procul dubio cum Innocentio papa stare iustitiam, eo quod plane vir esset honestatis egregię, et ipsius electio prima tempore et a precipuis Romanae ecclesiae fuerat celebrata personis. Porro Petrum per opulentam manum cathedram posterius usurpasse, virum adeo vita reprobatum et nomine, ut si ipsum etiam quelibet electionis forma defenderet, promoveri tamen vitae qualitas et infamia minime sustineret. Id tibi et tuae legationi[c] subiectis ratum fore, idque cum Lugdunensem[6], tum Viennensem[7] ecclesiam, tum totam fere Italiam ab ipsius[d] urbis menibus[8] excepisse. Aderant autem ibidem venerabiles, que Romae fuerant sub eadem tempestate personae[9], quae rerum seriem plane[e] cognoverant, presertim quae oculata fide singula percepissent[f]. Habebantur quoque super hoc ipso et aliarum, quae non aderant, ultro delegata testimonia simul et persuasiones personarum, quas spiritum Dei habere certa fides esset[10], cum tot hominum sensus in eandem forte confluerent volun-

a) patri *D.* b) *abhinc codex Parisinus f. 145. tractatum nostrum excipit.* c) largitione *c. D.* d) ipsis *P. G.* e) plene *c.* f) precepissent *c.*

1) *Cf. litteras Innocentii II. papae die 3. Martii datas; Jaffé nr.* 7407; *citamque s. Bernardi auctore Ernaldo II.* 2; *SS. XXVI,* 101: Praemissi in Gallias fuerant nuntii, qui dissensionis et scismatis a Petro facti ordinem Gallicanae intimarent ecclesiae et hortarentur episcopos, ut in ultionem praesumptionis accingerentur *etc.* 2) *Stampis mense Apr. a.* 1130. *celebratum; de quo fusius tractaverunt Sugerius abbas in vita Ludovici Grossi, SS. XXVI,* 57: *Hist. Maur. ibid. p.* 40, *Ernaldus in vita s. Bernardi l. c., Radulphus in vita s. Petri Venerabilis, abb. Clun., Bouquet, Rec. XIV,* 392; *cf. Hefele, 'Conciliengesch.' V,* 408; *Bernhardi, 'Lothar' p.* 327; *Mühlbacher, 'Doppelwahl' p.* 127 *sq.* 3) *Cum Ludovico rege Anacletum amicitia coniunctum fuisse, ex epistola eius anno* 1130. *die* 1. *Mai. ad illum directa elucet Bouquet, Rec. XV,* 363: Multa enim de tua nobili et experta dilectionis constantia fiduciam possidemus, qua personam nostram a puero dilexisti et dulcedinis tuae affectione benevola enutristi *etc.* 4) *Inter quos praecipuus erat s. Bernardus, abbas Claravallensis.* 5) *Hoc loco Arnulfus de epistola Girardi deperdita tractat, quam in sequentibus ad verbum fere expressisse videtur; cf. Maratu l. c. p.* 278 *sq.* 6) *Rainaldus, archiepiscopus Lugdunensis* 1128–1139, *Hugonis, abbatis Cluniacensis, nepos, Petro Venerabili abbati familiarissimus,* [illegible] *asis, qui aeque atque Girardus tunc legatione Romanae sedis fungebatur, paulo* [illegible] *Claromontano die* 18. *Nov.* 1130. *celebrato Innocentii II. partes secutus est; cf. Mansi, Concil. XXI,* 437; *Jaffé nr.* 7429. *et* 7449. 7) *Stephanus, archiepiscopus Viennensis* (1125–1145), *in eodem concilio Innocentio se adiunxit.* 8) *Cf. Rob. de Monte* [illegible] 489: Romam Petrus habet, totum Gregorius orbem. 9) *Cf. supra n.* 1. 10) *His verbis Arnulfus s. Bernardum, Claraevallensem abbatem, significasse videtur, cui et rex et episcopi in concilio coadunati causam dirimendam imposuerunt; cf. Ernaldi vitam Bernardi l. c.*

tatem. Sicut enim una bonorum fides est, [illegible] Malorum [illegible] tus multiplex et voluntas ambigua.

Tandem ergo, favore Divinitatis multis lacrimis implorato, dum utriusque [illegible] merita[1] et prosequentia partes studia conferuntur, inventus est Petrus indi[illegible], ut ex ipsius comparatione alteri personae irrogari [illegible]. [illegible] vero partium tanta dividebat imparitas, ut Petro nondum extra urbis moenia quisquam favor[a], alterum intra urbem quidem pars potior elegisset, et extra urbem usque ad fines terrae tota iam fere patrem profiteretur[b] ecclesia. Sumpta igitur [illegible] Leonis papae decreto sententia, ubi se partium vota diviserant, [illegible] canonico preferendus is, qui [illegible] studiis [illegible]. Qua [illegible] ratione, cum in papam Innocentium, inspirante Domino, convenissent, ipsi statim de obedientia tua et debita subiectione scripsisti, postulasti tamen ipsius honorari rescripto et munus legationis habitae confirmari[3]. Visum est simoniacum, favorem tuum redimere legationis officio; et cum ipse partes illas visitare sub eodem tempore decrevisset[4], nullus locus poterat sub ipsius presentia [illegible] legato. Neque enim [illegible] tus presentis personae, sed absentis explet obsequium iamque tantus ad Romana[illegible] malae amministrationis tuae clamor ascenderat, ut esset de eo, quod olim imp[illegible] ras[c], penitentia maior, quam, ut modo restituereris, affectus. Tulisti repulsam gra[illegible] et mutilata potentiae tuae cornua doluisti. Atque inferioribus antea modo factus inferior et velut in senectute reputatus inutilis, consueti beneficii finem rapinae ratus iniuriam, temerariae succensus es ultionis affectu. Quoniam, dum repulsa ministrat iracundiae causas et innata dedignationem parit elatio, addidit ambitio cecitatem, quae quidem res, cum otia nesciant et a suis effectibus vacare non possint, contemptum iam susceptae partis dedignatio fecit, indiscretionem cecitas operata est, temerarios ausus iracundia preformavit. Spreto igitur eo, quod recte susceperas, et indiscrete conversus ad aliud, temerarie prioribus contraria concepisti, factumque est, quod in rebus sepe contingit humanis, ut circa rem propensius affectatam spem precipitem desideria [illegible]cepta firmarent. Misisti legatum Romam, qui eidem, quem iam devoveras, Petro favorem tuum venalem pro munere legationis offerret et similem sibi ministrum domino federaret[5]. Expletum est sine difficultate commercium, et dum te cecitas indiscreta

a) favor [illegible] 2. [illegible] b) confiteretur D. c) imp[illegible] D.

1) Magis de persona quam de electione pontificis decernendum esse, [illegible] concilium constituit (Suger. vit. Ludov. II, 2, l. c. p. 51). 2) Leo I. papa ad [illegible] Thessalonicensem episcopum, Ep. 14, § 5 (Opp. ed. [illegible] I [illegible] V, 347 Pan. III, 6; Grat. Decr. c. 36. dist. 63; Jaffé nr 411 [illegible] Watterich l. c. p. 174): Si forte, quod nec reprehensibile nec irreligiosum iudicamus, vota eligentium in duas se diviserunt partes, in metropolitani iudicio [illegible] iuvatur studiis et meritis, tantum, ut nullus detur invitis [illegible] numquam de legatione ad Innocentium papam scripsisse, sed Arnulfum epistolam supra la[illegible] finxisse fictamque [illegible] Bernardo abbati [illegible] 52 [illegible] Morata l. c. p. 278 sq. [illegible] Bernardus de eadem [illegible] 126 [illegible] Primus, inquit, inter omnes scribit papae Innocentio, legationem postulat, non obtinet, indignatur, resiliit ab illo, transit ad alium, ipsius se esse legatum [illegible] 4) H[illegible] Romanae sedis cancellarium, de eadem re G[illegible] p. 131, 32). In litteris siquidem, quas nuper ad [illegible] tionis sese et onere et nomine honorari tanto indignius [illegible] Bernardi l. c. p. 327 sq.; Mabillon l. c. p. 125 sq. 5) [illegible] Nam iam [illegible] 24. April 1130, [illegible]

conducit, ministrum te scismatis addixisti, ut inutili privilegio donareris. Formata est tibi, sed inanis, nova legatio, et quicquid ab Alpibus usque ad fines Occidentis interiacet, tuae ditioni, sed inefficaci, donatione subiectum est. Et ne excedenti ambitioni tuae fortassis angustior predictorum finium prescriptio videretur, adiectum est, ut ubicumque calcaret pes tuus[1], ibi esset legatio tua. Invenisti, Girarde, hominem de alieno munificum, sed si rei fructum diligenter attendas, dum tibi rescribuntur maxima, minima recepisti. Nihil enim tibi Petrus impendit, nisi quod nec ab ipso, nec ipsius potest nomine possideri. Implevit tamen aures tuas spatiositas circumscripta terrarum, *f. 147. et cupiditatem tuam *rei qualitas estimata solo statim gaudio satiavit. Sed ambitionem tuam dignissimus excepit eventus, dum munus inutile prima statim rerum experientia deprehendisti[a]. Emissis igitur ex omni parte cursoribus, cepisti principes sollicitare finitimos, eos scilicet, qui, rei nondum cognita veritate, neutrius adhuc partis nomine nitebantur.

6. De circumveniendo autem rege Anglorum Henrico precipue laborabas, et quia cauteriatam conscientiam habens principi catholico et sapienti de suscipiendo Petro Leonis manifeste suggerere non audebas, ut neutrum susciperet mirabili sollertia[b] suggerebas, ita tamen, ut in Petrum tua aliquanto[c] proclivior oratio videretur[2]. Rem stare sub dubio, multos utriusque partis esse fautores, festinasse quosdam, qui iam multa penitentia ducerentur; Petri Leonis in civitate inexpugnabilem esse potentiam, presertim qui munitionibus maximis, qui pecunia plurima, qui denique parentum multitudine maxima fulciretur; asseverare multos ipsum non iustitia, sed potius invidia re- *f. 147'. probatum[d], eo[e] quod perspicax eius ingenium et amplitudinem animi et *irrefragabilem potentiam reliqui vererentur; neminem tamen esse, qui posset eum urbis[f] privare dominio, penes quam caput ecclesiae semper fuisse, sed et denique reversurum fore nullus ambigeret; ipsum et eos, qui cum ipso erant, sufficientes ex proprio et omnes ad apostolatum pertinentes civiles redditus obtinere; non oportere ipsum ad[g] alienas inspicere facultates, nec ad invertendum quidlibet rei familiaris inopia compellendum; si susciperet alterum, onerosum sibi et suo regno fore[3], et quod regi est etiam dampno

a) deprendisti *c.* b) solertia *G. P.* c) aliquanta *D.* d) reprobatu *D.* e) emo *D.* f) privare urbis *c.* g) et *P.*

a praedecessoribus suis concessam assignavit; Jaffé nr. 8377; *Bouquet XV,* 362. *Die* 1. *Maii episcopis quibusdam Girardum, legatum suum per Britanniae Aquitaniaeque partes, commendavit; Jaffé nr.* 8378; *Bouquet XV,* 363. *Sed Anacletum Girardi legationem postea ampliasse a diversis temporum illorum scriptoribus commemoratur, velut a s. Bernardo in ep.* 126 *(p.* 132*) saepius laudata:* En, ille totam, ut is gloriatur, Franciam atque Burgundiam legationi eius antiquae superaddidit. Potest adiungere, si vult, Medos et Persas et medios fines Decapoleos. Quare non et ultra Sauromatas et, quemcumque denique locum calcaverit pes suus, suus sit, quo vel vacuis nominibus glorietur? *Cf. Reimboldi Leodiens. epist. l. c.:* Engolismensis legatus in Aquitaniam, Northmanniam, Britanniam, Hispaniam et usque ad ultimam Celtiberiam *etc. Qua de re Girardus, postquam litteras Anacleti supra memoratas accepit legatumque Anacleti, Gregorium cardinalem diaconum, suscepit, mihi quidem nuntios Romam direxisse legationisque propagationem ab antipapa impetravisse videtur.* 1) *Cf., sis, epistolam s. Bernardi in annotatione praecedente laudatam:* et quemcumque denique locum calcaverit pes suus. *Hoc loco et Bernardus et Arnulfus epistolam quandam Girardi, qua de legationis suae amplificatione gloriatus erat, excerpsisse videntur.* 2) *Girardum Engolismensem litteras, quibus Anacletum antipapam commendavit, ad regem Francorum Ludovicum et ad regem Anglorum Heinricum II. dedisse mihi constat. Quas litteras Arnulfum nosse et hoc loco excerpsisse ex ipsis tractatus verbis satis elucet.* 3) *Cf. s. Bernardi Claraevall. epist.* 138, *Opp. ed. Benedict. I,* 144.

deterius, dedecus affuturum, si pars altera prevaleret; nihil esse importabilius indi[illegible] Romano, sub cuius sis arbitrio constitutus; dissimulare [illegible] expectaret, quam seu precipitem sententiam [illegible] sine dispendio declinare pericula, quam cum gravi dispendio ipsis ultro periculi[illegible] viare.

Agnovit rex sapiens latentem in sermone serpentis [illegible] melle reconditum, quia scilicet ista non bona fide [illegible] fallentis, ut, domno papa prius qualibet arte fraudulenter excluso, [illegible] ad loquendum pr[illegible] Petro tibi commodior aditus appareret. Facilius enim ad [illegible] vacuos vendicamus affectus, quam favore iam partis alterius occupatos. Ille vero non dissimulandum, sed, laborantis ecclesiae necessitatibus adiutor ultroneus, credidit occurrendum, ne persuasione tua [illegible] acephalas [illegible] alienus rex maximus, cuius ad iustitiam omnes fere principes invitantur exemplo, cuius in pauperes munificentiam, liberalitatem in omnes cuncti reges mirari possunt [illegible] quam[d] velint aut valeant imitari; cuius sapientiam regnum ipsius et ducatus, etsi lat[e] spatiosa, non continent, sed ad circumiectas refunditur undique potestates.

Cum autem, Girarde, regibus Hispanorum[e, 2] Britannorumque[f] principibus eadem suggerendo mandasses, et speratos fructus [illegible] cepisti dementiore vesania infra domesticos parietes debacchari[g], Pictaviensem comitem[3] nactus[h] erroris socium et scismatis adiutorem, quem etiam Pictaviensis episcopi, catholici[i] senis[4], negata depositio et contra sacratissimos canones non exaudita petitio indignatum pariter a catholica repulit unitate.

Haec sunt, Girarde, quae pro ecclesia et adversus ecclesiam [illegible] statis egisti; quae licet rudi forsitan et inculto sermone narraverim, solam saltem sequi potui veritatem. Nihil enim scripsi, quod non vel ipse cognoverim vel auctore probabili non haberem, vel quod saltem fama publica non affirmet, ut proinde non minus aliis probabile videatur, cum ipsi tot testimonia suffragentur ad fidem. Iam vero, si recte propositae partitionis membra recolligo, sola mihi propositi mei superest pars extrema, in qua, quibus ecclesiam Dei molestiis vexare quidem et persequi non desistis, ex parte dicendum est. Si quis enim vellet cuncta narrare, nec ad dicendum lingua sufficeret nec calamus ad scribendum.

7. Suscepta igitur Petri Leonis epistola, cepisti per fines Aquitaniae discurrendo pristinae predicationi tuae predicare contraria: Petrum scilicet Leonis Anacleti nomine (sed verius antichristi!) papam esse, cuius quidem apostolatum sedes principalis[5] exciperet et totius civitatis obedientia confirmaret. Alterum civitate pulsum cum paucis fautoribus sine certa sede vagantem, avertentem populos et ab ecclesia separantem, quem nec cathedra Lateranensis agnosceret, nec ei obsequium Romana civitas exhiberet. Quem papam credere similis amentia videbatur, ut si quis [illegible] regem dicere, destitutum principatu principem appellare[k] voluerit. Quasi modo, Girarde, iustitiae loca preiudicent, et ius dignitatis perimat illius civitatis egressus, et velut solius populi Romani favor omnibus fere populis debeat anteferri! Numquid enim ipse Lat[e-]

[illegible]

1) Henricus II. [illegible] 1) Innocent. II [illegible] XXVI. 41 [illegible] p. 58 [illegible] II 2 [illegible] 3) [illegible] rex Navarr[illegible] et Aragon[illegible] [illegible] 4) [illegible] II 1124–1140 [illegible] 5) [illegible]

1133. 4 rani residens in illa beati Iohannis ecclesia principali christiannissimum principem Lotharium consecravit in regem?[1] Numquid ipsum et imperii nomine et imperiali diademate renitentem sollempnitate debita decoravit? Numquid ipsum pars magna nobilium et totius populi conscientia comitatur? Numquid eidem urbis habitatio et ingressus pro arbitrio patens est et egressus?[2] Quibus profecto si careret omnino, nullo tamen eorum posset iustitiae derogari. Sed dum te latens odium stimulat ad *f. 149'. vindictam, linguam mendacio non negabas, ut verba veneno *mendacii toxicata infidelitatis vulnere simplicium pectora sauciarent. Circa quod, dum unicum tibi propositum, unicus urguendi labor, unica laboris perseverantia constat, torrentes impetus tuos prevertit modicum vis divina, primumque de inefficacia speratae potestatis argumentum accessit in ligationem versa legatio. Captus es[3] et mensibus aliquot reclusus in carcere, donec, quos gratia predestinaverat, plena veritatis agnitio confirmasset, et qui prius de rescripta tibi legatione speraverant, de ligatione postea desperarent. Reserato autem carcere, processisti quasi pardus e cavea, cuius rabie carcere diutius et catenis[a] inhibita, si forte liber evaserit, insurgit audacior, nec eum ulla potest sanguinis effusio satiare. Estimabas adhuc auctoritate tua totum posse preverti, quod ecclesia sancta dictaverat, et penes te rerum pondera et momenta constare. In quo nescio tuamne magis cecitatem vel arrogantiam mirer. Quia quae arrogantia maior, quam hominem *f. 150. pene solum adversus illud insurgere, quod divina *providentia confirmavit, quod omnis religio confirmavit, quod omnium regnorum favor confirmavit, quod et ipse, quantum sua interest, confirmavit? Quae maior cecitas, quam ubi nullum Dei precedit, exile hominis succedit auxilium, contra universitatem sperare victoriam? Non potes negare, quin falsi crimen et inconstantiae simul incurreris, levissime transfuga, modo harum, modo illarum partium malefidus assertor, cuius in singulis operibus duplices vias duplex signat intuitus, et affectus mentis ancipites ambiguus manifestat aspectus. Sicut enim corporales oculos tuos innaturalis quedam distorsit enormitas, ut ad idem contuendum mirabili nequeant discordia convenire[4], sic et mentis oculi dissident, ratio scilicet et affectus.

Pictaviensis[5] ac Lemovicensis[6] ecclesiae, comitis viribus abutendo, catholicos eiecisti pontifices, alios extraordinarie superponens. Quorum alterum minus vita probabilem et nullarum hominem litterarum et in vulgari etiam sermone fere prorsus *f. 150'. elinguem, *Romana ecclesia, ab eiusdem Pictaviensis ecclesiae regimine reprobatum, olim canonica decisione removerat[7]. Ille tamen nunc auctoritate sua iura patris super-

a) cathenis *c.*

1) *Die* 4. *mensis Iunii a.* 1133. *Lotharius rex, cum basilica s. Petri, in qua imperatorum coronatio celebrari oportebat (cf. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgesch.' VI,* 195*), a Petri Leonis sequacibus teneretur, in basilica s. Iohannis baptistae Lateran. ab Innocentio pontifice imperator coronatus est; cf. Bernhardi l. c. p.* 472 *sq.; Mühlbacher l. c. p.* 140. 41. 2) *Cf. ea, quae in praefatione de tempore, quo Arnulfus hoc scripserit, exposuimus.* 3) *Captus est Girardus anno c.* 1132. *ab Ademaro de Archiaco, Guilelmi, Santonensis episcopi, affine; cf. epist. Guilelmi Santonensis ad Vulgrinum, archiepiscopum Bituricensem, datam (Labbe, Nova bibl. manuscr. t. II,* 83*). Sed paulo post Guilelmi, ducis Aquitaniae, Vulgrinique, dicti Taillefer, comitis Engolismensis, opera adiutus, libertati restitutus est; cf. Maratu l. c. p.* 301 *sq.* 4) *Ex hoc Girardum strabonem fuisse efficitur.* 5) *Guilelmus II.* 1124—40. 6) *Eustorgius* 1106—1137. 7) *Petrus de castro Heraldi, quem Girardus in locum Guilelmi, episcopi Pictaviensis, subrogaverat, iam anno* 1123. *post Guilelmi I. episcopi obitum electum, sed ob indignitatem reprobatum fuisse ex chronico Malleac. conici potest, quod non sine magna controversia Guilelmum II. episcopum factum esse affirmat; cf. Gallia christ. VI,* 1172*; Gaufredi chron. Vos., Bouquet XII,* 434*; Ernaldi vit. Bernh. II,* 22—33*, Bouquet XIV,* 366.

stitis usurpare non renuit, quamvis ipsi obligatus filiali[a] obedientiae vinculo teneretur, et licet sese totum manibus eius, fide etiam corporaliter prestita, dedidisset. Alter vero[1], nec seculari preditus nec scientia litterarum, tamen apud [illegible] sin-gulis fere noctibus a demonio rapitur, primumque de strato [illegible] horrendum clamans per totam diem, domum dormiens etiam dicitur [illegible]. Sed circa eorum qualitatem diutius immorandum, primis ordinibus, nedum [illegible], ne-dum etiam episcopali officio, convincuntur indigni. Sed neque tu [illegible] poteras estimare condignos nec dissimilia tibi capitique tuo Petro membra [illegible]. Semper enim proprium quelibet opera confitentur artificem[2], et in eis voluntatis eorum vel scientiae velut imago quedam reperitur expressa. Quid autem celeberrima mona-steria, [3]sanctis abbatibus expulsis, desolata commemorem et subrogatos ad eiusdem sollicitudinis onera precio vel gratia iuniores? Quibus administrantibus, tanto iam cepere monasteria laborare defectu, ut in hiis[b], quae singulari nuper religione pollebant, nulla iam fere virtutis aut regulae vestigia restent. Illis enim, quorum eatenus ardentes monasticus ordo frenabat affectus, traditae dispensationis occasio licentiam comparat effluendi. Nihilque ad periculum religionis efficacius est, quam irreligiosum sustinere pastorem.

Hic autem te, Girarde, convenio et, veteri de apostolatu paulisper seposita questione, quasi tibi Petri munere ius legationis accedere potuisset, in his operibus ordinem requiro canonicum. Spoliatos rebus, sedibus suis violenter expulsos, inconventos, incommonitos, absentes quoque, nullo tecum episcopo residente, dampnasti. Sed ut haec etiam ponamus ordine processisse canonico, in aliorum superpositionibus regularem disciplinam formamque rationis exposco. In illorum enim qualibuscumque promotionibus nec iustitiam nec umbram iustitiae dinosceris attendisse[4].

[4]Blanditur elatis auribus tuis fortasse tantae rememoratio potestatis, quia haec pro tua potuisti prevertere voluntate. In quo, ne nimiam capias voluptatem, quantum tibi partique tuae profueris, consequenter attende. Tertia pars Pictaviensis episcopatus, quem posuisti, non agnoscit episcopum, eique totus fere nobilium numerus respuit obedire. Adeoque omni conscientia reprobatus abicitur, ut et frater eius naturalis excommunicatum ex hoc ipso iudicet nec ulla ei communione iungatur. Catholicus vero

a) filias *G.* b) iis *D. P. G.*

1) *Ramnulfus, abbas Doratensis (h. Dorat); de quo cf. quae affert* [illegible] *Bernard. II. 33; Bouquet l. c. p. 366; Gaufredi chron. Vos. l. c. p. 433. 434.* 2) *Proverbium* 'Das Werk lobt den Meister'. 3) *Girardum etiam* abbatem Angeriacensem (*h. Saint-Jean-d'Angely*) in diocesi Santonensi existentem a monasterio suo per manum comitis *Pictaviensis eiecisse, Guilelmus, episcopus Santonensis, in epistola supra p. 104. 5.* [illegible] *trudidit; cf. etiam epistolam Girardi ad Aurelium Castrensem (h. Castres) et Bernardum Galliacensem (h. Gaillac) abbates directam, Martène l. c. p. 313 sq. 372. 73.* 4) *Bernardi* [illegible] *epist. 126. Opp. ed. Benedict. I, 134*: Audet, quod et Deus dicere [illegible] sedibus pellere sanctos, qui nolunt bestiam se *Petrum Leonis* adorare ... Altare contra altaria erigere tentat ... abbates abbatibus, episcopos episcopis superinducere, [illegible] catholicos, schismaticos promovere. Miseri et miserandi, qui ita promoveri [illegible]. Siquidem circuit mare et aridum, ut faciat unum episcopum, et cum fecerit, [illegible] gehennae duplo quam se *etc.; cf. Goffridi Vindoc. abb. epist. 27. Opp.* [illegible] 10: Sublimia verba, quae saepius multum gloriose profertis ... quod [illegible] praedicastis, vos videlicet episcopos deponendi habere potestatem.

usque ad portas civitatis plena potestate dominatur episcopus, et eum maiores personae [illegible] pontificalis ecclesiae comitantur, ad formam beati Petri, *relictis omnibus*[1], exulem prosecuti. Alii fornices civitatis inhabitant, qui super ollas carnium recumbentes[2] gentis[a] et loci potius quam animae perditione terrentur. At Lemovicensis, ab urbe sua, stadio uno vix[b] interiacente, remotus, castrum sancti Martialis[3] pro foribus urbis inhabitat, unde is, qui sedem sibi cathedrae pontificalis usurpat, singulis diebus audire possit campanas in sua excommunicatione sonantes. Te quoque, pastorem suum, Engolis- *f. 152. mensis patria *minime profitetur ubique, sed et ibi multi catholicae partis nomine gloriantur.

Distuli circa extremitates orationis huius de usurpatione Burdegalensis[4] archiepiscopatus apponere, ut ex hoc illa effrenis ambitio tua irrefragabili liqueat argumento. Engolismensi ecclesiae copulatus spiritali connubio tenebaris, impudens tamen dominandi libido contemplatione prenominatae dignitatis incanduit, et dum descendentium iam rerum tuarum detrimenta[c] non sustines, ad compensationem frustratae legationis in amplexum quasi ditioris adulterae prorupisti. Filiae sponsus incestu matrem nefario polluere non abhorres[d] et monstrum biceps, infaustum seculo prodigium non renuis apparere. Non expetitio populi, non cleri precessit electio, sed etiam nunc excommunicatum reputans universitas tibi vel pars saltem maxima refragatur, in partem catholicam multo desiderio suspirantes.

8. Age ergo, ut quasi ab initio summa omnium brevi complexione claudatur, quia ab eo, quod exceperas, recessisti, temeritatis vel inconstantiae te condempnat. *f. 152'. Aut enim huic parti temerarie[e] consensus adiunctus est aut *certe nimis inconstanter ademptus. Quod autem favorem tuum ab hac parte prima tulit negatio, nullum cecae ambitionis est firmius argumentum. At vero idipsum palliari fortassis aliquo conquisitae falsitatis velamine potuisset, sed facta in alteram partem, non nisi eadem legatione impetrata, favoris translatio, omnem tibi copiam defensionis ademit. Ad summam iam te non illicite solum, sed et impudenter operari convincit archiepiscopi et episcopi in eandem personam facta confusio.

His[f] itaque de te toti mundo patentibus, qua saltem imagine iustitiae tibi nomen usurpas, dum publice suadere putas, te, etsi non ex scientia, zelo tamen taliter operari? Numquid haec opera te non imprudenter ex simplicitate delinquere, sed impu- [illegible] denter ex arrogantia contempnere manifestant? *Impius* enim, *cum venerit in profundum, contempnit.* Saltem deficientia naturae lege membra considera, quia tempus est finem dare nequitiae et inutiles mundo reliquias expectanti Deo gratum munus offerre. Declines ad infima, vultus adtolle, et enormes oculi tui ad partem dirigantur opposi- [illegible] tam, ut *videas, *quam bonum et iocundum est in unum habitare.* Sed quoniam nocturnus bubo lucem diurnam non sustines intueri, cecus aures arrige, nisi et easdem

a) gratis *D.* b) vis *D.* c) detrimenda *D.* d) adhorres *D.* e) temerarius *D. G. P.* f) hic c. *D. G. P.*

1) *Cf. Luc.* 5, 8 *sq.* 2) *Cf. Exod.* 16, 3. 3) *Monasterium, ut videtur, s. Martialis celeberrimum in suburbio Lemovicensis civitatis situm Arnulfus hic significat.* 4) *De qua usurpatione cf. epistolas Guilelmi, episcopi Petragoricensis, Guilelmi, episcopi Pictaviensis, Guilelmi, episcopi Santonensis, de hac re ad Vulgrinum, archiepiscopum Bituricensem, datas Vulgrinique responsionem eiusdemque epistolam ad episcopos suffraganeos archiepiscopatus Burdegalensis datas apud Labbe, Bibl. nov. II,* 83—85, *et ven. abbatis Maratu lucidam earum rerum disquisitionem l. c. p.* 300 *sq.*

insurdaverit obstinatio cordis. Audi ergo, cum quibus habites, et quorum consortia [illegible] spuas. Infidelis universitas illa, quam sequeris, familia Petri Leonis est, needum [illegible]mento Iudaicae corruptionis penitus expiata. Et tyrannus[a] ille, quem aliis tyrannis [illegible] Sicilia, sustinet[1], Dionysii[b] successor, aulae ipsius heres et ominis, emptus inani [illegible] nomine, dux quidem antea, nunc vero nec dux ipse nec aliud, quo [illegible] quod contra iustitiam tyrannus[a] usurpat, in ipso nullatenus obtinere [illegible] tur. Huic numero solus Pictaviensis comes adicitur, voluptatum vir, animalis [illegible] arcana[c] spiritalium non attingens, ob repulsam petitionis illicitae mancipatus [illegible] Sub qua paucitate si quis sanctam dixerit ecclesiam contineri, certe non [illegible] solum Christi videtur hereditas, sed penitus abrogata. Ubi ergo, David sancte, ubi tua vetus illa promissio? Ubi Pauli, ubi sanctarum[d] testimonia scripturarum? Ille enim rex sanctus ex persona patris ad filium: *Postula*, inquit, *a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae.* Et alibi: *Dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Et Paulus: *Deus*, inquit, *exaltavit eum et dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur.* Dices fortassis, iam impleta, quae dicunt, nec obstare haec, quo minus potestatis huius immineat defectus. Sed regni eius non erit finis: *regit enim in virga ferrea.* Partem vero nostram, si tamen haec tantilla cogat exceptio, ut nomine partis universitas fere tota vocetur, omnis imperator, omnis rex, omnis princeps, omnis homo denique profitetur, quicumque christiani nominis insignitur honore. Sed ego, si qua fides est, favorem principum populique, quos adhuc secularis tenet affectio compeditos, in tam divino negotio negligenter attendo. Horum in hoc mihi consensus precipuus est, horum me movet, motum trahit, tractum tenet auctoritas, quibus *datum* Marc. 4, 11.
est nosse mysterium[e] *regni Dei*, quorum *in celis* esse iam ex parte *conversatio* perhibetur. Quales revera sunt, [2]qui Carthusiae perpetuas nives inhabitant, et qui a Cisterciensi vel Cluniacensi monasterio profluentes lucis suae radios undique diffuderunt! Hi enim a manibus suis et animo saniore consilio terrea removentes, aspera veste, cibo cum raro tum arido, vigiliis multisque laboribus corpus macerant, ad eam tantum retributionem totis animi viribus anhelantes, quam diligentibus se gratiam repromisit. Horum sancta conversatio, sermo sapiens, in divinis discretio perspicax, quam denique nulla nubes terrenae densitatis obfuscat. Patitur quidem eos Deus molestiis affici, ut tamquam aurum in fornace probentur[3], sed ultra eorum non excrescit temptatio facultatem. Licet igitur eos adhuc ex parte remoretur in terris, ut promissas augeant desideria protracta coronas, a divinis tamen consiliis non creduntur exclusi: *Angeli*, enim, *eorum semper vident faciem patris*, et eos familiari sancti Spiritus visitatione faciunt illustrari. Neque enim etiam in presenti sua deserit retributio sustinentes iuxta illud: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consola-* Matth. 18, 10.

a) tir. c. b) dionisii c.; Dionysii D. c) arch. c. d) sanctorum c D. e) [illegible]

1) *Cf. Isid. Etym. l. XIV. c. 6, 3* (*Sicilia*) nutrix tyrannorum. *Rogerius, dux et postea rex Siciliae, qui filiam Petri Leonis, sororem Anacleti antipapae, uxorem duxerat*, et ab eo [illegible] coronatus, regium stemma gessit (*Ord. Vital. hist. eccl. l. XIII. SS. XXVI. 27*; *cf. Rob.* [illegible] *ducum Norm. ibid. p. 9; Steph. Norm. Drac. III, 6, ibid. p. 174 sq.; Jaffé nr. 8410* [illegible]). 2) *Cf. epistolam s. Bernardi l. c. p. 135. 136*: Non autem debeo praetermittere [illegible] mundo mortui, Deo melius vivunt . . . itaque Camaudulienses, Vallambrosani, Cartusienses, Cluniacenses, et qui de Maiori monasterio sunt, mei quoque Cistercienses, Cadumenses [illegible] Saviniacenses . . . Innocentio firmiter adhaerent. 3) *Cf. Prov. 27, 21.*

tiones tuae letificaverunt animam **meam. Vado* enim, inquit, *et venio ad vos, et gaudebit cor vestrum.* Quid igitur? fraudabitur operis sui fructu pars electa, quam dico, et promissionem suam Divinitas immutabit? Absit. *Iuravit* enim *Dominus et non penitebit eum.* Horum ergo mentes promissus Spiritus sanctus inhabitat, quas congrua sibi templa paravit, et eas necessario plena cognitione veritatis illustrat. Quoniam si spiritus Deus est [1], Deus autem veritas, profecto sub presentia Spiritus non restat ignorantia veritatis. Quid plura? Iam ne sermo noster metas debitae brevitatis excedat, pauca de pluribus, minora de maximis dixisse sufficiat.

EXPLICIT [a].

a) *deest D. G. P.*

1 *Cf. Ioh.* 4, 24. 14, 6.

TRACTATUS DE SCISMATICIS.

EDIDERUNT

IUL. DIETERICH ET H. BOEHMER.

In codicis Palatini Vindobonensis nr. 2195 *(Salisb. nr.* 324, *olim* 189), *membranacei in folio*[1], *fasciculis ultimis (f.* 136—147') *tractatus saeculi XII. medii et rerum et opinionum novitate laetissimus occurrit, qui rebus in lite Friderici I. imperatoris pontificisque Romani Alexandri III. gestis non tenue, ut ita dicam, lumen affert. Qui codex a compluribus saeculorum X—XIII. librariis confectus tractatus aliquot varii generis variorumque auctorum, quorum libellus hic ultimum locum tenet, saeculo XVI. tegumentis e corio factis in unum consutos amplectitur.*

Tres manus saeculi XIII. exeuntis non admodum inter se discrepantes per vices se in scribendo libello exceperunt statimque eodem atramento mendorum, quae non pauca neglegentiae magis quam inscitiae librariorum tribuenda esse censemus, partem maiorem ex ipso, ut videtur, archetypo correxerunt atque emendaverunt. Sed cum litterae initiales minio postea supplendae ad unam omnes desiderentur, extremam quasi manum operi non accessisse opinor. Postmodo librarius quidam quartus et ipse, ut mihi videtur, saeculi XIII. exeuntis, quintus saeculi certe sequentis libellum summa cum diligentia denuo emendandum adnotationibusque gratis atque acceptis augendum curaverunt: quas emendationes omnes retinuimus, notis marginalibus recentiorum manuum uberrimis quasi nullius omnino pretii omissis. Rationem autem scribendi codicis nostri nonnumquam novam propriamque ad unguem fere secuti, iis tantummodo locis, quibus librarios vocabula temere deformavisse vel raptim scribentes aliqua omisisse manifestum erat, levem medelam adhibuimus.

Clericum aut monachum auctorem nostrum fuisse vel inde, quod clericos fratres suos vocat, satis elucet. Paschali III. antipapa superstite (1164—1168) *scripsit. Natione Bavarus fuisse videtur. Codex enim, unde libellum eius hausimus, olim ecclesiae Salisburgensis fuit, in cuius provincia de eisdem quaestionibus, quae hic tractantur, videlicet quo iure antipapae eorumque asseclae et fratres neutri damnandi, quo iure eorum sacramenta reicienda sint, strenue tunc disputatum esse, Gerhohi opera ibidem composita et dialogus de pontificatu Romanae ecclesiae testantur. Accedit, quod non solum eaedem quaestiones disseruntur, sed similes sententiae prodeunt, e quibus una Gerhohi de sacramentis haereticorum opinio, a nostro, si non ad verbum, at secundum totum [illegible] rigorem adoptata, paucissimis aequalibus probata sit, quin etiam hic illic ea*[illegible]

1 *De codice cf. Tabul. codd. manuscr.* [illegible] *Vindob.* [illegible] *II p.* 28—29.

[illegible] et verba a Gerhoho atque auctore dialogi usurpata in isto libello deprehenduntur. Quae cum ita sint, 'iuramentum' illud 'profanum' (infra p. 111, 13*) non semel vehementer castigatum, quo 'praecipui rectores ecclesiae' sese a corpore Christi, i. e. a partibus Alexandri III, diviserint necnon subditos suos abbates et plebanos obligaverint, illud in curia Herbipolitana a.* 1165. *Mai.* 12. *a Rainaldo Coloniensi archiepiscopo propositum atque a Friderico I. imperatore omnibus principibus delatum, auctori nostro occasionem huius libelli edendi praebuisse conicio. Non multo igitur post curiam illam anno* 1165. *vel* 1166, *cum ab imperatore ipso de decretis eius extorquendis in Bavaria ageretur*[1], *eum compositum esse putaverim. Quod autem Teutonici regni angustias interdum noster ludibrio habuerit (infra p.* 115, 21; 125, 37*), cum Alexandri potentiam efferre velit, non est mirandum. Neque vero, quod Gratiani decretum iam laudavit, cum et Gerhohus et auctor dialogi et Rahewinus, populares eius, decretum iam antea alligaverint, ab origine eius Germanica abhorrent.*

Data sunt Berolini diebus 10. *m. Aug.* 1895; 10. *m. Mart.* 1897.

IUL. DIETERICH. H. BOEHMER.

[illegible] Amicus[a] ad amicum[b] quendam[c] scismaticum[d] scripsit dicens:

Thren. 4, 1. Peccatis nostris exigentibus, illud Ieremie prophetae vaticinium: *Quomodo ob-*
[illegible] 27. *scuratum est aurum, mutatus est color optimus* superhabundanter inpletum est nostris modo temporibus. Nam precipui rectores ecclesie, qui sapientie auro et sanctitatis colore optimo clarescere deberent, tam vehementer, si quid erant, obscurati sunt et mutati, ut magis elegerunt[e] temporaliter sublimes permanere, a Christo et eius corpore per iuramentum [se[f]] scindendo, quam ad momentum vite presentis humiliari vel humiles permanere, terrenam altitudinem et divitias propter[g] Christum perdendo. De quibus Augustinus in libro contra Donatistas[h, 2]: *Hereticos,* inquit[i], *vos dicimus, set*[e] *antequam ad pacem catholicam convertamini.* Et post pauca[3]: *In spiritu unitatis et vinculo pacis, in ipsa denique catholica ecclesia non estis nobiscum.* Grande ergo nimis et ultra modum est enorme peccatum illorum. Et quia vera est apostolica sententia,
Rom. 1, 32. Gal. 5, 21. que dicit: *Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur — non solum autem, qui faciunt, set et qui consentientibus et facientibus consentiunt —,* pro certo noverint se esse participes eorundem iuratorum, quicunque eos non abhorrent, set amplectuntur et in tantum consentiunt, ut os et lingua eorum existant, dum abbates, prepositos et plebanos ad promittendam indebitam obedientiam suis persuasionibus inclinant[e] ac precipitant[e].

Si[a] de gentilitate vir[k] aliquis eruditus kathedram sibi usurparet episcopalem, quis tam absurdus et a recto sensu tam esset alienus, qui diceret sacerdotes catholicos obedientiam illi innoxie posse promittere, animarum curam secure ab eo suscipere, in capitulo illius licenter residere et iudicia illi respondere, cum in hiis omnibus honorem illi episcopalem deferrent et, quantum in ipsis, ius ac potestatem in ecclesia tribuerent? Quod quia dementissimum iudicaretur, quemquam astruere de pagano, cur non

a) *littera initialis minio inserenda deest c.* b) *librarius praepositiones vocabulis sequentibus connectere solet. Econtra passim fere verborum compositorum praepositiones a verbis separat.* c) quoddam *c.* d) scismat *c.* e) *ita c.* f) *deest c.* g) pp *c.* h) donatisticos *c.* i) inquid *c., hic et passim.* k) [illegible]

1) *Cf. Giesebrecht, 'Gesch. der Deutschen Kaiserzeit'* V. *p.* 474; *VI. p.* 445. 2) *Ep.* 93. *ad Vincentium c.* 9, § 46; *Opp. ed. Benedict. II, col.* 246. 3) *Ibidem.*

saltim eque dementissimum videtur de scismatico, cum [illegible] quia ille esset, ita iste fugiendus[a] est a catholicis et abhominandus [illegible] existentes et ille vellet et iste vult esse episcopus?

Foris est paganus per infidelitatem, foris est scismaticus per [illegible] et pacis divisionem, utique tamquam sceleratius, quod aliquando fuit [illegible] vis sit valde dampnabile Christum et eius ecclesiam numquam accedere, [illegible] bilius est a Christo et ecclesia recedere. Hoc ipsa in euangelio veritas [illegible] minori[b] dicens: *Ve tibi, Capharnaum, quia Sodomis remissius* [illegible] *quam tibi!* Ideo videlicet, quod predicationem eius multis signis et prodigiis [illegible] mendatam preter paucos recipere noluit. Quodsi iccirco[c] hec civitas [illegible] plicio Sodomitas, quanto magis illa miseranda multitudo, que Christum per [illegible] baptisma[d] receptum et diu retentum tandem pro temporali gloria et periture [illegible] per prophanum iuramentum negavit et [ad negandum] quam plurimos [illegible] tantum[e] omnino ipsa, set, proh dolor! ample etiam prelature et pingues parrochie [illegible] prebende!

De quibus omnibus dicit apostolus: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.* Petrus timore mortis sola voce, non corde Christum negavit, et nisi respectus a Christo amare flevisset, maxillam Leviathan, qui eum degluttiendum acceperat, nullatenus evasisset. In quo pensandum est, quam inenarrabilia sunt eis reposita tormenta, qui non mortis, set timore rerum amittendarum vel amore adipiscendarum Christum factis negaverunt et sine intermissione negant, dum in eisdem malefactis perseverant. Sed donet eis divina misericordia, ut cum Petro amarissime flentes de eisdem malefactis resipiscant, ut cum Petro etiam regnare valeant, ne eorum negatio tanto fiat dampnabilior, quanto fuerit diuturnior! Sacri canones et sacrosanctum euangelium nusquam omnino precipiunt aut permittunt catholicis obedientiam promittere non catholicis. Unde valde dolendum est, quod domini et patres nostri, prelati sive plebani, illis secundum canones et euangelium[h] obedientiam promittunt, qui Christum, euangelium[i], canones, omnia proiecerunt.

Euangelium[i] et canones instrumenta catholicorum sunt. Nichil hec ad illos, qui foris sunt; nichil eis iuris aut potestatis tribuunt, nichil honoris defendunt, immo omnia hec cum precipuo nostre salutis sacramento illis abiudicant et eternam eis dampnacionem denunciant. Unde Ciprianus martyr et pontifex Magno filio[1]: *Dicimus*[i] *omnes omnino hereticos et scismaticos*[k] *nichil habere potestatis ac iuris.* Et infra[2]: *Invenimus in tali facinore non solum duces et auctores, sed*[l] *et participes penis destinari, nisi a communione malorum se separaverint, precipiente per Moysen Domino et* [illegible] *dicente: Separamini a tabernaculis*[n] *hominum istorum durissimorum, et nolite tangere de omnibus, que sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, implevit, ut, quisquis se a Chore et Dathan et Abiron non separasset, penas statim pro impia communione persolveret. Quo exemplo ostenditur et probatur omnes obnoxios*[o] *culpe et pene futuros, qui se scismaticis*[p] *irreligiosa temeritate* [illegible] *rint.* Et infra[3]: *Si autem cuncti*[q] *heretici et scismatici*[r] *non habent Spiritum* [illegible] *et ideo apud nos manus eis imponitur, ut hic accipiatur, quod illic non est,* [illegible]

[a] fuingendus, *litt.* n *del.*, *corr.* fugendus c. [b] *da* c. [c] remissis [illegible]
[d] babtisma c. [e] comodo c. [f] *altera manus* [illegible] [g] [illegible]
[illegible] *et passim* c. [h] euglm *h. l. et passim* c. [i] dms c. [k] scism. *corr.* scism. [illegible]
[m] [illegible] *corr.* c. [n] tabernacul *corr.* tabernacul c. [o] obnoxios c. [p] [illegible]
stincti *Cypr.* [r] *ita Cypr.*; scismati c.

1 *Ep.* 69, *ad Magnum* § 1; *Opp. ed. Hartel* p. 749. 2 [illegible] § 9 [illegible] p. 75[illegible]
3 *Ibid.* § 11, p. 760, *paucis mutatis.*

[illegible]missionem peccatorum per eos dari manifestum est[a], *quos constat Spiritum sanctum [illegible] habere.* Item Augustinus [in[b]] libro primo de baptismo[1]: *Quos baptizant scismatici*[c], *sanant quidem a vulnere ydolatrie vel infidelitatis, set gravius feriunt vulnere scismatis. Ydolatras enim in populo Dei gladius interemit, scismaticos*[d] *terre hiatus absorbuit.* (Num. 16,1sq.) Et infra[2]: *Quid*[e] *ergo prodest homini vel sana fides vel sanum fortasse fidei sacramentum, ubi letali vulnere scismatis perempta*[f] *est sanitas caritatis, per cuius solius peremptionem*[g] *omnia illa integra trahuntur ad*[h] *mortem?* Item Augustinus contra Donatistas[i, 3]: *Non vobis obicimus nisi scismatis crimen, quod etiam heresim male perseverando fecistis. Quanti autem divino iudicio pendatur hoc facinus, lege, quod te legisse non ambigo: invenies Dathan et Abiron hiatu terre devoratos, ceteros omnes, qui eis consenserant, igne de medio eorum exurente, consumptos.* (cf. ib. 16,31sq.) Item Pelagius papa[4]: *In divisione non est consecratus, set execratus episcopus. Si enim ipsum consecrationis nomen rationabili ac vivaci intellectu discutimus, is qui cum universali detrectat consecrari ecclesia, consecratus dici vel esse nulla poterit ratione. Consecrare est enim simul*[k] *sacrare. Set ab ecclesie visceribus*[l] *divisus et*[m] *ab apostolicis sedibus*[n] *separatus dissecrat ipse potius, non consecrat.* Et post aliqua[5]: *Audite! In quodam opere suo preclarissimus doctor ecclesie Augustinus dicit*[6]: *Quod, si nullomodo recte dici potest ecclesia, in qua scisma est, restat, ut, quoniam ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in apostolice*[n] *sedis per successiones episcoporum radice*[o] *constitutam*[p] *nullorum hominum ullomodo valeat extinguere malitia, etsi nota sit et excludi non possit, set propter temporum rationem toleranda iudicetur.* Item Augustinus[6]: *Omnis catholicus secure*[q] *eam partem detestatur*[r], *cui ecclesiam universalem apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit.* Item Pelagius[7]: *Cum due ecclesie esse non possint, nos, quod absit! scismaticos iudicabitis, aut si veram in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, et illos ab unitate divisos cognoscite et communionis questionem esse sublatam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. Noli ergo, quasi nulla scismaticorum atque ecclesie differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificio sociari. Non est Christi*[s] *corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur, nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli reprobacione confingere. Unam, ut sepe dictum, que Christi corpus est, esse constat ecclesiam, que in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim, cum ab ea quisque discesserit, ecclesia esse desistit.* Item Augustinus in sermone de corpore Domini[6]: *Missa dicitur eo, quod celestis missus ad consecrandum et vivificandum corpus Christi adveniat iuxta dictum sacerdotis dicentis: Omnipotens Deus, iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum* et cetera.

Iccirco nisi angelus venerit, missa nequaquam iure vocari potest. Numquid[t] enim, si hoc misterium hereticus ausus fuerit usurpare, angelum de celo mittit Deus oblacionem eius consecrare, maxime cum eisdem per prophetam comminatus sit, di-

a constet *Cypr.* b *deest c.* c cism. *c.* d scismatiso *statim corr.* -cos *c.* e quit *c.* f [illegible] *Cypr.* precepta *c.* g *ita Cypr.:* pereptionem *c.* h at *c.* i Donat *c.* k *seq.* [illegible] [illegible] *c.* l visseribus *c.* m *seq.* ap *del. c.* n abpplice *c.* o rance *corr.* radice *c.* p con[illegible] [illegible] constitan *c.* q *seq. signo inserto pretii c.* r dicitur *c.* s XX[1] X *c.* t nunquit *c.* [illegible]

1 *De baptismo contra Donatistas I. 8, § 10; Opp. IX. col. 85.* 2 *Ibidem § 11. [illegible] 86.* 3 *Ep. 87, § 4; Opp. II. col. 208.* 4 *Ep. ad Iohannem patricium, Mansi IX. col. 730; Jaffé nr. 983; Coll. Brit. Pelag. Ep. 11; Deusdedit Coll. can. I. c. 142. 144; Grat. Decr. C. 24 qu. 1. c. 33.* 5 *Ibidem col. 731; paucis mutatis.* 6 *Non inveni.* 7 *Ep. ad Vitalem et Paulinum; Mansi IX. col. 732; Jaffé nr. 934; Coll. Brit. Pelag. Ep. 22; Deusdedit l. c. c. 142. 143; Grat. Decr. C. 24, qu. 1, c. 31).*

cens: *Maledicam benedictionibus vestris.* Quod si benedictionibus [illegible] maledicturam veritas, quid erit de hostia? Ergo dicemus illum [illegible] dici, quem scimus a Deo fore maledictum cum sua [illegible]? Si enim Deus maledixerit, et symoniacus benedixerit, quis eorum prevalebit? Numquid [illegible] maledicti ad nichilum poterit redigere verba verissima comminantis D[ei]?

Ex his colligitur, quod hereticus a catholica unitate [illegible] sacramentum conficere, quia sancti angeli, qui huius misterii celebrationi [illegible] [so]lent[e]], tunc non assunt, quando hereticus vel scismaticus hoc misterium te[illegible] [pre]sumit. Et ergo foris sunt scismatici et Spiritum sanctum non habent, [illegible] tiones eorum maledictiones sunt. Quomodo se esse catholicum [illegible] scismatis capiti per errorem se, per obedientiam affligit[f]? Aut quomodo errorem non approbat, qui errantibus amore temporalium periculosa communione se consot[iat]? [illegible] Innocentius papa[1]: *Error, cui non resistitur, approbatur;* [illegible] *occulte, qui manifesto facinori[g] desinit obviare.* Qua de re, quisquis obedientiam promittit illis, quisquis quamlibet prelaturam seu parrochiam seu altare ab eis suscipit, iste contra sanctos patres contraque salutem suam in eorum, qui extra ecclesiam sunt, partem et societatem transit, quibus, quantum in se est, potestatem ac ius in ecclesia tribuit. Unde necesse est, ut, sicut supra dictum est, et dampnacionem eorum excipiat, nisi per condignam penitentiam ad matrem ecclesiam recurrat. Set fortasse [illegible] ignorantia[h] defendit et excusat. Audiat ergo, quid Pelagius papa dicat[2]: *Nec illud,* inquit, *eis prodest ad excusationem, quod ignorantia rationis* [illegible] *sui in partem scismaticorum secesserunt.*

O quam vili [precio[e]] preciosissima hominum venduntur, dum pro vestimento et pane anime commutantur! Ad hoc enim modo Christo et ecclesie[k] abiuratur, ad hoc modo obedientia promittitur, ut mundi gloria, que ventus est, ac res, que in sordes rediguntur, aut abundanter possideantur aut possesse[l] non amittantur. Si diligenter adtenditur, si cordis oculus aperitur, non alia adhuc[m] causa, non alius fructus, quare Christus[n] proiectus sit, invenitur. O fugitivi honores, o periture delitie, que dilectores vestros desertorum Christi numero applicastis, quos plane tanto maiori periculo inmersistis, quanto occultiori ac subtiliori[o] sub honesto obedientie nomine diaboli illos laqueo astrinxistis[p]! Ad quorum deceptionem[q] etiam hoc accedit, quod nonnulli eruditi viri levigant huiusmodi obedientie sponsionem, nullas tamen super hoc auctoritates aut rationes[r] afferentes, set ex suo tantum[s] sensu hoc astruere presumentes[t]. In quo nimirum veniunt contra sanctos ecclesie doctores, qui in suis scriptis viam[u] [illegible] [re]giam monstraverunt, quorum dicta aut penitus non[v] noverunt aut scienter contempnunt aut culpabiliter[w] oblivioni tradiderunt. Dicit nanque beatus Ieronimus[x, 3]: *Non* [illegible] *aliquid* [illegible] *loqui, nisi* [illegible] *de scripturis fuerit* [illegible] *et approbatum.* Item sanctus Ysidorus episcopus[3]: *Qui propter voluntatem Domini, vel propter quod in sanctis scrip-*

[illegible] benedictionibus [illegible] benedictionibus [illegible] [illegible]
[illegible] affligit [illegible]
[illegible] ignor[antia] [illegible]
[illegible] Christus [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] expositione XXVIII [illegible]

1) [illegible] 2) [illegible] 3) [illegible]

[illegible] *evidenter precipitur, vel dicit aliquid vel imperat, tamquam falsus testis Dei aut*
[illegible] *sacrilegus habeatur.* Evidenter autem exclamat[a] apostolus dicens: *Que conventio Christi cum Belial[b]? Aut qui consensus templo Dei cum ydolis? Aut que societas luci ad tene-*
[illegible] *bras? Que autem pars fideli cum infideli[c]?* Item Iohannes apostolus et euangelista probat a minori[d] catholicum non catholico obedientiam promittere nullomodo debere,
2. Ioh. 10. evidenter ita precipiens in fine secunde epistole sue: *Si quis venit ad vos et sanam*
*f. 138. *doctrinam non affert, nolite recipere eum in domo nec 'ave' ei dixeritis.* **Nam qui dicit illi 'ave', communicat operibus eius malignis[e].* Sana autem est doctrina, salvatorem nostrum Iesum Christum unum esse et indivisum, unam eius ecclesiam et indivisam. Quam videlicet[f] doctrinam isti non afferunt, qui ecclesiam in partes, quod fieri non potest [sciderunt[g]] atque ideo se ipsos ab ecclesia diviserunt, perversissime docentes, erroneam partem suam esse catholicam et catholicam ecclesiam erroneam.

Sanctus presbyter Beda super iam memorata verba Iohannis[1]: *Hec Iohannis[h] de scismaticis sive hereticis detestandis, que verbis docuit et factis exercuit. Narrat enim de illo auditor eius, sanctissimus et martyr fortissimus Policarpus, Smirneorum antistes, quod tempore quodam, cum apud[i] Effesum balneas lavandi gratia fuisset ingressus et vidisset ibi Cherinthum, exilierit[k] et discesserit continuo non lotus dicens: 'Fugiamus hinc, ne et balnee[l] ipse corruant, in quibus Cherinthus[m] lavatur, veritatis inimicus'. Idem etiam Policarpus, Marcioni aliquando cum occurrisset dicenti sibi: 'Agnosce nos!' respondit: 'Agnosco, agnosco primogenitum sathane'. Tanta tunc apostoli et eorum discipuli in religione cautela utebantur, ut ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum,*
[illegible] *qui a veritate deviaverant, habere paterentur, sicut et Paulus dicit: Hereticum hominem post primam et secundam correpcionem devita.*

Ecce, mi amice, si iuxta tantorum virorum auctoritates et exempla non[n] sunt huiusmodi[o] homines vel ad momentum salutandi, quod valde minus est: quomodo secure eis diuturna obedientia promittitur et exhibetur[p], quod multo maius est? Si communicat operibus eorum malignis, qui salutat, cur non multo magis communicare cernitur, qui obedientiam pollicetur?

Adducantur adhuc et alii viri apostolici ad propulsandam istius communionis inmanitatem. Pelagius papa dicit[2]: *Unitati non communicat, qui scismaticis communicat.* Item Martinus papa et martyr[3]: *Non liceat clericis vel laicis ab hereticis eulogias accipere, quia maledictiones sunt magis quam benedictiones, neque liceat cum hereticis aut scismaticis orare.* Item Urbanus papa et martyr[4] Vilimundo episcopo: *Nos plane inter duo oppugnantia positi, inter[q] impios videlicet et scismaticos, scismaticis ullomodo communicare non[r] possumus, [istis[g]] autem[s], licet peccatoribus[t] et predonibus, dispensative communicamus, quia et ecclesiam hactenus[u] sustentaverunt et se fideles in posterum pollicentur.* Quicunque in hac controversia, de qua agimus, quod tenendum est, corde tenent et tamen contrarie parti pro temporalibus adherent, non adtendunt[v], quam in-

a) [illegible] *corr.* exclamat c. b) belial c. c) infidele c. d) *ita* c. e) malgnus c. f) [illegible] videl'. g) *deest* c. h) *ita Beda*; quia c. i) aput c. k) exileret [illegible] exilierit c.; exiliret *Beda.* l) balnnee c. m) Cer. *corr.* Cher. c. n) en *alia man.* [illegible] o) huiusmodo c. p) exibetur *corr. man. s. XII*; exhibetur c. q) ut *alia man. post* [illegible] r) [illegible] s) aut c. t) *add.* vero c. u) actenus *corr.* hactenus c. v) [illegible]

1) [illegible] 2. Ep. Iohannis v. 10. Opp. ed. Giles XII, 324. 2) L. c. col. 731. 3) [illegible] 32. et 33. ex interpret. Mart. Brac.; Grat. Decr. C. 1, qu. 1, c. 67. 4) [illegible] II papae in ep. ad Gaimundum, episcopum Arcesanum, data. Coll. Brit. Urb. ep. 16; Ivonis Decr. XIV, 68; Grat. Decr. C. 26, qu. 2, c. 3.

possibile sit dimidium hominem cum Deo et dimidium [illegible] totum hominem. Deus aut totum possidet diabolus [illegible] etsi alteri servire videatur.

Hinc in euangelio veritas dicit: [illegible] et diabolo. [illegible] tempus? Quid igitur prodest, si in multis bene [illegible] servire [illegible] servit diabolo, quia omne sibi meritum ante Deum [illegible] exacerbare non formidat? Hinc Salomon dicit: [illegible] Et apostolus: *Modicum fermentum totam massam* (bonorum videlicet operum [illegible]. Item Iacobus apostolus: *Si quis totam legem servaverit* [illegible] *est omnium reus.* Unde Innocentius papa[1]: *Qui in* [illegible] *reus* [illegible] *in* [illegible].

Quoniam de scismaticis, quam abhominandi quamque sint in communionem [illegible] tandis, plura iam diximus, superest, ut tandem, qui sint, videamus, ne forte [illegible] dicant, quod non sumus, aut ne nos illos, quod non sunt, dicamus. Multe [illegible] tates prophetice, euangelice et apostolice, quod ecclesia per universum orbem terrarum dilatata est, quod, tacentibus auctoritatibus, nemo negare potest. Unde et catholica, id est universalis, dicitur, quia per universum mundum diffunditur. Si hec vera sunt, immo quia verissima sunt, pars, que Paschalem[k] tenet, ecclesia non est, quia, si ecclesia esset, iam catholica ecclesia tota perisset et ad angustias solius Teutonici[l] regni redacta esset, quod solum predictum virum[m] partim amore, partim timore cesaris tenet. Quia igitur hec pars ecclesia catholica non est, restat, ut illa sit, que iuxta nomen suum universalis per universum mundum diffusa est. Ipsa est, quam in [illegible] confitemur, ipsa est vera mater, per quam in baptismo regeneramur, ipsa tenet papam Alexandrum, qui iccirco[o] legitimus et apostolicus, quia in eum ipsa, ut sibi [illegible], catholica consensit ecclesia. Ipsum tenent apostolice sedes, videlicet Alexandrina, Antiochena, Ierosolimitana, de quibus superius[2] Augustinus dicit: *Omnis catholicus* [illegible] *partem*[p] *detestatur, cui ecclesiam universalem, apostolicis sedibus roboratam,* [illegible]. Igitur pars Paschalis cum ipso detestanda est, quia ecclesia non est, et pars Alexandri tenenda, quia ecclesia catholica est. Ad hanc veniat, ad hanc redeat, quicunque eternam dampnacionem evadere desiderat.

His omnibus, o amice, diligenter consideratis, quid vobis faciendum sit, cognoscere potestis, scilicet ut peniteamini quam intime de promissione indebite obedientie. Et ne fallat vos in hac causa multitudo spiritalium virorum in eodem, heu! reatu lapsorum, audite sancti Spiritus in veteri lege per Moysen preceptum: *Ne sequaris,* inquit, *turbam ad malefaciendum.* Subtrahite ergo vos a viro illo congruis occasionibus, quamdiu potestis, et si tandem vobis vim intulerit, si omnino seculum relinquere non vultis, latitate interim, non resignata parrochia, ubicunque oportunum fuerit, donec omnipotens Deus pro sua misericordia ecclesiam suam respiciat et ab ea[q] tantam inpietatem avertat. Habete pre oculis[r] illud euangelicum: *Quid proficit homo,* [illegible] *universum mundum, se ipsum autem perdat et detrimentum* [illegible].

[illegible]

1) [illegible]. 2) [illegible] p. 112 [illegible].

Libet[a] aliqua hic adicere de hominio, quod[b] plerique pro terrenis faciunt his, qui duplo foris sunt, putantes se adhuc catholicos permanere; dicere etiam adhuc pauca de promissione scismatice obediencie. Superius[1] dicta est sentencia divina et apostolica prevaricaciones istas terribiliter prohibentes[c], hanc opinionem[d] destruentes[c]; cf. Num. 16, 26. divina: *Separamini ab eis et nolite tangere de omnibus, que ad eos pertinent, ne pereatis* 2. Ioh. 11. *in peccatis eorum;* apostolica: *Qui dicit illi 'ave', communicat operibus eius malignis.* Igitur si illi, qui se a Chore et Dathan et Abyron non separaverunt, tales facti sunt, quales et illi fuerunt et sunt[e], isti, qui illorum horrendo exemplo non terrentur[f], quid aliud esse possunt, quam hii, quibus se hominio aut obedientia aut sola familiaritate affigunt[g]?

Videamus similitudinem! Due menbrane vel duo ligna[h] suo scilicet[i] corporali ac visibili glutine conglutinata sibi, nunquid nisi a se invicem, soluto[k] glutine, separata diversis esse in locis possunt? Ecce, due persone suo videlicet spiritali et invisibili glutine, hoc est animorum[c] coniunctione, conglutinate sunt et confederate; cuius conglutinacionis et confederationis aperta et invisibilia signa atque[l] indicia necnon[m] et firmamentum[n] sunt hominium et obedientia. Ecclesia[o] autem[p] et[q] scisma duo specialia[r] loca sunt, valde sibi invicem contraria et a se multum diversa. Ecclesia locus Matth. 7, [illegible] in petra, scisma locus in harena[s]. Nunquid ille persone sic conglutinate et unite in tam contrariis et tam diversis locis esse possunt, altera sine altera, illo inter se glutine stante ac perseverante et alteram sine altera nequaquam sinente? Set sicut idem glutinum non efficit, ut illa, que foris est, intus sit, ita profecto[t] efficit, ut ista cum illa foris sit, quanquam intus esse videatur.

Forsitan ista illi connexa non est aperte ad errorem, sed connexa est, mediante hominio et obedientia, ad familiaritatem, contra quam iam memorate tam terribiliter [illegible] 18. intonant auctoritates[2]. Quia ergo ista[u] ab illa se non separat, quia tangit, que illius sunt, et ita in peccatis eius involvitur, constat profecto[t], quod etiam scismate, quod peccatorum illius forsitan permaximum est, involvitur; de quo exire non poterit, nisi connexio illa animorum[c] simul et hominum atque[l] obediencia, cause videlicet scismatice involucionis, quasi infelix glutinum perfecta prius alienacione et penitencia solvantur.

Quis enim adulterii vel alterius cuiusquam criminis absolucionem unquam[v] meruit aut mereri poterit ante perfectam cessacionem? Nonne multum plus est, magnos honores quamvis perituros per hominium et obedientiam accipere vel retinere quam 'ave' dicere? Et si tantilli et tam momentanei verbi prolatores alienis peccatis plenissime onerantur, quid de illis fiet, qui in tam magnis et tam diuturnis malis prevaricantur? Quid adhuc dicemus? Si verum est, immo quia verissimum est, quod ipsi Christo obediencia promittitur et exhibetur, quando[w] katholico[x] eius membro promittitur et exhibetur, consequenter verissimum est, quod etiam diabolo obediencia promittitur et exhibetur, quando scismatico eius membro promittitur et exhibetur.

Idem est de hominio. Quidquid enim membro secundum voluntatem capitis ex-

[illegible] Libet [illegible] b) q *multo post corr.* qd' c. [illegible] e) *ita* c. d) oppionem *corr.* [illegible] f) [illegible] g) affligunt *radendo corr.* affigunt c. h) liga [illegible] sed' *[illegible]* *et in marg. alia manu post corr.* scilicet c. k) sul. *corr.* sol. c. [illegible] n) firmt *corr.* firmamt c. o) Ecela *alia manu post corr* Eccla c. p) au c. [illegible] r) spalia c. s) arena *corr. superscribendo* harena c. t) proffecto c. [illegible] v) nqua c. w) *seq.* scismatico *alia atram. del.* c. x) cath. *corr.* [illegible]

1) [illegible] *supra* [illegible] 111. 114. 2) [illegible] *supra p.* 114.

hibetur, ipsi capiti exhibetur, veritate teste, que dicit: *Quod uni [illegible] ex minimis [illegible] fecistis, mihi fecistis.*

Set dicit aliquis: 'Obediencia de bono bona est et [illegible] quibus [illegible] exhibeatur'. Dicat etiam: 'Cultus divinus est bonus et [illegible] exhibeatur'. Ergo bonum est et remuneracione dignum [illegible] exhibere? Sane sicut divino cultu nemo colendus est nisi solus Deus, [illegible] cultu et nomine, veneracione et obediencia ecclesie nemo colendus [illegible]. Si scismaticus dicit mancipio suo: 'Da pauperi elemosinam' et [illegible] est illa obediencia, numquid recinere iustum est, catholicas [illegible] Christi in [illegible] preposituris, in parrochiis a scismaticis suscipere et hii [illegible] promittere et exhibere, quos constat ecclesiam deserui[illegible] ideo etiam iuxta sanctum Cyprianum [illegible] omne ius in ecclesia perdidi[illegible]. Quod [illegible] adhuc kathedras, scilicet loca catholicorum tenent; quod adhuc [illegible] Christi [illegible] dent, non iure, set per rapinam et sacrilegium tenent et possident [illegible] sacrilegium sacras res usurpat, nemo prudens[k] ignorat. Set [illegible] Christi baptismi percepcione sacrate sunt, quedam ex eis eciam sanctitate sancte vite [sancti]ficate sunt. Has sacras, has sanctas res Christi scismatici [illegible] pascendas tradunt, immo vendunt pro obediencia et servicio, quo [illegible] serviunt, et ita vendentes et ementes immane sacrilegium et rapinam committunt. [illegible] quas illi per rapinam et sacrilegium possident, quia ipsa in euangelio teste veritate [illegible] eos non pertinent, eas isti sine rapina et sacrilegio non mulgent neque tondent. Hanc rapinam prodit et increpat a minoribus Gregorius dicens in [illegible]: *Ypocrita [illegible] raptor est, quia, dum iniqua agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vite rapit alienam.* Multo magis igitur raptoris nomen et penam meretur, qui dignitatem et re[s] alienas, quam qui alienam rapere laudem non veretur. Quibus ergo argumenti[s] defendi potest illa obediencia, cuius premium sunt res aliene cum symonia? *Munus ab obsequio*, ait Gregorius in omelia [illegible], *est [illegible] impensa.* Valde autem indebita est, quia aliena et alienis et pro alienis symoniace inpensa hec obediencia. Obediencia, que hominibus exhibetur, unum est de mediis bonis, que vel bene vel male fieri possunt. Ideoque secundum causas, ex quibus prodeunt, et quibus serviunt, ita illi, contradicente apostolo, coniungere Christum cum diabolo volunt, ita luci societatem cum tenebris esse volunt. Set utrumque valde [illegible]. Longe aliud voluerunt membra Christi, longe aliud volunt, longe aliud faciunt. Ergo si membra Christi sibi esse videntur, pensent sollicite, dum pensare licet, si membra a membris discrepancia esse aut dici possint[r] ullomodo Christo capiti pariter coherencia, Domino iudicante[s], ut vel [t]premium vel mortem suis actoribus operentur.

At[t] exempla quidem plurima suppetunt[u], set unum hic ob brevitatem sufficiat. Cultus divinus bonus est ex causa, immo saluberrimus, quando Deo in veritate exhibetur, cui iure debetur. Idem ipse cultus ex causa malus est, immo perniciosissimus, quando demonibus appenditur, quibus nequaquam debetur. Ita obediencia ex causa bona est et remuneracione digna, quando catholicis exhibetur, quibus post Deum [illegible]

[illegible] possident c. k) prudent [illegible]

[illegible]

1) [illegible] p. 111, 1. 2 [illegible] 2) [illegible] 27 [illegible] *H.* [illegible] 561 [illegible] *In Evang. Hom.* I. 4, [illegible] 444

propter Deum exhibetur. Eadem ipsa obedientia ex causa mala est, immo perdicione digna, quando scismaticis exhibetur, quibus nulla ratione debetur. Quare non debetur? Et quare perdicione digna? Quia, sicut divino culto demones a suis cultoribus dii predicantur et menciuntur[a], ita[b] cultu obediencie scismatici a suis veneratoribus catholici et sacerdotes Domini predicantur et menciuntur et ad similia seducuntur, per quos mendacis obediencie exempla spargunt.

De hac adoratione dicitur in libro Hester: *Solus Mardocheus*[c] *non*[d] *flectebat genua Aman neque adorabat eum. Perdes,* inquit, *omnes, qui locuntur mendacium.* Et[e] Esayas

20. 14. propheta: *Ve hiis, qui dicunt malum homini, propterea dilatavit*[f] *infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino.* Et[g] iuxta apostolum et Gregorium loquimur, factis ergo mentimur[h].

Adhuc[i], quare perdicione digna est scismatica [obediencia[k]]? Quia paternorum terminorum transgressio est, quam Salamon prohibet dicens: *Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Sancti patres nostri superius ex parte memorati terminos nobis posuerunt, quando nos orare aut psallere[l] aut salutaciones[m] aut sodalitates[n] cum scismaticis habere prohibuerunt. Istos terminos nos audacter[o] et libenter transgredimur, quia non solum in hiis minoribus, verum etiam in quibusdam[p] maioribus scismaticis libere iungimur et vere in illam Samuelis sentenciam prolabimur: *Melior est obediencia quam victime et auscultare*[q] *magis quam offerre adipem pinguium [arietum*[r]*], quoniam*[s] *quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere*[t].

Cur ergo non videmus, cur non credimus nimis infelicem et perniciosam esse illam obedienciam, quam exhibemus per inobedienciam? O miseria[u]! Sanctis patribus nostris, qui spiritu Dei agebantur, obedire et acquiescere propter celestia nolumus et scismaticis, qui contrario spiritu agitantur, propter terrena libenter obedimus et acquiescimus. Ita vile est nobis regnum celorum et tam preciosum regnum terrenum, ut ab illo, cuius gaudia nunquam minuentur, perpetualiter[v] exterminari non formidemus, quo in isto, quod cito periturum est, super angustam substanciam[w] et ventosum honorem ad punctum[x] quasi regnemus. O qualis commutacio! Pro externi hominii et scismatice obediencie male dulci fructu anime commutate! O sancte apostole, quam frustra fratrum intus perdite vivencium subtractionem nobis indicis, ubi nos fortiter

6. contestando dicis: *Denunciamus vobis in nomine Domini, ut subtrahatis vos ab omni*

*f. 140'. *fratre ambulante inordinate!* *Vere frustra, cum nobis ex nobis liceat, contra tuam increpacionem, questum pietatem putando, quocumque modo transitoria lucrari, et hiis, qui foris sunt, non astringendo, etiam si sermo tuus in nobis non capiat, illicitum[y] tamen nobis esse denuncias tale hominium: *Ecce, peccatum suum ut*[z] *Sodoma predicaverunt nec absconderunt*[a]. Ergo, tacente lingua, predicamus et docemus sive bona sive mala, que vel publice vel privatim agimus, talemque obedienciam, ubi istas de membris Christi et membris diaboli fers sentencias: *Que pars fideli cum infideli*[b]?

ib. 6, 14. aut: *Que societas luci ad tenebras?* Nonne partes sunt alium alii periturum[c] honorem et divitias impendere? Quamdiu iste partes inter eos currunt et recurrunt, quamdiu perseverant, quamdiu ita sibi invicem participant, si ille per scisma alienigena[c] et in-

a) menciuntur c. b) ia *corr.* ita c. c) Mardochus *corr.* Mardocheus c. d) *superscr.* c. e) [illegible] *spatio vacuo relicto suppl.* c. f) dilatavi c. g) et *post corr.* Et c. h) *seq.* et factis, [illegible] factis c. i) adhuc *corr.* Adhuc c. k) *deest* c. l) spallere c. m) salutacióis *corr.* [illegible] salutaciones c. n) solitates *corr. alia man.* sodalitates c. o) audaucter *corr.* u *expuncto* [illegible] c. p) quibus *corr. alia man.* quibusdam c. q) olocaustare *corr. man. saec. XIV. XV.* [illegible] c. r) [illegible] *ex Biblia suppleri.* s) quam *corr.* quoniam c. t) aquiescere c. u) mi[illegible] c. v) perpetualiter c. w) supst. c. x) puet *corr.* t *expuncto* pue c. y) illicita c. z) *deest.* [illegible] a) absonderunt c. b) infidele *h. l. et saepius* c. c) e *corr.* c.

fidelis est, iste fidelis permanere non potest, quia nulla [illegible]. Set lamentabile hoc genus hominum videtur sibi posse [illegible] illa possibilia facere, dum fideli cum infideli[a] partem et luci cum [illegible] volunt; que utique valde inaniter volunt. Longe aliud[b] voluerunt sup[illegible] Christi [membra[c]], longe, longe aliud[d] volunt, ubicumque adhuc sunt, longe aliud[b] faciunt[1].

Quare apostolus negavit posse luci esse societatem cum tenebris [illegible] qui per catholicam unitatem et bonam operacionem prius [illegible] desinit et fit tenebre[e], quando se illi familiaritate coniungit, qui tenebre est per [illegible] pietatem erroris? Si se illi per familiaritatem [illegible] societatem posse cum tenebris nequaquam [illegible] apostolus negaret[2], [illegible] non assertor, set negator veritatis esset. Set quia ille tenebre[e] est per sacrilegium scismatis, eedem[e] tenebre[e] et iste factus est ex consorcio familiaritatis. [illegible] scismaticus factus est sicut ille, utpote peccatis illius involutus, a quo, ne involveretur, noluit esse separatus.

Inter hec sciendum est, quod hii, qui in hac dualitate neutri sunt, nichil[h] minus quam Pascaliste foris ecclesiam sunt, quia nichil minus pacem, id est unanimitatem ecclesie in Alexandro papa spreverunt et spernunt, de qua dicit apostolus: *[illegible]*. Non ergo sibi blandiantur, ut se scismatis[k] immunes[l] existiment, eo quod precipuum aliquod erroris sui caput non habent, quia nulla distancia est, utrum post erroneum caput an absque erroneo capite quis erit, quod[m] in omnibus heresiarchis[n] et scismarchis patet. Nunquid enim Arrius heresiarcha et Donatus scismarcha et eorum similes eo minus erraverunt aut eo minus perversi fuerunt, quod ante se sue perversitatis et erroris magistros non habuerunt? Quis hoc vel insipiens dicat?

Non ergo quisquam partem neutrorum ideo non errare aut tanto minus errare iudicet, quod unum principale sicut Pascaliste caput non habent, que nimirum pluribus pro uno male fecunda est capitibus. Nam quot[o] subiecta est episcopis et prelatis, tot profecto ad ruinam subigitur[p] capitibus perversitatis. Una quippe et eadem per omnia est eius et Pascalistarum ab ecclesia pestifera dissensio, quia una eademque legitimi episcopi reprobacio, unus idemque amborum et error. Hanc parilitatem sanctus Augustinus breviter ostendit, quia sic in sermone de blasphemia[q] hereticum et scismaticum diffinit[2]: *Hereticus est, qui non sequitur catholicam fidem. Scismaticus est, qui non amplectitur catholicam pacem.* Quid autem dicit catholicam pacem nisi universalis ecclesie concordiam? . . . ut super se loco beati Petri quamcumque personam, in quam ei conplacuerit, sicut modo illi in Alexandrum conplacuit[s]. . . . c. III.

Hinc Augustinus: *Quid[t] prodest homini vel sana fides vel sanum fidei [illegible]* et cetera ut supra. Item idem contra Donatistas[4]: *[illegible] in sacramentis: in spiritu autem[v] unitatis et vinculo pacis [illegible] ipsa denique catholica ecclesia non estis [illegible]. [illegible] set tunc proderunt, que habetis.* In quibus senteneiis luce clarius ostenditur, quod hic non

a) infideli [illegible] b) aliud [illegible] [illegible] III. [illegible] Quod [illegible]

1) V. supra p. 117. 2) Serm. LXXI, 13 § 21 [illegible] V. [illegible] 394. 3) Cf. supra p. 112, 2. 4) V. supra p. 114, 2.

agitur de unitate fidei, quam communem nobiscum habent nonnulli heretici et omnes scismatici[a], set de illa unitate et concordia apostolicarum sedium[b] et ecclesie, quam in legitimo Petri vicario idem violant heretici. De[c] qua violacione caritatis dicit Augustinus [in[d] tractatu V. in epistolam Iohannis apostoli[1]: *Dileccio[e] sola discernit[f] inter filios Dei et filios[g] diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi, respondeant Amen, cantent omnes Alleluia[g], baptizentur omnes, intrent ecclesias: non discernuntur filii Dei a filiis diaboli nisi caritate.* Item [in[h]] tractatu VII[i, 2]: *Quisquis violat caritatem, quelibet[k] dicat lingua, vita ipsius negat Christum in carne venisse, et iste est antichristus[l], ubicunque fuerit, quocunque intraverit.* Idem in libro de penitencia[3]: *Nemo digne penitere potest, quem non sustinet unitas ecclesie; ideoque non petat penitens sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesie divisos.*

Quia ergo fratres nostri neutri ex violacione fraterne caritatis et sancte unitatis antichristi sunt et scismatici et ex perseverancia istorum malorum facti sunt et heretici. Unde illud Augustini, quod in principio epistole posuimus[m] non minus ipsis quam Pascalistis congruit[4]: *Hereticos eos dicimus, set antequam ad pacem catholicam convertamini*[n]. Item illud[5]: *In spiritu unitatis et vinculo pacis, [in[o]] ipsa denique catholica ecclesia non estis nobiscum.* Item illud eiusdem in eodem libro contra Donatistas[p] scismaticos[6]: *Non vobis obicimus nisi scismatis[q] crimen, quod eciam heresim male perseverando fecistis.*

Dominus noster Iesus Christus promisit in euangelio *fidelibus suis dicens: *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quamcumque pecierint, fiet illis a patre meo. Et ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum.* Ecce autem, iam non duo aut[r] tres, set multi fideles congregati fuerant in nomine Domini in eleccione Alexandri! Ecce, non duo, non etiam multi, set tota ecclesia consensit huic electioni, quam supernus ordinator, Christus, sicut promisit, apud se ratam esse et placitam evidentissime in hoc declaravit, quod ad illam omnium fidelium suorum quasi unius hominis corda adunavit! Vere omnium fidelium suorum, quia qui in eadem universali unitate[s] non sunt, quamquam fidem verbotenus habeant[t], fideles non sunt. Qui enim non credunt, quod Christus de duobus aut tribus fidelibus suis promisit, ita etiam universitati ecclesie sue assit; qui sua rebellione astruunt[u] eum[v] suis promissionibus fefellisse[w], quem eadem rebellione ecclesie negant adesse et ideo commissarum suarum[x] sibi ovium[y] saluti [male[h]] prospiciunt, nunquid fideles sunt? Apostolus contradicit, ubi dicit: *Qui suorum et maxime domesticorum curam negligit, fidem negavit et est infideli deterior.* Ecce autem[z], illi neutrorum prelati domesticorum suorum, videlicet subditorum, curam non solum negligunt, set eos etiam, quod peius est, a Christo et ecclesia averterunt, sicut et ipsi aversi sunt! Ecce, idem ipsi subditi domesticorum suorum, scilicet[a] animarum suarum, que magis domestice sunt quam aliquis hominum, curam negligunt, quia se per prelatos a Christo et ecclesia aversos esse non dolent, quod aut non intelligunt aut pro nichilo ducunt! Quos ergo apostolus

[illegible] scism. c. b) sedn. c. c) de *post corr.* De c. d) *multo post* [illegible] e) [illegible] f) discernit *corr.* discernit c. g) anla *multo post corr.* ae via (?) c. [illegible] VII. [illegible] VII. c. k) [illegible] l) antechristus c. m) possimus *corr.* [illegible] n) convertimini [illegible] *post* pacis *rasura duarum vel trium litterarum c.* p) do- [illegible] q) scismatici c. [illegible] s) in unitate eadem univers. *litteri* a b c d [illegible] t) habent *in scribendo corr.* habeant c. u) astruit c. [illegible] z) ante c. a) sol' c.

1) [illegible] Tract. V. § 7. Opp. ed. Bened. III. col. 860. 2) *Ibid.* [illegible] VII. § 2. col. 872. 3) *Pseudo-August. lib. de vera et falsa poenitentia* c. 12. § 27; *Opp.* VI. [illegible] 4) V. *supra* p. 111, 1. 5) *Ibid. n.* 2. 6) V. *supra* p. 112, 3.

asseruit fidem negasse et infidelibus deteriores esse, numquid [illegible] fideles habendi sunt et dicendi? Ita etiam fratribus nostris neutris [illegible] Christi incredulitas et eius in eorum iudicio mendacitas [illegible] iudicarent, quare alias quasi derelicta ab eo ecclesia ipsi deserent? [illegible] incredulitas et, quod dictu nefas est, mendacitas causa est [illegible] cessionis aut forsitan timor perdendi panis.

Damnum fuit namque illi panem perdere, et ideirco [illegible] clausis oculis[a] mentis, lucem sanctarum scripturarum de bono catholice pacis et malo scismatis non videre, ut quodammodo excusabiliter possent tot ac tanti [illegible] volvere, Christum et ecclesiam deserere. *Noluit*, inquit propheta, *intelligere ut bene ageret*. Set quo fine, cum etiam simpliciter ignorantes iuxta apostolum ignorentur [illegible] Deo? Item memoratus propheta: *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Hinc [illegible] Augustinus[1]: *Hec de omnibus temporalibus commodis intelligendum est, quorum am[illegible] cum timent homines, ad eterna [illegible] non veniunt.* Quid autem aliud[c] est pro pane Christum et ecclesiam deseruisse, quam pro pane Christum et ecclesiam vendidisse? Ubi gratia alicui ignava[d] contingit ex vecordia[e], qualicunque vili aut parvi precio magne hereditati sue renunciare ab omnibus iudicatur et vere iudicatur vendidisse. *Iustum*, inquit propheta, *vendiderunt pro argento et pauperem pro calciamentis*. Tam vili pauper modo Christus et eius ecclesia venditur, qui profecto [illegible] venditoribus dives, set valde terribilis in iudicio videbitur.

Vobis neutris dicit Christus: *Qui non est mecum, contra me est, et qui non colligit mecum, dispergit.* Vos cum ecclesia eius non estis, cuius in Alexandro, quem ipse ei prefecit, unitatem non tenetis. Unde illud beati Cypriani martyris et episcopi ad Pupianum[f, 2] vobis ingerimus: *Qui cum episcopo non est, in ecclesia non est*, et illud eiusdem[3]: *Alienus est, profanus est, hostis est, non potest habere Deum patrem, qui universalis[g] ecclesie non tenet unitatem.* Et quia cum[h] ecclesia non essendo cum Christo non estis, contra ipsum estis: *Et qui mecum*, inquit[i], *non colligit dispergit*[k]. Vos prelati, vos subditi[l], per scismatici erroris devium, dispersum gregem Domini, vos ipsos scilicet resipiscendo et ad unitatem revertendo et quoscunque revocando non colligitis, et quia non colligitis, dispergitis. Dicit itaque Christus ad vos et in vos: *Framea suscitare adversus eos, qui dispergunt gregem meum.* Sentencia, inquam, extreme animadversionis velut acutissima framea, corpus et animam occidens, adversum vos suscitabitur, quando vobis dicetur: *Discedite a me, maledicti, in ignem eternum, qui preparatus est diabolo et angelis eius.* Quid facietis? Quam excusationem pretendere poteritis et ad illam eque Christi sentenciam terribilem, quam ad preciosum martyrem suum Petrum, Alexandrinum episcopum, pro ipso in carcere positum contra perditissimum Arrium demisit[m, 4]? Cui cum inestimabili lumine et habitu pueri circa medium noctis apparens et tunicam a summo usque deorsum conscissam preferens, quam circa pectus ambabus manibus coniungebat, quodammodo cooperiens nuditatem suam, episcopo dicenti: Quid est, Domine, quod video tunicam tuam scissam a summo usque

a) occulis c. b) *superscr.* c. c) liut c. d) ign. [illegible] *corr.* ignava c. e) uecordi c. f) Pompinianum c. g) univers [illegible] h) *Is sec.* c. i) inquit *ex* inquid c. k) dispg c. l) vos s. [illegible] *scribendo corr.* demisit, *sed litteras* [illegible]

1) *Non inveni.* 2) *Ep.* 66, *ad Florentium Pupianum* § 8; *Opp. ed. Hartel* p. 73[illegible] 3) *De unitate eccl.* § 6; *ibid. p.* 214. 4) *Cf. s. Petri Alexandrini passionem* [illegible] *Spicilegium Romanum III.* 679 *sq.*; *Acta SS. Febr. III. p.* 640. *Baronius, Annales* [illegible] *A. Theiner III.* 310.

deorsum?' respondit: 'Cottidie inde tractas et nescis[a], quomodo scissa est? Arrius cf. [illegible] namque hoc fecit, qui separavit a me populum[b] hereditatis mee, comparatum sanguine meo. Precipio nunc tibi et moneo, ne recipias eum in communionem nec rogantibus hiis, qui venturi sunt ad te, quos ille direxerit, veniam ei prestes'.

Diximus et iterum dicimus, quidnam facturi sitis, quomodo ante hanc eandem ib. nimium horrendam increpacionem subsilere velitis, quando dicetur vobis: 'Eciam vos neutri separastis a me populum[b] hereditatis mee, estote ergo et vos a me et ab omnibus sanctis et electis meis atque omni celesti Iherusalem separati in sempiternis suppliciis[c]!'

Quid adhuc ad correctionem fratrum nostrorum dicere possumus? Unum[d] e duobus eos nobis concedere oportet, quia nulla tergiversacione[e] negare possunt: aut ecclesia post Alexandrum errat aut non errat. Si non errat, quare nobiscum illum non tenent? Si autem errat, demonstrent oportet alias apostolicas sedes et aliam ecclesiam eisdem sedibus roboratam[1] atque alium apostolici nominis virum, quem cum illis sedibus et illa ecclesia teneant, alium quoque orbem terrarum[f], per quem illa sua ecclesia dilatata sit, ut eorum rebellio habere locum possit! Que quoniam nequaquam demonstrare[g] possunt, desistant esse neutri, quod absurdissime, ut interim non dicam[h] perditissime, sunt, cessentque ulterius errare et ante clarissimam lucem scripturarum mentis oculos[i] claudere neque velint diucius imitari insipientem et infelicem Donatum iam cum sua[k] parte, si non resipuit, eternis deputandum[l] suppliciis[c]. Ille quidem in apostolica sede nullum sibi pseudoepiscopum[m] constituit, non illam sedem invasit. Tantummodo a legitimo Romano pontifice, sicut et isti neutri, cf. Rom. 10,2. se cum suis coerroneis scidit, zelum Dei habens, set non secundum scienciam, zelans, inquam, quod ecclesia Romanum pontificem non reprobaret, eo quod ipse communicaret cuidam episcopo, Ceciliano nomine, quem pocius dampnare possit[n] utpote accusatum de divinorum librorum tradicione paganis ad conburendum. Quod papa facere[o] non debuit, quia in neque manifestum neque convictum neque confessum hoc contra canones fieri non licuit.

*f. 143. Set comparemus causas *errorum Donati scilicet [et[p]] fratrum nostrorum et inveniemus causam ipsorum miseriorem causa illius. Nam ille, tametsi erravit, tantum in zelo Dei, quo inprudenter motus est, erravit. At isti aut aperta fronte propter panem Christum et ecclesiam deseruerunt aut, ut hec miserrima causa suspicari de eis et obici non possit, sacrum ecclesie nomen sibi rapuerunt et hac rapina inmane sacrilegium conmiserunt. Si enim, teste Gregorio in Iob[2], predones sunt, qui *verba iustorum* ad placendum hominibus *tollunt,* quanto[q] magis predones et sacrilegi[r] sunt, qui universalis ecclesie[s] sacrum nomen auferunt, quod ipsi[t] per profanum scisma demeruerunt[u, 3] quodque per unitatem pacis commune cum illa habere nolunt, aut si sine illa volunt, valde inaniter volunt. Quemadmodum enim hereticus et scismaticus ius omne, quod prius, dum catholicus esset, in ovibus Christi[v] habuit, prolapsus in erro-

a) *alia manu post in marg. suppl. c.* b) pl'm meu. *post del.* meu *c.* c) supliciis *c.* d) unum *corr.* Unum *c.* e) tergiversione *c.* f) terrarum orbem *litteris* a b *superscriptis, corr.* orb. terr. *c.* g) demostrare *c.* h) dicant *c.* i) oce. *c.* k) *add.* parte *postea expunct. c.* l) depudandum *c.* m) seudo *corr. superscribendo* pseudo *c.* n) *ita c.* o) *add.* noluit *c., post alio atram. expunct.* p) *deest c.* q) quato *c.* r) sacrilegii *c.* s) eclie *corr.* ecclie *c.* t) ipse *c.* u) demertierunt *c.* v) *seq. cor.* hab:: *a scriba statim del. c.*

1) *V. supra p.* 112, 6. 115, 2. 2) *Greg. Moral. l. XI, c.* 2, § 4, *Opp. I, col.* 367: Qui etiam precones non inmerito vocantur, qui, dum loquuntur, quae non faciunt, in usum locutionis suae verba iustorum tollunt *etc.; v. supra p.* 117, 2. 3) *I. e. dimiserunt: cf. Du Cange, Glossarium III,* 57.

rem, teste Cypriano[1], statim perdidit, ut iam [illegible] per rapinam possideat, ita et nomen, ut iam catholicus dici non possit aut [illegible], set hereticus et scismaticus, que nomina prorsus aliena sunt ab ecclesia, [illegible] absque re sacramento baptismi sive altaris sive ordinum. [illegible] Pelagius papa[2], Cyprianus[3] et Augustinus[4], qui [illegible] huiusmodi hominibus presumuntur, virtute propria carere astruunt, quippe qui Spiritum sanctum perdiderunt, qui per catholicos ministros [illegible] invisibiliter operatur; quorum benedictiones magis maledictiones sunt[5], quia [illegible] non percipiuntur.

Videant igitur et fratres nostri neutri, quo [illegible] sacro altari [illegible], qua confidencia illa sacratissima verba canonis proferant[6]. *[illegible] supplices rogamus, ut benedicas hec sacrificia illibata, inprimis que tibi offerimus pro ecclesia sancta tua catholica, quam pacificare, custodire, adunare et regere [illegible] toto orbe terrarum.* Ipsi in toto et etiam toto orbe terrarum non sunt, set in parte [illegible] in angustiis Teutonici regni sunt. Ideo quod catholica ecclesia non sunt, nec de ecclesia sunt, quia extra unitatem ecclesie sunt; ergo pro se non orant, quando pro ecclesia orant. Si autem pro Pascalistis orant et illos ecclesiam esse existimant, nequaquam et illis ista verba canonis *toto orbe terrarum* congruunt. [illegible] que esset, pro corpore orare et caput illius non tenere nec pro illo orare, pro quo ergo in ecclesia orant, quando verba ista *toto orbe terrarum* resonant. Si pro nobis, qui Dei gratia in *toto orbe* ecclesia sumus, quia auctoritatem apostolicarum sedium et catholicam pacem[l] in Alexandro custodimus, verba illa promentes orant, absurdissima est etiam pro nobis, contempto capite nostro, eorum oratio, quam Domino non commendat ecclesiastice[m] unitatis communio, extra quam omnes preces et sacrificia non solum omni fructu carent et conveniencia, set eciam celestis ire et vindicte [illegible] sunt irritamenta, secundum quod[o] ipsa veritas minatur dicens per prophetam: *Maledicam benedictionibus vestris.*

Deinde secuntur in canone et dicunt: *Una cum beatissimo famulo tuo papa nostro N. N.*[7] Quis eorum est papa beatissimus? Pascalis non est. Alexander non est. Quis alius est? Et quod nomen eius? 'Nescimus', respondeant necesse est. O inaudita[r] et monstruosa novitas[r]! Episcopum aut advocatum non habent sine nomine, bubulcum aut subulcum non habent sine nomine, bovem aut canem non habent[s] sine nomine: et papam sine nomine habent! Mirum valde, quod electores[t] eiusdem pape ita stupidi, cum eligerent, fuerunt, ut ei nomen imponere aut obliti sunt[u] aut invenire nequiverunt[u]! Quando sermonem faciunt, si, pro papa suo ut oret, populum exhortantur, quid, si a curiosis de nomine eius interrogantur, quid respondere possunt, nisi digna risu, ad[v] quos tot in annis pape sui nomen pervenire non potuit?

Quod si hoc modo exhortacionem suam formant, ut in apostolica[w] sede idoneam Deus personam suscitet, ita hec exhortacio sonat, quasi adhuc sedes illa vacet, in qua

[illegible] presumuntur [illegible] [illegible] sacrificia [illegible] sacrificia [illegible] O [illegible] audita [illegible] electorum [illegible] electores [illegible]
w) [illegible] v) quam [illegible].

1) *Ep. 69. ad Magnum de baptizandis Novatianis* § 1, *Opp. ed. Hartel* p. 749 [illegible] *Firmiani Ep. 64. ad Cyprianum* § 7; *ibid.* p. 814. 815. 2) [illegible] supra p. 112, 4 [illegible] 3) *P.* 111, 5. 4) *P.* 110, 2. 112, 1. 2. 6. 19. 2. 5. 5) [illegible] supra p. 11[illegible] 6) [illegible] *gorii Magni lib. sacramentorum; Opp. ed. Benedict. III. col.* 2. 3; [illegible] 7) [illegible]

tamen iam eorum *beatissimus papa* sine nomine, set in canone tantum sedet. Ita in canone[a] papam sine nomine habent, extra canonem nullum habent; unde eciam cum plebe sua Deum orando fatigant, ut eciam extra canonem habeant, quem quia ex nomine demonstrare nequeunt, ut putamus, ipsum et nomen eius in presciencia Dei esse dicunt. Set nunquid idcirco Alexander legitimus episcopus non est, quia prescit Deus, quis illi legitima successione successurus[b] sit? Nisi forte dicunt, esse quandam mirabilem et in sanctis scripturis inauditam Dei prescienciam, in qua papam suum[c], nescio quem, quod et ipsi nesciunt, Alexandro Deus superordinaverit, et si dici fas est, superposuerit, quem[d] tantum nondum ecclesie dedit; ex quo tamen Alexander mirabili modo apostaticus sit!

Quorsum[e] autem istas ridiculas inepcias persequemur? Dicamus pocius, quod dicendum est. Unum itaque e duobus omnino verum est: aut Alexander propter Pascalem legittimus[f] episcopus non est, aut Pascalis[g] propter Alexandrum legitimus non est. Si legitimus Pascalis est, Alexander non est. Si Alexander legittimus[f] est, Pascalis non est, quia nulla omnino alia causa est, quare legitimus non est alter, nisi ea, quod alter per canonicam electionem et catholice ecclesie unanimitatem legitimus est. Si Pascalis hanc electionem et unanimitatem haberet, Alexander legittimus[f] [non[h]] esset. Set quia hanc Alexander habet, et Pascalis non habet, Alexander legittimus[f] est, quod idcirco Pascalis esse non potest. Ambo illi illegittimi[f] esse non possunt, quod tamen fratres nostri etiam Alexandrum esse, nescio unde, volunt, nisi forte quispiam in tantum[i] deliret, qui propter obiectum contencionis eum [non[h]] legittimum[f] esse iudicet. Si nemo ei de contencione calumpniam struat, contencio ex parte illius est, qui eum
*f. 144. inpugnat. *Ipse[k] non contendit. Violenciam patitur, non facit. Tantummodo manet, quod per canonicam eleccionem et ecclesie unanimitatem factus est. Si hoc contencio est, hec solummodo eius contencio est. Nam quod in Victorem et Paschalem[f] et eorum fautores officium suum exercuit, in eius arbitrio [non[h]] fuit, nec hoc dicendum est contencio, quod est pastoralis officii et legitime potestatis execucio[l]. Nova non sunt, que in eum contra Deum et iusticiam fiunt. Sic sanctus Cornelius papa et martyr apostolice sedis invasorem Novacianum, Romanum presbyterum, non sustinuit; sic Symachus papa Laurencium, sic Innocencius papa Petrum Leonem, sic Gregorius VII[us] Wicbertum a seniore rege Henrico[m] intrusum, sic Paschalis[f] papa Burdinum a iuniore Henrico[m] intrusum: et tamen ecclesia propter invasores et contenciosos legitimos episcopos non abhorruit, non deseruit, set eos fortiter tenuit. Soli infelices invasorum et contentiosorum fautores cum ipsis perversitatis capitibus[n] se a sancta ecclesie unitate sciderunt. Nulli tunc, quod comperimus, neutri fuerunt. Unde pudeat eos, qui modo sunt, et neutralitatem suam deserant et aut Pascalem extra unitatem ecclesie, extra quam tamen Pascalistis deformius sunt et ridiculosius[o], aut Alexandrum in unitate ecclesie teneant. Set neutrum habere malunt, quia hoc cesarem et velle et supportare noverunt. Quid autem suspicari[p] possumus, quare Paschalem[f] pro legitimo episcopo non habeant, nisi quod a sua consciencia accusantur Alexandrum legitimum esse, set miserabili timore perdendi panis, ut supra dictum est, eum tenere non posse? Set
Matth. 10, 28. nunquid excusabiliter? Augustinus superius[q] contradicit, precipue ipsa veritas: *Nolite,* inquiens, *timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non occidunt, set pocius timete*[r] *eum, qui potest et corpus et animam perdere in gehennam.*

a) [illegible] b) successurus *corr.* succ. *c.* c) sirum *c.* d) q̃u *c.* e) Quorsum *alia manu* [illegible] f) [illegible] t *c.* g) Pacalis *c.* h) *deest c.* i) itm *c.* k) *f. 144. in novo* [illegible] l) execacio *corr.* execucio *c.* m) H. *c.* n) *seq.* suis *expunct. c.* o) [illegible] p) suspicare *c.* q) supeius *corr. superscribendo* superius *c.* r) a. a. ñ o., [illegible] t. *c.*

Que ergo ibi erit excusacio[a] panis, ubi etiam [illegible]? Aut forsitan ita senciunt, quia canonice electioni et [illegible] ecclesie [illegible] hoc, quod persona Alexandri[b] tam vehementer cesari displicet [illegible], eadem electio et unitas in eo rata esse non possit? Non [illegible]! Nam papalis electio iam facienda non esset, nisi prius [illegible] imperatoris aut regis, ne forte ei displiceret persona, que eligenda esset [illegible] ecclesia[c] libertatem electionis, quam ab antiquis temporibus ex censura canonum huc usque etiam in inferioribus quibusque dignitatibus[d] inconvulsam servavit, [illegible] divina clemencia, usque in finem servare debebit. Verum quidem est, quod quidam apostolici viri quibusdam regibus calore christiane religionis ferventibus eligendi [illegible]mum pontificem et ordinandi apostolicam sedem, necessitate cogente, potestatem concesserunt. Que concessio cum postea ad malum finem declinasset, aliis[e] eque apostolicis viris agentibus et innitentibus, ipsi reges et imperatores eidem concessioni et potestati renunciaverunt.

Que si quis plenius cognoscere[f] velit, legat Gracianum[1] vel potius decreta [illegible]ticum. Nos ad defensionem nostre assercionis[g] unum ex pluribus sacrorum canonum conditoribus adducere sufficiat, sanctum papam Gelasium ita scribentem ad imperatorem Anastasium[2]: *Duo sunt quippe, inperator auguste, quibus hic mundus principaliter regitur, auctoritate sacra pontificum et regali potestate. In quibus [illegible] pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum[i] in divino reddituri[k] sunt examine rationem.* Et post pauca: *Nosti itaque inter hec ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam posse redigi voluntatem.*

Quod, rogo, suffugium erroris sui[l] adhuc habent fratres nostri neutri? Quod si hoc modo valde immunes esse nolunt omnium memoratorum et adhuc[m] memorandorum malorum, que in Christum et ecclesiam[n] eius commiserunt et cottidie[o] committunt, quibus se ipsos sancto eius Spiritu ac sacratissimo corpore et sanguine ipsius et remissione peccatorum omniumque, ut breviter dicamus, carismatibus gratiarum interim privaverunt et in illa vita, nisi corrigantur, omnium consorcio bonorum[p] . . . ut nobis, qui Alexandrum tenemus et, quod sepe dicendum est, Dei gratia ecclesia sumus, ecclesie sicut ex parte supra dictum est, nomen derogent et sue hoc particule arrogent? Quod si ita senciunt, noverint pro certo, memorata mala se nec ad punctum declinasse vel minuisse[q], immo vero vehementer auxisse, katholicos erroneos iudicando et alias Christo fallacias inponendo, scilicet quod ipsi sint, quibus se affuturum promiserit, et assit, quod nunquam talibus promisit nec unquam talibus exhibebit, quia ea tantum fidelibus suis promisit. Adest quidem in ipsis[r], nisi corrigantur, per eternam vindictam; adest semper, ut promisit, ecclesie sue per gratiam. Matth. [illegible]

Si ipsi ecclesia sunt, qui in paucissimis Teutonici[s] regni locis coartati sunt, tunc aut ecclesia de toto orbe terrarum periit, et false sunt auctoritates, quas de eius

a) accusacio c. b) Alexandria [illegible] Alexandri [illegible] [illegible]tatibus c. e) alliis c. f) cogn. c. g) ass[illegible] [illegible] k) reditur[illegible] corr. reddituri [illegible] l) sui [illegible] m) adhuc [illegible] n) [illegible] corr. ecclam c. o) cottidia [illegible] [illegible] q) minuisse c. r) ipsis [illegible]

1) *Gratiani Decr., quod auctorem nostrum nosse ex plurimis tracta[illegible] circa annum* 1150. *publici iuris factum et brevi tempore per tota[illegible] utram[illegible] eo tempore, quo tractatus noster [illegible] motum fuerit, non, ut opinor, in dubitationem [illegible]* 2) *Ep.* 12 [illegible] *Thiel I,* 350; *Jaffé nr.* 632; *Grat. Decr. Dist.* 96, c. 10 [illegible] *II,* [illegible] 41 [illegible]

per omnes gentes latitudinem Spiritus sanctus edidit, aut orbis terrarum, per quem vere ecclesia[a] dilatata est, nimis monstruose usque ad eos tantum abbreviatus et contractus est. Quid ergo faciemus, quod ecclesiam perdidimus? Ubi eam inveniemus? Paschaliste ecclesia non sunt, isti neutri ecclesia non sunt, nos, qui[b] ecclesia sumus, in eorum iudicio non sumus. Set nunquid perversum iudicium nobis auferre potest, quod sumus?

Quid ergo eis orare pro ecclesia [prodest[c]], qui non sunt ecclesia? Quocienscumque ergo laudem et oracionem pro ecclesia assumunt, inpletur in eis, quod Salo-
[illegible] mon dicit in Proverbiis: *Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Ipsi non audiunt legem Christi, legem caritatis, qua sola catholice ecclesie
Col. 3, 14. unitas, pax et concordia connectitur, secundum[d] quod apostolus dicit: *Super omnia caritatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Ideoque orationes eorum et sacrificia merito a Christo non audiuntur, non acceptantur, set execrantur. Quos etiam in Exodo[1]
[illegible] aversatur, dicens per Moysen: *Non accedat quisquam alienigena[e], qui non est ex semine Aaron, inponere ante Dominum, ut non sit sicut Chore et Dathan et Abyron[f]* . . . et tamen illi, [ut[c]] ait Cyprianus[2] *scisma non fecerant, non foras egressi sunt, set contra sacerdotes Domini impudenter et hostiliter rebellaverant;* quod nunc et hii faciunt, qui ecclesiam scindentes, contra pacem atque unitatem Christi rebelles, cathedram sibi restituere et primatum assumere et baptizandi atque offerendi licenciam vendicare conantur. Item quod alienigenae sint, probat iste idem Cyprianus in supra memorata auctoritate[3]: *Alienus est, hostis [est], profanus est* et cetera. Ponamus et aliud documen-
[illegible] tum reprobacionis Domini per prophetam in illos depromptum[g]: *Cum extenderitis,* inquit, *manus vestras, avertam oculos meos a vobis. Manus enim vestre sanguine plene sunt.*

Quomodo vero manus eorum sanguine plene sunt? Qui in parte illa prelati sunt, se ipsos et subditos[h], ab unitate ecclesie resiliendo ac seducendo, tanto crudelius occiderunt, quanto crudelior est mors anime quam corporis. Hinc Ieronimus in XIII° psalmo[3]: Quos enim ab unitate ecclesie separant, *spiritaliter occidunt,* in quibus *Christum, qui est vita* fidelium, extinguere moliuntur. Set et ipsi seducentibus consen-
[illegible] ciendo et ad unitatem non redeundo animarum suarum omicide sunt. 'Perpendant igitur, ad quem finem[i] eos sacri misterii presumptio[k] perducat, quos ab illo ipse tam terribiliter reprobat, qui hoc in verum corpus suum et sanguinem tantummodo apud catholicos transmutat! Nam quale est illud, quod in sacro canone, quem cum ceteris sacramentis et nomine ecclesie per rapinam et sacrilegium, quod alienigene[l] sibi vendicant, ad risum et subsannacionem papam sibi somniant et ita eius, qui nullus est in ecclesia, fantasticam memoriam ipsi canoni inponunt aut certe ipsa verba, que de legitimo papa agunt, ne ad fantasticum[m] papam suum referendo, delyrare videantur intercipiunt, demunt, subtrahunt, quemadmodum Arriani heretici euangelicam virtutem,
Ioh. 10, 30. ne inde convincerentur, quibusdam in locis inciderunt, quorum unus est: *Ego et pater unum sumus!*

Nonne eorum papam recte fantasticum dixerim, qui nusquam conparet, qui nullus est in officio papali, nullus in nomine, quem etiam proprio nomine ignorant, qui ecclesie nec bene nec male facit? Sane in altero prenominatorum malorum inevitabile

a) eccl. corr. eccle. c. b) seq. eccl post del. c. c) deest c. d) sc̄m corr. secundum c. e) alienigene c. f) [illegible] c; h. l. aliquid excidisse opinor. g) depromtum c. h) subditotos c. i) finene c. k) presumptio c. l) alienigene corr. superscribendo alienigenae c. m) fantasticaum corr. fantasticum c.

1) Immo in Numeris. 2) Ep. 69, ad Magnum § 8; Opp. ed. Hartel p. 757. 3) De cath. eccl. unit. § 6; Opp. ed. Hartel p. 214. 4) Cf. Hieronymi breviarium in ps. 13; Opp. ed. Vallars. VII, 2, col. 29: Et coporaliter et spiritualiter occidunt, dum Christum, qui vita est animae, ab ipsa effundere desiderant.

eis est non prevaricari, quocienscumque [illegible]. Quantum quanti reatus sit canonice scripture aliquid indebitum et indignum apponere vel aliquid diminuere[h], declarat sanctus Iohannes apostolus et euangelista, qui de quoque prevaricacione circa finem sue Apocalypsis [illegible] dicens: *Si quis apposuerit ad hec, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri huius, auferet Deus partem eius de libro vite et de civitate sancta.* Qua profecto sentencia [illegible] scripture mendaciorum insertores, sancto Spiritu promulgante, [illegible] frustra. Rumpunt enim audacter hoc sigillum et canonice scripture [illegible] pessimam faciunt, qui nomen et memoriam apostolici viri de medio tollunt, quem Deus toti ecclesie sue preposuit et eum inter sua sacramenta ex antiqua ecclesie consuetudine commemorari voluit[i]. Rumpunt hoc sigillum et canonice scripture [illegible] mendacii apposicionem faciunt, qui illum ibi ut papam commemorant, qui nullus est ante Deum hoc in nomine et officio, quem Deus ecclesie sue non prefecit nec eius memoria celebrari voluit.

Quoniam sermo noster eo usque processit[j], dicenda sunt hic aliqua de sacramento altaris, memorata prius quadam sentencia Augustini in[k] libro contra Donatistas, qua scismaticos sacramenta Christi ad iudicium habere dicit[1]: *Si vero estis, in quibus tam diligenter actum et tam diligenter manifestatum*[l], *persistite* [illegible] *relinquentes parti Christi et unitati consenseritis*[m], *de* [illegible] *sacramenta Christi, que in sacrilegio scismatis ad iudicium habetis, eadem vobis erunt, cum in catholica pace habueritis caput Christum, cui caritas cooperit multitudinem peccatorum.* Sciendum itaque est, aliud esse sacramentum, aliud rem sacramenti atque aliud effectum sacramenti. Panis igitur et vinum, que a catholicis sacerdotibus in altari ponuntur, ante consecracionem tantum est sacramentum, post consecrationem et sacramentum est, id est signum sacre[o] rei, hoc est corporis Christi et res sacramenti, id est verum corpus Christi: sacramentum in specie, res in corporis veritate. Qui digne hoc sumunt, et sacramentum et rem sacramenti et effectum sacramenti, hoc est remissionem peccatorum, percipiunt. Mali catholici duo tantum, et sacramentum et rem sacramenti, sine effectu sacramenti percipiunt ideoque iuxta apostolum iudicium sibi manducant et bibunt. Ab hereticis vero et scismaticis solum [illegible] sacramentum in visibili specie percipitur, quia iuxta ipsius veritatis senteneiam dicentis: *Maledicam benedictionibus vestris* et iuxta memoratas patrum Martini[2], Pelagii[3], [illegible] Cypriani[4], Augustini[5] sentencias per eorum benedictiones, que pocius malediciones sunt, Christi corpus non conficitur. Harum sentenciarum duas Pelagii pape etiam hic inserendas putamus[6]: *Non est*, inquit, *corpus Christi, quod scismaticus conficit, si veritati due dirigimur.* Item: *Consecrare est simul* [illegible] *et ab apostolicis sedibus divisus disseruit ipse pocius, non consecrat.*

Quomodo ergo ad iudicium habent sacramenta Christi, si sub illa visibili specie non habent et sumunt verum corpus Christi? Nimirum propter inmanitatem pre-

[illegible] canonice scripture [illegible] apponere [illegible]
premisit [illegible] voluit [illegible]
[illegible] processit [illegible] manifestatum [illegible]
[illegible] sacre [illegible]

1 *Ep.* 141, *ad populum Cirtensis Donatistas* § 13 [illegible] *II* [illegible] 461.
2 *V. supra p.* 114, 3. 3 *V.* 123, 2. 4 *V.* 123, [illegible] 5 *V.* 125, 4. 6 [illegible] *Mansi t. IX. col.* 752; *Coll. Brit. Pelag. ep.* 22. [illegible] 545 *Jaffé* [illegible]
7 *Mansi IX. col.* 730; *Coll. Brit. Pel. ep.* 11, *Deusdedit Coll. can. I.* [illegible] 142 [illegible] *Decr.* qu 1. C. 24. c. 33; *Jaffé nr.* 983.

sumpcionis, qua temerare audent illa sacratissima verba canonis, quorum virtutem evacuant sacrilegio sui erroris, etiam secundum illud Leonis pape[1]: *Veri sacrificii locus extra ecclesiam*[a] *non est.* Nonne merito ad iudicium propter nefandum mendacium, quod dicunt esse corpus Christi, quod nequaquam est corpus Christi? Nonne iustissime ad iudicium, quia decipiunt indoctum populum, sicut apostolus dicit, per suos dulces sermones et benedictiones seducunt homines innocentes, ut apud ipsos Christi corpus esse credant et ab hiis[b], quod porrigunt sub hoc nomine, decepti accipiant? Pro qua accepcione Euticianus papa tam grave inponit onus penitencie[2]: *Si quis,* inquiens, *dederit aut acceperit communionem de manu heretici et nescit, quod ecclesia* **catholica contradicit, postea intelligens annum integrum peniteat. Si ante scit et neglexerit et postea penitenciam egerit, X*[c] *annos*[d] *peniteat*[e]. *Alii iudicant*[f] *VII; quidam humanius, ut*[g] *V annos*[d] *peniteat*[e]. Item: *Si quis permiserit hereticum missam suam celebrare in ecclesia catholica et nescit, quod hereticus est, postea intelligens LX dies peniteat*[e]. *Si pro reverencia eius, annum unum peniteat*[e]. *Si pro dampnacione ecclesie catholice et consuetudinis Romanorum, proiciatur*[h] *ab ecclesia sicut hereticus, nisi habeat penitenciam*[e]. *Quam si habuerit, X annos*[d] *peniteat*[e]. *Si recesserit ab ecclesia catholica in congregacionem hereticorum et alios persuaserit, si postea penitenciam*[e] *egerit, XII annos*[d] *peniteat*[e], *III extra ecclesiam et VII inter*[i] *audientes et II adhuc*[k] *extra communionem. De hiis ita in canonibus dicitur: XII. anno communionem sine oblacione percipiat.*

Nonne dignissime ad iudicium pro inmani falsitate, quia non minus est sacrilegium dicere corpus Christi, quod non est corpus Christi, quam negare esse corpus Christi, quod verum est corpus Christi? Nonne rectissime ad iudicium propter duplex sacrilegium, quo sacrum de sacro auferunt, dum in visibili et sub visibili specie sacramenti ad salutem digne sumentium essenciam corporis Christi scelere sue divisionis fieri non sinunt? Redeant igitur ad unitatem ecclesie cum digna penitencia[e], ut sacramenta Christi, que foris habent ad iudicium, fiant eis intus utilia, effectiva in consecracione et salubria in[l] percepcione.

Ad extremum silendum non est, quod omnes scismatici iam olim in similibus suis excommunicati sunt ideoque duplo foris sunt. Nam sicut in chronicis legimus, sancte memorie Gregorius VII, vir[m] apostolicus, sui temporis scismaticos, videlicet Henricum[n] imperatorem seniorem[m] et Wicbertum, Romane ecclesie invasorem, et eorum fautores excommunicavit[4]. Set et Urbanus II, successor eius, id ipsum fecit[5]. Pascalis quoque II, successor Urbani, super iuniorem Henricum[n] et quendam Burdinum, quem idem Henricus[n], sicut pater eius Wicbertum, apostolice sedi intruserat, eandem excommunicacionem confirmavit et hoc modo determinavit[6]:

a) locus *iterum add., post del. c.* b) heis *c.* c) *post alia manu del. c.* d) an̄ *c.* e) penit *c.* f) IV dicant *c.* g) *post alia manu mutatum in* aut *c.* h) p *add., post del. c.* i) inter *alia manu post mutatum in* intra *c.* k) adue *superscribendo corr.* adhuc *c.* l) *superscr. c.* m) *spatium unius vocis vacuum reliquit c.* n) H. *c.*

1) *Immo s. Augustini; cf. lib. sententiarum per Prosp. Aquit. collectarum c.* 15, *Prosp. Opp. Paris* 1711, *col.* 545; *Burch. XXX,* 105; *Grat. Decr. C.* 1, *q.* 1, *c.* 71; *Libelli I,* 128, 5. 2) *Legitur in libro poenitentiali, qui Hieronymo tribui solet, Opp. XI,* 444; *Burch. Decr. XIX,* 105; *Ans. XI,* 135; *Ivo Decr. XV,* 117; *Grat. Decr. C.* 24, *qu.* 1, *c.* 41, *paucis mutatis.* 3) *A.* 1076. 1080. 4) *A.* 1078. 1080. 5) *A.* 1089. 6) *Cf. bullam Urbani II. papae a.* 1089. *Apr.* 18 *(Reg. n.* 5394*) datam, quam ex codice Udalrici Babenb., cuius collationes in archivo societatis nostrae servatas huic editioni adhibuimus, Ph. Jaffé (Bibl. V,* 153*), Mansi (Coll. XX,* 719*), Migne (Patrol. lat.* 151, *col.* 299*), alii typis dederunt. Utrum tractatus nostri auctor Urbani bullam per errorem Paschali tribuerit, an hic praedecessoris sententiam excommuni-

Pascalis episcopus[a], *servus servorum Dei*, *Udalrico*[b], *Constantiensi episcopo*[c], *salutem et apostolicam benedictionem*[d].

Fratrum nostrorum communicato consilio diuque excommuni**cationis questione ventilata*, *sancti predecessoris nostri Urbani*[e] *sentenciam confirmantes*, *ita eam Domino in-* ***spirante, determinavimus: primo siquidem gradu Ravennatem heresiarcham, Romane *ecclesie invasorem*, *cum Henrico*[f] *rege et*[g] *eiusdem perversitatis capite et* [illegible] *catholice membris alienum et excommunicatum*[h] *esse censemus*. *Secundo gradu eos qui armis*, *pecunia*, *consilio*[i], *obediencia et*[k] *ecclesiasticos maxime ordines aut honores ab eis aut eorum fautoribus*[l] *accipiendo eorum nequicie adminiculum subministrant*. *Hos ipsos et* [illegible] ***principaliter anathematis vinculo astringentes, in tercio gradu communica**ntes eis, eos quidem non excommunicamus*, *set quia*[l] *ipsi*[l] *se communione eorum*[m] *commaculant*, *ad nostram societatem nequaquam*[n] *eos*[l] *sine*[o] *penitencia et absolucione recipimus*. *Sanctis* ***quippe canonibus cautum***[p] ***constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommuni**cetur*. *Ipsius tamen penitencie atque absolucionis*[q] *modos ea moderacione discernimus*, *ut qui*[illegible] *cumque seu ignorantia seu timore seu necessitate negocii cuiusquam*[r] *maxime necessarii* ***eorum se convictu, salutacione, oracione osculove***[s] ***contaminaverit, cum minoris penit**encie absolucionisque medicina societatis nostre*[t] *participium sortiatur*. *Eos vero*, *qui aut sponte aut negligenter reatum communionis*[u] *incidunt*[v], *sub ea censemus*[w] *discipline* ***coercione***[x] ***suscipi, ut ceteris timor incuciatur.***

Item Gelasius II., successor Pascalis, idem scisma in eodem Henrico[l] et eius conplicibus excommunicando[y] dampnavit. Ita isti IIII[or z] apostolici viri una atque eadem sentencia illos scismaticos dampnaverunt; que dampnacio, tametsi illis, qui tunc scisma fecerunt, specialiter ac personaliter ingesta sit, omnes tamen modo[a] et in futurum eodem malo depravatos communiter astringit. Unde Gelasius II. scribens Orientalibus episcopis[1]: *Omnes*, inquid, *conplices*, *sectatores*, *communicatores dampnate* [illegible] *pravitatis pari sorte censentur*. Idem papa omnibus episcopis Dardanie[2]: *Maiores nostri*, *auctore cuiuslibet insanie ac pariter erroris*[b] *dampnato sufficere iudicaverunt*, *ut quisquis aliquando huius erroris conmunicator existeret*, *principali sentencia dampnacionis eius esset obstrictus*. Idem ad eosdem[3]: *Quid*, inquid, *queruntur Acatium a nobis fuisse dampnatum cum recepta communione iungantur*, *qui ab illius communione non sunt divisi?* Si tante auctoritatis[c] vir de communicatoribus communicantium excommunicatis

a) [illegible] b) [illegible] c) [illegible] U. C. ep. [illegible] episcopis Germanie [illegible] statutis *Cod. Udalr.* d) a. b. [illegible] e) U. [illegible]; Gregorii *Cod. Udalr.* f) H [illegible] g) H. [illegible] *Cod. Udalr.* h) communicatum *multo posteriore manu corr.* excom. [illegible] *Cod. Udalr.* k) [illegible] *Cod. Udalr.* l) qui [illegible] m) eorum communione *Cod. Udalr.* n) [illegible] nostram societatem *Cod. Udalr.* o) *add.* penitentie *Cod. Udalr.* p) sancitum *Cod. Udalr.* q) [illegible] solucionis [illegible] r) cuiusque *add.* maximi et *Cod. Udalr.* s) vel osculo *Cod. Udalr.* t) [illegible] *Cod. Udalr.* u) reatum communionis [illegible] *Cod. Udalr.* v) inciderint *Cod. Udalr.* w) [illegible] *Cod. Udalr.* x) [illegible] *Cod. Udalr.* [illegible] coercitione. y) communicando [illegible] excom [illegible] z) IIII [illegible] IIII [illegible] a) [illegible] b) errore [illegible] c) auctoritate [illegible] auctoritatis [illegible] d) [illegible] municans *multo posteriore manu corr.* -catis *c.*

cationis in Wibertum Ravennatem latam iteraverit an Udalricus Babenbergensis [illegible] *assignaverit*, *dubium videmus*. *Si contra Burdinum antipapam et* [illegible] [illegible] *a Paschale ante Burdini electionem defuncto data esse potest*. [illegible] *Ravennas quasi* [illegible] *Burdin* [illegible] [illegible] *Ravennatem anno* 1100 *defunctum directa est* [illegible] *episcopus Constantiensis*, *anno demum* 1110 [illegible]

1) *Ep.* 27 *ad episcopos Orientales* § 3, *ed. Thiel* I, 424 [illegible] *Ep.* 12 [illegible] § 7; *ibid.* p. 354. 2) *Ep.* 26 *ad episc. Dardaniae* § 2 [illegible]

tam tremenda dixit, quid de ipsis auctoribus vel resuscitatoribus heresium et scismatum, quid de fautoribus[a] ac defensoribus eorum nobis est sentiendum atque tenendum? Inter hec silendum non est, quod Alexander papa ex habundanti quidem, set non inefficaciter[b] memoratam scismaticorum dampnationem renovavit, qui super presens scisma et eius auctores ac conplices manum sue excommunicacionis aggraravit. Quomodo autem fratres nostri neutri in hoc excommunicacionis discrimine se [non[c]] [illegible] esse opinantur? Nequaquam se huius vinculi expertes putent, quia intrusum non tenent. Si Donatus, cui ipsi in reprobatione legitimi pape similes sunt, ab illo vinculo liber fuit, et ipsi ab illo liberi sunt. Si autem ille cum sua parte propter amaram dissensionem tali vinculo ligatus fuit, et ipsi profecto propter eandem[d] dissensionem eodem ligati sunt. Audiamus super hoc Urbanum papam[1]: *Notandum est,* in- cf. Matth. 13, 29. quid, *quod quidam contra euangelicam parabolam nos facere dicunt, ubi de zizaniis non eradicandis Dominus precepit, cum aliquem excommunicacioni subicimus, et aiunt eciam sanctum Augustinum hoc contradicere eo in loco, ubi ait[2]: Quia non est precidenda unitas, ferendi sunt mali, non abiciendi. Quibus hoc primo respondendum[e] est: Si[f] heretici et mali homines excommunicandi non sunt, quare et ipse pater sanctus Augustinus cum legatis sancte Romane ecclesie et cum sanctis episcopis suis Pelagium et Celestium novam heresim in sancta Dei ecclesia introducentes excommunicavit et ab ecclesia Dei separavit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista et multa hiis similia loquitur, tam ipse quam omnis ecclesia Dei excommunicandos habuit, et nisi prius penituissent et per manus inposicionem reconciliati fuissent, nequaquam eis communicabat?*

Hec de excommunicatione eciam fratrum nostrorum neutrorum dicta sufficiant. Tot igitur ac tantis malis in scismate existentibus et commeantibus[g] perpendat, qui potest, quid supra hiis gaudendum sit, qui Dei gratia ab hac pernicie liberari merentur, et quid[h] consequenter super hiis dolendum, qui iam in hoc sacrilegio defuncti sunt vel adhuc defunguntur[i]. Uno ergo verbo adhuc errantium partium prelatos in caritate convenimus, quam scilicet in die tremendi iudicii Domino reddere velint rationem de subditis suis iam sic finitis aut finiendis et sempiternaliter perditis et per- [illegible] dendis, dicente eis Domino per prophetam: *Sanguinem eorum de manibus vestris requiram.* Obsecro demum eos, quorum salutem intendo, ut recordentur illud Salomonis: Prov. 27, 6. *Meliora sunt*[k] *manifesta diligentis vulnera quam fraudulenta oscula odientis,* et non mihi succenseant, si qua contra eos, set pro eis[l] severius et mordacius dixi quam debui. Si mortuis animabus amara verborum medicamenta adhibui, attendant diligenter, si corpore egrotarent, quam duras sectiones, ustiones, quam amaras potiones equanimiter a medicis forsan magnis sumptibus comparatas sustinerent[m], ut incertam et brevem corporis sanitatem recuperarent, et saltem non minore[n] pacientia et morositate animarum suarum curationem gratis sibi oblatam[o] suscipiant, ut in eternum beate vivere valeant. Amen[p].

a) *seq.* communicantium *del. c.* b) efficaciter *superscribendo corr.* ineff. *c.* c) *deest c.* d) eadem *corr.* eandem *c.* e) repondendum *corr.* respondendum *c.* f) S *manu posteriore corr.* Si *c.* g) comeantibus *c.* h) *seq.* S *del. c.* i) *ita c.* k) s̄ *iterum add., sed del. c.* l) eius *post corr.* eis *c.* m) sustineret *multo post corr.* sustinerent *c.* n) minori *c.* o) oblatioñ *multo post corr.* oblatam *c.* p) *litteris uncialibus scr. c.*

1) *Grat. Decr. qu.* 3. *C.* 24, *c.* 37, *paucis mutatis; desideratur in Jaffei Reg. Pont.* 2) *Cf. Contra epist. Parmeniani l. III,* § 11; *Opp. IX, col.* 62.

GERHOHI PRAEPOSITI REICHERSBERGENSIS LIBELLI SELECTI.

EDIDIT

ERNESTUS SACKUR.

Gerhoh, cuius libellos selectos iam edituri sumus, a. 1093. *vel* 1094.[1] *Pollingae*[2], *quae villa in Bavaria sita est, natus quinque habuit fratres, qui omnes, ut ipse, muneribus ecclesiasticis functi sunt. Rudigerus enim et Fridericus Augustanae ecclesiae canonici serviebant*[3]. *Marquardus Claustroneoburgensi praepositus erat, cui Rudigerus successit*[4], *Arno primo decanus, deinde praepositus Reichersbergensis*[5]; *quintum regulam S. Augustini professum esse tantum scimus*[6]. *Gerhoh noster domi primis litterarum elementis imbutus, annorum* 16 *vel* 17 *primo scholas Frisingensem et Mosburgensem, deinde Hildesheimensem Saxoniae frequentavit, unde tribus annis post domum reversus est*[7]. *Paulo post ab episcopo Augustano scholae huius ecclesiae praefectus, vitae solutae morumque minus severum*[8], *quibus canonici fruebantur, partem habuit*[9].

Cum vero, controversia inter Heinricum V. et Calixtum II. denuo exorta, ii qui imperatori adhaerebant, interque eos Herimannus episcopus Augustanus, excommunicarentur, Gerhoh initio clam, postea palam partes Romani pontificis amplexus tantam civium iram sibi concitavit, ut ex urbe in claustrum Raitenbuchense fugere cogeretur[10]. *Pace autem Wormatiae confecta revocatum Herimannus a.* 1123. *in itinere Romano comitem assumpsit, ut se Calixto II. reconciliaret*[11]. *Eo quo tempore Gerhoh iterum Augustae inter* [illegible] *morabatur. Neque vero diu se abstinere potuit, quin avaritiam eorum et superbiam vehementer vituperaret*[12].

1) † 1169 *annorum* 76 [illegible] *cf. Chron. Magni presb.* [illegible] *SS. XVII, p.* [illegible] 2) *Chron. Magni presb.* [illegible] *p.* 490. 3) [illegible] 133 [illegible] 194 *col.* 891; *cf. epist.* 17 *ad Alexandrum, Migne t.* 193, *col.* 566. 4) [illegible] *a.* 1167. 1168, *SS. IX, p.* 616. 5) *Cf. Bach, 'Propst Gerhoh I. von Reichersberg'*, [illegible] *Vierteljahrschr. f. kathol. Theologie' IV* (1865), *p.* 2[illegible] 6) [illegible] *col.* 891. 7) *Chron. Magni presb.* [illegible] 8) [illegible] *SS. XVII, p.* 429—448. 9) [illegible] 133, [illegible] 890. [illegible] *l. c.* 5 *ed. Scheibelberger I, p.* 25 *sq.* 10) [illegible] 889 [illegible] *p.* 491. 11) [illegible] 133, [illegible] 890 [illegible] 491. 12) [illegible] *inter saeculares et regulares, Migne Patrol.* [illegible] 194, *col.* 1418.

Qua de causa eiectus cum duobus fratribus etiamtunc pueris necnon et parentibus suis iterum in Raitenbuchense coenobium se recepit, tertio fratre, qui eodem tempore e Francia rediit, sequente[1]. *Ex quo clericorum saecularium mores, quos Augustae satis cognoverat, reprehendere non desiit, quin etiam, cum regulam S. Augustini, quam professus erat, neque in Raitenbuch neque in aliis ecclesiis vicinis inveniret, Romam statuit proficisci, unde codicem in Bavariam transferret*[2]. *Anno vero* 1126, *nisi fallor, Gerhoh, legatus Conradi archiepiscopi Salisburgensis, Romae, Norberto archiepiscopo Magdeburgensi praesente, auxilium Honorii papae ad clerum saecularem impugnandum frustra petiit*[3].

Paulo post Chuno episcopus Ratisbonensis scriptorem nostrum Ratisbonam vocavit. Neque hic pace diu fruebatur. Cum enim a. 1127. *Conradus dux Alemannorum contra Lotharium regem rebellaret, Gerhoh, qui Lothario favebat, parrochia quadam Cham ab episcopo ei tradita abdicare coactus est*[4]. *Quo tempore libellum de aedificio Dei composuit*[5].

Honorio a. 1130. *mortuo schisma inter Innocentium et Anacletum exortum est. Gerhoh, qui tunc eo magis periclitabatur, quod irregulares clericos excommunicatos et haereticos eorumque sacramenta irrita dixerit*[6], *gratiam Innocentii, cui maxime regulares adhaerebant, et ipse impetrare studuit. Itaque primo ut legatum eius, Walterum archiepiscopum Ravennatem, cum Ratisbonae moraretur*[7], *deinde ut papam, qui a.* 1130, *Nov. in concilio Claromontano irregulares clericos damnaverat, ipsum sibi conciliaret, operam dedit, Dialogo inter regularem et secularem clericum ei misso, in quo libello non modo quid inter utrumque distet exposuit, sed etiam petiit, ut pontifex a falsis ecclesiam sacerdotibus purgaret*[8].

Anno sequente, scil. a. 1132, *Chunone episcopo Ratisbonensi mortuo, Conradus archiepiscopus Salisburgensis Gerhohum Reichersbergensi claustro ad Oenum fluvium sito praefecit*[9]. *Qui paulo post, ut videtur a.* 1133, *Bernhardo abbate Clarevallensi instigante ab Innocentio II. Romam vocatus, quid de sacramentis haereticorum sentiret pontifici denuo exposuit*[10]. *Quod iter tractatus de simonia componendi ansam praebuit.*

Postea Gerhoh in negotiis ecclesiae suae versabatur. A. 1137. *ab archiepiscopo Salisburgensi privilegium accepit*[11]; *a.* 1138. *coenobium sanctimonialium secundum regulam S. Augustini fundavit, quod episcopus Gurcensis dedicavit*[12]. *A.* 1141. *Liutpoldus dux Bavariae*[13], *a.* 1142. *Innocentius II. papa ecclesiae Reichersbergensi privilegia concesserunt*[14], *quod eodem anno etiam Conradus III. rex fecit*[15], *cum Ratisbonae multi*

1) *Comm. in ps.* 133, *col.* 891. 2) *Chron. Magni l. l. p.* 491. 3) *Dialogi prol. l. l. col.* 1377; *De aedificio Dei c.* 73; *cf. Ribbeck, 'Gerhoh von Reichersberg und seine Ideen über das Verhältnis zwischen Staat und Kirche', 'Forsch. z. D. Gesch.' t.* 24, *p.* 8. 4) *Chron. Magni p.* 492. 5) *De quo v. infra p.* 136. 6) *Gerhohi epist.* 21. *ad cardinales, Migne t.* 193, *col.* 577. 7) *Dial. l. l. col.* 1406; *Comm. in ps.* 64, *c.* 147, *Migne t.* 194, *col.* 99. 8) *Dial. l. l. col.* 1423. 9) *Chron. Magni p.* 492; *Ann. Reichersberg.* 1132, *SS. XVII, p.* 954. 10) *Quod iter commemoratur Tract. de simonia Migne t.* 194, *col.* 1372; *Liber contra duas hereses, ibidem col.* 1170; *Liber de ordine donorum S. Spiritus f.* 121: adii dominum apostolicum Innocentium atque, ut nostis, apud ipsum conquestiones movi. *De hoc itinere cf. Bach, 'Oesterr. Vierteljahrsschr.' IV (*1865*), p.* 33; *Jaksch, 'Mittheil. des österr. Instituts' VI, p.* 259, *n.* 5; *Hüffer, 'Der heilige Bernard v. Clairvaux' I (*1886*), p.* 203, *n.* 3, *qui locum tractatus de simonia non recte interpretatus esse videtur.* 11) *Ann. Reichersb. a.* 1137. 12) *Chron. Magni l. l. p.* 493. 13) *Ann. Reichersb. a.* 1141; *'Urkundenbuch d. Landes ob der Enns' I, p.* 193, *nr.* 130. 14) *Ann. Reichersberg. a.* 1141; *'Urkundenbuch des Landes ob der Enns' I, p.* 196, *nr.* 132; *Jaffé. Regesta pont. Rom. nr.* 8194. 15) *St. nr.* 3448; *Ann. Reichersberg. a.* 1142; *cf. Bernhardi, 'Jahrb. Konrads III.' I, p.* 307.

nobiles utriusque ordinis congregati essent. A. 1143. [illegible] *Gerhohus* [illegible] *legatum apostolicum in Bohemiam secutus est,* [illegible] *Quo venit, ut per Guidonem Coelestini II. papae* [illegible] *die 9. Aprilis a. 1144. Romam veniret.* [illegible] *Lucii tamen, Coelestini successoris,* [illegible] *Gurcensi, Pataviensi commendaretur.* [illegible] *Salisburgensi privilegium impetravit.*

Lucio mortuo Eugenium III [illegible] *A. 1145. nisi me fallit,* [illegible] *a. 1146. Maii 16.* [illegible] *legium concessit,* [illegible] *in regna Ungarorum et Ruthenorum* [illegible] *ubi disciplinam ecclesiasticam restitueret;* [illegible] *legatio ad effectum non potuit venire.* [illegible] *Eugenio III* [illegible] *esse amicitia, ut* [illegible] *quod a. 1148. ei Expositionem in psalmum 64* [illegible] *ubi corruptum statum ecclesiae* [illegible] *cardinalis legationem ad ecclesiam* [illegible] *legatus, postquam* [illegible] *inter episcopum Pataviensem et Gerhohum* [illegible] *a. 1151. Augustae synodum habuit,* [illegible] *bergensi episcopis praesentibus concubinati sacerdotes ab officiis suspensi sunt*[11]*. Deinde* [illegible] *Romam* [illegible] *Gerhohus noster* [illegible] *Eugenio* [illegible], *sed etiam in palatio tum, nisi fallor,* [illegible] *disputavit ac scripsit, quod opusculum in tabulario Romano depositum* [illegible]

Eugenium III. a. 1153. [illegible] *et Hadrianum IV.* [illegible] *Bambergensem et Rudigerum fratrem, inter ea a. 1156. opusculum de novit*[illegible] *Hadriano* [illegible] *curia Vesontiensi a. 1157. habita et de pacto cum Normannis inito audivit Hadrian*[illegible]

1) *Ex epistola 4. ad G.* [illegible] *(Migne t. 193. col. 492)* [illegible] *Prague* [illegible] *De* [illegible] *Palacky, Gesch.* [illegible] *I* [illegible] *1836* [illegible] *422* [illegible] *p. 35.* 2) *Jaffé nr. 8484* [illegible] *in ps. 24* [illegible] *Migne t. 193. col. 1105* [illegible] *ed.* [illegible] *Oesterr.* [illegible] *X p. 568.* 3) *Jaffé nr. 8577.* [illegible] *I. p. 212* [illegible] *144* [illegible] *21* [illegible] *l. l.* 4) *Ann. Reichersberg. a. 1144.* 5) *Cf.* [illegible] 6) *Epist. 17. ad Alexandrum III. Migne t. 193. col. 568:* [illegible] recordationis papam Eugenium et ille familiari alloquio mihi retulisset [illegible] Tiburtinis contra cives Romanos favens multas pecunias [illegible] compositionem fecisset, ego respondi etc. *Quod a. 1145.* [illegible] *III. I. p. 463 sq.* [illegible] *a. 1145.* [illegible] *15.* 7) *Jaffé nr. 8922.* 8) *Comm. in ps. 64. prol.* 9) *De* [illegible] 10) *Ann. Reichersberg. a. 1150.* 11) *Cf. Ann. Isingr. a. 1151. SS. XVII. p. 313;* [illegible] *ps. 65.* [illegible] *140* [illegible] *col. 891.* 12) [illegible] *col. 139.* 13) [illegible] 14) *Epist. 17. ad Alexandrum III. l. l. col. 567.* [illegible] *ps. 65* [illegible] *t. 194. col. 1077.* 15) *Epist. 1. ad A.* [illegible] *t. 193. col. 489:* [illegible] successori eius Adriano papae, cum sim [illegible] fuerint porrecta, primo per dominum Babenbergensem [illegible] nec aliquod ab eo [illegible] responsum [illegible] papa, qui me non cognovit, [illegible] *et* [illegible] *col. 1078.*

amiciorem reddebant. Attamen, cum Hadrianus Hyacinthum et Heinricum cardinales in Germaniam mitteret, ut regem placarent, Gerhoh ita gavisus est, ut non modo Heinricum ducem Bavariae ad cardinales a nobilibus quibusdam Bavaris captos adhortaretur liberandos, sed etiam Augustae interesset, cum Romanus pontifex et imperator in amicitiam redirent[1]. *Itaque gravissime denuo eum piguit, quod paulo ante mortem Hadriani cardinalium pars contra Fridericum I. ita coniuraret, ut nonnisi papam qui imperatorem excommunicaret eligerent. Quo factum est, ut duo sedis Romanae antistites crearentur, Rolandus cancellarius, a maiore parte iam successor designatus, et Octavianus, qui partibus imperatoris favebat.*

Quem sequeretur Gerhoh noster diu haesitavit[2], *cum Alexander III. licet prior et a maiore cardinalium parte electus, tamen coniuratione illa et pacto cum Normannis facto patriam suam diligentem offendisset*[3]. *Quae animi fluctuatio e libello de investigatione Antichristi elucet, qui a.* 1162 *in. compositus*[4] *et Eberhardo archiepiscopo Salisburgensi missus est, iam antea eiusdem argumenti opusculo Hugoni et Hyacintho cardinalibus oblato Romaeque relicto, quo auctor Antichristum propinquum esse e gestis illius temporis demonstravit. Altera recensione occupato iamque quomodo schisma ortum esset narranti concilium Tolosae habitum esse nuntiatum est, regesque Angliae et Franciae Alexandro adhaerere*[5]. *Quare Gerhoh eo magis iam ad Alexandri partes trahebatur, quod etiam Orientales ecclesiae eidem oboedientiam praestabant*[6]. *Unum tamen impediebat, ne palam Alexandrum sequeretur: quod opprobria ab adversariis de coniuratione contra imperium facta nondum erant refutata. Qua de causa summo studio laboravit, ut concilium generale ad litem diiudicandam convocaretur.*

Aliis quoque causis Gerhoh commovebatur, ut synodum generalem desideraret. Augustae enim fratres Rudigerus et Fridericus Conradum episcopum iam diu impugnaverant, ut qui bona ecclesiastica dilapidaret canonicumque rigorem non servaret. Neque apud Hadrianum cum Gerhoh ipse, tum Rudigerus questi aliquid effecerant[7], *immo in gravissimam iram episcopi, cui papa favebat*[8], *inciderunt. Quae controversia ab Heinrico et Hyacintho cardinalibus primo sopita, paulo post tantopere revixit, ut Rudigero schismate exorto concilium generale postulante fratres tanquam inimici imperatoris oppressi et vexati ex urbe eicerentur. Quam persecutionem Gerhoh eo gravius tulit, quod Fridericus frater, quem aegrotum expulerant, paulo post in Niuwenbergensi claustro diem supremum obiit*[9]. *Sed et ipse aliam habuit causam, cur optaret, ut Alexander in synodo generali papa agnosceretur. Eodem enim tempore cum episcopo Bambergensi praepositoque Folmaro de Triefenstein controversiis dogmaticis implicatus erat, quae nonnisi sede Romana discerni poterant*[10].

A. 1162, *mense Martis, Gerhoh cum archiepiscopo Salisburgensi ad imperatorem profectus, non modo Eberhardo et episcopis Bambergensi et Brixiensi intervenientibus* 4. *April. Papiae a Friderico I. privilegium nanctus est*[11], *sed etiam quae fratres passi essent relatis, ut bona eorum restituerentur, impetravit*[12]. *Sed etiam quid de duobus papis et de concilio convocando sentiret, imperatori exposuit*[13]. *Apud eundem a.* 1163, *Augusto*

1) *Epist.* 18. *et* 24, *l. l. col.* 570. 604. 2) *Cf. Prol. ad librum de investigatione Antichristi ed. Scheibelberger p.* 11. 3) *Cf. Epist. ad cardinales, 'Arch. f. Oesterr. Gesch.' t.* 47, *p.* 363. 4) *Cf. Ribbeck l. l. p.* 22, *n.* 4. *et infra in praefatione Libelli de investigatione Antichristi.* 5) *De investig. Antichristi c.* 56. 6) *De investig. Antichr. Praef.* 7) *Comm. in ps.* 133, *col.* 891. 8) *Jaffé nr.* 10183, *cf. Ann. August. min. a.* 1156. 9) *Comm. in ps.* 133. *l. l.* 10) *Cf. Gerhohi epist.* 18. 20. 21. 21*; *cf. Ribbeck l. l. p.* 25 *sqq.* 11) *'Urkundenb. ob der Enns' I, p.* 318, *nr.* 217; *cf. Ribbeck p.* 24. 12) *Ann. Reichersberg. a.* 1162. 13) *Epist.* 17. *ad Alexandrum l. l. col.* 566: si fuerit illud concilium, quod ex ore imperatoris audivimus in Longobardia celebrandum; *Epist. ad cardin. p.* 376: Talia me secretius non semel tractante cum domno imperatore *etc.*

mense Norimbergi fidem suam [illegible] probare [illegible][1]. [illegible] nuntiis Alexandroque ipso litteras accepit[2]. A. 1164. [illegible] 22. [illegible] mortuo Conradum, eius successorem, mense Septembri Papiae [illegible] ab imperatore petiturum[3]. Ubi Gerhoh se nunquam Paschali III. [illegible] ante papam creaverat, obaediturum esse declaravit, ita ut [illegible] imperatoris [illegible] ipsius furiosis cum motu [illegible] eripi posset[4]. [illegible] ut omnes [illegible] amitteret, qui papae imperiali se non [illegible] ad cardinales scripsit, qua cum de fide quid sentiret [illegible] exposuit [illegible] ut opprobria Alexandro III. ab adversariis facta tandem [illegible] tatis de eo demeretur[5]. Antequam vero haec facta sint [illegible] Gerhoh Paschalem III. renuentes ab adversariis in territoriis suis [illegible] rum Salisburgensis et Reichersbergensis gravissimis depraedationibus subierunt[6]. Gerhoh in [illegible] ultimum librum 'De quarta vigilia noctis' scripsit, [illegible] assecla et imperatoris inimicus. Neque diu has iniurias passus est, a. 1169 [illegible] 27. [illegible] finivit[7].

Vix alius saeculi XII. scriptor tantum librorum [illegible] quantum Gerhoh praepositus Reichersbergensis posteris reliquit. Vix ullam quibus homines tum [illegible] quaestionum disputare vel disserere praetermisit. Adversis et secundis temporibus ad membranas confugit; hic animi tranquillitatem, hic conscientiae pacem invenit. Neque quae ad fidem attinebant, neque quae ad disciplinam et ius ecclesiasticum [illegible] erant; doctrinas Abaelardi eiusque discipulorum non minore studio quam mores [illegible] rum leviores et saecularium superbiam impugnabat. Vir vere ecclesiasticus erat, qui duas potestates, sacerdotalem scilicet et saecularem, in negotiis suis et officiis disiungendas dixit, qui quae in ecclesia non minus quam quae in saeculo et in rebus publicis male gerebantur vehementer discerpere solebat. Neque studiose semper ecclesiae partes arripuit, patriam plus diligebat, quam insolentiam et inimicitias sedis apostolicae contra imperium probaret ac defenderet.

Operum Gerhohi huic collectioni tantum ea inseremus, quae ad litem investiturae et vitam clericorum, ut ita dicam ad res publicas, pertinent, theologicis et eis, quae de fide et dogmaticis huius temporis controversiis tractant, omissis. Itaque ea, et praecipue ampliora, quae argumentum ex utraque parte sumunt ita excerpsimus, ut tantum quae ad nostram rem spectant hic edituri simus.

De singulis libris ac de codicibus, in quibus inveniuntur, in singulis praefationibus relaturi, hic addamus oportet editionem omnium Gerhohi operum nondum existere: quippe cum haud pauca nostris demum temporibus in lucem prodierint, alia in hac collectione primo typis mandentur. Quae usque ad medium saeculum 19. in Pezii Thesauro et aliis collectionibus edita erant, in Mignii Patrologia lat. t. 193. et 194. iterata sunt, ita ut haec editio omnium plurima contineat. Inter eos qui de Gerhoho disseruerunt [illegible] nominandos puto: Stülz, 'Probst Gerhoh I. von Reichersberg', 'Denkschriften der Wiener Akademie', Phil.-Hist. Kl. I, p. 113—166; Bach, 'Propst Gerhoh I. von Reichersberg'

1) *Ribbeck l. l. p.* 27. 2) *Ribbeck p.* 31. 3) *Ann. Reichersberg. a.* 1164. *Epist. ad cardinales p.* 368: dixitque mihi Papiae domno imperatore curiam tenente illic, ubi et ego cum domno meo archyepiscopo affui. 4) *Ann. Reichersberg. a.* 1164. 5) *[illegible] 'Archiv für österr. Gesch.'* 47. *p.* 363. 6) *Ann. Reichersberg. a.* 1166. 1167. *[illegible] cardin. l. l. p.* 378: nos miseri ad aecclesiam Salzburgensem pertinentes [illegible] persecutionibus. 7) *De quarta vigilia noctis c.* 2: nunc vero in senectute [illegible] nidulo meo, de regulari videlicet claustro mihi commisso. 8) *[illegible] l. l. p.* 490. 495.

in 'Oesterr. Vierteljahrschr. f. kathol. Theologie' t. IV (1865), p. 19—118; Nobbe, 'Gerhoh von Reichersberg' Leipzig 1881; W. Ribbeck, 'Gerhoh von Reichersberg und seine Ideen über das Verhältnis zwischen Staat und Kirche', 'Forsch. z. D. Gesch.' t. XXIV, p. 1—80. et XXV, p. 556—561; Grisar, 'Die Investiturfrage nach ungedruckten Schriften Gerhohs', 'Zeitschr. f. kathol. Theol.' IX (1885), p. 536—553. Scheibelberger in editione Librorum III. de investigatione Antichristi, Linz 1875. et 'Oesterr. Vierteljahrschr. f. kathol. Theologie' X (1871), p. 565 sqq; Sturmhoefel, 'Der geschichtliche Inhalt von Gerhohs von Reichersberg erstem Buche über die Erforschung des Antichrists' (Leipziger Progr. 1887) et 'Gerhoh über die Sittenzustände der zeitgenössischen Geistlichkeit', 'Progr. der Thomasschule' (Leipzig 1888); Wattenbach in 'Allgemeine Deutsche Biographie' t. VIII, p. 183. et 'Deutschlands Geschichtsquellen' t. II (1894), p. 308 sqq.

Argentorati, a. 1895, mense Aprili. E. SACKUR.

I.

EX LIBRO DE EDIFICIO DEI.

Liber de aedificio Dei primo Chunone episcopo Ratisponensi petente inter annos 1126—1132. scriptus, post mortem eius retractatus est[1]. Quam alteram recensionem auctor 'quaedam decerpendo, quaedam addendo' confecit, cum nonnullos in priore laesisset[2]. Anno 1138.[3] presbytero cuidam, 'cuius caritati omnia debuit', ita institutam misit, ut auctoritates plerasque ex latere apponeret. In hoc opere ecclesiam Dei quam esse voluit eiusque ministros quales esse debeant depingens vix aliquam huius temporis quaestionem quin dissereret praetermisit.

Duobus codicibus Monacensibus libellus noster asservatus est. Expressimus vero tantum:

Cod. lat. Monac. 5129 (Beurb. 19), mbr., saec. XII, f. 1—85, Actis concilii Placentini a. 1095. habiti sequentibus. Ex quo descriptus est:

Cod. lat. Monac. 4556 (Ben. 56), mbr., saec. XV, ubi eadem continentur usque ad f. 123. Sequuntur (— f. 242) homiliae quaedam et Gemma animae Honorii Augustodunensis. Hoc codice usus est Pez, Thesaurus Anecdot. II, p. 2, col. 224 sqq. Cuius editionem Migne, Patrologia lat. t. 193, col. 1187—1336. iteravit.

Opus haud exiguum totum hic edere non placuit; immo quae theologorum tantum interesse possunt omisimus. Capitula secundum rubra codicis Monacensis institui. Auctoritates in margine appositas signisque carentes ita typis mandandas curavi, ut foliis textus singulis eorundem foliorum loci adiungerentur, neque tamen in extenso, sed tantum primis et ultimis verbis redderentur.

Argentorati, a. 1895, mense Iunio. E. SACKUR.

INCIPIT PROLOGUS AD QUENDAM PRESBITERUM.

Gen. 26, 20 sq. Insignis patriarcha Ysaac in terra incolatus sui quatuor puteos fodisse legitur. Primum, quem appellavit Calumpniam; secundum, quem appellavit Inimicicias, eo quod pastoribus Gerare pro aqua puteorum istorum rixantibus passus est calumpnias et inimicitias. Tercium fodit puteum, cui nomen imposuit Latitudo, quia pro eo nulla fuit

1) *Cf. infra p. 138; de Chunone v. c. 152.* 2) *Cf. infra p. 138.* 3) *Cf. c. 169, ubi* nuper facta constitutio *concil. Pisani a. 1135. habiti commemoratur. P. 137. designati episcopi Frisingensis mentio fit, qui vix alius quam Otto a. 1138. electus esse potest.*

contentio. Quartum appellavit Habundantiam, quia [illegible] In Christo karissime, cogis me reminisci calumpniarum et [illegible] passus sum, rixantibus contra me pastoribus Gerare pro eo, quod puteos a Palestinis terra obrutos presumpsi refodere, studens ad aquam vivam pervenire [illegible] aquam turbidam, id est conversationem clericorum depravatam, et a puritate [illegible] venae, de qua clericalis ordo ducit exordium, nimis alteratam.

Cum ergo hanc venam aquarum[a] scribendo quasi fodiendo [illegible], rixati sunt contra me pastores Gerare, amici Palestinorum, id est [illegible], contra meam parvitatem: indignantes, quando fodi puteum primum, id est [illegible] librum istum, quem tu nunc a me requiris, legendum presentavi domino [illegible] memoriae Chŏnoni Ratisponensis aecclesiae angelo, ut, si illi saperet, in ea aquam vivam biberet ipse, aliisque propinaret. Quod et factum letabunda recordatione commemoro, quia Edificium, quod in hoc libro illi depinxeram, sepe in sermonibus popularibus [illegible] clare demonstravit populo, ut cogerentur verecundari aliter edificantes, et lapidem angularem, quem istud edificium et in fundamento et in summitate habet necessarium, reprobantes. Quanquam ipsis licet reprobantibus hic factus sit in caput anguli, reflorescente per Dei gratiam in multis aecclesiis conversatione regiminis apostolici, quod innititur auctoritati non alicuius hominis institutoris, sed ipsius Christi, qui in se suisque discipulis exhibuit formam ordinis et propositi clericalis, prefigurati quondam in Aaron et in eius filiis terrena hereditate privatis, et in sortem Domini consecratis. Iuxta quam formulam per multas aecclesias reflorescit conversatio clericalis in regularibus collegiis fratrum habitantium in unum, nec dicentium vel habentium aliquid suum. Aliter autem viventes clerici, et adversantes legitime Christi ordinationi videntur mihi pastoribus Gerare assimilandi. Quoniam, sicut illi patriarchae Ysaac puteos paternos a Palestinis obrutos renovanti calumpniam intulerunt[b], propemodum calumpnias et inimicitias isti contra me propter consimilem causam suscitaverunt.

Tu ergo, si dignaris bibere de puteo, quem illi calumpniis et inimicitiis suis michimetipsi amarum fecerunt, dum de veritate, que in ore meo dulcis erat, amaricatus est venter meus: cave tibi ab omnibus amaris et amaricantibus, et, si quid tibi de aqua istius putei sapuerit, propina solis dulcibus et mitibus, qualium unus creditur illas[c] designatus episcopus Frisingensis. Cui hoc diligenter debes in secreto suggerere, ut, si dignatur de puteo nostro bibere, sequatur consilium *Sapientiae dicentis: *Noli regibus, o Lamuel, dare vinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas: ne forte bibant et obliviscantur iudiciorum, et mutent causam filiorum pauperis.* Nonne clerici superbi et seculares dominantur quasi reges? Nonne multis literis inebriati sepe obliviscuntur iudiciorum, et mutant causam filiorum pauperis, illius scilicet *qui, cum dives esset, pro nobis pauper factus est, ut nos illius inopia divites essemus*, non propria lucra in ecclesiasticis ministeriis avare sectando, sed sola que sursum sunt aviditate pia desiderando. Dum vero illi in officiis aecclesiasticis inhiant questibus terrenis refrigescente caelestium desideriorum caritate, revera iudiciorum obliti, *mutant causam filiorum pauperis*: gratiam Domini, id est elemosinam, transferentes in luxuriam, pauperibus pauperis Christi omnino neglectis.

Quorum in consortium ne sic veniat ille Deo diligendus episcopus, ut fiat [illegible] pontifex anni illius, in quo crucifixus est Christus, mature ac festine debet a te preveniri ac premuniri. Quod fortasse convenienter fieri poterit per lectionem istius libelli, quem si tu et ipse cum aliis veritatis amicis habueritis gratum, contempto iudicio perfidorum in Domino gratulabor me feliciter apud pias mentes dilatare [illegible] que huius putei, favente Dei gratia, mutabo, ut videlicet qui prius appellabatur

a) aquam [illegible]. b) [illegible]. c) [illegible].

Calumpnia seu Inimicitiae, deinceps vocetur Latitudo. Quod nomen fuit putei tercii superius notati, quem fodit patriarcha Ysaac, pro quo nulla fuit contentio.

Et ideo a nobis quoque absit omnis contentio, sitque pro his, qui hactenus contra nos contenderunt, sola nobis ad Deum supplicatio, quatenus ipse tam in ipsis quam in nobis mutet, quod suae maiestati displicet; confirmans, quod beneplacitum habet, ut tandem pariter bibamus de puteo quarto, qui dicitur Habundantia, tanquam nichil habentes et omnia possidentes, sicut egentes, multos autem locupletantes; non deficiente divinae largitatis puteo, qui dici potest Habundantia. Quoniam ipsa Dei bonitas ac misericordia electos a se preventos habundantibus auxiliis et gratiarum donis ita comitatur, et subsequitur[a], ut merito a quolibet electorum in talia habundantia cantetur: Ps. 22, 1. 6. *Dominus regit me, et nichil michi deerit* usque *et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitae meae, ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.*

Puto, quod istud carmen veraciter canentibus pateat latitudinis et habundantię desiderabilis puteus, immo fons inexhaustus. Propter quem consequendum diversa iam opuscula scriptitando[1], quasi fodiendo laboravimus. Quorum opusculorum iste libellus primus fuit iussu et rogatu Deo dilecti Ratisponensis episcopi C[hůnonis] conscriptus; A. 1132. quem illo defuncto apud nos continuimus et paucis lectionem eius indulsimus. Verum quia tu, frater in Domino karissime, cuius caritati omnia debeo que adiuvante Deo possum, postulas istum libellum tibi legendum et fortassis transscribendum, atque ita *f. 26'. potest contingere, ut semel emissum volet irrevocabile verbum[2]: rogo te, ut *auctoritates, quas ex latere apposui, tu quoque cures apponere; ut ex his quasi tabulatis vel muris firmis muniatur nostrum edificium, iuxta legis mandatum dicentis in Deuterono- Deut. 22, 8. mio: *Cum edificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua: et sis reus labente aliquo*[b] *et in preceps ruente*: item lex in Exod. 21, 33. 34. Exodo dicit: *Si quis aperuerit cisternam et foderit, et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in eam, dominus cisternae reddet precium iumentorum. Quod autem mortuum est, ipsius erit.* Apposite igitur ex latere vel etiam dictamini nostro inserte sanctorum auctoritates, ut edificio nostro sint munimentum et cisternę nostrę sint operimentum, ne, per nostri occasionem aliquo in preceps ruente, nos patiamur detrimentum. Sicut pene antehac nobis accidit, quando exiit sermo inter fratres claustrorum barbatos, quod ab edificio isto, de quo hic agitur, excluserimus illos, cum videlicet minime attenderent, se in numero paenitentium comprehensos eque ut monachos; nisi forte vivant ita dissolute, ut non servent leges penitentiae. Offensi sunt etiam quidam literati claustrales, tam monachi quam canonici regulares, pro eo quod publicatis patrum scriptis de quartandis decimis et oblationibus ipsi viderentur argui transgressionis, eo quod nec decimae nec oblationes quartantur in communiter viventium claustris. Harum et similium offensionum ante actarum non inmemores et de futuris cavere volentes quedam decerpendo, quedam addendo[c], dictamen nostrum castigatius fecimus. Auctoritates vero patrum, quibus nec addi nec decerpi quicquam licuit, partim textui sermonis nostri competenter inseruimus, partim in latere apposuimus. Quibus diligenter inspectis nos inmunes fore credimus et coram Deo excusabiles; etiamsi aliquos de his, 1. Petr. 2, 8. quibus ipse Christus est *lapis offensionis et petra scandali,* continget in dictis nostris Ioh. 15, 23. offendi et scandalizari. Cum enim ipse discipulis suis dicat: *Si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt, si me persecuti sunt, et vos persequentur,* non debemus ammirari, si eius inimicos continget nobis propter veritatem, quae in illis odium parit, inimicari et propterea in dictis veracibus offendi et scandalizari.

a) subsequetur c. b) illo *Vulg.* c) attendo c.

1) *Sc. post primam recensionem huius libelli Dialogum et Tractatum de simonia.* 2) *Hor. Ep. I,* 18, 71.

Multas ab huiusmodi hominibus derogationes, maledictiones [illegible] pa[illegible] sumus. Quibus ut perfecta paenitentia et largissima indulgentia [illegible] a Deo [illegible] misericordem omnipotentiam et omnipotentem misericordiam [illegible] per [illegible] vere pacificam, quam licet indigni, non solum pro amicis, verum et pro [illegible] molamus, quotiens ipsius gracia favente altaris mysterium celebramus.

INCIPIT OPUSCULUM DE EDIFICIO DEI CUIUSDAM IDIOTE AC PECCATORIS AD CHÒNONEM RATISPONENSEM EPISCOPUM

Rogatu et iussu tuo, sancte Ratisponensis ecclesiae venerande presul Chono, [illegible] me ad hoc animari, ut te cogente opusque magnum a parvitate mea exposcente non dubitem conari, quatinus ea quae requiris persolvam. Quamvis apud me nichil tale [illegible]positum sciam, unde tibi delicatissimo sanctarum scripturarum scrutatori valeam [illegible] facere aptasque delicias preparare, cum et ego ipse in anima mea famis periculo ta[illegible]bescam, et paululum olei in lecito conscientiae modicumque farinae in operationis [illegible] pugillo habens, proximus morti existam; nisi vero Helias veniat, qui de modico meo magna faciens, dum rogat pasci, ipse magis pascat suaeque incarnationis presentiam nunquam cordi meo subtrahat, donec in famis tempore oportuno transacto caelum aperiatur et indigentia mea sacietate mirifica reficiatur, iuxta illud prophete: *Saciabor [illegible] cum apparuerit gloria tua.* Interim vero si peccato surripiente filius, hoc est animus meus subitanea morte preventus fuerit, ipsius Heliae presentia in receptaculo memoriae meae manens assidue poterit hunc a morte revocare atque aecclesiae matri sic vivum presentare, ut et ipsa mater super hoc letetur et suscitantis verbi veritas in mea vita magnificetur. Igitur quoniam Helias interpretatur 'Dominus Deus' [1], confido utique, quod ex te aperte mihi loquatur Deus Dominus. Nam, postquam me duo crucis ligna colligentem, hoc est in fide passionis dominicae spem habentem persensisti, continuo michi precepisti, ut tanquam de ipsis duobus lignis edificium quoddam construerem, immo
iam constructum demonstrarem, *cuius* iuxta apostolum *artifex et conditor Deus est:* et Hebr. 11, 10
ideo nullo ventorum inpulsu, nullo fluviorum incursu moveri ac labefactari potest.

Opusculum ergo istud, prout tu ipse decrevisti, *De edificio Dei* titulum accipiat, tueque paternitati hunc libellum destinari tam ex prologo quam ex titulo legentibus innotescat. Nomen vero meum penitus ignoretur. Quia si quid boni per me hic pro-
latum fuerit, *non nobis, non nobis, sed nomini Domini* super hoc laus, gratia, gratiarum Ps. 11[illegible]
actio debetur. Tibi quoque impulsori et excitatori parvitatis meae gratiam debebit cuicunque in eo quod te exhortante per Dei gratiam dixero aliquid recte placebit.

EXPLICIT PROLOGUS.

. . . .

7. . . . Quae est enim tunica, qua dominicum corpus vestitur, nisi virtus Spiritus sancti, qua aecclesia invisibilitur ornatur? *Vos autem,* ait Dominus, *sedete in civitate [illegible] donec induamini virtute ex alto.* Ideo 'ex alto', quia desuper contexta est tunica, nec [illegible]

Ex concilio Aquilegiensi cap. III [2]: *Decimam quam a fidelibus populis [illegible] [illegible] quam pauperibus dari, diximus, inferatur.*

Ex concilio Anteoceno cap. XXIIII [3]: *Quae sunt [illegible] [illegible] aecclesiam congregatur.* Ex eodem concilio cap. XXV [4]: *Episcopus [illegible] potestatem — — synodo provintiae penas iste persolvat.*

1) *Isid. Etymol.* VII, 8, 4. *ed. Arevalo* III *p.* 328. 2) *[illegible]* [illegible] interpret. *Dionysii Exigui. Mansi* II, *col.* 1327. 4) *[illegible]*

ita humano artificio consuta, ut a militibus, Christi crucifixoribus, possit dividi aut a regibus, divinarum legum prevaricatoribus et superbi Saulis imitatoribus, possit teneri ac scindi. Quia virtus caritatis, quae per Spiritum sanctum in cordibus electorum diffunditur, qua velut nuptiali veste sponsa Christi ornatur, sicut non potest a carnalibus videri, sic non potest ab eis teneri ac scindi. Quia nec ipsi ullo modo scindi aut dividi possent, si hanc oculo cordis viderent, et manu operationis tenerent.

8. Quae sunt autem vestimenta, quae vel milites inter se dividere vel Saul conscindere potest, nisi facultates ecclesiasticae? Decimae siquidem ceteraeque fidelium oblationes, velut quidem amictus exterior, ornant et muniunt aecclesiam, sicut pelles
Cant. 1, 4. *f. 7'. Salemonis ornabant et muniebant *sanctam federis arcam. Aecclesia quippe, quae vere arca federis, arca sanctificationis dicitur, exteriori facultate, tanquam pellibus et velis quibusdam sic munitur, ut interius circumtecta ex omni parte auro spirituali decore fulgeat; quam neque sol decolorare nec ulla unquam pluvia persecutionis poterit fuscare. Nam sicut per multas persecutionum tempestates quondam populo Dei propter peccatum inmissas, nemini regum vel tyrannorum permissum est arcam illam ex omni parte auro circumtectam auro devestire, sic nemini regum vel tyrannorum, nemini militum fas aut facultas est spirituales aecclesiae thesauros, quibus undique circumtegitur et ornatur, ullo modo contrectare aut dissipare; quamvis tamen, sicut arca illa quondam capta et per terram alienam circumducta legitur, sic et ipsa aecclesia quodammodo circumducatur et quasi captiva apud Philistinorum principes teneatur, quando ad hoc angariatur a malis principibus, ut in palatio pro sui militumque suorum arbitrio tractetur de spiritualibus. Quotienscunque autem hoc agitur, quod arca Domini in palatio, tanquam in templo Dagon, collocatur, non in hoc arca leditur, sed eorum tyrannica potestas, quae, licet contra Deum et plus quam Deus a quibusdam timeatur, rectius tamen ydolum quam Deus vocatur, potestas inquam talis, divina et invisibili virtute
1 Reg. 5, 4. sicut ydolum Dagon, urgetur ad casum; et palmis abscisis, hoc est omnis victoriae successibus divinitus ablatis, omnino destruetur. Christi autem et aecclesiae potestas
*f. 8. semper stabit; arca sanctificationis nunquam destruetur, sed cum honore a principibus
Cf. 1 Reg. 6, 4. Philistinorum tandem dimittetur, quoniam regnum Romanorum, in quo nefas hoc maxime *patrabatur, nunc a muribus, hoc est vilissimis hominibus, infestatur. Nec desinent isti mures regnum et principes eius persequi, donec arca ad populum suum cum honore ac muneribus dimittatur, ubi a Salemone rege pacifico templum illi construatur; in quo non regibus, sed solis sacerdotibus potestas ministrandi tribuatur. Sed,
2. Par. 26, 19. et si quis regum sacerdotalibus functionibus se presumpserit ingerere, cum Ozia rege presumptore lepram[a] portabit in fronte.

Nunc vero, quia nostro tempore videmus mures regnare, non dubitemus et illud appropinquare, ut arca Dei libera in templo sibi caelitus fabricato constituatur. Ubi

---

Iohannes Crisostomus in sermone de conversione sancti Pauli apostoli mentionem faciens Valentis imperatoris, qui successum victoriae perdiderat, causam infelicitatis illius his verbis commemorat[1]: *Nam etiam regiones nostras fontes, — — non valeant ad partem pietatis adtrahere?*

Ieronimus ad Nepotianum[2]: *Quod Aaron et filios eius, — — sed forma facti gregis.* Item: *Clericus, qui Christi servit aecclesiae, — — et nudam crucem nudus sequar.*

Cum de decimarum quatuor portionibus multa sint capitula, que partim hic partim in sequentibus invenies, o lector, posita, hoc te volumus diligenter notare, quia nulla congregatio

a) lepra [illegible]

1) *Non inveni.* 2) *Epist.* 52, § 5, *Opp. ed. Vallarsius I, col.* 258.

de levitica tantum stirpe sacerdotes et ministros habere [illegible] hoc in terra denegat, ut Dominus sit pars eorum; cuius participatio [illegible] in id ipsum, quia ipse est vere id ipsum. Quod illi [illegible] qui habitant in id ipsum: qui gustant, *quam* [illegible] *fratres in unum*; hoc est, in id ipsum.

Clerici autem proprietarii et acephali, qui habitant non in unum, sed in [illegible] sum, per suas proprietates et hereditates de tribu levitica [illegible] ut vaccae illae fecerunt, a quibus arca trahebatur, pergunt in directum [illegible] patrum exorbitantes *omnes declinaverunt; simul inutiles facti sunt* [illegible] *bonum, non est usque ad unum*. Iste unus Christus est cum [illegible] habitantibus in unum; per quos construitur arca consummanda per cubitum unum, per quos edificatur civitas habitantium in unum, cuius participatio eius in id ipsum. Per [illegible] Bethsamis, hoc est ad domum solis, arca directissime trahitur, quoniam [illegible] nec ad dexteram nec ad sinistram declinatur. Itaque regum palatiis, quasi Philistinorum templis, omnino post tergum relictis catholicus clerus cum arca foederis ad domum solis pergere festinat, ubi Christum solem iusticiae prospiciens, divinis potius legibus quam regibus obediat. Ubi sic apostolorum regulae observentur, ut regum leges et pseudoclericorum consuetudines Christo contrariae penitus annichilentur. Hec omnia non somniis aut vanis coniecturis sic perficienda probamus: sed quod inevitabiliter [illegible] oporteat, ex hoc et per hoc scimus et nullatenus dubitamus, quod, sicut olim [illegible] figurata et prophetata, sic nostris temporibus haec videmus inchoata, licet nondum consummata.

Nonne imperator H[einricus] tamdiu in posterioribus, hoc est in bonis temporalibus, est percussus, tamdiu a muribus, videlicet parvae quantitatis et nullius [illegible] dignitatis hominibus, vexatus est, ut cum suis principibus deliberaret, quo modo aecclesiam, veram sanctificationis arcam, de sua captivitate dimitteret? Et illi quidem dederunt consilium, sed non usquequaque perfectum. Consuluerunt enim, ut anos aureos [illegible] cum arca remitteret, hoc est annulos aureos, quibus episcopos et abbates investire solebat, omnino dimitteret[2]. Sed hoc in consilio non addiderunt, ut omnino de suis finibus vaccis trahentibus hec arca exiret, et solis sacerdotibus ac levitis commissa animales et carneos mures apud Philisteos relinqueret; aureos autem secum ipsa re[illegible]

communem vitam servans cogitur per ista capitula decimas vel oblationes quartare. [illegible] ista quartationis lex non ab apostolis instituta, sed post communis vitae destructionem [illegible] gressionem propter transgressores clericos et episcopos posita est, et [illegible] transgressoribus observanda est: donec reparetur vita communis, cui omnes [illegible] posita est, ordinanda per fideles ministros in manu mediatoris. Quod [illegible] scripta beati Gregorii papae ad Augustinum Anglorum archiepiscopum, quo [illegible]

Hilarius episcopus ecclesiae catholicae urbis Romae [illegible] *[illegible]*

Leo Magnus universis episcopis per Siciliam constitutis: *[illegible]* Petrus in epistola ad Clementem: *[illegible] oportet [illegible]* Quoniam [illegible] *pedes [illegible]*.

[illegible] fratribus [illegible]

1 *[illegible]* *Hilar.*, *Opp.* ed. *[illegible]* III [illegible] 2 [illegible] 3 *Decret.* [illegible] 1, *[illegible]* p. 630 4 *[illegible]* 17 § 6 [illegible] *[illegible]* p. 615 5 *Epist. Clementis I* c. 4, *[illegible]* 32 6 *[illegible]*

tinens sua egressione pacem faceret, dum plaga, quae regnis ac regibus propter ipsam arcam fuit inmissa mitigaretur, eadem ad suos remissa. Hoc esset perfectum consilium, sine dubio ad plagam discordiae mitigandam satis idoneum. Sed adhuc arca inter fines ac terminos Philistinorum tenetur, dum episcopi, abbates, abbatissae facta electione ad palatium ire compelluntur, quatenus a rege nescio quae regalia suscipiant; de quibus regi vel hominium vel fidelitatis sacramentum faciant. Adhuc ergo principes consilio salubriori utantur, ut episcopis, abbatibus, abbatissis plenam libertatem dimittant, nec in spiritualibus dignitatibus sanctam Dei aecclesiam ulterius angariare presumant.

. . . .

[illegible] 13. . . . Ecce ut vidimus, prudens iste architectus tale fundamentum elegit talemque structuram illi superposuit, cuius tota participatio esset in id ipsum, quia nec populum in fide, nec clerum in regula voluit a sanctis apostolis esse diversum. In hoc ergo tutus edificio, non timuit vel ab hereticis vel pseudoclericis aliquatenus expugnari. In hac urbe fortitudinis utebatur Christo, non solum pro muro, sed etiam pro antemurali. Quod si nostro tempore aliquis episcoporum relinqueret militum cohortem — quam
Matth. 26, 47. solus ex apostolis Iudas legitur duxisse, quando, sicut euangelium narrat, fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum — si, inquam, cohortem relinqueret et in hac urbe fortitudinis nostrae Syon cum beato Augustino confideret, sicut ille contra hereticos, et clericos proprietarios prevaluit, sic iste contra hereticos, videlicet symoniacos, Nicolaitas nec non clericos proprietarios prevaleret. Quia Deus suam non desereret partem, si episcopus desereret cohortem, quae ipsum cum gladiis et fustibus ita, quocunque pergit, comitatur, ut potius Iudae cohortem ducenti, quam Petro solam virgam gestanti similis agnoscatur. Deus autem non in episcopo speciem Iudae requirit, sed speciem
Gen. 29, 18? *f. 13. Iacob *quam dilexit. Species ergo Iacob in episcopo exprimatur, ita ut, quomodo ille fecit, libentius fugiat, et, si necesse fuerit, exilium patiatur, quam milites armatos de pauperum stipendiis pascat et ministros, quos Christus in terra habere noluit, ipse
Ioh. 8, 13. habens regnum de hoc mundo asciscat. Si regnum Christi de hoc mundo fuisset, ministri utique sui decertassent, ut non traderetur Iudeis. Sed quia regnum suum non erat de hoc mundo, non habuit in hoc mundo milites ministratores, sed passus est eos vestium suarum divisores et corporis sui crucifixores.

Quos etiam usque hodie patitur, dum facultas ęcclesiastica per milites distribuitur et aecclesia, quae corpus ipsius est, non solum corporali egestate in viduis, pupillis, peregrinis ceterisque pauperibus per hoc affligitur, sed et in perfectorum mentibus zelum Dei habentibus miro cruciatu crucifigitur, non tantum a militibus corporaliter eam nudantibus et clavis tribulationum configentibus, quantum a pontificibus ipsum per facultates ecclesiae in manus militum tradentibus. Nam milites non haberent pote-

---

tantibus Clemens episcopus. Communis vita, fratres, omnibus est necessaria, — — et sic inter mortales facta divisio est. Et post pauca[1]: *Istius consuetudinis more retento — — sed omnibus praedicanda sunt.*

[illegible] Augustinus in libro Confess. VIII°.[2]: *Ex voluntate perversa facta est libido — — facta est necessitas.* Notandum est, quod talis necessitas non valet ad excusandum; sed de hac et
Ps. 24, 17. pro hac cum psalmista est clamandum: *De necessitatibus meis erue me, Domine.* Gregorius VII. Gwimanno Aversano episcopo[3]: *Si consuetudinem fortasse opponis, advertendum fuerit quod Do-*
Ioh. 14, 6. *minus dicit: 'Ego sum veritas'. Non ait: 'Ego sum consuetudo, sed veritas'. Et certe, ut beati Cypriani utamur sententia, quaelibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omnino est postponenda; et usus qui veritati est contrarius est abolendus.*

1 *Hinschius p. 65.* 2 *Confess. l. VIII. c. 5. § 10. Opp. ed. Bened. I. col.* 148. 3 *Grat. Dist. VIII. c. 5. unde Jaffé, Bibl. II. p.* 576.

statem adversus ecclesiam, nisi eis fuisset datum desuper. [illegible] ecclesiam et in ecclesia Christum tradiderunt, maius peccatum habent. [illegible] non parva, sed magna et sacrilegio plena sit militum culpa, [illegible] cum nequitia, quia aecclesiae lucra sub specie lucrandae pacis [illegible] ipsis pharisaeis ac pontificibus Iudeorum dicant: *N[illegible]* *nostrum locum et gentem.*

14. Certe *illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.* Timent enim pati malum [illegible] cum Christo et apostolis; et non timent facere malum cum pharise[illegible] malum semper sit malum; pati vero malum usque adeo non sit malum, [illegible] que sanctorum martyrum vel pontificum eligerent mille mala pati, [illegible] Sic cum sanctus Ambrosius ab imperatore cogeretur, ut illi ecclesiae traditionem [illegible]ceret, elegit sanctus pontifex cum suo ac suorum non parvo discrimine regem potius quam legem offendere, affirmans nec sibi licere, ut res pauperum cuiquam preter pau[illegible]daret, nec imperatori, ut eas acciperet. Ergo quia illic trepidavit timore [illegible] timor, quia phariseis Christum quasi pro cavenda Romanorum offensa tradentibus noluit communicare, et quia sic legerat: *Regem honorificate,* ut non frustra premissum attenderet, *Deum timete:* et Deum sibi propicium servavit et imperatoris animositatem libera et sacerdotali responsione mitigavit. Atque ita Deum timendo ac salvo ipso timore regem honorificando locum et gentem suam servavit: pro quo contra imperatoris offensam servando nec minimum aliquid de facultatibus pauperum dispertire voluit. Iudei vero et Christum tradendo amiserunt; et de loco, pro quo ipsum Romanis tradiderant, per ipsos Romanos exterminati sunt.

Sic et modernorum pontificum dignitas et potestas ab his maxime destruitur [illegible] conculcatur, quibus aecclesiastica facultas distributa cognoscitur. Qui etiam ab his ipsis, a quibus pro aecclesiastico, ut dicunt, beneficio, sed revera maleficio aliquantos denarios XXX illis denariis, pro quibus Christus venditus est, per omnia conferendos accipiunt, ita contempnuntur, ut eis vel opprobrio aperto vel occulto susurrio dicant: *Quid [illegible] ad nos? tu videris.* Quid ad nos, inquiunt milites, si episcopi aecclesiam sanguine Christi comparatam nobis pro vili precio vendunt et postea ipsum precium sanguinis [illegible] proiciunt, dum hoc inutiliter expendunt. Atque utinam vel hoc ipsum precium in sepulturam et requiem peregrinorum expenderetur, et ab aliquo episcoporum vel in extremis suis diceretur: *Peccavi tradens sanguinem iustum;* et tunc enim indulgentiam [illegible] obtineret, si non desperans cum Iuda, sed sperans cum David propheta [illegible] diceret. Mallem tamen, ut, cum adhuc sanus esset, peccatum suum cum Petro amarissime defleret et a militibus Christum tradentibus, si vestitus non posset, saltem cum dilecto Christi discipulo, relicta sindone, aufugeret nudus, quia melius et sine dubio [illegible] salubrius esset nudum a talibus fugere, quam vestitum et multis diviciis [illegible] cum illis remanere.

Ieronimus ad Nepotianum[1]: *[illegible]* *iudex, qui [illegible] potest [illegible]*

Ieronimus[2]: *[illegible]*

Ambrosius[3]: *[illegible]* Et paulo post[4]: *[illegible]*

Augustinus super Iohannem[5]: *[illegible]* *Iudas proditor [illegible]*

1 *Epist.* 52, § 6. *Opp. ed. Vallarsi* I [illegible] 261. 2 *Ibid.* [illegible] 3 *Epist.* [illegible] § [illegible] *Opp. ed. Bened.* III, [illegible] 905. 4 *Ibid.* § 19, [illegible] 5 *[illegible]* 50, § 10. *Opp.* III, 2, [illegible] 632. 6 *[illegible]* 149 [illegible] II p. 6[illegible]

Attamen, quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram subiecit populos episcopis et gentes sub pedibus eorum, ipse quoque in omnibus protector et adiutor eorum est, quatinus principes mundi non audeant eos a se recedentes ultra modum persequi, illius timore perterriti, per quem perterritus est Laban persequens olim Iacob a se fugientem et omnia sua secum ad terram patrum suorum trahentem. Usque adeo enim elegit Deus in episcopis hereditatem suam, speciem Iacob, quam dilexit, ut, si per omnia species Iacob, quam dilexit, in illis exprimatur, nullus eorum certissimo Dei auxilio destituatur. Quod ex illorum probatur exemplis, in quibus hactenus expressa est imago Iacob, strennui scilicet luctatoris, et Israel viri Deum videntis. Longum est hic inserere Martinos, Augustinos ceterosque sanctos patres, qui non per ecclesiasticas facultates ditaverunt, sed per fidem vicerunt regna. Qui etiam ora leonum, hoc est regum potentissimorum, non de stipendiis pauperum im-
*f. 14'. *pleverunt, sed verbo veritatis obduraverunt. Illud tamen singulorum atque omnium episcoporum et oculis ingerere et auribus inculcare delectat, quod beatus Ambrosius apud ipsum imperatorem, cui facultates aecclesiae omnino interdixit, quem etiam de peccato suo ita libere corripuit, ut aecclesiae introitum illi denegaret, donec illum publica paenitentia reconciliaret[1], apud ipsum, inquam, cui contra veritatem non pepercit, tanti fuit ponderis et amoris, ut liquido appareat, quoniam illius terror imperatorem pressit, qui in sancto pontifice tuebatur speciem Iacob quam dilexit. Sicut enim Iacob
Gen. 31, 20. legitur fugiens a Laban, nichil illum supra filiabus ceterisque ad se pertinentibus consuluisse, sic iste de curandis animabus et disponendis aecclesiae facultatibus non curabat imperatorem respicere, usque adeo, ut pro homicidiis absque ordine iudiciario iubente ipso imperatore factis publicam illi paenitentiam imponeret et, si quid de facultatibus aecclesiae peteret, incunctanter illi denegaret, asserens omnia que tam ipse quam aecclesia possidebat pauperum esse, atque ideo: *Nec mihi fas est, tradere, nec tibi imperator, accipere expedit*[2]. Quis ergo hanc licentiam, quam iste non habuit, modernis episcopis dedit? Qui non solum villas Deo in sacrificium oblatas, sed ipsas quoque decimas divino cultui tam veteris quam novi testamenti auctoritate sanctificatas sic militibus tradiderunt, quasi fas esse cepit, quod beatus Ambrosius fas esse negavit? Ille nefas credidit res pauperum non pauperibus erogare: moderni episcopi non hoc nefarium, sed necessarium putant esse, ut militibus ex lege beneficiaria suam de bonis aecclesiae recognoscant iusticiam, Christi vero idcirco negligant iusticiam, quod

Innocentius papa episcopis Apuliae[3]: *Multa contra canones aecclesiasticos decretaque — — religionem violant ordinesque corrumpunt.*

Ambrosius[4]: *Allegatur imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo. — — Publicarum tibi rerum ius commissum est, non sanctarum*[a]. Idem, cum vasa ecclesiae tradere compelleretur, ait[5]: *Si de me aliquid posceretur, — — si vult sibi esse consultum, recedat a Christi iniuria.*

f. 14'. Ambrosius in sermone ad populum[6]: *Meministis, quia lectum est hodie, — — suas vel proprio cruore defendit.* Et post pauca: *Si ille vineam suam non tradidit, — — Prius est, ut animam mihi auferat quam fidem.*

a) sacrarum *Ludw.*

1) *V. Ambrosii a. Paulino c.* 24; *cf. Placidus c.* 60, *Lib. II, p.* 594. 2) *Ambrosii Epist.* 30. *ad Marcellinam* § 7, *Opp. ed. Bened. II, col.* 854. 3) *Schoenemann p.* 658, *ep.* 39; *Hinschius p.* 544. 4) *Epist.* 20, § 19, *Opp. ed. Bened. III, col.* 906. 5) *Ibid.* § 8, *col.* 903, *ubi similia.* 6) *Sermo contra Auxentium* § 17, *Opp. II, col.* 868; *cf. Placidi Nonantul. Lib. de honore ecclesiae c.* 139, *Lib. II, p.* 630.

insticia militum nimis est inolita; insticia autem Christi nostro tempore [illegible] lita. Sic etenim confusa sunt regalia et aecclesiastica, ut [illegible] regnum spoliare, si aecclesiae facultates *militibus vellet dene[illegible].

15. Haec est illa confusio, qua impeditur manus edificantium [illegible] Dei [illegible] sia, sicut quondam post transmigrationem Babylonis eorum qui templum [illegible] studia sunt per hoc retardata, quod, sicut isti aecclesiastica regalibus miscuerunt [illegible] illi, cum essent Israelitae, contra divinum interdictum, uxores alienigenas ducendo commixti inter gentes et didicerunt opera eorum. Nonne et episcopi [illegible] secularibus principibus et ita didicerunt opera eorum, ut nonnulli eorum sciant [illegible] expugnare, procinctum contra hostes movere et cetera quae duci magis quam pontifici conveniunt ordinare? Quid ergo faciendum est alicui episcopo volenti hoc esse, quod dicitur, nisi ut multitudine ac consuetudine perversorum penitus despecta solum Christum ita sequatur, ut quidam sanctus Tobias videatur? De Tobia sic legitur: quod, *cum omnes irent ad vitulos aureos, quos fecerat rex Israel, hic solus [illegible] eorum, venit in Ierusalem adorare dominum Deum Israel.* Sic ergo iste, cum omnes eant ad palatium de mundi negotiis tractare, solus discat in visione pacis[1] debitas Deo victimas et oblationes facere. Sed fortasse rex eum persequetur cum militia et, lege Christi vel re insolita post dorsum proiecta, de sua illum urgebit iusticia, habens in hoc milites fautores: qui cum Pilati militibus vendiderunt mendacium, ut acciperent aecclesiae stipendium. Fecerunt enim episcopis hominium, ut essent aecclesiae defensores, cum sint ipsi hostibus extraneis omnino deteriores, quia aecclesiae bona inter se dissipant et id ipsum, quod beneficiis eorum superesse videtur, sumptuose apud episcopos convivando ita volunt consumere, ut pene nichil possit militum sumptui superesse, unde pauperes et viduae alantur, hospites et *peregrini suscipiantur, et cetera [illegible] episcopalis munificentie officia peragantur. Quid est ergo illud hominium, nisi quoddam mendacium? nam cum se episcoporum homines dicant, tantam sibi super eos dominandi potestatem vendicant, ut nichil dantes, preter mendacium, totum aecclesiae sic exhauriant gazophilatium; ut per omnia illis militibus deteriores probentur qui accepto a pontificibus precio tale mendacium confinxerunt, quod per hoc solubile ac destructibile fecerunt, quoniam se dormientibus Christum furto ablatum dixerunt. Quis Matth. 28, 13.
enim non videat fragile ac falsum testimonium illius esse, qui de hoc testatur, quod factum dicitur eo dormiente? cassatum est ergo mendacium eorum, quia Christus resurrexisse non dubitatur. Perierunt pontifices, a quibus hoc mendacium de stipe templi comparatum agnoscitur. Hominium vero et mendacium, quod episcopi de facultatibus aecclesiae mercantur[a], vix audet aliquis veritatis gladio impugnare, nisi propositum habeat eos qui occidunt corpus non ita formidare: sicut timenda est sententia illius [illegible]

Augustinus ad Valerium[2]: *Nihil est in hac vita* [illegible]

Ieronimus ad Eliodorum[3]: *Non est facile stare loco Pauli* [illegible] *quos regnatur[?] est?* Idem[4]: *Vae illi homini, per quem* [illegible] *quisque, et sic accedat*

Libri Hesdre cap. XXVII[5]: *Dixit Neemias: In diebus* [illegible]

Ieronimus ad Paulinum Presbyterum[6]: *Habet unum quodque prop*[illegible] *tantur et meritum*

a) mercantur [illegible]

1) Cf. Isid. Etym. VIII, 1, 6: Hierusalem pacis visio interpretatur. 2) [illegible] 21, § [illegible] Opp. II. col. 25 [illegible] 3) Cf. Epist. 14, § 9, Opp. I [illegible] 4) [illegible] 5) 2. Esdr. 13, 23—31. 6) Epist. 58 ad Paulinum [illegible]

Luc. 12, 5. iudicis, *qui postquam occiderit corpus, habet potestatem mittere animam in gehennam* Matth. 22, 21. *ignis.* Sed dicet aliquis: 'Nonne et ipse iustus iudex Cesari, quae sunt Cesaris reddenda precepit? Nonne hoc ipsum exemplo confirmans didragma persolvit? Quis est ergo episcopus, qui se Christo vel etiam Petro[a] maiorem faciens tributum, quod illi cf. Rom. 13, 1. solverunt, contra doctrinam Pauli apostoli potestatibus sublimioribus denegare presumat?' Ad quod respondemus, quia in hoc ipso cunctos episcopos Christo a Petro confirmari optamus, ut, sicut ille non de loculis Iudae, qui erant communis pauperum substantiae, sed aliunde accepit precium, quod Cesari daretur: sic et episcopi non de facultatibus aecclesiae, que solis pauperibus et Deo militantibus debet esse communis, *f. 16. sed aliunde, si possent, militibus et regi ministrarent *illud adtendentes, quod sancti patres[1] dicunt sacrilegium esse rem pauperum non pauperibus erogare. Si vero facultatem aecclesiae imperator aut alius princeps peteret, congruenter episcopus cum beato Ambrosio, quod supra posuimus, responderet[2]: *Nec michi fas est tradere, nec tibi, imperator, expedit accipere.* Quod pro regia, ut dicunt, iusticia de rebus pauperum aliquid episcopo imperator extorquere disponeret, melius esset cum beato Laurentio ardere, cui facultates aecclesiae nec ignis potuit extorquere, quam iusticiam forensem sive aulicam tanti ponderare, quasi contra divinam iusticiam illa nos possit excusare, cum nulla quantumcunque vetus consuetudo, quantumcunque a regibus firmata constitutio possit vel debeat stare, si propheticis, euangelicis atque apostolicis institutis invenitur repugnare. Sed adhuc obicitur, quia non possint episcopi militibus ea denegare que a suis predecessoribus illis cognoscuntur prestita esse, maxime si antiquitas accessit beneficio, ut in eo sit quedam per multas etates quasi hereditaria successio. Ad quod respondemus, quod predecessores episcopi, qui hoc fecerunt, nisi per ignem penitentiae pro sacrilegio commisso postmodum sint purgati, et illi absque dubio perierunt et suis successoribus hereditatem perditionis dimiserunt, nisi ea studeant corrigere, que ab illis contra Dei leges sciuntur presumpta esse. Nam si manum apposuerint ad ea[b] secundum leges aulicas in potestate militum confirmanda, que illis per legem [Dei[c]] de manu sunt extorquenda, sicut Iudei hodie viventes, quoniam patribus suis Christi interfectoribus in errore succedunt, ab eorum dampnatione alieni non sunt: sic episcopi malis episcopis succedentes, nisi male ordinata studeant ad ordinem iustum reformare, dampnationem predecessorum non possunt evadere.

16. Non debet alicui mirum videri, quod in distinguendo aecclesiastica et regalia tandiu inmoramur, quia hoc ad structuram edificii, de quo tractare disposuimus, pluri-

---

f. 16. Ex[3] synodo papae Hilarii cap. IIII[to]: *Illud quod quisquis commisit episcopus illicite — —, quidquid in alio non resecabit, inveniet.* Gelasius Cresconio, Iohanni et Messale episcopis inter cetera[4]: *Decessorum statuta, — — etiam male facta corrigere.*

Adrianus papa Engelrammo[5]: *Constitutiones — — nullius sint momenti.*

Gregorius in Registro[6]: *Inperiali constitutione aperte sancitum est, — — pro infectis habenda sunt.*

Innocentius papa episcopis per Macedoniam constitutis[7]: *Grave non oportuit videri piissimis — — sine penitentia condempnatur.*

a) PENO (!) c. b) eas c. c) *suppl. Pez.*

1) *Cf. Hieron. ep.* 66. *ad Pammach., Opp. I, col.* 397. 2) *Epist.* 30. *ad Marcellinam* § 16, *Opp. II, col.* 857. 3) Ex synodo Hilarii — habenda sunt *ex Deusd. Lib. I,* § 12, *p.* 310 *sq.* 4) *Löwenfeld, Epist. pont. p.* 10, *Jaffé* 717. 5) *Capit. Angilrami c.* 36, *ed. Hinschius p.* 764. 6) *Reg. IX,* 197. *Ianuar. Caralit., EE. II, p.* 186. 7) *Schoenemann p.* 591, *ep.* 18; *Hinschius p.* 545.

mum *valere arbitramur. Sicut enim quondam sub Zorobabel duce et Iesu magno sacerdote reedificatio templi per hoc tardata est, quod lex Dei, que filiis Israel uxores alienigenas interdixit, usque adeo profanata et neglecta est, ut etiam ipse Iesus legatur uxorem alienigenam duxisse, — unde et beatus Ieronimus dicit[1] eum propter hoc ipsum in veste sordida Zachariae prophetae apparuisse, — sic nostro tempore sanctae Dei aecclesiae per hoc est edificatio impedita, quod contra mandatum divinae legis neminem Deo militantem secularibus negotiis implicari permittentis ipsa secularia aecclesiasticis usque adeo sunt permixta, ut etiam sacerdos, quem lex de sanctis egredi prohibet, foris appareat veste sordida indutus, hoc est mundanis causis implicatus et involutus. Ideo et Satan per se ipsum ac membra sua multum illi adversatur et de corporalibus aecclesiae bonis, tanquam de corpore Moysi, plerumque cura eo per militum linguas altercatur. Quem tamen Satanan Michahel[a] archangelus Christi aecclesiae in adiutorium missus non audet increpare, quia episcopos veste sordida indutos militum vexationibus iuste videt subiacere. Cui sententiae illud concordat, quod angelus bonus, qui precibus Danielis affuit atque illas utpote a viro desideriorum oblatas cito exaudiri desideravit, tamen XX[ti] et uno diebus per angelos adversarios moram tulit, quoniam princeps Persarum, malus scilicet angelus, quasi causam iustam contra illum habuit. Nam, quamvis preces Danielis mundae fuissent, tamen propterea tardius exaudiri debuerunt, quod illi, pro quibus oravit, tantum culpe contraxerant, ut iusta peccati vindicta principibus malis debeant subiacere. Sed tamen, quoniam vir desideriorum, qui sibi desiderabiles cibos subtraxerat, pro illis oravit, tandem bonus angelus praevaluit: et de abbreviato captivitatis tempore letam consolationem Danieli apportans moram quoque diligenter *exposuit, quia videlicet principes malos suis[b] precibus adversantes habuit. Quorum nullus ante Deum bonis angelis pro salute satagentibus adversari poterit aut praesumet, nisi peccatis hominum exigentibus iustam a Deo licentiam acceperit. Satan ergo, qui episcopis adversandi potestatem iustam tamdiu habet, quamdiu sacerdotalis almitas veste sordida in eis dehonestatur, non potest ab angelo bono comprimi, nisi episcopus cum Daniele apponat cor suum ad intelligendum, ut se affligat in conspectu Domini, nisi vestem sordidam proiciat et lineis indutus atramentarium scriptoris ad renes habens, 'tau' literam, hoc est crucis mysticam figuram, frontibus Dei servorum inscribat. Tunc enim gladius Satanae alterius non poterit illi adversari: sed velit nolit pars adversaria cogetur per omnia illi famulari, eos tantummodo ledendo et interficiendo, qui non crucis figuram frontibus suis habent ita impressam, ut gementes et dolentes de his, quae fiunt in medio eorum, per nimium boni ferveris cruciatum.

*f. 16

*f. 17

Ex Romanis legibus[2]: *Illa scripta*[c] *uniuscuiusque supplicantis desiderio concessa prevaleant — — nullum supplicantibus ferant remedium.*

Ieronimus ad Augustinum[3]: *Magna dignitas animarum — — in custodiam sui angelum delegatum.*

Nicolaus papa[4]: *Cum ad verum ventum ultra sibi nec imperator — — rebus divinis praesumere videretur.* Idem ad Karolum imperatorem[5]: *Reprehensibile valde esse constat — — ut vacent orationibus.* Idem[6]: *Decretales epistolae Romanorum — — noverit sibi veniam denegari.* Idem[7]: *Si quis dogmata, interdicta — — promulgata contempserint. Anathema sit.*

a) *rubra linea producta.* b) suos c. c) sacra *Deusd.*

1) *Comment. in Zachar. l. I, c.* 3, *Opp. VI, col.* 800. 2) *Cf. Deusdedit Libellus I,* § 12, *Lib. II, p.* 311. 3) *Non inveni.* 4) *Epist.* 8. *ad Michaelem imper. Mansi XV col:* 214. 5) *Coll. Brit. Variae nr.* 116, *'N. Archiv' V, p.* 590; *cf. Comm. in Ps.* 64 ... 64 *De ordine donorum S. Spiritus infra.* 6) *Nescio ubi.* 7) *Concil. Romanum a.* 863 ... *Mansi XV, col.* 652; *cf. Deusdedit Lib. IV,* § 8, *l. l. p.* 361.

quasi per crucis signum possint evadere vindictam. Ergo si ipsi principes aecclesiam lacerantes tradentur in manus gladii in presenti seculo et partes vulpium erunt in futuro, sic omnes eorum consentientes foris vastabit gladius et intus pavor. Quos utique nec foris gladius nec intus pavor cum aliqua sui lesione vastaret, si eos nudos nudam crucem sequentes 'tau' litera consignaret. Sed quia terrena diligunt, quae a mundi principibus dari vel auferri possunt, necesse est eos pavore intus, foris gladio vastari, quando pacem terrenam per mundi principes vident non servari. Hec itaque vastatio a sanctuario incipiet, quia clericos proprietarios aecclesiae sanctuariis indigne incubantes primo exterminari continget: cum divitiae, quas possident, a militibus ne-
[illegible] mine defendente auferentur et consumentur. Deinde ipsi aut peribunt *ab invicem dispersi aut, quod magis est ab omnibus bonis optandum et de ipso bonitatis fonte sperandum, salvabuntur conversi.

Enimvero, si episcopus multitudine quantumcunque numerosa et consuetudine quatumcunque inolita, semel ac simul despecto lineo et apostolico habitu fulgens et
Ez. 9, 2. atramentarium scriptoris ad renes habens, hoc est, sacra scripturarum auctoritate semetipsum accingens ita incedat, ut figuram 'tau' quorum potest frontibus inscribat, et eos apostolicae vitae professores et crucis Christi baiolatores sibi assumat, atque cum illis solis animarum curam provideat, ceteri sine dubio vastabuntur gladiis sex virorum, hoc est, principum terrenorum. Qui ideo senario numero comprehenduntur, quia in presenti mundo sex diebus creato per sex etates gladium non sine causa portare permittuntur. In presenti vero tempore episcopo lineis et candidis puritatis et innocentiae vestibus induto sic iste gladius famulatur, ut, etiam cum creditur adversari, nichil
Ps. 104, 14. illis noceat atque interdum divino terrore retunsus conquiescat, iuxta illud: *Non reliquit hominem nocere eis, et corripuit pro eis reges.* Longe itaque sit ab episcopo secularis pompe illecebra, que tanquam sordida vestis deturpat insignia episcopalia. Ut quid enim illi aut vestis preciosa aut militum caterva? Nunquid iterum comprehendendus et crucifigendus est Christus, ut ad hoc faciendum cohortem ducat episcopus,
1. Cor. 8, 12. Iudae potius traditori, quam Petro pastori conformatus? Sicut enim iuxta Pauli sententiam qui peccat in fratrem, pro quo Christus mortuus est, peccat in ipsum Christum, qui pro ipso mortuus est: sic et episcopus absque dubio, qui res pauperum tradit
*f. 18. militibus, fame affligit et occidit pauperes Christi, atque ita peccans *in fratres peccat in Christum pro talibus liberandis semel in se ipso traditum militibus: qui nunc iterum per episcopos traditur militibus in suis membris affligendus et occidendus. Episcopus enim tradens stipendia pauperum tradit animas et vitas eorum, tanto deterior Iuda traditore, quanto avidius ex tali traditione precium sanguinis colligit et in usus suos custodit, quod Iudas possidere noluit, sed se hoc accepisse usque ad mortem doluit. Ergo, ut dictum est, Iudae traditori, non Petro pastori episcopus conformatur, quando militum cohortem ducit, quam de stipendiis pauperum pascit. Sed utinam Petro conformaretur et de medio militum, inter quos tenetur vinctus catenis duabus, ita exiret,
Ps. 2, 3. ut utramque proiciens cum psalmista diceret: *Dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum.*

17. Quae sunt autem hae duae catenae, quibus episcopus ligatur sub rectoribus mundi tenebrarum harum, sustinens carcerem tenebrosum? Nimirum una catena est hominium, per quod a militibus astringitur; altera est illa timiditas, qua se a militibus

[illegible] Ieronimus ad Paulinum presbyterum[1]: *Multitudines hominum et officia et salutationes — —. S[illegible] et [illegible] ac potentium consortia devita.*

1 *Epist. 58, ad Paulinum, Opp. ed. Vallarsius I, col. 323.*

destitutum ledi et male tractari suspicatur. Sed [illegible] magni consilii dirumpentur, quia et hominio neglecto et timiditate abiecta [illegible] porta ferrea ultro ad exitum eius aperietur, si tantummodo ad [illegible] surgat, et confortatus in Domino et in potentia virtutis eius non de militum [illegible] confidat, sed illius fortitudine cui omne genu flectitur; sub quo etiam potestas terrena usque adeo curvatur, ut magis honoret ac timeat episcopum cum Christo [illegible] milites habere nolentem, sed sola virga pastorali utentem, quam mille milites [illegible] tatu suo ducentem. Unde ergo tanta virtus in illa virga directionis, nisi quia Dominus regnavit et precinxit se virtute? Hac ergo virtute precinctum episcopum [illegible] illum sola virga cum Moyse utentem tota timebit Egiptus. Hac ergo etiam [illegible] Egipti cum exercitu suo percutietur, si episcopum a se recedentem [illegible] persequetur. Si enim episcopus a curia cum suis recedens speciem Iacob, quem Dominus dilexit, etiam in hoc teneat, ut illam sua omnia scrutari permittat, sicut a Laban factum legitur, qui scrutando substantiam Iacob nequiter egisse notatur, si, inquam, hoc idem episcopus regi ceterisque principibus permittat: quid suum poterunt apud aecclesiam invenire, pro quo episcopum a se recedentem debeant angariare? Villas, inquiunt, quas reges aecclesiis obtulerunt. Ad quod respondemus, quod, sicut [illegible] ydola de domo Laban a Rachele portata, scrutante ipso Laban, propterea inveniri non potuerunt, quod sub veste Rachelis abscondita latuerunt, sic et modo inter multas aecclesiarum villas, quas partim a regibus, partim ab aliis Deum timentibus accepit aecclesia, non apparet aliquas eam villas regalis pertinentiae habere, pro quibus debeat aut fiscum regalem implere aut milites ad procinctum stipendiare. Nisi forte pro aecclesia, non contra aecclesiam militantibus placeat episcopis aliquam illis opem ferre, non tamen de decimarum sancta oblatione vel alia pauperum facultate, quam nulli debet episcopus dare ut propriam; sed sicut canones precipiunt, dispensare utpote commissam.

Debetur[1] enim pars una clericis, altera ecclesiarum edificationibus et reparationibus, tercia viduis ac ceteris in hoc mundo consolationem non habentibus, quarta episcopo, non ut inde cum militibus convivetur, sed peregrinis et hospitibus quod sibi suisque cubiculariis superesse poterit ita largus dispensator impendat, ut omni viatori ostium suum pateat. Nam si omnes non receperit, iuxta patrum sententiam inhumanus est. Ergo pars quarta, quam de decimis ceterisque oblationibus recipit episcopus, maxime debetur peregrinis et hospitibus. Inter quos hospites, milites ac principes non connumerantur, nisi forte cum de terra sua peregrinantur. Tunc enim et ipsis consolatione indigentibus, prout facultas et domesticorum necessitas admiserit, caritatem debet episcopus, quoniam de tota parrochia sua quarta pars decimae ad hoc illi commendatur, ut omnibus consolatione indigentibus beneficus et munificus inveniatur. Si ergo sic se agat episcopus in administrandis ecclesiae facultatibus, quas villas [illegible] poterit imperator illi detrahere, que operiuntur sub tali caritate, qua tanquam veste nuptiali aecclesia in Rachele figurata vestitur et multitudo peccatorum, que ipsi reges ac principes quasi quedam ydola fabricant, penitus operitur? Caritas enim, quae caeteras virtutes ornando et tanquam vestis ambiendo regnat in paucitate spiritualium, [illegible] operit multitudinem peccatorum in turba saecularium; si tamen ipsi saeculares pro suis lucris omnia scrutantes aecclesiam non moveant, sed eam cum Rachele quiete [illegible] utentem atque ipsam caritatis vestem, qua ornatur, etiam ad persequentium peccatorum ydola operienda extendentem sedere et quiescere permittant. Plus ergo proficit regibus, quam ecclesiae, quod ipsa dignatur villas ab eis oblatas possidere; si tamen [illegible]

1) [illegible] 14 [illegible] § 27 [illegible]

cum viro legitimo a se recedentem non ita persequantur, ut catholico episcopo, dilecto ipsius aecclesiae sponso, nichil asperum loquantur, sicut Laban ad Iacob nichil loquebatur asperum. Qui ne hoc presumeret, Deus in via terruerat et premonuerat illum,
Gen. 31, 24. dicens: *Cave ne aliquid asperum loquaris ad eum.* Ecce quam vere speciem Iacob Deus dilexit, quam sub tanta diligentia protexit, ut Iacob dilectum suum nec verbo aspero ledi permitteret, sed ipsum eius persecutorem ad fedus cum eo componendum occulta sui timoris virtute urgeret.

18. Quis ergo dubitet hoc ipsum in sancta aecclesia fieri, si episcopus speciem
*f. 19'. Iacob in se ipso exprimens, in *hoc figuralem Iacob velit imitari, ut, sicut ille socero inconsulto solus in solitudine cum solis duabus uxoribus suis tale consilium iniit, ut a
Gen. 31, 5. domo Laban patris earum recederet, quoniam vultum eius adversum se mutatum videret: sic iste religiosus videlicet episcopus non expectans principum vel multitudinis consilia solus in solitudine cordis sui adhibita contemplandi et agendi sollertia tale consilium firmissime prefigat, ut a curia curarum plena totum se cum suis abstrahens ad antiquas patrum sedes via regia et cursu irrevocabili tendat, quoniam vultus regum ac principum erga episcopos valde mutatos constat?

Deusd. Si enim recenseamus, quales erga aecclesiam fuerint imperatores christianissimi, Constantinus, Constans, Valentinianus, Theodosius, Archadius, Honorius, Karolus, Ludewicus et his imperio et religione consimiles, qui vel a se vel ab aliis edificatas aecclesias amplissimis donis ditaverunt, et in clero et in rebus aecclesiarum nullum sibi dominium vel iudicium vendicare voluerunt; immo, ne quis sibi vendicaret, quidam eorum legibus vetuerunt. Hos, inquam, si recenseamus, et Ottonibus, Heinricis ceterisque illorum similibus conferamus, vere vultum regiae dignitatis valde mutatum invenimus, non solum adversus episcopum, Rachelis et Liae legitimum sponsum, sed adversus ipsum Dominum et Christum eius, angariando in servitutem redigendo sanctam et liberam sponsam ipsius.

Priores illi aecclesias ditaverunt; isti spoliaverunt. Illi sancta concilia, in quibus potestas principum ab episcoporum promotionibus excluditur, caute servaverunt, nusquam se ad has inserentes, immo, ne quis minorum principum hoc faceret, prohibentes, nisi forte ab aecclesia invitarentur ad collaborandum studiis bonorum. Sic[1] petente Mediolanensi aecclesia post factam electionem imperatoris accessit suffragium, ut obti-
*f. 20. nerent beatum Ambrosium. Qui in episcopum electus usque adeo *renitebatur, ut imperatoris auxilium, quoniam tunc temporis non longe a Mediolano fuit, super hoc necessarium videretur; non ut electum investiret, sed ut renitentem imperatoriae auctoritatis pondere ad hoc inclinaret, quatinus electioni divinitus factae acquiesceret.

19. Similiter sanctus Gregorius[2] post factam de se canonicam electionem in tantum renitebatur, ut imperatori Mauricio literas mitteret, ne unquam populo Romano

---

*) f. 19'. Constantinus[3] in Nicena synodo conventum episcopalem ita adorsus est: *Dominus statuit vos sacerdotes, — — clamide mea cooperirem eum.* Karolus et Ludewicus gloriosi imperatores in primo libro capitulorum suorum statuerunt[4]: *Sacrorum canonum non ignari — — subiectis prodesse valeat.* Ex tripertita Historia[5]: *Iustinianus ad Mediolanenses loquens: Nostis, ait, eruditi — — et illo splendore fulgentes melius poteritis eligere.* Item ad Ambrosium electum ait[6]: *Noli timere, quia et Deus, — — semper existam.*

1) *V. Ambrosii c. 7. 8; cf. Deusdedit Lib. contra invasores et simoniacos I,* § 10, *Lib. II, p.* 308. 2) *V. S. Gregorii I, c.* 39; *cf. Deusdedit l. l. p.* 308. 3) *Rufini hist. eccl. I, c.* 2. *ed. Vallarsi col.* 219; *cf. Deusd. III,* § 10, *l. l. p.* 350. 4) *Ludovic. Pii Capit. eccl.* 818. 819, *c.* 2, *Capit. reg. Franc. I, p.* 276; *locus ex Deusd. Lib. I,* § 16, *l. l. p.* 315. *sumptus est.* 5) *VII, c.* 8. *ed. Garetius col.* 305. 6) *Cf. Epist.* 1, 21. *ad Valentinianum; cf. Placidus c.* 59. *Libelli II, p.* 594.

super sui electione assensum praeberet; non, quod imperator haberet potestatem cassandi electionem, sed quia Gregorius meditabatur fugam, et sui subtractionem. Itaque sub imperatore tam Orienti quam Occidenti presidente[1], fugam et [illegible] suam volens facere tutiorem, cogitavit litteris suis ad hoc inducere atque captare imperatorem, ne se ab electione subtrahendo illum offenderet, de cuius latissimo tunc imperio penitus exire non posset. Hoc vir Dei cogitans utile se putavit invenisse consilium. Sed *non est consilium contra Dominum*. Nam neque literae istae pervenerunt ad imperatorem; nec si pervenissent, impedire potuissent electionem. Nullus quippe inter omnes antiquos et catholicos illos imperatores invenitur qui electionem cleri ac populi cassare aut retractare, sive aliquam in ea sibi potestatem vendicare temptaverit; quamvis tunc temporis ea consuetudo sollempnis fuerit, ut electo Romae urbis pontifice scriptum super hoc ad imperatorem mitteretur, quatinus assensu illius ad favorem populi accedente ipsa electio firmior haberetur. Quod tamen non semper servabatur, sed tunc solummodo, quando utilitas hoc exposcere videbatur, sicut in electione istius beati viri tantum renitentis, ut, sicut supra de beato Ambrosio diximus, necessarium videretur auxilium et assensus imperatoris. Beatus vero Pelagius predecessor ipsius proximus inconsulto imperatore post factam electionem e vestigio fuit ordinatus[2], quia tunc non erat utilitas vel necessitas ulla, ut electio illius innotesceret [3] imperatori, cum [4] nullam in electione ac promotione pontificum potestatem habeat aliqua laica potestas, sicut sacra canonum testatur auctoritas. Quae non solum episcopos, sed etiam presbyteros per laicam potestatem aecclesias obtinentes usque adeo consecrari et ordinari prohibeat, ut ordinatores talium non solum officio privandos iudicet, sed etiam sub anathemate positos indicet. Hinc est, quod octava synodus electionem laicali potestate fieri sub anathemate interdicit: que synodus [illegible] petente et presente Basilio magno imperatore [illegible] habita fuit. Neque tamen vel ipse Basilius vel ceteri catholici imperatores questi sunt hoc ad sui contemptum fieri, ut nichil de pontificum electione eorum referretur potestati, immo potius leguntur sanctorum patrum institutiones amplexati fuisse, easque quidam eorum post quinque patriarcharum subscriptiones suis quoque subscriptionibus roborasse. Fuit enim tempore illo laicis in ecclesia non aliqua statuendi potestas, non imperandi auctoritas, sed subsequendi necessitas et obediendi humilitas.

20. Nonne istis omnibus consideratis quodammodo intuemur clementissimum vultum regum caeterorumque principum erga speciem Iacob, quam Deus dilexit, sanctum [illegible] videlicet sacerdotium[a] quondam fulsisse? Sed modo peccatis exigentibus non solum vultus clementiae in regibus est mutatus, sed etiam rarus quilibet invenitur episcopus, in quo species Iacob, quam Deus diligit, sic appareat, ut antiquo illi Iacob speciali similitudine appropinquare studeat: videlicet in baculo crucis seu regulae pastoralis [illegible] Iordanem, hoc est mundum fluentem, transeundo, pauperum greges potius quam militum cohortes pascendo, Rachelem magis quam Liam diligendo, sed tamen utramque [illegible] amplectendo, de domo Laban, hoc est mundi principum, cum suis omnibus recedendo, [illegible]

Ex concilio Antioceno cap. CXXII[5]: *Si quis presbyter vel diaconus* — — [illegible] *anathemate sint, sicut Symon Magus a Petro.* Ex synodo Simmachi papae cum CCX et VIII episcopis[6]: *Non placuit laicos* — — *cui subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.*

a) sacerdotum *c.*

1) *Cf. Deusdedit l. l.:* Imperatores non solum Orienti, sed etiam Occidenti imperantes. 2) *Scil. Pelagius II. Cf. Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 309. 3) *Cf. Deusdedit l.* [illegible] *p.* 307 *sq.* 4) *Canon. apost. c.* 30, *Hinschius p.* 29. *Hic et sequens* [illegible] *Deusdedit* [illegible] § 7, *Lib. II, p.* 306. 5) *Synod. Rom. a.* 502, *c.* 3. *Mansi VIII col.* 267. [illegible]

fratrem Esau cum armatis sibi occurrentem non armis, sed patientia vincendo; et
f. 21 cetera, quae ille figuraliter *gessit, specialiter exequendo. Quae omnia si episcopus
pro debito sui ordinis observaret, revera sic spacium inter gregem et gregem ordi-
Is. 24, 2. naret, ut non esset, *sicut populus, sic sacerdos;* nec omnino sua voluntate ille esset
sacerdos aut gregis custos, qui in domo propria tanquam lupi quadam spelunca potius
predam congregat, quam in claustralibus septis inter vestibulum et altare cum sacer-
dotibus et Dei ministris pro peccatis intercedat.

21. Haec de villis dicta sint, quarum paucas aecclesia suscepit a regibus, ita ut de ipsius regni sint facultatibus. Sicut enim cuilibet fideli non dubitamus licere, ut sive de hereditate sua sive de alia legitime acquisita possessione oblationem faciat aecclesiis: sic idipsum regibus licere nemo est qui dubitet; nemo, qui tales oblationes ab aecclesia recusandas putet. De regni autem facultate, quae est res publica, non debet a rege fieri donatio privata. Est enim aut regibus in posterum successuris integre conservanda aut communicato principum consilio donanda. De re autem privata tam a regibus, quam a ceteris principibus potest fieri donatio privata. Sic imperator Constantinus, si quid aecclesiis donabat de ipsius regni publicis facultatibus, non hoc fecit, nisi consultis consulibus ceterisque regni maioribus, quorum collaudatione testamenta super talibus conscribi fecit, ne sua traditio posteris in dubium venire possit. De rebus autem sibi privatim pertinentibus ita erga aecclesiam Dei fuit munificus, ut, si quis librum, qui de donationibus illius Romae conscriptus est, perlegere voluerit,
cf. 2 Cor. 9,7. inveniat illum fuisse tam in privatis hilarem datorem, quam in publicis fidelem ac pru-
dentem dispensatorem. Sua enim liberaliter donavit, regalia vero discretissime dispen-
savit; non, ut eum quidam accusant, confundens ac permiscens aecclesiastica regalibus,
sed honorans aecclesiam de ipsis regalibus. Neque enim vel pontificem regales curas
f. 21v. *ministrare disposuit, neque sibi de aecclesiastico regimine aliquid temere usurpavit.
Hinc est quod in Nicena synodo post omnes episcopos ultimus residens de sacerdotum causis nichil iudicare presumpsit, sed per omnia sub episcoporum dignitate se reverenter humilians, ad eorum se arbitrium pendere iudicavit[1]. Non ergo a Constantino processit ista confusio et succedentium quorumdam imperatorum exiciabilis abusio: ut reges et principes promotioni episcoporum, abbatum, abbatissarum se ultro ingerentes administrent aecclesiastica; que a Constantino non leguntur administrata. Rursum quis episcopo milites ad procinctum colligendi ac cetera ducis officia gerendi potestatem tribuit, quam a Constantino et sub Constantino neque beatus Silvester neque alius episcopus habuit? Non ergo a Constantino et Silvestro coepit huius confusionis origo, quoniam et ille regis, et iste pontificis officium tam simpliciter, tam sincere ministravit, ut alter pro pace militando exercitui preesse, castris ac bellis interesse non recusaret, alter sola Dei ministrorum et Christi pauperum curam gerendo, non solum in spiritualibus animarum lucra studiose cumularet, sed etiam de corporalibus aecclesiae rebus eorum inopiae sollertissime provideret.

22. Volens itaque beatus pontifex Silvester sui exemplum posteris relinquere vidensque tunc in clero vitam communem defecisse, que nullam in decimis legem habuit vel habet nisi quam apostoli habuerunt, qui, prout cuique opus erat, omnia, que offerebantur, diviserunt, et quod superfuit pauperibus dimiserunt. Videns, inquam, hoc totum Silvester papa, ipse primus omnium Romanorum pontificum, post vitae communis defectum nichil suum dicentis obviavit morbo avaritiae sua querentis per tale decretum, quo de rapacibus manibus episcoporum et clericorum sua querentium extorqueret partem pauperum.

1) Cf. *supra p. 150, n. 3.*

Igitur presidens episcoporum conventui, omnibus qui aderant [illegible] generali decreto statuit de decimis ceterisque oblationibus quatuor fieri portiones, quarum nullam destinavit ad stipendia militum, quia non erat illi militiae, sed aecclesiae cura; magisque pauperum turba quam militum cuneo septus [illegible] militum facto sibi hominio appellari, sed pauperum Christi [illegible] affectavit. Sciens enim scriptum esse quod *omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum*. His quae ad saeculum sunt omnino postpositis, de his tantummodo se intromisit, quae erant ad Deum. Ducatus, comitatus, thelonea, moneta pertinent ad saeculum. Decimae, primitiae et [illegible] oblationes pertinent ad Deum. Illa per mundi principes, ista per pontifices antiquitus tractabantur, ea videlicet cautione ac distinctione, ut neque pontifex in his, quae erant ad saeculum, neque princeps in his, quae erant ad Deum [illegible]; sed uterque suo iure contentus, modum divinitus ordinatum non excederet.

23. Apostolus dicit, quoniam *testamento hominis morte testatoris confirmato* [illegible] *aliquis super ordinat*; et testamentum sanguine Christi confirmatum tam facile [illegible] laudum et conculcandum aliquis putat, ut contra euangelium, quod est ipsius Christi novum testamentum, gladium Petro interdictum manibus episcoporum denuo reddendum arbitretur? et Mathaeum de theloneo vocatum, rursum in episcopo ad idem officium residere cogat, ad quod Mathaeus resedisse non legitur?

Hec dicens non illud intendo persuadere, ut episcopus theloneum[a] ac cetera sine dubio ad regem pertinentia sic abneget, ut illis offendiculum ponat; qui talia [illegible] aecclesiis donata quacunque occasione ab illis auferentes dicunt sacrilegium committere, quoniam aecclesia rem semel acceptam et diutina possessione mancipatam non [illegible] amittere. Quibus ego ad presens non respondeo; sed illud simpliciter affirmo: quod sicut laici nullo iusticiae vel falso colore decimarum possessionem sibi poterunt licitam affirmare, quoniam decima aecclesiastica res esse non dubitatur, sic illae regales et militares administrationes ab episcopis sine certa sui ordinis apostasia gubernari non possunt. Quia si Mathaeus ad thelonium resedisset, nequaquam in apostolorum, sed apostatarum numero censeri meruisset. Quis vero poterit culpare, immo quis non cogetur laudare, si episcopus decimas laicis sub anathemate interdicat et se a publicis *militarium negotiorum officiis ita penitus alienum faciat, ut magis cum antiquo Martino [illegible] pauperes, quam cum novo Mogontino[1] milites colligere ac procurare studeat? Scimus quo pervenerit Martinus cum suis pauperibus: nescimus adhuc quo perveniat Mogontinus[1] cum suis militibus. Martinus pauper et modicus caelum dives ingreditur: Mogontinus non pauper, non modicus adhuc super terram graditur.

24. Non omnes episcopi possunt quod potest Mogontinus: et per Dei gratiam possent, si vellent, quod potuit Martinus. Pauci cum Mogontino possunt tam sumptuosa convivia cottidie disponere, quibus valeant ac velint principes et milites multi [illegible] esse. Omnes autem, per Dei gratiam, si volunt, possunt cum Martino cottidianas sui suorumque discipulorum refectiones cum tanta frugalitate disponere, ut milites magis abesse, quam adesse libeat mensis eorum, glorificantes super hoc virtutem parsimoniae

Sulpitius in Vita sancti Martini[2]: *Sumpto episcopatu* [illegible] *non est nostrae facultatis evolvere. Idem* [illegible]

[illegible]

a) theloneum [illegible]

1) *Adelberto II* (1138—1141), [illegible] p. LXV. de Adalberto I [illegible] cf. infra c. 71. 2) [illegible] § 1. 2 [illegible] p. 119. 3) *Ib.* § 5—9 p. 120.

ipsorum. Quid autem prodest Mogontino, quod ante eum sedet populus manducare et bibere, et postea surgit ludere? Multum vero profuit Martino in se ipso suisque discipulis parsimonia cum discretione, in peregrinos hospitalitas sine murmure, in viduas ac pauperes omnes pro caritate miserationis affectus, pro facultate largitionis effectus. Mogontinus cum militum turma solet ad curiam venire; Martinus, quo metropolis Mogontia patrono gloriatur, non ita solebat agere. Sed quando vel ad regem vel alias iter facere necessitas incumbebat, solo pauperum discipulorumque suorum comitatu contentus erat, nec spumantibus equis vel ipse vel sui vehebantur; sed vilibus iumentis ad solam itineris necessitatem utebantur; si tamen tam longe fuit eundum, ut pro corporis infirmitate necessarium esset iumentum. Facilius ergo Martino Mogontiensium patrono, quam ipsi domino Mogontino possent omnes episcopi conformari, si adiuvante gratia vellent pro posse conari. Et quid dicam de Martino? Certe in Christo Iesu
*f. 23. possent omnes quod potuit Petrus, immo quod *potuit ipse Christus, pauci possunt hoc tempore argentum et aurum sufficienter habere et militibus victum sufficientem prebere. Quis autem non potest cum Petro aurum et argentum non habere? Quis non potest cum Christo militibus ministris carere, quos ipse in hoc mundo noluit habere? Certe omnis episcopus potest, immo cogitur argentum et aurum non habere, si inter tot fame, siti, nuditate deficientes solam caritatem voluerit possidere. Multo autem facilius poterit militibus carere, si ipse miliciam sibi a Deo preordinatam voluerit exercere. Nam et talem miliciam milites sponte fugiunt; et ad eam strennue ab episcopis cum religiosis fratribus exercendam penitus necessarii non sunt. Non est enim nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem gladio materiali peragenda; sed adversus principes, mundi rectores milicia spiritualis iugiter exercenda. In qua milicia
2. Tim. 2, 4. *nemo militans implicat se negotiis saecularibus,* nemo libenter occupatur in administrandis regalibus: sed ducatu, comitatu, thelonea ceterisque publicis functionibus omnino postpositis sic pugnat, non quasi aerem verberans; et sic currit, non quasi in incertum; nec modernorum, sed antiquorum sequitur ducatum.

25. Quae cum ita se habeant, patet aecclesiarum facultates trifariam esse distinctas: in decimarum videlicet oblationes, et agrorum possessiones, necnon regales ac publicas functiones. Et de decimis quidem nulla est contradictio, quin eas laici possideant cum sacrilegio. Agros autem semel in usus pauperum oblatos docuit superior assertio ab aecclesia sub caritatis operimento defendi, ne ab aliquo persecutore iuste possint auferri. Publicas autem functiones non curae aecclesia multum defendere;
cf. Gen. 31, 34. non curat Rachel vestem suam ad eas tegendas extendere, quoniam spirituales viri malunt carere talibus, quam ex eorum occasione implicari negotiis saecularibus.

26. Hic adiciendum puto de familiis aecclesiarum, quas longe aliter tractari videmus, *quam paternarum traditionum venerandus prescribit terminus. Primitiva enim
*f. 23'.

In decretis Gelasii papae cap. XXXXI[1]: *Gelasius Romanae aecclesiae praesul universis episcopis: Quaecumque tam de reditu — — fabricis applicanda.* In decretis Gregorii cap. I: *Gregorius papa Romanus Augustino Cantuariorum episcopo*[2]. *Mos apostolicae sedis — — omnia inania sunt vobis.* Nicolaus papa cap. VIIII[3]: *Nicolaus episcopus episcopis omnibus: De reditibus primitiarum — — communionem priventur.* Ex passione Sebastiani martiris[4]: *Interrogatus Chromatius si crederet, dixit, credo. — — servi hominis, non decet esse.*

Ex decretis Melciadis papae cap. III[5]: *Denique reges et presides et magistratus — absque necessitate tribuerunt.*

1) *Epist.* 27. *ad Luc. episc.* § 27, *Thiel I, p.* 375: *Hinschius p.* 654. 2) *Ep. XI,* 56[a], *MG. EE. II, p.* 333. 3) *Cf. Syn. Rom. a.* 853, *Dec. ap. Holstenium, Coll. Rom. II, p.* 133; [illegible] *p.* 343. 4) *Acta S. Sebastiani c.* 17, § 61, *A. SS. Ian. II, p.* 274. 5) *Epist. II,* 11, *Hinschius p.* 248.

aecclesia non solebat famulos possidere, sed omnes [illegible] tanquam fratres in unum habitantes ista studebant agere: ut non, sicut prin[illegible] tium dominantur eorum quos possident, sic ipsi aliquorum [illegible]; sed per cari tatem servientes invicem, illius vestigia sequerentur, qui [illegible] strare. Sed licet apostolica aecclesia servos non haberet, [illegible] nalibus servos obedire docet. Non autem ociose, cum dixisset [illegible] adiecit *carnalibus*; sed voluit eos distinguere a perfectis et [illegible] omnes, quos ante conversionem habeant famulos, in ipsa [illegible] libertos. Neque enim erat adhuc consuetudo famulos aecclesie donare, quia multis [illegible] persecutionibus aecclesia exposita et quasi ad procinctum parata, [illegible] possidere; et ideo non agri offerebantur, sed pretia agrorum ad pedes [illegible] ponebantur. Testante vero Urbano papa et martire[1], agri [illegible] utilitate ceperunt aecclesiis offerri, ut episcoporum sollertia providente per [illegible] eorum certiora essent subsidia communiter vivendi. Ad agros itaque [illegible] ipsis villis offerebantur et coloni. Si qui autem supra colonariam condicionem [illegible] ministeriales, a dominis perfecte se convertentibus libertati donabantur: [illegible] Sebastiani aliorumque martyrum passionibus de multis legitur, qui se arbitrabantur non esse conversos, nisi prius libertati donarent omnes famulos suos. Tunc [illegible] regnante persecutione vix poterat aecclesia vel agros vel colonos tueri: et ideo placuit sanctis famulos suos magis libertati quam aecclesiis donari.

27. Ceterum postquam cessante persecutione a christianissimo principe Constan tino pax et libertas aecclesiarum confirmata est, in tantum sancta Dei aecclesia exaltata est, ut cum maxima libertate possideret non solum famulos [illegible] et colonos, sed et magnae [illegible] auctoritatis robore ipsos quoque contra omnem iniustam mundi violentiam tueretur libertos. Inde factum est, ut, quando convertebantur principes magni, ministeriales eorum famuli mallent aecclesiae tuicionibus mancipari, quam omnimodo libertati donari. Extunc cepit aecclesia ministeriales habere, quos ipsa tueretur, non a quibus ipsa de fenderetur, ut quidam rerum gestarum imperiti somniant, qui illos aecclesiae ad hoc datos putant, ut eos episcopi de pauperum facultatibus pascant; et quanto plures ex eis poterunt, semper secum teneant. Neque enim putant episcopi prandium aut cenam cum honestate sumere, si contingat militum multitudinem abesse, solos fratres parsi moniae amatores et Christi pauperes adesse. Hoc illi somniant, quia quid, quare factum sit ignorant. Neque enim idcirco venerunt milites in ius ac potestatem aeccle siarum, ut essent distractores earum, sicut cottidie fieri videmus. Namque dum epi

Ex dictis eiusdem[2]: *[illegible] religiosissimus Constantinus [illegible] profuturam concederet.*

Agatense concilio cap. XXVIII[3]: *Libertos[illegible] [illegible] appellatur.*

Toletanum concilium cap. LXXIII[4]: *Liberti qui[illegible] [illegible]*

Vita beati Gregorii libro III, cap. XLVII[5]: *Libertatem [illegible] defendebat*

Ex concilio Arausico cap. VI[6]: *In ecclesia [illegible] [illegible]*

[illegible] libertas

1) *Epist. I, c. 2. Hinschius p. 144.* 2) *Epist. II, c. 10 [illegible] 2[illegible]* [illegible] *c. 29.* [illegible] *p. 334.* 4) *Conc. Tolet. IV, c. 74. Hinschius p. 372.* [illegible] 6) *c. 7. Hinschius p. 328.*

scopi de rebus aecclesiae serviunt illis, nichil reservatur viduis et pupillis. Quid ad Iac. 1, 27. haec dicemus? Certe si *religio munda et inmaculata apud Deum et Patrem haec est: visitare viduas et pupillos in tribulatione eorum,* irreligiositas utique et inmunditia maculosa probatur pascere milites de rebus eorum. Ergo quicunque hoc facit, etsi nunc appareat hominibus honestus et religiosus, in ultimo examine stabit inglorius et maculosus. Ubi puto, tucior stabit, sive, ut magis credo, ad multos episcopos iudicandos et in sui comparatione dampnandos in iudicio sedebit Augustinus, tanto vicinior apostolis, quanto regulam apostolorum secutus est cum suis clericis. Sedebit etiam Martinus ille pauper et modicus. Tunc certe illum non penitebit, quod aliquando a militibus est male tractatus: nunquam vero eisdem suo ministerio ascitis legitur stipatus. Nam [1] pauper ipse cum suis conpauperibus quadam vice solito more non imperialiter, *f. 24'. sed episcopaliter incedens, cum iter faceret, a militibus, quos *obvios habebat, plagatus et male tractatus nullos ministros pro se certantes habuit; sed neque, ut postea iter faciens militum turmas duceret, tantis plagis compelli potuit.

28. Sane illud non reprehendimus, si aliquando, ubi malos habet suspectos, a Act. 23, 12. principe deductores armatos accipiat episcopus, nam hoc legitur fecisse Paulus apostolus, non ut suos inimicos ipse ledere, sed ne ab eis ledi posset, qui se devoverant non accepturos cibum, donec occiderent Paulum. Sed illis deductoribus a tribuno, non a Paulo, stipendia providebantur, quia de collectis aecclesiarum soli pauperes et communiter viventes pascebantur. Puto autem, si de collectis milites pascendi fuissent, nullis certe rectius quam illius deductoribus exhiberentur; quo satagente per multas aecclesias fuerant res pauperum collecte, sicut ipsius testantur epistolae. Sic ergo, si fieri potest, ut absque pauperum et aecclesiarum gravamine per viam aliquam sibi suspectam deductores armatos accipiat episcopus ab aliquo principum, non erit continuo appellandus dux militum, quoniam aliud est milites ducere, quod praeter solum Iudam nullus apostolus legitur fecisse: aliud deduci a militibus, sicut deductus est Paulus apostolus.

Multo autem gloriosius erit episcopo, si non in homine, sed in Domino fiduciam ponens dicat cum beato Martino [2]: *Ego signo crucis, non clypeo protectus aut galea,* 2 Cor. 10, 4. 5. *hostium cuneos penetrabo securus.* Affirmante enim apostolo: *Arma miliciae nostrae non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem municionum, consilia destruentes, et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Christi.* Talibus armis Petrus expugnavit Romam; et de urbe orbis victrice humilis piscator obtinuit victoriam. Fuit etiam post apostolos in sanctis episcopis haec armatura; sed in his maxime, quorum circa pauperes magis, quam circa milites pascendos versabatur intentio et cura. Per hanc Leo papa de rege Attila triumphavit, quando, ut historia Longobardorum testa- *f. 25. tur [3], crudelissimus *tyrannus nec in verbo aspero pontificem contristare, nec pacem postulatam illi denegare ausus fuit. Quoniam, ut ipse Attila [a] postmodum suis aperuit, ad introitum pontificis terrifica quadam visione sic permotus fuit, ut non oporteat dubitari angelorum ministerium sancto pontifici affuisse; regemque superbum fortius ter-

---

f. 24'. Gallus discipulus sancti Martini in libro de miraculis eius cap. IIII. sic dicit [4]: *Consequenti tempore iter — — permisit animalibus restitutis.*

f. 25. Ex libro Hesdre dixit Hesdras [5]: *Predicari ieiunium — — evenit nobis prospere.*

a) Attala c.

1) *Sulpicii Severi Dial. II, c. 3, ed. Halm p. 183.* 2) *Ibid. V. S. Martini c. 4, § 5. ed. Halm p. 114.* 3) *Pauli Diaconi Hist. Roman. c. 12. AA. II, p. 204;* *ceteros auctores v. Jaffé, Reg. pont. ed. 2. I, p. 68.* 4) *Sulpicii Severi Dial. II, c. 3, ed. Halm p. 183 sq.* 5) 1. *Esdr.* 8, 21–23.

ruisse, quam nunc aliquis superbus princeps [illegible] ad illum [illegible] militibus ministris ingrederetur. Ipsi enim milites, qui dicuntur ministri, in tantum sibi volunt ab episcopis ministrari, ut magis timeantur, quam [illegible] ipsi defensores episcoporum putant, credentes illum penitus annichilari, si [illegible] ministri. Unde etiam facultates aecclesiae velut suas dotes [illegible] nescientes eas pauperibus Christi usque adeo debitas, ut sacrilegium committat qui pro militibus beneficiandis pauperes, immo in pauperibus Christum spoliat.

29. Hoc intelligens insignis martyr Laurentius elegit potius [illegible] craticulae, quam illis dare facultates aecclesiae.

. . . .

30. . . . Ibi puto, ad stipendia militum nulla de rebus aecclesiae portio destinatur; quibus tamen ab episcopis maior portio de oblatis Deo rebus exhibetur, quam [illegible] indigentibus, consolationem in hoc mundo aut non habentibus cum Lazaro aut habere nolentibus cum Petro. Quibus duobus pauperum generibus tota debetur facultas aecclesiastica praeter quartam eius partem, quae fabricis aecclesiarum est applicanda. Cum ergo aecclesiae stipendia solis debeantur aut cum Lazaro non habentibus aut cum Petro nichil habere volentibus, in quo genere pauperum istorum ponemus ministros, milites et clericos proprium habentes? Cum Lazaro non conveniunt, quoniam habent consolationem suam, a Petro valde dissentiunt, quoniam quod habent servant tenaciter, et quod non habent querunt rapaciter. Quando autem vel milites vel illi semiclerici de suis aliquid tribuunt, non tam large atque hilariter afflictis pauperibus, quam ipsis pauperum afflictoribus hoc inpendunt. Nec mirum, cum sint ipsi pauperum afflictores et quantum in ipsis est, ipsius Christi crucifixores.

31. Si tota canonum series recenseatur, ministris, militibus et clericis divitibus nulla portio de rebus aecclesiae destinatur. Nusquam in Romanorum pontificum decretalibus epistolis, nusquam in sanctorum patrum sententiis hoc approbatur: ut vel miles minister vel clericus, ex proprio dives, stipendiis aecclesiae pascatur. Nec moveat quemquam, quod beatus Gregorius Anglorum clericis proprium habentibus ab episcopo stipendii portionem dari permisit[1], quos, ut supra taxavimus, nec infra congregationem pascendos, nec ad sacros ordines admittendos apertissime significavit. Hoc enim et nos possemus et deberemus tolerare, si clerici proprietarii vellent extra sacros ordines, intra vel infra acolitos, in sancta Dei aecclesia militare, nec presumerent sibi animarum curas vel sacros ordines prius vendicare, quam proprietatibus renuntiarent et iugo apostolicae regulae colla submitterent. Tunc enim ordinate ordinarentur, si tamen non bigami, non viduarum vel repudiatarum mariti, non aliquo crimine, quod invenialiter a sacris ordinibus canones reprobant, maculati per diligentem examinationem probarentur. Si ergo sic ad ordines accederent, satis tolerari posset, ut extra congregationem et extra sacros ordines constituti, stipendia suis muniis debita foris acciperent, quamvis hi, qui aecclesiae rebus communicant, sua nequaquam sine peccato possideant. Soli enim, testante Prospero[2], sine peccato possident sua, qui nichil accipiunt ab aecclesia. Qui autem aecclesiae stipendia cum suis possidere volunt, faciunt

Ex decretis Adriani papae[3]: *Laici contemptores canonum — — honore priventur.*

Vita sancti Gregorii libro II. c. XI[4]: *[illegible] bus, despectabiles remanebant.* Cap. XV[5]: *Nemo laicorum quodlibet palatii — — ad [illegible] curam continuam deputatos.*

1) *Cf. Gregorii epist. XI, 56a, EE. II, p. 333.* 2) *Iulianus Pomerius de vita contemplativa II, c. 10* (*Prosperi Opp. col. 32*). 3) *Capit. Regum* [illegible] *p. 765.* 4) *Vita ed. Bened. I, col. 48.* 5) *Ibid. col. 49.*

quidem rem culpabilem; sed iuxta permissionem sancti Gregorii quoquo modo tolerabilem, si stipendia sua foris accipientes, nec fratrum communiter viventium perturbant quietem nec sacri ordinis presumunt amministrationem.

32. Invenimus ergo iuxta quendam modum clericos proprium habentes posse ab aecclesia stipendiari; milites vero ministros nusquam invenimus ita in patrum scriptis commendari, ut de rebus aecclesiae debeant beneficiari. Sancti etenim pontifices, apostolorum successores, modernorum precessores non habuerunt milites ministros, sed de[a] clericis et monachis probatos cubicularios; neque super facultates aecclesiae laicos prefecerunt, sed economos sive vicedominos de clericis elegerunt. Clericis ergo solummodo res pauperum tractandas ad dispensandas commiserunt, quia terminos patrum transgredi noluerunt qui laicis quantuncunque religiosis nullam in aecclesiae oblationibus administrandis facultatem permittunt. At nunc laicos vicedominos, et super bona pauperum prepositos, necnon episcoporum ministros contra patrum consuetudinem videmus: et in conviviis eorum magis strepitum ex turba militum ac scutariorum, quam aliquid de scriptis patrum sonare dolemus. Neque enim simul se capiunt patrum collationes et militum confabulationes: et fortasse milites ministros offenderet, si vox lectoris in mensa paulo altius resonaret.

33. Quod malum beatus Augustinus discretissime cavens, tales convivas frugali mensae suae adhibere curavit, quibus saperet lectio et sancta disputatio, nolens in mensa sua ociosam confabulationem, vehementissime vero exhorrens absentium detractionem. Quod ut omnibus ad mensam suam accedentibus innotesceret, ne quis linguam suam apud ipsum in detractionem absentium laxaret, hos versus mensae suae inscribi fecit:

Qui cupit absentum maledictis rodere vitam,
Hac mensa indignam noverit esse suam.

Et quia breves lectiunculas, quas quidem in prandiis sub uno flatu incipiunt ac terminant, vel ipse suo tempore visitari vidit, vel Spiritus, qui per eum loquebatur, nostra haec tempora previdit: dedit suis regulare preceptum, significans verbum edificationis cum refectione corporali incipiendum et eadem firmitate finiendum. Utinam ergo militibus ac scutiferis lectio saperet vel episcopis aliquo modo persuaderi posset, ut cum Iesu a turba declinarent et modernorum detestabili abusione proiecta sanctas patrum leges et consuetudines observarent. Tunc certe nec milites ministros cum animarum suarum stipendio sibi conciliarent; sed sic eorum ministerialem libertatem aecclesiastico vigore defensarent, ut tamen res pauperum nequaquam inter illos dividerent. Nunc autem non solum agri militibus traduntur; sed, quod magis detestandum est, ipsi aecclesiae coloni maiori servitute sub militibus affliguntur, quam si essent proprii servi eorum. cf. Ios. 2, 19. Afflictio itaque illorum tota redundabit in caput eorum. Quid enim ad eos pertinet famulos aecclesiae militibus prestare, a quibus aut debitam servitutem aut pre servitute censum non nimium eos gravantem debent aecclesiarum ministri accipere? Ad hoc enim solummodo constat eos aecclesiis oblatos, ut minus sub aecclesiae, quam sub

27. Augustinus in regula clericorum[1]: *Carnem vestram domate — — valetudo permittit.* Et post pauca[2]: *Cum acceditis ad mensam, — — esuriant verbum Dei.* Gregorius Natali Salonitano episcopo scribit dicens[3]: *Multis ab urbe tua venientibus, — — actionum tuarum experimentis approbarem* etc. Item ad eundem suis se scriptis excusantem[4]: *Convivia, quae ex intentione impendendae caritatis fiunt, — — fateor magistri estis.*

a) de clericis et *in ras.* c.

1) *Regula ad servos Dei c. 4. Opp. ed. Bened. I. col.* 790. 2) *Ibid.* 3) *Ep. II.* 20. *EE. I. p.* 116. 4) *Ep. II.* 50. *l. l. p.* 152 *sq.*

prelati aecclesiarum suffraganea quaedam [illegible] famulos [illegible] ipsos famulos aecclesiae faciant alterum alteri suffragari, quando [illegible] cium non potest ab uno sine adiutorio competenter administrari. Sic [illegible] villici [illegible] subduntur, non in beneficium, sed in sue procurationis necessarium [illegible] gium. Sic vicedominus villicos habet subiectos, utpote ad suffragandum illi [illegible] valde necessarios. Sic et ceteris per aecclesiastica [illegible] possunt famuli aecclesiarum in hoc ipsum prestari, ut illi, qui subduntur, his qui preponuntur, [illegible] deant fideliter suffragari. Attamen si illi, qui in aliquo tali officio [illegible] ipsum amittunt officium, famuli ad suffragandum illi commodati [illegible] servicium.

34. Ut autem aecclesiastica officia decentius administrarentur et [illegible] famuli aecclesiarum non ultra modum angariarentur, recte, sicut in gestis conciliorum [illegible] sancti patres decreverunt, ne aliqua persona laica in talibus officiis preferretur, quibus villicorum et villarum subiectio debetur. Quod quidem, cum ex apostolorum [illegible] bus descendat, ubi solis diaconibus mensarum providentiam iniunctam [illegible] cum etiam ex hoc probatur, quod economum, quem nos dicimus vicedominum, sacri canones de clero elegi precipiunt: cui totam dispensationem imponunt, ad quam [illegible] agendam militibus non indiget, quia reditus agrorum melius a villicis, quam a prepositis militibus accipiet. Ne, si contra patrum sententias miles aecclesiasticis facultatibus preponatur, familia aecclesiae per militarem violentiam ultra modum prematur et in privatis militum usibus compellatur servire, que semel aecclesiae oblata in aecclesia tantum servicio debet permanere. Quo servicio nec debet nec potest ab episcopo quisquam aecclesiae famulus emancipari, nisi cultui religionis vel inter clericos vel inter monachos velit applicari. Tunc enim, ut beatus Gregorius dicit, ne illi, cuius sunt omnia, inveniantur episcopi quedam negare, potest causa sectandae religionis aliquem de censuali vel colonaria conditione ab aecclesiae debito penso aut servicio episcopus emancipare. Hanc, sicut dixi, libertatem permittente et consulente sancto Gregorio, non [a]solum episcopi, sed etiam abbates ceterique aecclesiarum prelati non debent omnibus aecclesiae famulis denegare; sed neque omnibus debent eam prestare. Hoc autem qua discretione fieri debeat, idem beatus in quodam suo decretali constituto evidenter insinuat. Sicut ergo nichil in hoc Deo aufertur, sed quod oblatum est amplius et mundius illi offertur; cum aecclesiae famulus a debito servicio ad hoc emancipatur, quatinus districtiori religionis cultui subdatur: ita revera sancta Dei aecclesia spoliatur per episcopos ceterosque prelatos, quando militibus prestant aecclesiarum

Vita [1] S. Gregorii libro secundo, cap. XV: *[illegible]* Item [2] Gregorius Ianuario Caralitano episcopo inter cetera scribit: *[illegible]* Item Vita [3] S. Gregorii libro II cap. LIIII: *[illegible]*

Vita S. Gregorii cap. LIII [4]: *Gregorius [illegible]*

Sanctus Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore, [illegible] omnibus Romanae ecclesiae presbyteris residens, astantibus diaconibus et cuncto clero [illegible]: *Multos ex ecclesiastica familia [illegible]*

a) Nichilominus [illegible]

1) *Opp.* [illegible] *I*, col. 49. 2) *Ep.* IX, 204, [illegible] *II*, p. 192 [illegible] *II*, c. 53, *Opp. I*, col. 64. 3) *Opp. I*, col. 65. 4) [illegible] 64. 5) [illegible] 6, *Opp. II*, col. 1290.

famulos longe deterius affligendos et constringendos ab ipsis militibus, quam aliquis eorum proprius et hereditarius famulus.

35. O sancta Dei aecclesia, una et simplex columba, quid prodest famulis tuis tibi donatis, quod tu non unguibus laceras, nisi alas tuas ad eos protegendos et unguibus milvorum eripiendos extendas? milites enim quasi milvi quidam et vultures tuos laniant et devorant: et episcopi, qui eos sub ungues eorum posuerunt, rem licitam se fecisse putant. Sed quia tu columba diceris, quae in tuis pro tuis gemere non desisti[a], gemitus pauperum, qui a militibus affliguntur, considera, et tam ipsos, quam episcopos traditores eorum libera, sponsum tuum regem caelestem pro tuorum liberatione suscita: quatinus gladio suo utraque parte acuto distinguat a regalibus et secularibus aecclesiastica, ne per eorum commixtionem et confusionem edificatio domus ipsius impediatur, quae per istam confusionem diu tardata cognoscitur.

36. Sint sub episcopo[b] clerici, velut quidam Abrahae patris omnium credentium expediti vernaculi, quibus haec sola militia imponatur: ut facultas et familia aecclesiastica de manu regum et militum eruatur; qui ipsam aecclesiam iam diu cum Loht in campestribus habitantem, et inter clericos Nicolaitas, velut inter ipsos Sodomitas morantem captivaverunt. Sed nunc tandem expediti vernaculi, non de curiis regum accepti ac potius *ab ipsis regibus intrusi: sed inter bonos canonicos aut monachos fidelis Abraham fideles domesticos inventi et in hoc bellum a Deo tunc destinati; quando in rectores aecclesiarum canonicae sunt ordinati. Tales, inquam, vernaculi reges et milites aecclesiae captivatores viriliter persequantur; et gladio sancti Spiritus occidant: quatinus ipsos quoque Sodomitas clericos, videlicet Nicolaitas, laborantes, et totam aecclesiae supellectilem de manibus eorum auferentes ad talem victoriam perveniant, ut de oblationibus ac decimis aecclesiarum nichil subtrahatur; quod non vero Melchisedech per episcopum, tanquam per Abraham dispensatorem, fideliter offeratur. Si enim iuxta sententiam beati Ieronimi[1] ille est dispensator optimus, qui nichil sibi reservat ex omnibus, hunc dispensatorem tunc Abraham manifestissime figurabat; quando ab omnibus suo suorumque studio liberatis sic studuit manus suas excutere; ut sicut sacra narrat hystoria, nec *filum subteminis nec corrigulam caligule* pateretur in usus suos ex his devenire.

37. Hunc ergo imitetur episcopus, nichil sibi reservans ex omnibus. Sed et partes clericorum secum laborantium nec ipse auferat nec apud saeculares dimittat. Quia et hoc Abraham manifestissime presignavit, quando partes virorum, qui secum in bello laboraverant, nec apud alienos dimisit nec proprio eas usui applicavit; sed illis eas coram sacerdote et rege Melchisedech iudicante donandas, quorum in bello spectata fuit strennuitas illi vero qui domi remanserunt nec expediti ad pugnam fuerunt, nichil acceperunt ex omnibus, nec interfuerunt illis sacris ac mysticis oblationibus, in quibus panis et vinum offerebatur. Nemo etenim, nisi expeditus et militiae Christi ascitus, vel stipendium ab aecclesia digne meretur accipere, vel sacerdotali ac levitico ministerio fungitur legitime. Quod solis mundi renuntiatoribus debetur, *quibus et panis dominici corporis et calix vivifici sanguinis Christi ab ipso rege ac sacerdote offertur. Illi ergo modis omnibus applicentur, ut sacris officiis illi pascantur de

Ex libro Hesdrae[2]: *Hesdras enim paraverat cor suum,* *preceptum et iudicium.* Item[3]: *Ego, Artaxerses rex, statui atque decrevi, — — sed et imperitos docete libere*[4].

a) desistis c. b) episcopos c.

1) *Ep.* 52. *ad Nepotianum* § 16. *Opp. ed. Vallarsius I. col.* 269. 2) 1. *Esdr.* 7, 10. 3) *Ibid.* 21. 4) *Ibid.* 23 — 25.

aecclesiarum stipendiis, qui non in domibus propriis remanere, sed cum fideli Abraham, strennuo videlicet episcopo, volunt contra hostes expediti pugnare.

38. Vere verus est sermo apostolicus, quia *sermo Dei vivus et efficax [illegible] usque ad divisionem animae ac spiritus.* Gladius enim iste [illegible] distinguendo, quasi animam a spiritu dividendo, talem iam describendo constituit episcopum cum suis clericis, ut in eo videre mihi videar fidelem Abraham cum expeditis suis vernaculis. Talibus ergo fidelis pontifex comitatus de IIII passionum seu quadrifidi orbis regno facile triumphabit. His comitatus secundum ordinem Melchisedech, sacrificium panis et vini spiritualiter degustans, decimas illi totas ministrabat. [illegible] omnino fidelis et fideli Abrahae similis inveniatur, a muneribus sibi oblatis ita manus excutiat, ut usque ad filum subteminis omnía recuset. Quid enim per hoc insinuatur, quod fidelis Abraham nec post peractos labores munus non postulatum, sed [illegible] gratis oblatum suscipere acquievit, reputans, ne forte ab aliquo Sodomitarum vel Gomorreorum dici potuerit: *Ego ditavi Abraham?* Quid, inquam, per hoc insinuatur, nisi ut ad cavendam simoniam, et honestandam pontificis famam, manus ipsius ab omni munere penitus excutiatur? Propheta enim beatum virum dicens, qui excuteret manus suas a munere, non frustra premisit 'ab omni' quoniam inter ipsa munera magna diversitas valet notari.

39. In omni enim spiritualis beneficii dispensatione animum dispensantis tria munerum genera temptare solent: quae inter se hoc modo distingui possunt. Aliud est munus debitum; aliud est munus indebitum, aliud munus contra debitum. Munus debitum est, quod offertur legaliter. Munus indebitum, quod offertur 'liberaliter. Munus contra debitum, quod offertur venaliter. Decimas quippe ceteraque Deo militantium stipendia populus offert ex debito et legaliter, quia lex dicit: *Non alligabis os bovi trituranti;* quod apostolus de predicatoribus affirmat debere intelligi. A munere tali, quamvis debito, quamvis legali, manus suas Paulus excussit, quando Corinthiis predicans debita sibi potestate uti noluit. Sepe etiam offertur gratis et liberaliter, quod non ex lege debetur; sed ultro nec petenti nec egenti prebetur. Sic Neaman Syrus munus spontaneum liberaliter Heliseo prophetae optulit, quod sanctus propheta laudabiliter oblatum laudabilius recusavit, quia manus suas maluit etiam a talibus oblatis discutere, quam de se pravi exempli occasionem prebere. Quando autem aliquis habet causam iudicio examinandam, sive iniustam, sive iustam, iste quicquid iudicibus et causarum tractatoribus offert, venaliter offert, quia iudicem comparare intendit, sive ad causam iustam, quod est malum utcumque tolerabile; sive ad iniustam pro sua voluntate prosequenda, quod est malum intolerabile. Modo enim utcunque toleratur, ut iudex vel causidicus ad iustam causam ematur; sed quia in domo Domini non licet negotiationes fieri, credo: quod veniente Domino nec emens nec vendens poterit a flagello ipsius, nec per iustam causam, defendi; eo quod iniuste iustum exequentes non timuerunt in domo ipsius negotiari. Multo enim amplius Deo placet, ut iusticiam cum nostro cruciatu interdum opprimi permittamus, quam nos quasi pro iusticia liberanda iniusticiam committamus. Melius est utique ac salubrius, ut et nos ipsi cum Christo ab iniustis iniuste opprimamur, quam contra Christum negociatores in domo ipsius inveniamur.

40. Habeat ergo aliquis causam quantumvis iustam, veniat, si placet, ad ipsam causarum examinatricem Romam; certe si causam suam 'per munera exequitur, non a

Vita S. Gregorii libro II, cap. XXIIII[1]: *Consuetudines* [illegible]
Item cap. XXVII[2]: *Non mirum, si* [illegible]

1) *III.* c. 24. *Ed.* col. 96. 2) *Col.* 97.

Symone magno, sed a Simone mago recipitur: nec illius in benedectione, sed istius in maledictione socius erit. Adhuc enim Petrus Romae crucifigitur, quia bonus quilibet illius aecclesiae filius verusque Petri discipulus, et in domo Petri vel in episcopatum vel in cardinalatum canonice promotus, quorum Dei gratia non parvus illic est numerus: talis, inquam, valde affligitur; atque in eo Petrus ipse a Symone mago suisque discipulis crucifigitur, quando nec iustam causam viderit sine muneribus tractari, cui deberent omnes gratis astipulari. Quisquis ergo pro qualicunque spiritali gratia munus venaliter offert, non inveniet Petrum suscipientem, sed manus suas ab hoc munere tam
Act. 8, 20. fortiter excutientem, ut dicat: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quia donum Dei existimasti pretio possideri.* Episcopus ergo munus liberaliter oblatum cum Heliseo respuat, ut etiam apud eos, qui foris sunt, honestiori fama polleat. Munus quoque legaliter sibi debitum cum Paulo interdum postponat, ut plures lucrifaciat. A munere autem venaliter sibi oblato manus suas cum Petro fortiter excutiat, ut nec in causa iusta munus recipiens, ab illorum sorte longe remotus existat, de quibus scriptum est:
Ps. 25, 10. *Dextera eorum repleta est muneribus.*

Est etiam qui tam in sinistra quam in dextera portat munus, quia sive iniusta, sive iusta sit causa, oblatum sibi non respuit munus. Qui autem in sola iusta causa diligit ac requirit munus, dextera eius repleta est muneribus.

41. Sicut enim multum est vituperabile munus tam in sinistra, quam in dextera gestare, ita multum est laudabile manum utramque sic a muneribus excussam et eva-
Ps. 25, 8–10. cuatam in sanctis precibus levare, ut possimus cum psalmista dicere: *Domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae. Ne perdas cum impiis animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam: in quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.*

42. Quia virtus ista contempnendi muneris pertinet ad domus Dei decorem, quem
*f. 31. se *psalmista dilexisse fatetur, nostro etiam edificio decor iste sic aptetur, ut episcopus istius edificii sapiens architectus, et super solam petram veritatis, non super nebulam consuetudinis, edificans, omne genus muneris, omnem speciem negotiationis procul esse faciat; ne decore domus Dei neglecto pravum colorem firmis parietibus superinducat.

43. Alia enim vice columnarum sustentant istud edificium; alia vice picturarum decentem prebent ornatum. Si columna movetur, tota edificatio ruinam minatur. Si pictura deletur, oculus intuentium valde offenditur. Petrus ergo firmissimae petrae innitens et Dei edificium fulcire contendens, idcirco per oblatum sibi munus moveri aut inclinari non potuit, quia et ipse firmissima et rectissima columpna fuit; et hanc iusticiam in sancta Dei aecclesia velut columpnam constituit, ut quicquid venaliter offertur ab omnibus ipsius successoribus omnino contempnatur. Heliseus autem et Paulus eandem domum velut picturis pulcherrimis ornaverunt, quando et ille munus liberaliter oblatum respuit: et iste munus ex lege sibi debitum pro tali gloria postposuit: de qua
I. Cor. 9, 15. ipse confitetur, quod melius sibi esset mori, quam ut gloriam suam quis evacuaret. Quid est enim ista gloria, nisi quedam fulgida pictura, quam lippus eorum oculus ferre non poterat, quos non manducare, ut euangelizarent, sed euangelizare, ut manducarent, constabat? Paulus autem, quia non solum firmitatem, sed etiam decorem domus

c. 41. Alexander papa[1]: *Ecclesia, quae pactione precii claruit esse consecrata et, ut verius dicitur, execrata nullo modo pro aecclesia habeatur.*

1 *Grat. C. 1, qu. 4, c. 1, ubi eadem fere verba Gregorio adscribuntur; Alexandro etiam in Anselmi Coll. can. V, 20. 21. attributa sunt. Idem locus a Gerhoho etiam in Tractatu de simonia et in Comm. in ps. 25. affertur.*

Dei dilexit, talem picturam non lippientibus, sed [illegible] proposuit, et quicunque domum Dei voluerit ornare, manus suas ab omni munere [illegible] excutere, [illegible] quod machinatur ruinam venaliter oblatum, sed quod pulchritudinem edificii dehonestat a liberaliter offerente susceptum.

14. Sed dicit aliquis: 'Nonne sacri canones, qui in [illegible] hoc terribiliter interdicunt, ne aliquid a fundatoribus requiratur, hoc tamen permittunt, ut, si gratis episcopo aliquid offerri contingat, non respuatur? Neque [illegible] decimarum penitus negligeretur, si populus a sacerdotibus ad eas [illegible] retur? Quid est ergo, quod Heliseus et Paulus ad imitationem proponuntur, quando et munus gratis oblatum in sacris canonibus accipi non prohibetur; in quibus etiam populus, si decimas dare noluerit, banno constringi precipitur?'

15. Haec et eiusmodi potest aliquis obicere, quibus ea, quae proposuimus, [illegible] tur in dubium vocare. Sed attendat, quisquis ille est, quod nos talis constructionem edificii contendimus demonstrare, quod non solum firmitate solidum consistat, verum ipso etiam ornatu preciosam et tam delectabilem sui speciem pretendat, ut etiam transeuntes invitentur ad intrandum et interiori sapore gustandum quid in domo illa convivantibus proponatur, quae foris tam aureis, tam musivis picturis ornatur. Cum enim propheta dicat beatum virum, qui *excutit manus suas ab omni munere* [illegible], quos imitandos proposui, tales fuerunt excussores, manus videlicet suas ab omni munere penitus excutientes, ut, quicunque fuerint imitatores eorum, merito dicantur *filii excussorum*. De talibus dicit psalmus: *Sicut sagitte in manu potentis, ita filii excussorum*. Ecce quomodo sibi consonant prophetica testimonia; illic dicitur: *Beatus vir, qui excutit manus suas ab omni munere*; hic commemoratis excussoribus continuo sequitur: *Beatus vir, qui implevit desiderium suum ex ipsis*. Infelix ille, qui implet desiderium suum contra ipsos munera suscipiendo; beatus ille, qui implet desiderium suum ex ipsis manus suas ab omni munere excutiendo. Ille implet desiderium contra ipsos excussores; iste autem implet desiderium suum ex ipsis, quia exempla honestatis mutuatur ex ipsis. Ille, tanquam ex arcu pravo, non tendit in directum; iste, sicut sagitta in manu potentis, in directum mittitur; per omnem parrochiam suam attingens a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Verbo quippe illius nichil [illegible] fortius propter auctoritatem, nichil suavius propter caritatem.

Huic verbo fortiter suavi et suaviter forti cedet omnis mundana potestas quando tanta in ipso episcopo fulgebit honestas, ut cum Paulo apostolo gloriam suam evacuari non sinat: exemplo illius etiam debitum suae militiae stipendium negligens interdum ad expediendum verbi Dei cursum, si aliter non potest expediri, nisi neglecto lucro etiam debiti stipendii. Et ut cum Heliseo propheta nec post impensum spirituale aliquod beneficium munus oblatum suscipiat, si viderit, et ubi viderit per susceptionem talium munerum verbi Dei cursum tardari. Quod leviter evenit, ubi dator secularis et Neaman Syro consimilis est, qui castam intentionem oblata xenia respuentis facile intelligit. Suscipientem vero interdum ipse qui offert quo animo suscipiat, non clare discernit: sicut ille Neaman Syrus Iezi animum non discrevit, sed indiscrete plus etiam, quam quereretur, obtulit. Nec tamen offerentis, sed accipientis conscientia lesa est in tali negotio. Attamen quoniam offendiculum coram homine gentili posuerat Iezi, unde Helesei[a] servi Dei avaricia notari, et ex mala suspicione offerentis etiam conscientia poterat scandalizari, omnino iustum fuit, ut lepram Iezi sentiret, quae a Neaman recesserat; cui ipse occasionem scandali prebuerat, ut solus ipse portaret infamiam, qui neglexerat suam et, quod peius erat, magistri famam. Quam rem si magister dissimulasset, et ipse propriam famam neglegens et crudelis

a [illegible]

extitisset. Quo exemplo ammonetur episcopus, ut, si quis suorum Iezita effectus fuerit,
hunc tanquam leprosum a cetu fratrum excludat.

1. Cor. 6, 12. 46. Omnia enim licent, sed non omnia expediunt. Licet episcopo post consecrationem aecclesiarum munus sponte oblatum suscipere; sed puto cursum predicationis
per hoc magis impediri, quam expediri. Quicquid autem non expedit, si hoc respuat
Ps. 147, 15. episcopus, velociter currit sermo eius.

Fuit quondam tanta honestas in hominibus, ut sponte oblata posset recipere bonus
quilibet episcopus. Fuit tanta pulchritudo Sodomae, ut in ea Loth iustus potuisset
*f. 32'. hospicium habere. At nunc incumbente mundi vespere, *appropinquante ruina totius
Sodomae, non sufficit virum iustum de ipsa exire, nisi etiam transcursa circumiacente
cf. Gen. 19, 30. planitię, id est quadam criminum vicinitate, studeat ad montis altiora festino cursu
1. Cor. 6, 12. pergere et cum Paulo dicere: *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*

Licet episcopo in consecrationibus aecclesiarum munus gratis oblatum suscipere;
cf. Eph. 5, 16. sed quoniam dies mali sunt, melius faciet cursumque praedicationis magis expeditum
reddet, si nichil accipiendo tempus redimat, quo sermo eius velociter currens nullum
patiatur offendiculum per linguas detrahentium et vitam illius quodammodo rodentium.
Quantumcunque enim firmis et altis castris utatur, in campo remissioris vitae rema-
Gen. 19, 26. nens et instar uxoris Loht commutatus velut in truncum salis, quia linguis detrahentium sapidus efficitur, contra lambentium linguas nullo muro defensatur; si castris neglectis non ad montis altiora, ut dixi, festinet: atque in actibus suis etiam a licitis
declinet, nisi forte sic liceant, ut etiam expediant.

Si autem lucro provocatus per viam, quam Deus prohibet, voluerit pergere, non
Num. 22, 21 sq. poterit expeditum ac velocem cursum habere, etiamsi asinam calcaribus urgeat, quando
videlicet subiectam aecclesiam preceptis coartat. Quia enim gladius verbi plerumque
etiam a simplicibus hoc tempore videtur, pontificis vita per subiectam plebem, quasi per
asinam, redarguetur. Expedite autem currit sermo eius, si excutit manus suas a licitis
Ps. 126, 5. etiam, cum non expediunt, muneribus. Tunc *non confundetur, cum loquetur inimicis suis
in porta*, quia et ipsis inimicis suis claudetur detrahendi aditus et porta, ut quasi cecati
Sodomitae domum iusti viri circumeant nec ianuam detractionis contra illum inveniant.

47. Notandum sane, quod duobus modis a licitis muneribus manus excutiuntur,
sive liberanter, sive legaliter offerantur. Aliquando enim penitus contempta respuuntur,
sicut a Paulo et Heliseo factum superiori textu[1] commemoratur. Aliquando vero, cum
dies mali non impediunt, *suscipiuntur quidem salva recipientis honestate; sed ita sub
*f. 33. testimonio Christi et aecclesiae dispensantur, ut manus prelatorum etiam a susceptis
oblationibus excutiantur. Hinc est, quod Petrus fidelium oblationes non manibus
Act. 4, 35. suscepit, sed eas pedibus suis appositas, utpote studio contemplationis calcandas, beato
Stephano ceterisque diaconibus caute sub totius sanctae multitudinis conscientia pro
cuiusque indigentia dispensandas commisit. Ac si aperte rebus gestis nos instruat,
quod valde predicatoribus expediat; si etiam legales oblationes ita faciant sub testimonio aecclesiae dispensari, ut privatam in talibus utilitatem de presidente subiectorum
nullus valeat suspicari. Si sic agit, si sic manus etiam a licitis excutit, licite ac sine
reprehensione decimas ceterasque legitimas oblationes ab iniuste detinentibus etiam
banno requirere poterit. Quia filius excussorum factus, quemadmodum sagitta in manu
potentis, potenter adversarios vulnerat, donec stipendia pauperum de manibus militum
et principum penitus extorqueat.

48. Hinc est quod egregius doctor aecclesias gentium, pauperum et apostolorum
debitores, in carnalibus astruens, ipsa carnalia quasi debitum vectigal a gentibus liberis

1 *Supra p.* 163.

vocibus exegit, quia cuncta cum testimonio agens, de hoc reprehendi non potuit, quod suae utilitati studeret: cum in omnibus fratrem, cuius laus in euangelio erat, socium suae peregrinationis atque administrationis haberet, providens bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et Paulus unus itaque de bonis excussoribus fuit, quia manus suas a susceptis etiam oblationibus excussit.

49. Talis etiam excussor Martinus fuit, qui et legitimas fidelium oblationes non in milites aut equos, sed in pauperes et clericos prudenter expendit. Et si quid illi post facta miraculorum beneficia contigit liberaliter offerri, aut hoc omnino cum Helyseo respuit aut indigentibus ita illud sub testimonio et conscientia omnium dispertiri fecit, ut totum extraneis pauperibus conferretur: ne, si aut ipse aut aliquis de suo collegio quicquam de talibus in usus domesticos quamvis necessarios optineret, ipse vir sanctus a malignis carperetur, quod aut in miraculo spirituale beneficium vendidisset, aut ab omni munere manus suas non excussisset. Recte itaque sacerdotum gemma nominatur, quia sanctis apostolis, quasi duodecim portis Ierusalem, velut gemma nobilissima summi artificis manu affigitur, ut ex tam preciosi lapidis splendore quilibet sacerdotum a modernis consuetudinibus ad antiquas et apostolicas traditiones invitetur.

50. Inter has XII portas principalis Cephas dicitur, per quam nullus acephalorum ingreditur, quoniam a Cepha non potest recipi acephalus, utpote rebus illi et nomine contrarius. Cephas quippe renuntiavit omnibus; hoc non facit acephalus. Ille regulam communis vite reliquit suis in clero successoribus; hanc non servat acephalus: ideo per hanc portam, cui Cephas est prepositus, non intrabit acephalus: nec aliquo modo aptabitur ad illud edificium, cuius participatio eius in idipsum. Ps. 121, 3.

Illi ergo, qui in regula Ludewici [1] gloriantur, per aliam, si possunt, ingrediantur portam, quia capite carentes portam Cephae non inveniunt apertam. Per hanc portam introibit Augustinus cum suis clericis, Martinus cum suis, Gregorius papa cum suis, Augustinus Anglorum episcopus cum suis, et ceteri multi apostolicam regulam sectantes, et ad eam tenendam, quos potuerunt, invitantes. Suos ergo introducet Petrus; in dubio est quo suos proprietarios ducat Ludewicus, qui claves Petro soli commissas non potest illi de manibus tollere, donec introducat acephalos. Itaque contempto Ludewico qui per devium ducit, dum consuetudines malas inducit, sequamur illum, qui dicit: *Ego sum via, et veritas, et vita.* Si enim ad vitam, quae Christus est, voluerimus pervenire, debemus ad ipsum in ipso et per ipsum currere. Qui enim pro consuetudine veritatem, quae Christus est, derelinquunt, non in via ad vitam, sed per devium ad mortem perveniunt.

51. Huc accedit, quod Iesus secus mare constitutus non tres aut plures, sed duas tantum naves vidit; unam, in qua Iohannes et Iacobus, alteram, in qua Symon Petrus fuit. Qui enim fluctus saeculi nituntur sicco pede transvadare, debent in monastico ordine cum Iohanne orationi, meditationi, contemplationi invigilare; aut cum Petro et sub Petro in activa vita militare Christique pauperibus ministrare; quod nulli sincere ac devote agunt, nisi qui aut pastores cum Petro aut oves sub Petro esse volunt.

Ex vita Sancti Martini [2]: *Eodem tempore, quo primum episcopus* [illegible] *tatis suae custos, cuncta reiecit.* Item [3]: *Licenciis* [illegible] *nichil nostris usibus quesisse videamur.*

1 *Concil. Aquisgr. a.* 817. c. 142. *Mansi, Coll. conc.* XIV. [illegible] 244 [illegible] *supra in capitulis* [illegible] *operat.* 2 *Sulpic. Severi Dial. II.* c. 5. § [illegible] *Halm p.* 186. 3 *Dial. III.* c. 14. § 13. *l. l. p.* 212

Non est autem cum Petro, sed contra Petrum, in Christi militia sectari proprium. Non est pastor cum Petro, qui non tenet regulam apostolicam; sicut non est ovis sub Petro, qui non tenet fidem catholicam et apostolicam. Qui ergo sacros ordines sortiuntur, debitores efficiuntur, ut teneant regulam apostolicam: sicut omnes, qui baptizantur, debitores fiunt servare fidem apostolicam. Et sicut omnes, qui baptizantur, debitores fiunt omnis observantiae, quae pertinet ad fidem catholicam et apostolicam, sic omnis, qui ad sacros ordines legitime promovetur, debitor efficitur illius observantiae, quae pertinet ad regulam apostolicam, maxime si congregationi alicuius aecclesiae sociatur; quae, licet falso nomine, tamen canonica vocatur. Ibi enim, quando recipitur, promittit obedientiam secundum precepta Dei et sanctorum exequendam. Ex hac igitur obedientia constringetur, ut apostolicas traditiones observare conetur, si vult coronari cum apostolis, non dampnari cum apostatis. Quia vero sunt nonnulli qui se contendunt consuetudines quasdam prelatis suis promisisse, quas invenimus apostolicis et paternis traditionibus contrarias esse, si votum suum corrigunt, bene faciunt; si autem
[illegible] quod male voverunt peius defendendo aliud euangelizant, preter quod accepimus, anathematicis[a] addicit apostolus. Si quis autem tam extra sacros ordines quam extra congregationem propria facultate utatur vel etiam, si voluerit, coniugium sortiatur, hoc
*f. 34'. a beato Gregorio[1], ut supra dictum est, utcunque toleratur, quia *videlicet nec sacros ordines habet, quibus debetur apostolicae observationis disciplina, neque canonicae congregationi se inseruit, in qua beato Augustino affirmante[2] nulli proprium habere licet. Quod si qui habent, faciunt quod non licet. Unde necesse est, ut, si qui talium canonicas aecclesias occupant, aut ipsi obediant preceptis apostolicis et canonicis, non habendo proprium, quod in claustris haberi non licet; aut priventur ipsis claustris, quae a solis communiter viventibus possideri, si habitari, conveniet.

52. Ideo enim in sancta Dei aecclesia societas communiter viventium congrega-
Act. 13, 2. tur, ut de illis aecclesiae pastores legitime segregentur: sicut Paulus et Barnabas, precipiente Spiritu, ad predicandum gentibus segregati fuisse leguntur. Non enim fuissent in hoc opus per Spiritum segregati, nisi prius per eundem Spiritum societati apostolicae atque communi vitae fuissent aggregati. Prius ergo aggregati, deinde segregati posteris formam reliquerunt, ut non de curialibus aut acephalis pastores plebium constituantur, sed de illorum societate, qui sub apostolorum regula in unum congregati, prius in acie tanquam milites probantur, ut postea, si necessitas exposcit, legitimi duces constituantur; taliter in aecclesiis, quas accipient, cum suis militaturi et exercitum sibi commissum ordinaturi, qualiter in claustris didicerunt, in quibus communi vitae per Spiritum sanctum aggregati fuerunt. Quod enim de his tantummodo sint pastores eligendi, qui cum apostolis fuerint congregati, Petrus pastorum princeps
Act. 1, 21. 23. probat. Qui de electione unius apostoli locum Iude traditoris accepturi tractans ita ceteros alloquitur: *Oportet*, inquit, *ex his, qui nobiscum congregati sunt, unum accipere locum ministerii huius. Oportet*, inquit, *de nobiscum congregatis*, quasi diceret: 'Non oportet de aliis'. Haec fuit vera et sincera electio et apostolico digna collegio, ubi non Ioseph dives ab Arimathia propter divitias ceteris anteponitur, immo per hoc ab
*f. 35. electione Petri verbis excluditur; quod, licet bonus discipulus et in sepultura Christi probatus *extiterit, tamen adhuc relicta proprietate cum apostolis ad communiter vivendum congregatus non fuit. Multi tunc erant boni discipuli et Christo se ipsum illis

Augustinus de potestate ligandi atque solvendi[3]: *Ipsi solum habent potestatem ligandi vel solvendi, sicut apostoli, qui in hac carne positi illorum exempla simul et doctrinam tenent.*

a) anathematicos c.

1) *Ep. XI*, 56a, *EE. II*, *p.* 331 *sqq.* 2) *Sermo* 355, § 2, *Opp. V*, *col.* 1381. 3) *Non inveni.*

manifestante probati. Ex quibus et illi plus quam quingenti fratres fuerunt, qui, testante Paulo, Christum post resurrectionem, sicut et apostoli, viderunt, neque per hoc ad apostolatum poterat aliquis de illorum numero dignus videri, quod illi post resurrectionem Christum videntes non leguntur hesitasse, de quo leguntur apostolorum quidam dubitasse. Quid tamen ait Petrus? *Oportet*, inquit, *ex his, qui nobiscum congregati sunt* et cetera. Quamvis ergo bonus christianus quicumque proprietati penitus inveniatur, solis tamen illis, qui cum apostolis fuerint congregati, recte pastoralis cura commendatur, si tamen Spiritu segregante fuerint probati. Quem Spiritum credimus in canonica electione ac populi petitione invisibiliter operari.

53. Si ergo populis pastore privatis talis optio proponatur, ut ab illis non curialis clericus, non acephalus, non aliquis absolute ordinatus, ac per hoc iuxta synodum Calcedonensem[1] ab omni ministerio prohibendus, sed bonus aliquis canonicus, aut, si canonicus inveniri non poterit, bonus certe monachus petatur: tunc clero eligente ac populo petente, velut Iesu magno sacerdote in clero magistrante ac populo post inolitae abusionis confusionem quasi post longam Babylonis captivitatem repatriante, Ierusalem civitas reedificatur; cuius participatio tota in idipsum coadunatur. Episcopus enim sive alius ab illo et sub illo canonice prelatus communem vitam per maiores et baptismales aecclesias instituet; in qua nemo aliquid suum dicet, sed tota participatio erit in idipsum. Quia bona et iocunda conversatione fratres habitabunt in unum, quod est ... 'idipsum'.

54. Hic occurrit, quod in reedificatione Ierusalem portae quaedam principales mysticis nominibus appellabantur: quibus ea, quae nunc in aecclesia sunt agenda, prophetalibus figuris 'presignabantur. Cuncta enim, quae illis reedificatoribus terrenae Ierusalem hystorialiter acciderunt eorum quae nunc videmus prophetica quedam signa fuerunt. Illis a Tobya et Gosem ceterisque gentium primoribus dicebatur: *Quae est haec res, quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis?* Haec eadem verba et nunc a multis dicentur, quando spirituales Ierusalem reedificatores, mandato regis post posito ac toto mundo, vel quadam Babylonia, contempto, spiritualibus tantummodo studiis occupati seu claustralibus disciplinis mancipati tenentur. Si enim ad tales venerit princeps aut miles, qui osculum Iudae osculo superius comparatum ad hoc offerat, ut aecclesiae facultatem per hominium quasi per mendacium obtineat, episcopi vero tanquam sacrilegium caventes et pallium veri Samuelis scindere timentes denegent illis atque interdicant beneficia per tot annos possessa, statim audient: *Quae est haec res, quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis?* Regnum quippe destruitis, qui nobis beneficia denegatis.

55. Quid est ergo ab episcopis ad haec respondendum, nisi quod a sacerdote Neemia tunc est responsum? *Et reddidi*, inquit, *eis sermonem dixique ad eos: Deus caeli ipse nos iuvat, et nos servi eius sumus. Surgamus*, inquit, *et edificemus: vobis autem non est pars et iusticia et memoria in Ierusalem.* His verbis si episcopus cum Neemia sacerdote humiliter et constanter utatur, victoria verbi hoc in cordibus adversariorum operatur: ut obmutescant ad hec verba, quamvis tamen afficiantur tristicia magna, quemadmodum et illi tristati sunt. De quibus, antequam ad sacerdotem Neemiam accederent, ita premisit scriptura: *Et audierunt Sanaballad Horonites et Tobias servus Ammonites, et contristati sunt afflictione magna, quod venisset qui quereret prosperitatem filiorum Israhel.*

56. Querat ergo episcopus, et quilibet spiritalis prelatus prosperitatem filiorum 'Israhel habeat cum Neemia sacerdote Deum caeli adiutorem; et non timeat in causa

1 *Conc. Calc.* c. 2. *Mansi* VI, *col.* 1226; *Hinschius* p. 285

Ps. 117, 6. Dei quemcunque terrenum principem, dicens cum psalmista: *Deus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo.* Tunc, velint, nolint filii huius saeculi, surget structura permansuri edificii. In quo ante omnes portas *porta gregis* edificatur. De qua ita
2. Esdr. 3, 1. scriptum legitur: *Et surrexit Eliasib sacerdos magnus et fratres eius sacerdotes, et edificaverunt portam gregis: ipsi sanctificaverunt eam et statuerunt valvas eius, et usque ad turrim centum cubitorum edificaverunt eam.* Quae est haec porta gregis, nisi vita com-
Luc. 12, 32. munis? In hac ergo sub uno pastore in unum ovile pusillus ille grex colligitur, cui regnum a Christo promittitur.

57. Huic portae statuuntur valvae, quando non quilibet, ubilibet, quomodolibet ad eam recipitur; sed per valvam diligentissimae probationis examinatus intromittitur, ea nimirum cautione, ut etiamsi omnia sua offerat, ipse tamen sine diligenti examinatione societatem communis vitae non recipiat. Multi enim sic sua offerunt, ut ipsi
Act. 10, 13. sine contradictione et examinatione velint intrare, quos tamen Petrus debet prius mactare et sic manducare, ne, si per valvas incaute intromittantur, quia vivi et non mactati traiciuntur in ventrem communis vitae, gravius eam incipiant in utero lace-
[illegible] rare, quam si foris constitui videntur eam impugnare. Sic Petrus Ananiam sua examinatione mactare voluit ac deinde manducare. Sed ille fraudulenter accedens, quasi reprobus cibus, dentem quidem durae increpationis sub mandibula Petri sua occulta discutientis expertus est, sed usque ad vitalia intromissus non est. Bona tamen illius, quia Deo fuerant oblata, non leguntur reprobata. Neque ita, ut Symoni, sic dictum
ib. 8, 20. est Ananiae: ut pecunia sua cum eo esset in perditione. Aliud est enim per fraudem
*f. 36'. Spiritui sancto mentiri; *quod faciunt omnes, qui sub specie religionis ficte accedunt. Aliud ipsum Spiritum sanctum velle mercari; quod faciunt omnes, qui taliter sua offerunt, ut pro bonis a se oblatis ipsi recipiantur, pretermissa examinationis diligentia. Isti volunt suae vitae qualitatem non subtiliter post oblationis suae receptionem examinari, propter munera sua de introitu certi et omnino securi. Volunt ergo manducari, sed nolunt prius mactari. Volunt per portam gregis intrare, sed non attendunt valvas in ea statutas esse, quarum claves Petrus a Domino accepit: ut neque is, qui Spiritui sancto mentiri deprehenditur, donis suis etiam receptis intromittatur, neque is, qui eundem Spiritum mercari meditatur, aliquatenus admittatur. Sed tam ipse, quam pecunia sua maneat in perditione, quia sub quadam iniquissima negotiatione accedit:
Act. 8, 19. qui cum Symone dicit: *Date,* et *dabo.* Nimirum hoc intendens, ut non debeat in examinatione reprobari; sed absque omni contradictione propter copiosam fortassis oblationem congregationi associari. Talis cum deprehenditur, de felle amaritudinis debet redargui, ut aut paenitendo corrigatur et correctus recipiatur aut, si permanserit in
ib. 20. felle amaritudinis et obligatione iniquitatis, audiat cum Symone: *Pecunia tua tecum sit in perditione.* Alioquin si accedentes passim sine longa probatione ac diligenti examinatione recipiuntur, valvae in porta gregis non bene custodiuntur.

58. Haec porta edificatur usque ad turrim centum cubitorum, quia in communi vita multi offerunt fructum centesimum; cuncti vero perfecte illam sectantes accipient illud centuplum, quod Dominus Petro Petrique similibus promisit; quod clericus proprietarius adipisci non poterit. Solis quippe sua relinquentibus et Dominum sequenti-
Matth. 19, 29. bus promittitur: ut et hic centuplum accipiant et in futuro vitam eternam possideant.
*f. 37. Talibus recte committitur custodia gregis, quia legitime stant *in porta gregis. Ace-

f. 37. Augustinus in lib. IIII. contra Donatistas[1]: *Ego portas inferi vicia reor atque peccata, vel certe hereticorum doctrinas, per quas illecti homines ducuntur ad tartarum.*

1 *Non legitur loco citato.*

phalorum vero conventicula non canonicis, sed pseudocanonicis plena [illegible] portae inferi, quae non prevalebunt adversus istam gregis portam a Domino in petra fundatam, Petro commissam et usque adeo confirmatam, [illegible] *prevalent adversus eam*, quia ille hanc portam gregis [illegible] omne[a] genu flectetur: et ideo frustra pseudocanonicorum turba illi ad tempus [illegible] videtur. Frustra illi a vicariis et furibus resistitur, quorum neuter poterit aeccl[illegible], quas occupant, retinere, si episcopus evellendi ac plantandi [illegible] voluerit severitatem exercere, non permittens aecclesiam vel a vicariis occupari vel ab aliquo donari. Non est enim presbyter in aecclesia ferendus, quem non [illegible] rius, qui neminem intromittit, nisi qui legitime accedit. Non autem accedit legitime qui aecclesiam suscipit, laico sibi eam donante. Laicus enim dando non pastorem constituit, sed suo dono furem seu latronem intrudit, quia recte fur et latro dicitur qui aecclesiam laico donante et ostiario ignorante sortitur. Pastor autem nulla laicorum donatione [illegible] canonica electione creatur, sive in ipsa aecclesia inveniatur, quae pastore indi[illegible] de altera queratur, quae in uno communis vitae ovili tales fovet arietes, per [illegible] electi fuerint, fecundari possint oves. Quae non secuntur alienum, quia non est aries, sed lupus et praedo. Canones enim satis permittunt, ut, cum in aliqua aecclesia vel nulla vel non talis est clericorum congregatio, in qua pastor idoneus inveniatur, de altera aecclesia queratur: ita scilicet, ut regulariter electus rebus illius aecclesiae, de qua ad aliam transfertur, non participet ulterius: sicut nec monachus debet monasterii rebus participari, postquam vel in episcopio vel in presbyterio regendae preponitur aecclesiae. Nemo enim potest officia diversa simul recte administrare; nemo se ipsum titulis duarum aecclesiarum debet alligare. Monstro enim simile videtur, ut in una aecclesia episcopus, in alia sit canonicus: et ibi recipiat de stipendio portionem, ubi debitae servitutis non solvit pensionem. Ubi autem in una aecclesia quis manens in alia pro se ponat vicarium, divinis constitutis omnino est contrarium: maxime si ei, qui vicarius dicitur, cura ovium permittitur. Quid est enim iste vicarius, nisi apertus mercennarius? Si mercennarius est, cuius non sunt oves proprie, constat omnes vicarios mercennarios esse. Sive enim in urbana sive in rusticana aecclesia serviat vicarius, non pertinet ad eum de ovibus, quia nulla iudicialis sententia potest recte ab eo dari super oves aecclesiae illius, in qua est vicarius.

59. In spirituali autem officio, quod pro mercede agit, Spiritum sanctum vendit. In missa vero cum Spiritu sancto Christus venditur, quo vendito Pater ipsius graviter offenditur, non solum contra ipsos mercennarios, sed etiam contra episcopos tali mercimonio consentientes, nec pro debito sui officii tales mercatores de templo proicientes. Tacendo enim consentiunt, quando, ut canes muti, nec latrare valentes ista videndo [illegible]

Synodus[1] Calcedonensis cap. X: *Non liceat* [illegible] Gregorius Mariniano episcopo Ravenn[2] [illegible] *computetur*.

Ex VII synodo universali habita a [illegible] patribus [illegible] sub Adriano [illegible] pontifice cap. III: [illegible] VIII. synodo item universali habita [illegible] patribus [illegible] et XI [illegible] pontifice: [illegible].

a) omne [illegible].

1) [illegible] 2) [illegible] 3) [illegible] 4) [illegible] 5) [illegible]

quasi parva despiciunt: que tanto sunt maiora, quanto usitatiora. Quando enim crimen cum quadam verecundia committitur, contra Deum susurrio quodam periculose murmuratur. Quando autem publice ac sine verecundia culpa criminalis a multis agi-
Gen. 18, 20. tur, tunc aperte contra Deum clamore pernicioso clamatur: sicut Sodomitae contra Deum clamaverunt, quando peccatum suum predicaverunt. Tunc revera boni angeli, sancti videlicet episcopi, non debent ulterius vindictam generalem differre, sed comprobata clamoris certitudine generalem sententiam anathematis proferre: solos inde illos excipientes et eripientes, qui secundum illorum consilium volunt a multitudine malorum
19, 22. 30. discedendo vel in Segor parvula per activam vitam, vel in monte per contemplativam
*f. 38. salvari. Si autem episcopus multiplicato iniquitatis clamore non movetur, *non erit, sicut bonus angelus, ereptor paucorum bonorum; sed ipse pariter connumerabitur multitudini malorum. Sed dicit aliquis: 'Cum quibus inibit episcopus consilium contra multitudinis peccatum?' Vix enim presumit aliquis anathema dictare, quando multitudine pariter et consuetudine peccatum sic roboratur, ut in magna civitate, non quinquaginta, non decem, sed vix unus a malo declinans inveniatur. Ad quod respondetur, quod si unus tantummodo consiliarius episcopo adherebit, qui, etsi non novit consilium dare, novit tamen cum fideli Abraham salubri et iustae sententiae acquiescere, solo illius consilio contentus episcopus non debet vindictam differre, maxime si constat crimen illud, quod agitur a multitudine, in aliquo autentico concilio vel Romanorum pontificum decreto dampnatum et anathemate cauteriatum esse.

Cor. 6, 10. 60. Ebriosi enim ceterique in hunc modum criminosi, quamvis testante Paulo regnum Dei non consequantur, tamen in sancta aecclesia propter multitudinem tolerantur: nec aliquis pro huiusmodi ponitur in excommunicationem, nisi cum non habet sociam multitudinem, quamvis nec super talium consuetudine ac multitudine pastoris debeat cura dormitare, dicendo et faciendo cuncta, quibus regnanti peccato sic potest obviari, ut inpugnatio iniquitatis non sit dissipatio unitatis nec rursum custodia unitatis sit fomentum iniquitatis. Cum vero talis culpa patratur, quae patrum iudicio dampnata esse cognoscitur, non est in potestate pontificis differre sententiam ultionis, ne et ipse tacendo et consentiendo incurrat periculum anathematis. Sicut enim si Ariana heresis in aliquo episcopatu pullularet, nemo illam utpote iam semel dampnatam pro consuetudine vel multitudine aliquorum tolerandam putaret; sic et in ceteris criminibus patrum iudicio dampnatis et excommunicatis nemo debet hesitare; quin statim, ut ab aliquo deprehensi fuerint, si post primam et secundam correptionem non
*f. 38'. corriguntur, episcopo prodantur: ut eorum dampnatio non tunc *primo in rebelles dictetur, sed iam olim dictata per episcopum roboretur et publicetur; ne antiquum anathema incurrant quicumque post talem publicationem dampnato et excommunicato crimini scienter communicant.

Cum ergo apertus mercennarius aperte sit symoniacus, a primo Romanorum pontificum Petro dampnatus, et multis posteriorum patrum sententiis precisus, magis timendum est episcopo, ne ipse cum talibus dampnetur tolerando eos in parrochia sua;

l. 5. In libro Sapientiae [1]: *Cum fatuis ne consilium habeas. Non enim poterunt diligere, nisi quae ipsis placent.* Item [2]: *Multi pacifici sint tibi; et consiliarius tibi sit unus de mille.* Item [3]: *Ante omnia opera verbum verax precedat te, et ante omnem actum consilium stabile.*

l. 6. Ex epistola Clementis papae [4]: *Vestrum est, qui* [illegible] *obedire, ut Deo.* Ex epistola Alexandri papae: *Nullus comes, nullusque iudex,* [illegible] *vel conturbare presumat.*

1 *Eccli.* 8, 20. 2 *Ibid.* 6, 6. 3 *Ibid.* 37, 20. 4 *Epist.* 4, c. 57. *Hinschius* p. 53.

quam hoc ab aliquo consilium recipiendum, ut tolerentur pro [illegible] vel consuetudine diu inolita.

Hoc non solum de mercennariis, sed et de Nicolaytis et per laicos [illegible] investitis observari oportet, cum certissime constet tales ab episcopo fideli [illegible] esse admittendos: quando aecclesiae dono per aliam personam accepto sibi offeruntur vel mittuntur, ut ab eo accipiant animarum curam qui ab alia qualicumque persona iam receperunt aecclesiam. Certum est enim, quod non imperatori, non laico alicui, non preposito, non abbati, non abbatissae, non denique alicui personae conveniat aut liceat aecclesiam donare, quam sanguine Christi liberatam et magna libertate nobilitatam soli episcopo non datam, sed commendatam esse constat: ut quali accessu ipse accessit ad matricem aecclesiam, taliter et non aliter accedentibus ipse committat animarum curam, cavens illud summopere, ne aliquem permittat in duabus aecclesiis uno et eodem tempore obligari, quia nec ipse potest ad duos episcopatus regendos divaricari. [illegible] autem iste ordo custoditur, ubi de solis regularibus canonicis vel religiosis monachi aecclesiae preficiendus eligitur.

61. Haec autem electio tunc aecclesiastice procedit, si defuncto aliquo presbytero, illius obitu comperto episcopus aliquam prudentem et religiosam personam mittat ad illius decaniae clericos prudentiores convocandos, in qua est aecclesia viduata, quatinus illis consulentibus electio fiat ordinata. Legatus vero episcopi plebem debet alloqui, ut de pastoris electione diligentiam habeant, quatenus de tali persona suam petitionem faciant, cui preficiendae clericus possit annuere, quam etiam diligens episcopi examinatio non possit respuere. Cum enim tam in capitis, quam in membrorum dispositione una et eadem aecclesiae pulchritudo debeat apparere, sicut affirmante Leone Magno[1] *nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeatur quem nec clerus elegit, nec populus expetivit, nec suus metropolitanus ordinavit*: sic nulla ratio sinit, ut inter parrochiales presbyteros habeatur, quem nec clerus elegit, nec populus expetivit, nec suus episcopus de animarum cura investivit. Nichil ergo tam in presbytero quam in episcopo constituendo cuiusdam personae operatur donatio, quia aecclesia non sicut ancilla est donanda, sed sicut sponsa legitimo viro legitime copulanda. Sive autem qui donant, sive qui a donantibus accipiunt aecclesias, quia paternas leges transgrediuntur, si correpti non resipiscunt, illa infamiae ac dampnationis pena [illegible], qua paternarum legum sponte violatores feriuntur. Episcopus vero, nisi tale nefas verbi gladio persequatur, quosdam excludendo, quosdam intus corrigendo, quosdam etiam cum discreta reclamatione aliquamdiu sufferendo, donec tempus inveniat, quo fune de resticulis facto proiciendos proiciat. Nisi, inquam, si cagat, ipse utique divino iudicio excludetur de porta gregis, quia non habet curam gregis; quam si haberet pastor ipse legitimus, pastores tantummodo legitimos sub se preside pateretur nec ad vicarios vel ad istos fures et latrones sua sponte tolerandos cuiusquam consilio adduceretur, nec de Christi sponsa permitteret fieri adulteram, quia teste beato Ambrosio[2] aecclesia, quae non est legitimo viro legitime coniuncta, vocatur adultera. Absit ergo dilatio ad tales adulteros excludendos, quos nulla ratio sinit haberi ut legitimos viros! Excludantur de porta gregis, qui non sunt boni custodes gregis. Ipsi enim [illegible] tali exclusione aliquando melius attrahuntur et a vero custode super gregis [illegible] vigilante de mortis profundo, quasi de maris fundo, extrahuntur. Portarius enim portae istius prudentissimus piscator est. Novit, Christo precipiente, sua retia laxare in capturam; novit eadem magnis piscibus repleta extrahere ad terram.

1 *Epist.* 167 *ad Rusticum*, *Inquis.* I. *Opp. ed. Ballerini* I col. 1420. — 2 [illegible] *ad Marcellin.*, *Opp.* II col. 857 [illegible] II p. 584 c. 22.

62. Recte itaque iuxta portam gregis collocatur porta piscium, de qua scriptum
2. Esdr. 3, 3. est: *Portam autem piscium edificaverunt filii Asnaa. Ipsi texerunt eam et statuerunt valvas eius et seras et vectes.* Qui sunt isti pisces, nisi clerici adhuc in lubrica sua consuetudine tanquam in ceno cuiusdam piscine latitantes et fluida conversatione vagantes? Horum magna pars, velint nolint, Petro piscante extrahentur et in porta communis vitae constituentur; quae non solum porta gregis, ut iam dictum est, sed et porta piscium dicitur, quia, sicut colligit oves adhuc natare nescientes, ita nimirum eosdem collectos vertit ad quosdam rationabiles pisces; qui non tantummodo sciant ambulare tangendo terram per actionem, sed et more piscium quasi naturalem natandi usum possidentes a fundo terrae subleventur per contemplationem. Recte itaque in reedificatione Ierusalem portae gregis porta piscium continuatur, quia vita communis de activis et contemplativis, quasi de ovibus et de piscibus, in edificio caelestis Ierusalem manu artificis ita coaptatur, ut edificator illius Christus recte in
Matth. 13, 55. euangelio filius fabri dicatur. Quia fabrile quoddam negotium, quod olim aecclesiae suae promisit, nunc evidenter adimplet; sicut nostro tempore per multas aecclesias apparet. Potens enim et verax ille faber fabri filius loquens aecclesiae, sponsae suae,
Is. 1, 25. 26. civitati suae per Ysayam prophetam ita dicit: *Convertam manum meam ad te et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stagnum tuum, et restituam iudices tuos, ut fuerunt*
*f. 40. *prius; et consiliarios *tuos, sicut antiquitus. Post haec vocaberis civitas iusti, urbs fidelis.*

63. Nonne faber iste hanc prophetiam in Salzpurgensi aecclesia iam coepit implere[1], ubi et pseudocanonicos, quasi stagnum, abstulit et regulares canonicos ibidem plantatos per ignem suo fabrili conflatorio aptum ita iam excoquere coepit, ut non dubitemus eam ab omni scoria usque ad purum excoquendam et deinceps nullos iudices vel consiliarios habituram; nisi quorum talis erit introitus, conversatio et exitus, qualis in episcopis iudicantibus et clericis consiliantibus fuit antiquitus?

64. Faber iste fabricat Romae in Lateranensi patriarchio[a], ubi per gratiam ipsius iam reflorescit vita canonica[2], tanto citius omnem scoriam depositura, quanto illi tanquam in medio Babylonis positae fornax tribulationis a quibusdam palatinis, non Petri discipulis, sed regis Nabuchodonosor ministris, iugiter accendetur. In qua tamen ipse dominus apostolicus, velut quidam angelus, consolabitur tribulatos, ut, dum in medio tribulationis ipsum habeant suas angustias relevantem, videantur sentire in medio fornacis quasi ventum roris flantem. De ipsis vero illius fornacis incensoribus erit aliquis ita cremandus, ut aut cum Saulo conversus aecclesiam defendat aut cum Saule irrevocabiliter perversus in infernum descendat. Pueros autem Christi, veros videlicet canonicos, omnino non tanget ignis, neque contristabit, nec quidquam molestiae inferet; immo tantum utilitatis conferet, ut per hunc ignem vinculis peccatorum consumptis libere incedant et quasi ex uno ore in medio fornacis Deum benedicant. Fuit enim ante aliquot annos aecclesia illa talibus clericis exposita, qui non canerent quasi ex uno ore, sed quasi ex ore diverso ac multum dissono, tum propter vocis inconcinnos organismos, theatralibus quibusdam modulis variatos, tum propter mores incompositos
*f. 40'. et magna *discrepantia contra invicem divisos. Nunc autem, Deo gratias, psallitur et

* 40 Iohannes Cristostomus in sermone de conversione Pauli apostoli[3]: *Non tyrannis quaedam inveterate consuetudinis — — multis impugnantibus suscitatus et crescit.*

patriarchia c.

1 *Cf. Dial., Migne, Patrol. lat. t.* 194, *col.* 1420; *Ann. Reichersberg.* 1110, *p.* 451.
2 *Cf. Iohannis Diaconi Liber de eeelesia Lateran., Mabillon, Museum Ital. II, p.* 568: Inde per directum ad dexteram iacet Paschalis papa II. qui salubri providentia et studio renovavit ordinem canonicum in ista ecclesia. 3 *Non inven.*

canitur in aecclesia illa quasi ex uno ore, tam in vocis [illegible] quam in morum sancta iuxta claustralem disciplinam compositione. [illegible] adhuc addi oportet, qui coepit ipse perficiet.

65. Gaudeat ergo aecclesia sancti Fridiani Lucensis, quae [illegible] Romanas mensas de suis locupletat fructibus: dum inde quantuluscumque [illegible] numerus quasi parvum synapis granum in Romanam aecclesiam tanquam [illegible] conterendum mittitur[1]: ut odor notitiae Christi per hoc longe lateque spargatur, [illegible] in ipso mundi capite reflorescit ordo communis vitae.

66. Quae deinceps acephalorum turba presumet Romanam aecclesiam [illegible] si episcopus catholicus illos, quos ex eis convertere non potest, abiciens vitam communem et apostolicam coeperit reformare? Si professores vitae apostolicae cum defensoribus vitae apostaticae venerint ad sedem apostolicam, quae iam in ipsa sua principali aecclesia fovet vitam apostolicam, quae, putas, in sede illa pars triumphabit, nisi cui Symon Petrus gratis causam suam adiuvans favebit? Quis autem confundetur et gravi casu frangetur, nisi is qui in civitate illa presumet volatum suum cum Symone mago contra Symonem magnum extendere; ubi et ipse Petrus presidet in domno apostolico et ordo Petri diligitur a potiore cardinalium numero, qui eum fovent et ibidem secundum statum antiquum ex parte inchoatum et inde tanquam a capite per totum corpus aecclesiae citissime dilatandum?

67. Ipsi enim pseudocanonici semetipsos valde faciunt expugnabiles, dum pro timore suae proprietatis perdende usque adeo timent mundanos principes, ut suis episcopis iusta precipientibus inobedientes fiant, ne per mundanos bona quae diligunt amittant. Sepe quoque talibus sceleribus implicantur, in quibus *deprehensi facile ab episcopis aecclesiastico stipendio privantur. Episcopus ergo, si triumphare voluerit, non carnalibus, sed spiritualibus armis accingatur; et pseudocanonicos verbi gladio expugnando aggrediatur, in promptu habens ulcisci omnem inobedientiam, donec evellendo, destruendo, plantando et edificando perveniat ad victoriam.

68. Erit enim ista victoria verbi per se potentis, per se vincentis, victoriae autem corona verbum recte proferentis. Ille autem recte profert verbum, recte gladium evaginat utraque parte acutum, qui criminosos aut inobedientes clericos falce anathematis ita precidit, ut eos tanquam ramos inutiles, foras proiectos et arefactos, et illo igne arsuros relinquat, qui venit super socios Chore, qui etiam ardebat in atrio Caiphae, ubi se Petrus ad horam calefecit; sed, Domino cor eius respiciente, ab illo igne discedens amarissime flevit flensque susceptus est. Sic ergo et isti tunc recipiuntur, cum aut fletu aut aliis certis paenitentiae indiciis hoc de se testantur, quod sint paratiores cum Petro in communis vitae cenaculo ignem de caelo venturum ieiunantes et orantes expectare, quam in domo Caiphae contra frigus tristiciae de cupiditatis igne sibi remedium captare. Hoc enim non tam est remedium, quam maioris tristiciae fomentum, quoniam, unde ad tempus miser animus de cibo, potu, veste, nummo hilarescit, inde miserius tabescit: quando nec ancillae vocem poterit sine timore audire qui de mundi fumoso atrio non vult exire. Orandum ergo est pro talibus, ut eos respiciat Dominus, cui soli est possibile ramos fractos et arefactos it[illegible]

Leo episcopus urbis Romae Iannario patriarche Aquilegensi[2]: *[illegible] litteris rigorem fidei tuae [illegible] non debet [illegible] suspectis.* Et post [illegible] *dilectio tua [illegible] dissimulant [illegible]*

1) *Cf. Epistolam Calixti II ad priorem S. Fridiani [illegible]* Jaffé nr. 6896. A. 1121 *Mart.* 14. 2) *Epist. ad [illegible]* 18. *Opp. ed. [illegible]* I [illegible]

cf. Ioh. 15, 1. colligere ut, per gratiam reconciliationis inserti, coalescant unitati et integritati vitis verae, que est Christus, quatinus aut ipsi militiam illius de caetero legitime cum Petro exerceant aut saltem eos, qui hanc exercere per Dei gratiam volunt et possunt, *f. 41'. ulterius *nulla inquietudine impediant. Quamvis enim maxime optandum sit, ut iterum cf. Ps. 132, 1. inserti gustent quam bonum et quam iucundum est habitare fratres in unum, tamen, si haec vel non volentes vel non valentes ita promittant se victuros esse ut clericos canonice viventes, tanquam ramos de medulla vitis vitam trahentes non impediant, possunt aliquo modo in aecclesiam recipi et tanquam in cortice matris arboris tolerari. Si enim communione christianorum et salute animarum contenti, sic absque sacris ordinibus et extra congregationes vivere velint, quo modo invenimus beatum Gregorium clericis infirmis permisisse, rem quidem faciunt non laudandam, sed tamen utcunque tolerandam. Illud autem nullo modo potest tolerari, ut sacris ordinibus fungantur extra regulam constituti.

69. Quis enim tales in sacris ordinibus recipiendos arbitretur, nisi qui scita conciliorum et gesta pontificum dissimulare aut ignorare videtur? Nam ut de ceteris patribus taceamus, qui diligenter examinari precipiunt promovendos in sacris ordinibus, ita videlicet, ut eorum non solum acta vita discutiatur, sed et agenda in sancto proposito stabilita agnoscatur, solus Leo Magnus et Gregorius primus ad eos removendos sufficiunt, qui personas etiam suspectas respuunt. Quid autem est Leo Magnus vel Gregorius primus, nisi Petri uterque vicarius? Qui autem cum Petro non sapit[a], cum Petro non colligit. Qui cum Petro non colligit, certe cum ipsa petra, quae Christus Luc. 11, 23. est, non colligit, cum quo qui non colligit, spargit: et qui non est cum illo contra illum est. Qui autem contra Christum est, Antichristus est. Et nunc Antichristi multi sunt, qui caracterem bestiae et numerum nominis eius non solum in manu, sed et in fronte suscipiunt: non solum contraria Christo agentes, sed eadem inpudenti fronte contra aecclesiam defendentes; et sic a Romana aecclesia discordantes indubitanter *f. 42. *heretici fiunt, quoniam hereticum esse constat qui a Romana aecclesia discordat.

70. Dico autem Romanam aecclesiam, cuius caput est Christus, membra vero Petrus et Paulus et omnis illius aecclesiae spiritualis filius, non solum in urbe illa, sed etiam per totum mundum in petra, quae Petro nomen dedit, constitutus. Omnis, inquam, spiritalis pertinet ad aecclesiam Romanam, quae omnes iudicat, et ipsa a nemine 1. Cor. 2, 15. iudicatur, quia, Paulo affirmante: *Spiritalis iudicat omnia, et ipse a nemine iudicatur.*

71. Quaeratur ergo non solum a Petro, sed ab omni doctore catholico, quid de vita clericorum sentiat; ut omnis, qui a Romana aecclesia discordare non vult, 1. Petr. 5, 2. spiritali eorum iudicio consentiat? Dic, Petre, quid sentias? *Seniores,* inquit, *obsecro consenior, pascite eum, qui in vobis est, gregem.* Ecce non dicit: 'Sequimini cum militibus regem'; sed *pascite,* inquit, *eum, qui in vobis est, gregem* et cetera: 1. Petr. 5, 3. quibus vitam pastoris circumscribens, ita sententiam conclusit: *Non dominantes in clero, sed forma facti gregis.* Hanc sententiam beatus Gregorius quodammodo glosavit, quando Augustinum Anglorum episcopum seorsum a suis clericis vivere prohibuit[1], ne, si episcopus a clero divideretur, in clero dominari videretur. Nunc autem clero multi dominantur, qui a suis qualibuscunque clericis divisi, de agris aecclesiae

Gregorius de IIII conciliis in synodica sua dicit[2]: *Cunctas personas, quas veneranda con-* ... *interdicit omne ministerium.*

a) cum Petro non sapit. Qui cum Petro non sapit, cum *om., pergl. c.; Pez textum restitui.*

1) *Epist. XI, 56a. EE. II, p. 333; cf. infra p. 176.* 2) *Epist. I, 24. ad Iohannem patr. Constantinop., EE. I, p. 36.*

maiorem partem sibi tenentes, minorem clericis, nullam seu pauperem relinquunt. Atque ita dominantes in clero non sunt forma gregi, regendo devote et pascendo gregem, sed magnum tam cleri quam gregis offendiculum pascendo milites et equos. Hoc facere periculosum est, defendere autem sine dubio perniciosum est. Nec enim dicit scriptura: Ve his qui faciunt malum, quod tamen est periculosum, sed: *Ve his qui dicunt malum bonum, et bonum malum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras* et cetera. Est ergo periculum his qui faciunt malum, sed exitium est his qui pertinaci studio defendunt. Sancto enim Gregorio lamentationem et carmen et ve super Ezechielem exponente, hanc differentiam inter lamentationem [illegible] carmen [illegible] abeunde peccatoribus paenitentibus lamentationem temporalis afflictionis, [illegible] defensoribus ve perpetuae damnationis assignemus, et cum Ieremia lamentantes dicamus. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum*. Purissimi namque auri color [illegible] quando episcopus ad suos discipulos cum Christo dicere potuit: *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*. Non sicut qui dominatur, sed sicut qui ministrat. Nam quod, ubi communis vita non est, sacri canones episcopis quartam decimarum et oblationum partem conferendam censuerunt, non propter milites, sed propter peregrinos et hospites ab eo recipiendos fecerunt. Quibus tamen a beato Gelasio prohibitum est agros aecclesiis dividere, quia debent potius per singulos annos tam redditus agrorum quam decimas in quatuor partes dispensare: ut pars, quae contingit episcopum, sub testimonio aecclesiae sic in pauperum solatio et hospitalitatis officio expendatur, ut episcopus non dominando in clero, sed forma factus gregi quidam secundus Iob videatur, dicens cum illo: *Si negavi, quod volebant, pauperibus, et oculos viduae expectare feci, si comedi buccellam meam solus, et non comedit ex ea pupillus, quia ab infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meae egressa est mecum. Si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem. Si non benedixerint mihi latera eius, et de velleribus ovium mearum calefactus est, si levavi super pupillum manum meam, etiam, cum viderem me in porta superiorem, humerus meus a iunctura sua cadat, et brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Dominum, et pondus eius ferre non potui. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.*

Nunquid haec verba potest episcopus veraciter dicere, ad cuius prandium intrat miles ac tyrannus, foris manet peregrinus? Ostium illius clauditur viatori, quod aperitur militi et imperatori. Martinus haec dicere potuit, qui nunquam regi, frequenter autem pauperi cenam suam communem fecit. A quo et illud pro magna gratia tam a rege, quam a regina susceptum est, quod ipse precibus coactus prandio eorum aliquando interesse dignatus est. Potuit hec dicere Gregorius, qui omnes aecclesiae facultates dispersit et dedit pauperibus non militibus aut principibus [1]. Quorum tamen devotionem et dilectionem non dampnose captare solitus fuit, offerens ipsis primoribus preciosa pigmenta vel alia peregrinarum specierum rara munuscula: hoc fiebat sine pauperum detrimento, immo cum multo pauperum lucro, quia quando vel balsamum

Gelasius papa cap. XXVII: *Quatuor autem* [illegible] non liceat. Cap. XXVIII: *Quapropter, ut clericorum quisque* [illegible] *reperit suppeditent.*

Ex Vita S. Gregorii cap. XXII: *Tantae hospitalitatis Gregorius* [illegible] *libet invitaret.*

1 *In Ezech. l. I. hom.* 9 §§ 33. 34; *Opp. I col.* 1262. 2 [illegible] c. 50, *p.* 165. 4 [illegible] *n.* 7. 5 *Epist.* 27 *ad Leo* [illegible] § 27 [illegible] *p.* 654. 6 *Ibid.* § 28. 7 *V. Gregor. II.* 22 *Opp. IV col.* 51.

vel aliam huiusmodi preciosam speciem primoribus offerebat sine pauperum detrimento, illos in sui et aecclesiae dilectionem provocavit, per quorum devotionem pauperum facultas tuta et inminuta permansit. Quantum ergo absque pauperum dampno fieri potuit, talem se etiam erga maiores exhibuit, ut et ipse ab omnibus diligeretur, et aecclesia quasi horreum commune putaretur[1]. Absit tamen, ut et ipse principes vel milites ita credatur timuisse, ut eos cum pauperum vel dampno vel offensione soleret sibi aliquo modo conciliare. De quo illud potius in vita sua legitur[2], quod cunctorum iudicum cupiditates vel scelera quasi chamo frenoque pontificii validissimis auctoritatibus restringebat.

1. Petr. 5, 3. Erat itaque Petri senioris consenior, non dominans in clero, sed forma factus gregi, cui omnia verba, quae de Iob dicta invenimus, verissime poterant adaptari. Poterat enim haec omnia servare sine inpedimento communis vitae, quam et cum suis clericis in pontificatu servavit et Augustino Anglorum episcopo servare mandavit. *f. 43'. Si enim communis vita in administratione *pontificalis curae ab episcopo cum clericis observari non posset, duo contraria papa Gregorius Augustino episcopo mandasset[3]. Cui et vitam communem servari precepit, non permittens episcopum seorsum vivere a clericis suis; et eidem in decreto quodam suo de stipendiis aecclesiae scribens quartam episcopo partem de his assignavit; quod propter hospitalitatem atque susceptionem fieri in eodem decreto significavit. Hinc est, quod idem beatus Marianum episcopum de avaricia redarguens vacuum episcopi nomen tenere illum asseruit; quod orationi et lectioni solummodo intentus de manu nichil fructificavit, cum debeat episcopus largam manum habere, necessitatem patientibus concurrere, alienam inopiam suam credere; quia, inquit[4], *si sic non habet, vacuum episcopi nomen tenet.* Ad hanc asperam redargutionem zelo Dei vir sanctus propterea fuit excitatus, quod mendicantes quosdam cognoverat per aecclesiam eiusdem Mariniani transisse nichilque ab eo accepisse. O beatum pontificem, qui omnes tales esse voluit, qualis ipse fuit! Cuius manus vere fuit quoddam gazophilacium cunctis indigentibus commune, quia non[a] sibi, sed aliis curavit accipere. Neque enim quicquam a quoquam accepisset, si non hoc propter indigentes fecisset. Non ergo fuit iniuriosum, si tunc oblationes ad pedes eius, tanquam ad pedes Petri, ponebantur, quoniam inde non divitibus, sed pauperibus distribuebantur. Nulli ergo tunc dissuaderi debuit, quin ad pedes talis papae offerret quod potuit, quia non tam illi oblatio dabatur, quam per ipsum in sinus pauperum transmittebatur, cum et ipse pauper pauperibus ministraret et vitam apostolicam mirabili et difficili modo in palatio, sicut in monasterio, servaret, non dominans in clero, sed forma factus gregi. Non est ergo episcopo impossibile pariter episcopatus curam administrare vitamque communem cum suis clericis observare, quia sic poterit episcopus in vestium vilitate, in ciborum frugalitate, in ieiuniorum dispositione, in omni denique morum et actuum suorum qualitate regulares mensuras tenere; ut, quando ipse conventui clericorum suorum non poterit interesse, nullum clericorum vel monachorum quantumcumque religiosum pigeat lateri suo adesse, quando apud episcopum nichil cogitur de regulari districtione relaxare. Sic beatus Augustinus, qui propter infirmos et hospites mensae

Item cap. XXVII: *Suo tempore frumentum. — putaretur aecclesia.*

Item ex libro III., cap. XLVIII: *Cunctorum iudicum cupiditates — suorum redargutionibus publicabat.*

a) [illegible]

1) V. n. 5. 2) V. n. 6. 3) *Epist. XI. 56a. I.E. II. p. 333 sqq.* 4) *Epist. VI. 63. I.E. I. p. 439.* 5) V. *Gregorii II. c. 26. Opp. IV. col. 53.* 6) *Opp. IV. col. 107.*

suae carnes adesse permisit, sanis tamen et cohabitantibus [illegible] simplicem et regularem victum procuravit; studens videlicet sic hospitalitat[illegible] descensionis officium servare ad extraneos et infirmos, ut tamen a regulari [illegible] aliquatenus non relaxaret cohabitantes et sanos. Quis ergo [illegible] disciplinae amator non libenter tali episcopo adesset, quis non eius conviviis libenter interesset, in quibus non inanes saecularium negotiorum fabulae, sed [illegible] lectionis audiebantur, in quibus non plus quam necesse fuit corpori [illegible], sed sola eius infirmitas reficiebatur, ut ad usum necessariae virtutis haberetur?

Si igitur sic agant episcopi, erunt communiter viventium non solum [illegible], sed et regulares magistri. Nec vivent seorsum a clericis suis, quoniam, cum ipsi eorum conventibus interesse non poterunt, meliores de claustris ad se collectos regulariter, non curialiter tractabunt. Non fuit ergo contrarium quod beatus Gregorius ad beatum Augustinum scripsit; cum vita regularis et socialis etiam in pontificatu custodiri possit, quatenus episcopus iuxta sententiam Petri non sit dominans in clero, sed forma factus gregi.

72. Perspicuum est, quid de vita episcoporum[a] senserit Petrus, ante omnes in sede Romana post Christum audiendus. Audiamus etiam, quid dicat Paulus inter precipua illius aecclesiae, quae omnes iudicat et ipsa a nemine iudicatur[1], membra simul cum Petro computandus. Dic, Paule, quid sentis de pontifice? Debetne pontifex regales functiones administrare? Audite quid dicat. *Omnis*, inquit, *pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Si ergo in his tantum pontifex constituitur que sunt ad Deum, quid de his ad eum quae pertinent ad regale officium? Si ad hoc preficitur, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, quare occupatur in militibus congregandis et expeditionibus cum rege ordinandis? Nunquid hoc agere est sacrificium pro peccatis, quando militiam ducens nec unam pernoctationem in aliqua villa potest facere absque militum et scutariorum innumerabilibus peccatis? Si tali sacrificio placabitur Deus, vere dominus Mogontinus[2] beato Martino in regno caelorum erit preferendus. Sed melius est, ut Martinum oremus orare pro Mogontino, quam ut illum taliter credamus preferendum Martino. Hoc enim si credimus aut sentimus, aecclesiae Romanae per Paulum nos instruenti non consentimus. Ipse enim non solum de pontifice, sed de omni persona profitente militiam Christi affirmat aperte: quod *nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus.* Ecce habemus duos testes, inter omnes aecclesiae Romanae iudices amplius insignes. Sufficere nobis poterit istorum testimonium, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

73. Attamen si quis verba istorum sic putat interpretanda, ut non in his persuadeatur clero vita communis et apostolica, respiciat posteriores patres, qui in his verbis non quesierunt allegoriam; sed haec aptaverunt ad illam vivendi regulam, quam Dominus dedit suis discipulis, et per discipulos cunctis verbi sui ministris, dicens: *Qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus.* Haec verba Urbanus papa et martyr[3] sic intellexit, ut omnes clericorum congregationes per aeccle-

Urbanus papa et martir[4]: *Decet omnes christianos, karissimi,* [illegible] *Actibus apostolorum: 'Multitudinis credentium*[b] *erat cor [unum] et anima una'.*

a) *post. manu* [illegible] b) [illegible]

1) *Cf. Capit. Angilr. c.* 51. *Hinschius p.* 765. 2) [illegible] 24 [illegible]
4) *Decret. Urbani c.* 1. *Hinschius p.* 143.

sias matrices taliter instituendas decretali sanctione constitueret, quatinus apostolica et communis vita futuris perpetuo temporibus in his perpetuo perseveraret[1]. Frustra ergo *f. 45. tanquam de re nova querendum putat aliquis consilium *a sede apostolica, utrum reformari debeat vita communis et apostolica: cum habeamus ad manum decreta Urbani papae et martyris, terribile anathema contra suarum constitutionum violatores promulgantis. Haec decreta inveniuntur absque itineris labore, sine magnis expensis, pene in omnibus aecclesiarum armariis; et tamen episcopi differunt his armari, querentes et expectantes novis decretis aut privilegiorum cartis ad hoc faciendum roborari; quod ipse Deus, qui habitare facit unius moris in domo, per se ipsum constituit, per apostolos fundavit, per multas orthodoxorum patrum sententias et exempla corroboravit. Si de certis et apertis consulere debemus apostolicam sedem, quare non eam consulimus, utrum debeamus credere in Deum, patrem omnipotentem? Quod si supervacuum putatur in tam aperta fide apostolorum domini apostolici expectare consilium; cur in ceteris nichilominus certis et apertis apostolorum et apostolicorum constitutis expectatur, donec nova carta seu privilegium a Romana sede afferatur?

74. Benedictus papa Honorius, et benedictus sermo oris sui, quem audivi[2] tale responsum dare domno Salzpurgensi archiepiscopo[3] de rebus quibusdam certis, etiam definitis, per legatum[4] suum sedem apostolicam consulenti: 'Sunt', inquit, 'scripta iam olim super his causis promulgata penes ipsum dominum archiepiscopum[a]. Non illi est necesse de his querere aut expectare novum ex nostri parte aliquod scriptum. Scriptis antiquis utatur, quia zelum Dei habens nostrum habebit auxilium, in quibuscunque illi favent antiquae traditiones patrum'. Haec verba, vel non multum his dissimilia, istam sententiam competenter exprimentia sic postea servavi, quasi de divino ea acceperim oraculo. Multos enim tam tepidos ac trepidos videmus in rebus certis, etiam sepe iudicio patrum definitis, ut necesse habeant commoneri his verbis, quatenus in causis apertis, nullo consilio expectato, confidenter agant; certi, quoniam eos adiuvabit Petrus *f. 45'. Petrique vicarius, quando veritatis petra, non pravae consuetudinis *harena, edificatio eorum fulcitur, et antiquis patrum statutis, velut firmis et imputribilibus columpnis undique stabilitur.

. . . .

f. 53'. 96. Si ergo tanti est ponderis interdictio episcoporum aliorumque patrum, ut illis interdicentibus nec sanctissimus et innocentissimus eorum subiectus audeat presumere corpus dominicum, quod nemo dubitat sanctum et bonum, aut, si presumit, non evadit iudicium: quid censendum est esse hanc potestatem interdicendi, nisi quendam gladium, quo debent illicita resecari? Qui si acutus est ad amputanda interdum, quae sunt licita et bona, quanto putas acumine precidet illicita? Si tamen gladius iste utra-

f. 45. Anno dominicae incarnationis MCX. facta est in Lateranensi aecclesia synodus presidente Paschali II. papa, indictione III. Nonis Martiis, in qua legitur cap. VII[5]: *Sunt quidam qui vel violentia vel favore non permittunt aecclesias regulariter ordinari. Hos etiam decernimus ut sacrilegos iudicandos.*

Urbanus[b] papa secundus[6]: *Quicunque vivunt in congregatione quamvis nondum fecerint votum nichil habendi, — — scrutare scripturas, scrutare regulam tuam, videquid promiseris.*

a) archy *ut vid. corr. ex* -i *c.* b) *sequentia in marg. c.*

1) *Ep. I, c.* 3 *sq.* 2) *Cf. Dialog. Prol.* (1126—1130); *Liber de novitatibus huius temporis c.* 5. 3) *Conrado.* 4) *Gerhohum ipsum.* 5) *Grat. C.* 1, *qu.* 2, *c.* 125: Paschalis secundus; *cf. Dial. col.* 1361. 6) *Urbani II. epist. ad Lucium, Mansi XX, col.* 661; *J.-L.* 5743; *cf. Dial. col.* 1389; *Tract. de sim. col.* 1345.

que parte acutus, de ore Christi procedens, ab episcopo in vagina [illegible] datur; et materialis gladius, de quo Petrus est redargutus, ab [illegible] acceptatur. De illo enim scriptum est: *Ve, qui prohibet gladium suum a sanguine* [illegible] Dominus dicit: quod *omnis qui acceperit gladium gladio peribit.* [illegible] a Domino interdictum antiqui aecclesiarum pastores cum Petro [illegible] dientes non sibi necessarium putaverunt, ut ministros, quos Dominus [illegible] rerent et de rebus pauperum famelicorum milites pascerent. Sed [illegible] dio tam terribiliter interdicto elongaverunt suosque successores elongari voluerunt, ut sacris canonibus testentur episcopos effusores ac reos humani sanguinis, qui, [illegible] legali, tamen saeculari, presumunt interesse iudicio sanguinis. Quondam enim si [illegible] iudicialiter et saeculariter coram principe tractabatur, nullus catholicus episcopus tali se causae inserebat, quae per mortem vel membrorum mutilationem [illegible] nisi forte post recte factum iudicium ad eripiendum inopem de manu fortiorum [illegible], sicut legitur fecisse beatus Nicolaus. Econtrà moderni quidam episcopi causas mundanas cum regibus et principibus examinant, expeditiones ordinant; ubi non unius hominis, sed multorum, sanguis fundatur[1], ubi inopes de manu fortiorum eius non eripiantur: sed rustici et inopes miserabiliter affligantur, quando milites non utuntur consilio Iohannis, hoc militibus, si volunt salvari, consulentis, ut neminem concutiant, neque calumpniam faciant, sed contenti sint stipendiis suis. Quid ergo miramur, quod gladium Dei a sanguine prohibent, qui per milites negotium rapinae, per principes iudicium sanguinis exercent? Miserrimo excusationis pallio episcopi quidam utuntur, qui tractandis et examinandis causis intersunt. Sed in fine, quando ipsa iudicialis sententia datur, ad hoc se per momentum unius horae subtrahunt, ut sic videantur canonum scita servare, quae prohibent episcopos iudicio sanguinis interesse. Et etiam plerumque conantur sententiam ultionis avertere, quam ipsi prius studuerunt predictare. Sic et diabolus in passione Christi iudicio sanguinis interfuit, sed circa finem se subtrahens suamque dampnationem presentiens, etiam de dimissione illius per uxorem Pilati laboravit: et tamen non solum homicidium, sed, ut ita dicam, Deicidium recte illi ex toto imputatur; quo agente illud iudicium sanguinis inchoatum et magna ex parte tractatum agnoscitur. Sic et Iudei dicentes: *Nobis non licet interficere quemquam,* Iob. 18, 31.
conati sunt per hoc excusabiles videri, quod non ipsi eum crucifixerunt, sed milites Romani; et tamen quicquid illi milites fecerunt, rectissime illis imputatur, quorum voluntati per hoc a militibus serviebatur. Sicut ergo tunc, ita et nunc, quia peccatum principis male iudicantis, et militis ac scutiferi predicantis totum redundat in episcopos mundanorum consiliorum fabricatores, a quibus etiam, cum legaliter exercentur, ipsi deberent esse immunes.

. . . .

108. Haec differentia inter iudices aecclesiasticos et saeculares esse dinoscitur, quod in aecclesiastico iudicio spiritualis iudex inter nocentem et innocentem nichil terreni lucratur; sed alterius offensam, alterius gratiam, iusticiae favens plerumque

Ex Vita S. Gregorii in libro III°. cap. XXXVI[2]: *Neminem* [illegible] *sum — — apud nos incipiat esse culpabilis.*

Item Antemio subdiacono[3]: *Pervenit ad nos* [illegible]

Augustinus in sermone XXXXI. in Iohannem[4]: [illegible] psalmistam: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae,* [illegible]

1 *Cf. De investig. Antichristi c.* 37 [illegible] 39, *ed.* [illegible] 2 [illegible] *col.* 101. 3 *Ep. XIII.* 29, *EE. II. p.* 393. 4 [illegible] *Opp. III.* 2, *col.* 580.

consequitur. Saecularis autem iudex, inter nocentem et innocentem personam mediator existens, plerumque aliquid secundum leges saeculi ex parte nocentis lucratur: quando idem nocens non occisione vel membrorum mutilatione, sed bonorum suorum publicatione multandus est. Si quid autem preter iudicium lucratur ex parte innocentis, ut iusticiae faveat, periculose peccat, quia iusticiam vendit cui gratis favere debuit. Quod *f. 59 si ex parte nocentis *aliquid accipiat, ut in causa illius remissius agat, hoc est danti et accipienti certa pernicies, quia hoc non est iusticiam quasi vivam vendere, sed omnino suffocatam pro lucro distrahere. Si autem eterna morte punietur venditor viventis iusticiae, favens illi pro mercede, que sola sibi faventibus debuit merces esse: quomodo puniendus est qui eandem iusticiam, quantum in se est, occidit, favendo contra illam causae iniustae, cui nec pro vita sua defendenda ullatenus favere debuit? Absit ergo ipsa tam venditio, quam occisio ac suffocatio iusticiae a iudicibus aecclesiae, qui debent omnium clericorum, monachorum, sanctimonialium, viduarum, pupillorum et eorum qui penitentias egerunt et omnium qui se functionibus aecclesiasticis devoverunt omnes causas tractare; militum vero et aliorum saecularium non debent causas tractare, nisi que pertinent ad salutem animae et ad iusticiam aecclesiae. Nam in disceptatione pecuniarum per iusticiam saecularem vel repetendarum vel retinendarum a ceteris huiusmodi ad saeculum pertinentibus non se debet episcopus inmergere, sed iudici[a] terreno talia relinquere. Attamen inter discordantes ac huiusmodi litigantes compositionem pacificam et iustam faciens, ut non sit necessitas alteri eorum iudicem terrenum pulsare, facit episcopus quod sui est ordinis, cui commissum est euangelium pacis.

109. Sed istam compositionem per episcopum tunc licet fieri, cum nondum causa presentata est iudici saeculari. Sicut enim iudex terrenus non se debet vel poterit de causa intromittere, que suscepta est a spiritualiter presidente: sic non debet episcopus iniuriam facere illi, qui non sine causa gladium portat. Verum, sicut episcopus iudicem iudicialiter agentem non debet impedire; ita, si ordine iudiciali contempto fuerit oppressor innocentium, licet episcopo eripienti pauperem et egenum de manu fortioris ipsum fortem ligare atque ab aecclesia sequestrare, donec peniteat et de se meliora promittat.

Ps. 149, 8. 110. Habent enim episcopi potestatem *ad alligandos reges in compedibus, et* ib. 9. *nobiles eorum in manicis ferreis.* Haec potestas victoriose procedit, si *faciunt in eis iudicium conscriptum:* quos angariare non debet extra ordinem iudiciarium a sanctis *f. 59'. patribus conscriptum. Nam secundum conscriptum *legitima commonitione, vocatione, induciarum expectatione quasi arcus trahitur, ut sagitta excommunicationis in rebellem recte librata fortius mittatur. Attamen, si aliquid sub anathemate scitur prohibitum, quam cito illud ab aliquo committitur, sciat se continuo excommunicatum.

Hinc est quod beatus Gregorius episcopos, qui Maximum Salonitanum, cuius consecrationem sub excommunicatione prohibitam sciverunt et hoc scientes eundem consecraverunt, vocat excommunicatos, ita dicens[1]: *Quam rem nos consecrationem nullo modo dicere possumus, quia ab excommunicatis facta est.* Ecce iam notat eos excommunicatos fuisse in illius peccati perpetratione, quod prohibitum erat sub excommunicatione. Iam ergo excommunicati erant nullis induciis, nulla precedente vocatione, quia sciebant rem quam fecerunt prius prohibitam sub excommunicatione.

111. Notandum autem, quod, quamvis multa sint peccata, quae contra se claudunt regnum caelorum, non tamen omne peccatum criminale ante factum prohibitum

a) iudicii c.

1) *Epist. IV, 20, EE. I. p. 255.*

vel prohibendum est sub anathemate, quia, si ebrietas, fornicatio, mendacium sub anathemate ante factum prohiberetur, excommunicatorum numerus in infinitum extenderetur. Solet autem ista interdictio cum anathematis interpositione fieri, cum occurritur scismati noviter emergenti, quia, si error ante auditam interdictionem committitur, mora necessario per ordinem iudicialem inducitur. Est enim vocandus et per [illegible] inducias expectandus quantumcunque crimen aliquis committat; nisi aut ipse in faciem inobediens fiat, dum sanae admonitioni pertinaciter contradixerit, aut aliquid sub anathemate interdictum scienter admiserit.

112. Est ergo pernecessarium, ut ea quae specialiter sub anathemate prohibentur caute notentur; notata ab episcopo et presbyteris coram ceteris publicentur [illegible] publicata melius caveantur; aut, si qui non cavent, ipsi propter anathema caveantur, et per episcopalem sententiam publicati videntur, donec penitentiae summittantur.

113. Ad quam 'penitentiam, sicut superius diximus, regulariter exequendam etiam hoc pertinet, ut aliquis de crimine dampnabili penitentiam agens, non solum vacet a coniugio et saecularium iudiciorum implicamento, sed etiam a negotiatione ac militari cingulo. Unde scribit Leo Magnus Rustico Narbonensi super regula penitentiae apostolicam sedem consulenti: *Aliud est*, inquit[1], *debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contempnere; sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam licitis abstinere, dicente apostolo: 'Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt'. Unde si penitentes habent causam, quam negligere forte non debeat, melius expedit quis aecclesiasticum, quam forense iudicium.* Item quod penitenti nulla negotiationis lucra exercere conveniat, probat idem Leo dicens[2]: *Qualitas lucri negotiantem aut excusat aut arguit, quia est honestus questus et turpis. Veruntamen penitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negotiationis obstringi; quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum.* Item probans, quod ad militiam saecularem post penitentiam rediri non debeat, ita dicit[3]: *Contrarium est omnino aecclesiasticis regulis post penitentiae actionem redire ad militiam saecularem, cum apostolus dicat: 'Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus'. Unde non est liber a laqueis diaboli qui se militia mundana voluerit implicare.*

. . . .

131. . . . Si enim penitentiae leges pro debito 'servarentur, multi per hoc a sceleribus frenati salvarentur.

132. Primum esset enim, ut unusquisque post baptisma viveret sub legibus innocentiae. Secundum vero, ut, si ab his deviaret, constringeretur sub legibus et regulis penitentiae. Tercium, ut, si nec his vellet subiacere, privaretur ecclesiastica societate. Quartum, ut, si hoc aliqua conservandae pacis pro cavenda strage multitudinis impediret, portaretur non cum taciturnitate, sed cum discreta reclamatione. Quintum, ut, si hac sacerdotum reclamatione multitudo non corrigeretur, sententia in

Gregorius papa VII. in synodo Romae celebrata cap. VI. dicit[4]: *Falsas penitentias [illegible] mus, qui — — et odium ex corde dimittat.* Ambrosius in libro de penitentia[5]: *N[illegible] poscunt penitentiam, — — communionis non impertiuntur consortia.* In eodem sequitur[6]: *[illegible] trantur hoc esse — — debere, quia caelesti fraudarentur gratia.* Ambrosius in tercio libro penitentie[7]: *Facilius inveni qui innocentiam servaverint, — — sibi abneget, et tota [illegible]*

1) *Epist.* 167. *inquis. X. ed. Ball. I. col.* 1424; *cf. De novitatibus [illegible]* 21
2) *Ibid. inquis. XI.* 3) *Ibid. inquis. XII. col.* 1425. 4) *Syn. Rom. a.* 1078. *Nov.* 19 *Jaffé II. p.* 333. 5) *II. c.* 9. § 87. *Opp. II. col.* 434. 6) *Ibid.* § 89 [illegible] 435. 7) *II. c.* 10. § 96. *l. l. col.* 436; *cf. Dialogum col.* 1412

erroris capitaneos et scelerum auctores iudicialiter daretur: quatenus ita parceretur multitudini, ut tamen obviaretur errori.

In qua tamen sententia magna discretio adhibenda est. Nam quando error aut nullos habet defensores aut non tales, per quos scisma possit contingere, separationis consilia debent morbo, ne ut cancer serpat, celerius obviare. Quando autem tales habet defensores, per quos non dubitatur scisma excitari, si contingat eos ab aecclesia separari, tunc utique, ut beatus Augustinus dicit[1], consilia separationis et inania sunt et perniciosa atque sacrilega, quia impia ac superba fiunt, ac plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos.

133. Quid ergo? Nunquid propterea tacendum est episcopo? Nunquid propterea Is. 58, 1. cessandum est illi a clamore, cui dictum est: *Clama; ne cesses!* Absit! Quando enim pro strage vitanda omnimoda separatio fieri non potest, sunt iuxta leges patrum alia multa cohercitionum genera, que velut quaedam medicinales potiones non vomitum provocent, non ea, que morbida sunt, omnino separent, sed cum quodam viscerum dolore intus curent. Iuxta hunc modum possunt clerici salubriter ac medicinaliter intus torqueri; si, cum excommunicari eos non oportet propter multitudinem nec tamen tolerari propter irregularem conversationem et manifestatam turpitudinem, salva laicali communione ab officio suspendantur, et subiectae plebes ab eorum audientia et ob- *f. 68. edientia publico interdicto prohibeantur; *maxime si tales sunt clerici, quales damnant vel officio privant patres antiqui; sicut in synodo Calcedonensi[2] privant officio cunctos absolute ordinatos; sicut multi sanctorum dampnant symoniacos et Nicolaitas. Vicarios autem sive mercennarios et omnes qui incubant aliquam aecclesiam, quam non electione, sed laica datione adepti sunt, quia, ut beatus Ambrosius affirmat[3], non sunt viri 2 Cor. 11, 2. legitimi, sed adulteri: quis episcoporum non arceat a thalamo aecclesiae, si cum apostolo suos commissos emulatur Dei emulatione? Isti omnes possent ab erroribus una et secunda commonitione revocari, et per singulas baptismales aecclesias ad vitam regularem et apostolicam invitari, ut populus instructus fide apostolica regeretur in toto episcopatu per vitam apostolicam, cavens ubique sectam apostaticam. Huiusmodi enim Christo domino non serviunt, sed suo ventri et per dulces sermones seducunt ceteros. Qui ergo vel absolute ordinati vel acephali sane admonitioni nollent acquiescere, etsi excommunicare tot et tantos videretur difficile ac minus utile, possent quadam cohercitione, velut salubri potione, curari; si tantummodo gratia Dei cooperante ad hoc invigilarent episcopi.

134. Tunc per singulas baptismales aecclesias edificaretur porta fontium, quia pro facultate decimarum fierent receptacula pauperum, et maxime viduarum de quarta portione decimationis pascendarum. Hec receptacula quondam ptochia dicebantur, quibus dispensandis diaconi et archidiaconi preficiebantur, per singulos annos episcopis de sua dispensatione rationem reddituri. Inde est quod beatus Gregorius in suis decretis[4] proprie ad presbyteros predicationem, ad diaconos vero elemosinarum distribu-

f. 68. Augustinus in libro VI° contra Donatistas[5]: *Quibus aquam inquit alienam de fonte extraneo bibant* [illegible] *secundum ea que docet diabolus.* Item in eodem libro[6]: *Constituamus ergo aliquem* [illegible] *est regnum Dei non possessurum.* Item post aliqua[7]: *Qua in re ego non dubito* [illegible] *catholicum — — eretico baptizato anteponere.* Idem ad Bonifacium[8]: *Firmissime tene et nullatenus dubites omnem ereticum et scismaticum — — corpus Christi quod est aecclesia.*

1) *Contra epist. Parmen. l. III.* § 14. *Opp. IX. col.* 65. 2) *Concil. Chalced. c.* 6, *Mansi VI. col.* 1226. 3) *Cf. supra p.* 171, *n.* 2. 4) *Cf. Epist.* V, 57a. *c.* 1, *EE. I, p.* 363. 5) *De baptismo contra Donat.* VI. *c.* 12, § 19, *Opp. IX. col.* 168. 6) *Ibid. IV. c.* 18, § 25, *l. l. col.* 136. 7) *Ibid. IV. c.* 21, § 28, *l. l. col.* 138. 8) *Cf. De fide ad Petrum c.* 82 (39). *Opp. VI. app. col.* 32.

tionem pertinere significat; iuxta formam scilicet quam in Actibus apostolorum descriptam constat, ubi Petrus cum reliquis apostolis verbo et orationi [illegible], Stephanus cum reliquis diaconis in viduarum ac pauperum procuratione ministravit. Hoc est quod in sacris canonibus precipitur, ut unaqueque baptismalis aecclesia [illegible] sit clericis destituta: quin ad minus presbyterum habeat et diaconum, videlicet propter *predicationis et dispensationis geminum officium. Quia, sicut predicatio publica non permittitur his qui sunt infra presbyteratum, ita aecclesiasticarum rerum dispensatio nunquam recte permittitur his qui sunt infra diaconatum. Ideoque et diaconi et presbyteri curam debent habere viduarum gratis ab aecclesia sub communis vitae regula de quarta parte decimarum sic pascendarum, ut quod viduis ob solam paupertatem et bonum testimonium iuxta Pauli doctrinam eligendis poterit superesse, pupilli et ceteris necessitatem patientibus et ab aecclesia, tanquam a matre, opem poscentibus fideliter sub testimonio Christi et aecclesiae conferatur, quatenus unusquisque pauper apud suam matrem portam fontis inveniat; ubi de munda elemosina suum defectum reficiat, quando illum porta sterquilinii non impinguat.

135. Hoc enim distat inter elemosinatores adhuc propria retinentes et magna ex parte mundo servientes, atque illos[a] dispensatores facultatis aecclesiasticae, quos nichil suum habentes, nulla sua querentes, providet episcopus in singulis baptismalibus aecclesiis: ut, sicut munda est aqua fontis in comparatione stercoris, sic munda sit elemosina aecclesiae gratis accipientis, gratis dantis, in illius elemosinae comparatione, quam seculares faciunt de lucris iniqui mammone.

136. Ideo sancti et electi duces Israel a Babylonia reversi, non sunt contenti reedificare portam sterquilinii, sed huic addiderunt portam fontis. Elemosina enim de mammona iniquitatis, velut quedam pinguedo stercoris, curat divitum sterilitatem, ad iuvando pauperum ariditatem; et in spiritali Ierusalem portam sterquilinii representat qui per hanc dives quilibet ac publicanus cum Zacheo divite ac publicano, quasi camelus per foramen acus, transit in sanctam sanctorum civitatem: si tamen ita sua tribuat, ut aliena reddat.

137. Aliena non sunt danda, sed reddenda. Quae si non possunt reddi in quadruplum, reddantur saltem usque ad *simplum. Quamdiu enim scienter quis usurpat alienum, id ipsum, quod vel de suo labore vel ex parentum successione quasi iuste videtur habere, sibi est alienum. Scriptum est enim: *Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?* Non ergo aliquid iuste possidet raptor et retentor alienorum, quia, etsi nobilis dicatur, nec se ipsum possidet, cum sit servus tot dominorum quot viciorum. Qui si uni domino serviret, precepta illius ante omnia servando, etiamsi servus diceretur, liber esset. Nunc autem cum sit servus malignorum spirituum multiplici dominio communis, omnino est immundus. In lege enim omne inmundum commune dicitur, quia quicquid uni domino non servit, multis malignorum spirituum dominationibus subactum, sic a mundiciae auctore alienatum per multos dominos vexatur: ut recte sub eadem significatione inmundum et commune dicatur.

Isydorus in VII° libro ethimologiarum[1]: *Quicumque aliter [illegible]* [illegible] *sensus* [illegible] — *tamen ereticus appellari potest.*

Cyprianus martir ad Magnum ait[2]: *Alienus fiat et profanus* [illegible]

Gregorius Syagrio Augustudunensi[3]: *Omnino ergo metuenda et cavenda est* [illegible] *Dei iracundiam non placat, sed irritat.*

a) illas c.

1 *L.* [illegible] *VIII. 5. 70.* 2 *Cf. De unitate ecclesiae* 6. *Opp. ed. Hartel* p. 214. 3 *Epist. IX. 218. EE. II, p. 207.*

Act. 10, 15. 138. Sed, quia vox caelestis Petro precepit ne communia vel inmunda dicat, quae Deus ad suam servitutem vocando et a multorum communium dominio liberando purificat et mundat; non est contempnenda porta sterquilinii, quia in ea fiunt pauperes amici divitum de mammona iniquitatis, ut recipiant eos in aeterna tabernacula; si tamen divites donando sua non retinent aliena. Ipsa enim propria legitime acquisita dicuntur mammona iniquitatis, quia vix possidentur sine contagio iniquitatis. Aliena vero non iam dicuntur mammona iniquitatis, sed omnino scelus iniquitatis. Unde, cum sacra scriptura quasi causam redderet, quare impiorum elemosinae Deo non placerent, idcirco eas dixit Deo non placere, quia offeruntur ex scelere, maxime si offerens est adhuc in ipsius sceleris approbatione seu defensione.

139. Si enim offerrentur de mammona iniquitatis, id est ex propriis legitime possessis, non propterea repellerentur, quod ab impio pietatem tamen querente offerrentur; sed ipsum largitorem traherent ad pietatem: sicut impius et gentilis centurio per suas elemosinas tractus est ad christianitatem. Ideo in figura illius ac illi similium *f. 69'. Act. 10, 13. de *mammona iniquitatis, non de scelere offerentium dictum est Petro: *Macta, macta et* ib. 14. *manduca;* et iterum: *Que Deus mundavit, tu communia ne dixeris,* quia talium elemosina non est a sanctis respuenda, talium anima non est inmunda vel communis dicenda; sed a Petro, id est quolibet sancto in Christo solidato, in corpus aecclesiae ib. 4. traicienda. Hoc enim agitur, dum et eorum elemosina in caelis accepta predicatur, et salubri doctrina, velut quadam baptismatis aqua, mens eorum baptizata Christum induit, ut, quamvis homo ille, qui sic facit elemosinam, cum centurione Cornelio per actiones mundi aliquantulum distendatur, tamen veraciter a Christo christianus dicatur.

140. Sic etenim ingreditur caelestem Ierusalem per portam sterquilinii faciendo sibi amicos de mammona iniquitatis. Qui autem alienum retinentes de scelere offe- Is. 58, 10. runt, Deum irritantes et proximum ledentes per portas inferi ad mortem currunt; portam vero sterquilinii, qua in civitatem sanctam ingrediantur, non inveniunt, nisi alienum, prout possunt, restituendo studeant prius reconciliari fratri suo; et tunc se et sua munus acceptabile faciant domino ac Deo suo, iam non ultra communes aut inmundi appellandi. Quia non multorum dominorum iugo gravi et insuavi prementur, Matth. 11, 30. sed unius Domini onus leve et iugum suave portantes, erunt sancti et mundi, nec a Petro, id est quolibet catholico, propter actus preteritos abhominandi, quia quae Deus mundavit, nemo debet communia vel inmunda dicere; quin immo, cum etiam studiose Act. 10, 11—13. adhuc peccant, pro talibus mundandis exorare. Potens est enim Deus etiam reptilia et bestias in linteo vase comprehensas Petro mactandas et manducandas offerre; ac de inmunditia sua purgatas in caelum levare, non offerentes de acquisitione sceleris, sed de mammona iniquitatis, ut, cum defecerint, recipiantur in aeterna tabernacula per portam sterquilinii introducti; hoc est, redditis alienis, largitis propriis mundati, ac sanctae sanctorum societati penitus incorporati.

141. Sit ergo procul a sancto edificio nostro porta inferi, porta mortis, quae ab iniuste offerentibus fabricatur de acquisitione sceleris. Collocetur vero inter saeculares

In his verbis beati Gregorii diligenter notent monachi et ceteri religiosi canonici, quod periculose in talium dominorum claustris morantur aut aliquorum hominum elemosinis pascuntur, quos sciunt sacrilegos ecclesiasticarum rerum possessores et huius consuetudinis pertinaces defensores.

Ex concilio Laodicensi cap. XXXII[1]: *Quod non oporteat ab hereticis — — quam benedictiones.*

1 *Ex interpret. Dionysii, Mansi II, col.* 580; *cf. Deusd. Lib. II,* § 8, *Lib. II, p.* 326.

elemosinatores porta sterquilinii per exemplum Zachei ac sepe [a]dicti centurionis. Porro fontis porta reedificetur per regularia canonicorum claustra, in quibus nulla sit quartatio facienda; sed omnia, prout cuique opus erit, apostolorum exemplo [illegible], et que superfuerint iuxta mandatum euangelicum pauperibus tribuenda. Porro ubi communis vita non servatur, serventur saltem synodalia patrum [illegible]. [illegible] in unaquaque baptismali aecclesia fons baptismi purificat credentes per invisibilem gratiam, quasi per aquam mundam: sic decimarum portio quarta more fontis [illegible] mundam refectionem prebens consoletur indigentes per quandam visibilem gratiam, gratis utique viduis ac ceteris indigentibus exhibendam. Haec elemosina est aqua fontis mundissima, quia non de mammona iniquitatis, sed de gratia equitatis porrigitur. Ad hanc elemosinam vidua bonum testimonium habens, que vere vidua et desolata est, ultro est querenda, et iuxta doctrinam Pauli eligenda, quia haec elemosina nulli est vendenda, nulli spoliatis viduis et indigentibus exhibenda.

142. Patres enim antiqui, patris orphanorum et iudicis viduarum familiares amici, atque ideo circa viduas et orphanos valde solliciti, non ita de portione pauperum milites ditaverunt, sicut faciunt moderni quidam episcopi. Ideo illi de hac vita recedentes tranquillitatem et requiem apud eundem patrem invenerunt, cuius filiis in hac portione fraudem nullam fecerunt. Isti autem neque hic pacem inter milites bona aecclesiae possidentes habent, neque apud patrem orphanorum et iudicem viduarum gratiam per militarem manum invenient. A militibus enim nunc affliguntur; in extremo autem examine pro viduarum ac orphanorum desolatione omnes pariter turbabuntur: qui dando, prestando, accipiendo portionem pauperum, convincuntur spoliatores eorum. Turbabuntur, inquam: sed queramus, unde turbentur? Utique a facie eius. Cuius eius? *Patris orphanorum et iudicis viduarum.* Tunc neque miles poterit episcopum gladio defendere neque episcopus militem excusare, querente isto iudice viduarum, cur vel ille prestiterit vel iste acceperit bona pauperum et viduarum?

143. Gregorius, Martinus, Ambrosius, Augustinus non [b]timebunt illud iudicium patris orphanorum et iudicis viduarum, quia gratiam habebunt pauperum et viduarum. Nec invenientur ibi fraudem fecisse de pauperum portione, quam pro militibus non diminuerunt; sed usque adeo etiam de his, quae angustae necessitati eorum superesse poterant, augere studuerunt, ut propter aliorum paupertatem necessariam ipsi paterentur paupertatem voluntariam. Ideo non *turbabuntur a facie patris orphanorum et iudicis viduarum,* sed cum eo exercebunt iudicium contra oppressores eorum. Tunc in tanto angelorum et sanctorum senatu testamentales tabulae de Christi hereditate a patribus conscriptae proferentur: in quibus omnes, qui facultates aecclesiasticas inordinate tractant, convincentur.

144. Si enim hominis testamento nemo aliud superordinans evadit iudicium, cum ab eo, cui testator favet, apud iudicem fuerit proclamatum[a]: quomodo evadent iudicium presente senatu sanctorum, quorum decretalia constituta violaverunt, dum his neglectis, que de Christi hereditate conscripta sunt, novas usurpationes aut introduxerunt aut introductas non emendaverunt?

Paucos enim videmus, qui de reditibus aecclesiarum communem vitam in baptismalibus aecclesiis foveant, aut exinde IIII[or] partes in singulis annis faciant atque illas iuxta statuta canonum distribuant. Quasdam villas episcopus possidet, quasdam miles;

Vita S. Gregorii libro II, cap. LV[1]: *Qualiter sanctus Gregorius per [illegible] paucis haec facere curavit.*

a) proclamavit c.; [illegible].

1) *Opp. IV, col.* 66.

parum habet clericus, nichil accipit vidua et Lazarus. Nusquam porta fontis invenitur, ubi esuriens et sitiens Lazarus reficiatur, quia pauperum ptochia, in quibus quarta aecclesiasticorum reddituum portio per singulas aecclesias deberet inferri, nec in ipsa episcopali sede inveniuntur. Porta sterquilinii omnino destructa est, quia elemosina eorum, qui res pauperum illicite ad aliud intorquent, non stercus appellatur, per quod ager vitae ipsorum fecundus reddatur; sed omnino quidquid offertur ex scelere offertur, quamdiu ab illis pauperum portio in debitos usus non restituitur et quamdiu haec ipsa iniquitas ab eis amatur, defenditur ac approbatur.

*f. 71. 145. Sancta enim aecclesia, quia clericos *paucos habet, quibus in vita communi communia sunt[a] omnia, multos vero sustinet clericos vix quarta decimarum portione dignos, expectans adhuc sibi tales Leviticae stirpis clericos per Dei gratiam suscitandos, quibus communia sint omnia, interim non vult contenta esse scribarum et phariseorum iusticia: ideoque de his, quae gratis accipit, non decimam, sed quartam portionem pauperibus distinguit. Quia et parvus adhuc est numerus cum Petro nichil Luc. 16, 20. habere volentium, et magnus est numerus cum Lazaro ante ianuas divitum indigentium. Ideoque non debet magnum videri, si quarta portio de cunctis aecclesiae reditibus conferatur in ptochia episcopo de sua quarta portione procurante, per quos voluerit, xenodochia, id est hospitum receptacula. Antiquitus enim ptochia dicebantur ille domus per singulas aecclesias constitutae, quibus portio pauperum inferebatur. De qua in concilio Aquilegiensi cap. III°. sic legitur[1]: *Hoc statuimus, ut presbyteri habeant iuxta suam aecclesiam aut infra suam cellam locum constitutum, ubi quarta, quam pauperibus dari diximus, inferatur.* Haec domus, ut notatum est, quondam dicebatur ptochium, et erat in ea receptaculum viduarum desolatarum communiter viventium, quibus quicquid superesse potuit pupillis ceterisque indigentibus, vel ibi consolationem rogantibus, vel domi, si infirmi aut verecundi pauperes erant, eam expectantibus fideliter per diaconos eorumque subministros impendebatur.

146. O beati qui tales fontium portas edificaverunt; et o miseri, qui eas destruxerunt! In illis enim domibus, quas nos in edificio aecclesiae portae fontium assignavimus, fuit unicuique baptismali aecclesiae fons patens et mundam refectionem prebens; fons unicus, de quo non communicabat alienus. Quia in ptochiis cuiusque aecclesiae colligebantur emeritae viduae in illa aecclesia sub testimonio electae, quarum necessitati quicquid superfuit consolationi aliorum pauperum illius aecclesiae filiorum *f. 71'. accessit: ut apud matrem in Christo divitem filii in mundo *pauperes invenirent, non solum spiritales, sed etiam corporales consolationes. Domesticis enim fidei ptochia fabricabantur, in quibus iuxta modum prescriptum quarta portio sic dispensari debuit, ut dispensator illius ab aecclesia et in aecclesia sua famam de bona dispensatione cf. 2. Cor. 2, 15. habens, odor bonus existeret, cum Stephano viduarum ac pauperum ministro coronandus; aut certe vel de surreptione vel de aliqua turpitudine infamatus, Iudae furis et Nicolai fornicatoris contumelia notandus et a ministerio reprobandus. Ideo super tali dispensatione testimonium aecclesiae necessarium est, cum pauperibus filiis et filiabus ea portio sub omnium conscientia conferenda est.

Gelasius. Hinc Gelasius papa in suis decretis: *Ipsam*, inquit[2], *conscriptam pauperibus por-*

f. 71. Vita S. Gregorii libro II. cap. XXVII[3]: *Cottidianis quibusque diebus — — omnipotentis cognitio Creatoris.*

a) sint c.

1) *Cf. supra p.* 139, *n.* 2. 2) *Gelasii epist.* 14. *ad episcopos Lucaniae et Brutiae et Siciliae ed. Thiel I, p.* 378 *(c.* 27*); Hinschius p.* 154 *(c.* 29*). Cf. de hoc loco U. Stutz, 'Geschichte des kirchlichen Benefizialwesens von seinen Anfängen bis auf die Zeit Alexanders III.' I,* 1 *(Berlin* 1895*), p.* 28. 3) *L. II, c.* 28, *Opp. IV, col.* 53.

tionem, quamvis divinis rationibus se dispensasse mentiantur. Quorum [illegible] contra quod scriptum est, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui est in coelis, oportet etiam presenti testificatione predicari, et [illegible] *tueri.* Idem Iustino archidiacono et Fausto: *Quatuor* inquit[1], *portiones* [illegible] *tione atque prediorum pensione, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam* [illegible] *iudicio et electione dispertiat, terciam pauperibus sub omni* [illegible]. Nonne iste sapiens architectus edificavit portam fontis?

147. De hac legitur in libro Hesdrae: *Et portam fontis edificavit Sellum. Ipse edificavit eam, et texit, et statuit valvas eius, et seras, et vectes.* Qui sunt isti vectes, nisi fortissimae auctoritates, quibus haec porta sic munitur, ut se et non illam destruat, quisquis testamento super hac porta conscripto aliud superordinat? Voluerunt quondam patres in Toletano quodam concilio[2] testamento decimarum aliud superordinare, statuentes inde non quartas fieri, sed tercias portiones, duas clericis, terciam destinantes episcopis. Sed quia de pauperum causa non caute agentes portam fontis tot seris et vectibus munitam destruere videbantur: non illam, sed illius destructores destrui posse per hoc probatum est: quod illud capitulum posterioribus et potioribus conciliis cassatum et *dampnatum est.

Patres enim in Agrippinensi concilio capitulum Toletanum tolerare nolentes, ita dicunt[3]: *Decima, quae a fidelibus datur, Dei census nuncupanda est et ideo ex integro reddenda: cuius tercia pars secundum canonem Toletanum episcoporum debet esse. Nos vero hac potestate uti nolumus; sed tantum singulis annis quartam partem usu Romanorum pontificum et observantiam sanctae Romanae ecclesiae de eadem habere volumus. Quod si quis contentiosus fuerit inde repertus*[a], *sive clericus sive laicus, ille*[b] *communione privabitur et synodali censura iudicabitur.* Ecce, quomodo cassatum et dampnatum est, quod antiquo decimarum testamento non recte superordinatum est, Romanae siquidem auctoritates, velut quidam ferrei et infringibiles vectes muniunt hoc testamentum de porta fontium: et quartam portionem sub omni[c] conscientia dispensari precipientes, non permittunt de decimis fieri tres tercias; sed precipiunt secundum statuta canonum tam de prediorum aecclesiasticorum pensione, quam de ipsa decimatione quatuor quartas fieri.

148. Harum una, quae contingit episcopum in baptismali aecclesia, de reliquis partibus sequestrata transportari poterit, quo episcopus decernit, quia, ut beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribens testatur[4], de hac portione debitor est episcopus providere peregrinorum et hospitum susceptionibus. De hac ergo, si voluerit, propter hospitalitatis executionem potest aliquid in baptismali aecclesia relinquere vel per monasteria, que multum hospitalia novit, aliquid exinde, quamdiu ipse vivit contradere propter hospitalitatis officium diligentius exequendum, sic scilicet in successoris arbitrio relinquat, utrum sic an commodius iudicet faciendum. Si enim prestationem vel dationem suam voluerit manere perpetuam, successori suo preiudicium faciens et testamentum de decimis conscriptum solvens, etiamsi novo aliquo privilegio dationem suam contendat munire, non poterit eo defuncto datio vel prestatio contra canones facta durare: si eam voluerit vel proximus, vel secundus, vel quotuslibet successor eius mutare. *Testamentum enim aliud nemo de decimis potest ponere preter id, quod positum est. Quod usque adeo seris et vectibus munitum et confirmatum est, ut hoc neque per monachos nova privilegia, neque per milites de decimis et aecclesiasticis prediis non bene beneficiatos iniuste modernorum iusticiae possint expugnare. Et quia

a) fuerit *add.* [illegible] b) sit *add.* [illegible] c) omnium [illegible]

1) *Fragm. XXIV. ed. Thiel p.* 498. 2) *Cf. Syn. Tol. IX. c.* 6, *Mansi XI col.* 28; *Hinschius p.* 399; *Syn. Brac. I. c.* 7, *l. l. p.* 423; *cf.* [illegible] *p.* 39. 3) [illegible] 4) *Epist. XI.* 56a, *EE. II. p.* 331.

vel monachi vel milites putant sibi episcoporum semel factam in decimis dationem vel prestationem transisse in legem perpetuo servandam nec ab ullo successorum violandam, videamus quid inde censeant, non solum aecclesiae, sed et saeculi leges, quia pugna haec agitur non solum contra aecclesiasticas quasdam personas, sed etiam contra saeculares decimarum legale testamentum solvere molientes. Videamus, inquam, utrum possit stare, quod contra canones vel novo privilegio firmari, vel iniusta militum iusticia fulciri videtur.

Hilarius papa. 149. Ex[1] synodo papae Hylarii cap. IIII°.[2]: *Illud, quod quisque commisit episcopus illicite, aut a decessoribus invenit admissum, si proprium vult vitare periculum, dampnabit. Nam in se, quicquid in alio non resecabit, inveniet.* Gelasius. Gelasius Cresconio, Iohanni et Messale episcopis, inter cetera[3]: *Decessorum statuta sicut legitima et iusta successorem custodire convenit, ita etiam debet malefacta corrigere.* Pelagius. Pelagius Armentario magistro militum, inter cetera[4]: *Posteaquam aecclesiae iura documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firma, nullatenus ab his discedendi liberam pontifex, vel si velit, permittatur habere licentiam.* Adrianus. Adrianus Engelrammo[5]: *Constitutiones contra sancta decreta Romanorum presulum nullius sint momenti.* Gregorius. Gregorius in Regesto[6]: *Imperiali constitutione aperte sancitum est, ut ea quae contra leges fiunt non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint.* Ex Romanis legibus. Ex Romanis legibus[7]: *Id tantum de sacra responsione substantiam mutuetur, quod legum auxilia persecuntur.* Item: *Generale preceptum beneficio speciali anteferendum est.* Et item: *Contra ius rescripta non valeant, quocunque modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura prescribunt, magis sequi iudices debent.* Et infra: *Personalia* *f. 73. **rescripta, quae cum iure concordant, valeant more veterum: et negotii, de quo loquitur nostra rescriptio, finis latae sententiae terminis censeatur. Speciale autem si quid legibus ac iuri importat iniuriam, abolitum extirpetur.* Item: *Illa scripta uniuscuiusque supplicantis desiderio concessa prevaleant et effectui mancipentur; que cum iuris et legum ratione concordant: ea vero, que surreptione vel falsis precibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferant remedium.* Item in concilio presidente papa Symmacho Rome celebrato[8], cum fuisset presentibus cunctis prava quedam constitutio Concilium. recitata, Laurentius episcopus Mediolanensis aecclesiae dixit: *'Ista scriptura nullum potuit obligare pontificem, maxime cum nec papa subscripserit, nec alicuius secundum canones metropolitani legatur assensus'. Petrus episcopus Ravennatis aecclesiae dixit: 'Scripturam, que in nostra congregatione vulgata est, nullis viribus existere manifestum est, quia canonibus non convenit'. Eulalius episcopus Syracusanae aecclesiae dixit: 'Scripturam, que in sacerdotali concilio recitata est, evidentissimis documentis invalidam: primum quod contra patrum regulas facta videtur; deinde quod nullius presulis apostolicae sedis subscriptione firmata docetur'. Idem: 'Cuiuslibet provintiae sacerdotes intra suos terminos concilio habito quicquid sine metropolitani sui auctoritate statuerint, irritum esse patres sancti sanxerunt. Ergo, quod presumptum cognoscitur, viribus*[a] *carere non dubium est, nec posse inter aecclesiastica ullo modo statuta censeri'. Sancta synodus dixit: 'Apud nos certum videtur hanc ipsam scripturam nullius esse momenti quam etiam provida beatudinis vestrae sententia enervari conveniebat, et in irritum deduci, ne in exemplum remaneret presumendi quibuslibet laicis, quamvis religiosis vel potentibus, in quacumque civitate quolibet modo aliquid decernere de aecclesiasticis facultatibus; quarum* Symmachus. *solis sacerdotibus indiscusse a Deo cura commissa docetur'. Symmachus papa dixit: 'Opus est, ut sollicitudinem nostram non solum ad presentia, sed etiam ad secutura saecula porrigamus. Ergo contra fas si quod conceptum fuerit documentum universis viribus,* [illegible] **quamvis ab inicio nullas habuerit effectetur*[b]. *Et liceat quibuscunque aecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, et aecclesiastica auctoritate fulciri'.*

f. 75'. Leo tercius episcopis Britanniae[9]: *De libellis et commentariis aliorum non convenit aliquos iudicare et sanctorum conciliorum canones relinquere — — ad affectum suum retinere vel credere.*

a) iuribus c. b) *ita sqq.*; effetetur c.

1) *Sequentes loci omnes ex Deusdedit libello contra invasores I, § 12, Libelli II, p.* 310. 2) *Syn. a.* 465, *c.* 4, *Thiel I, p.* 161. 3) *Coll. Brit. epist. nr.* 42. 4) *Coll. Brit. Pel. epist. nr.* 42. 5) *Cap. Angilramni c.* 36, *Hinschius p.* 764. 6) *Ep. IX,* 197, *EE. II, p.* 186. 7) *Cf. Lib. II, p.* 311, *n.* 5. 8) *Sequentia abbrev. usque ad finem cap.* 150. *ex Epist. Symm., Thiel I, p.* 688—692; *Hinschius p.* 660—662. 9) *Leo IV, Coll. Brit. ep.* 18; *cf. Deusd. II,* § 13, *Lib. II,* 331.

150. His decursis patet, quoniam nec divinae leges favent monachis partem episcopi perpetuo iure possidentibus nec saeculi leges favent militibus beneficiario iure decimas et aecclesiastica predia retinere, ac posteris suis relinquere valentibus, cum aperta canonum ac saecularium legum auctoritate cassetur quicquid a quolibet contra canones divinam et antiquam iusticiam defendentes vel novo scripto confirmatur vel absque scripto per iniustam modernarum consuetudinum iusticiam iniuste presumitur. Episcopus ergo si de sua portione aliquid dare vel prestare voluerit, datio vel prestatio illius, eo vivente, stabit,sive ad salutem sive ad dampnationem ipsius; prout se habuerit dationis vel prestationis modus. In qua tamen datione vel prestatione, si periculum ante mortem agnoscet, ipse quoque divinis legibus fretus dissolvere poterit factum suum, ce[illegible] tam suum quam accipientis periculum. Est enim donanti et male accipienti pe[illegible]m dudum a Symmacho papa per orbem divulgatum. *Quicumque*, inquit, *oblitus Dei et [illegible]i huius inmemor quicquam de iure titulorum vel aecclesiae perpetuo iure alienare temptaverit, donator, alienator ac venditor honoris sui amissione multetur.* Ecce qualis pena datori et alienatori prescribitur, nisi, ut idem papa in sequentibus determinat, mos ille in dampnatione servetur: qui secundum animarum considerationem proposito religionis convenire videtur. Audivimus penam donatoris incauti, audiamus qua pena idem papa petitorem vel acceptorem incautum iubeat feriri. *Qui*, inquit, *petierit aut acceperit vel qui presbyterorum ac diaconorum seu defensorum danti subscripserit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur.*

151. Ut autem in datorem et acceptorem sic vindictam dictaret, quatenus tamen de ipsa vindicta exitum et evasionem monstraret: *Sit*, inquit, *alienatori, accipienti, subscribenti, quam premisimus, vindicta, nisi forte et alienator sibi, dum repetit, et qui acceperit, celeri restitutione prospexerit. Quod si minori animae suae cura quisquam remedium oblatum forte neglexerit, supra ea penarum genera, quae superius tenentur ascripta, contra fas, si quod conceptum fuerit documentum, universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, effectetur*[a]. *Sed etiam liceat quibuscunque aecclesiasticis personis vocem contradictionis offerre, et aecclesiastica auctoritate fulciri: ita ut cum fructibus possit aliena reposcere. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.*

152. Tantis ergo auctoritatibus in promptu positis, quis est episcoporum qui non libenter utatur oblato sibi remedio, quod male dedit vel prestitit reposcendo? Quis est enim homo, cui non possit accidere, ut per timorem vel per ignorantiam cum Petro peccet? Quod si acciderit, quid restat lapsis cum Petro, nisi ut resurgant cum Petro? Petrus enim per ignorantiam non recte incedens ad euangelii veritatem, quam cito errorem suum a condiscipulo increpatus agnovit, de correptione in faciem sibi facta letus veritati acquievit; magnam preclarissimi exempli prebens imitationem, ut nemo quantumcunque altus verecundetur suam mutare sententiam; si modo, etiam ab inferiore illi fuerit revelatum, quod contra euangelii vel canonum veritatem incedat. Paulus enim apostolus, licet in labore cunctis apostolis preferatur, tamen, quia aecclesiam persecutus et novissime vocatus est, ipse se abortivum nominat: et tamen princeps apostolorum usque adeo secundum veritatem euangelii correptionem illius non recusat, ut suum reprehensorem sibimet ipsi in sapientia preferens, eandem laudaret epistolam, in qua suam simulationem vidit reprehensam.

153. Et ego itaque de Saulo duntaxat, nondum Paulo, agens, ac de magno persecutore, non de magno predicatore similitudinem trahens, me abortivum et omnium christianorum minimum nomino, quia et ego pro modulo meo, immo ultra modulum meum aecclesiam Dei persecutus sum, non solum paternam substantiam in me [illegible] dissipando ac porcos diu pascendo, sed et, quod multum horreo atque utinam [illegible]

a effectetur c.

horrerem, malam quandam arborem [1] anathematis falce succisam pro meo fastu et questu *f. 74. fulciendo. Quae etiam si bonos fructus faceret, me *tamen pro mea pessima intentione Ioh. 1, 29. merces mala maneret, nisi quod agnus ille, qui tollit peccata mundi, potens est et illam personam convertere, de qua loquor, et me sanare, qui culpam meam coram ipso cunctis haec lecturis confiteor. Taceo autem tam illius quam meum nomen, prodens tantummodo iniquitatis confessionem, ut et pro peccati venia oretur, et a me tam elationis quam invidiae naufragium vitetur [a]. Quia, cum ille, de quo loquor, inter episcopos licet male fructuosus adhuc a patrefamilias toleretur, mea vero persona obprobrium hominum et abiectio plebis convenienter et veraciter aestimetur, non careret fuco elationis manifestatio mei nominis, maxime cum in hoc opusculo ignorari velim personam et nomen scribentis, cognosci vero personam et nomen scribere me iubentis. Qui cum sit episcopus Ratisponensis, per Dei gratiam satis religiosus et caritate plenus, non est a nobis in invidiam vel odium sic trahendus, ut ab aliquo aliquatenus illi succenseatur, cur in edificio suo iussu fabricato aliquis pseudoepiscopus ex nomine carpatur; cum hoc edificium, quamvis a deformi pictore, tamen pulchrum pulcherrimo sit presentandum atque ideo nullius detestabilis personae aperto nomine decolorandum, sed picturis delectabilibus per exempla memorabilium patrum decenter ornandum.

154. Ergo, ut ad propositum redeamus, cum apostolus fuerit tanquam abortivus, ego autem sim veraciter abortivus et vilissimus omnium: tamen, prout mihi Deus revelat, ipso adiuvante proferam in medium, in quo non recte ad veritatem euangelii sive canonum ambulasse video episcopum, quatinus ille tanto maioris virtutis habeatur, quanto se minorem in talibus audire non dedignatur; sitque imitator Petri suam retractando et solvendo sententiam, etiamsi sciat eam iuramento interposito contra salutem suam confirmatam. Nam, si Petrus negationem cum iuramento factam non mutasset, ipse Petrus non permansisset Petrus, utpote a petra veritatis penitus excisus. Ut ergo veritatis petra consuetudini prevaleat, ut abusio prava, quae porta est inferi, adversus *f. 75. *hanc portam non prevaleat, studeat episcopus dationes vel prestationes a suis predecessoribus, vel etiam a se male factas retractare. Habemus enim exempla magnorum virorum, qui sua statuta retractaverunt, dum semetipsos iudicantes a Domino iudicari noluerunt.

155. Siquidem [2] secundus Bonifacius legitur [3] ex decreto constituisse Vigilium diaconum sibi in pontificatu succedere. Quod, quia Romano clero visum est canonibus adversari, presente clero ab

f. 75. Ambrosius [4]: *Ad hoc sacerdos factus et dux populi, ut huius salutis sollicitudinem gerat. Ad hoc utique Deus illum super populum suum constituit, ut proficiat saluti plebis suae admonendo, docendo, exemplum bonum ostendendo.*

Gregorius [4]: *Scire etenim debet, quia, si perversa unquam perpetrat, tot mortibus dignus est, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittat.*

Anno dominicae incarnationis millesimo C°X° facta est in Lateranensi aecclesia synodus presidente Paschali papa II, indictione III[a], Nonas Marcii [5]. Ubi idem Paschalis suam sententiam dampnans et retractans, ita dixisse legitur, et scriptum Romae servatur [6]: 'Audite, fratres dilectissimi, confiteor Deo patri omnipotenti et vobis, quod penitet illud privilegium, potius pravilegium in tentoriis a nobis extortum, unquam alicui datum esse. Contra decreta antecessorum nostrorum consensimus; et in hac synodo, sicut et priori, illud et omnes, qui pro privilegio habere volunt, excommunicamus. Deo et vobis promittimus, donec ista misera anima in indigno corpore habitat, quod nunquam aliquid contra decreta patrum nostrorum volumus consentire, si placet maiestati suae. Ideo precor vos, ut oretis pro me misero peccatore, ut istud scelus [b] et omnia peccata mea dignetur mihi

a) utetur c. b) zelus c.

1) *Scil. Herimannum episc. Augustanum.* 2) *Sequentia ex libello Deusd. I, § 13, p. 312 sq.* 3) *Lib. pont. ed. Duchesne I, p. 281.* 4) *Nescio ubi.* 5) *De synodo a. 1110. habita v. Constit. imper. I, p. 568.* 6) *Recte haec ad a. 1116. Mansi XXI, col. 151. refert; cf. Ekkehardi Chr. a. 1116. SS. VI. p. 250 sqq.*

eodem appositum est ... confessione beati Petri apostoli. Beatus namque Augustinus librum retractationum composuit ... [illegible] ... sapiens ... Ut enim in proemio eiusdem libri[1] ... [illegible]

156. Ut autem liquido appareat, quas donationes et prestationes, et quomodolibet factas in aecclesiae rebus alienationes corroborari, quas etiam reprobari conveniat: audiamus donationis, commutationis, venditionis regulam a magno Leone papa cunctis episcopis generaliter prescriptam, quamvis episcopis per Siciliam constitutis ab eo specialiter missam.

157. *Leo episcopus universis episcopis per Siciliam constitutis. Occasio specialium querelarum curam nobis providentiae generalis indicit, ut, quod in duabus provintiae nostrae aecclesiis improbe gestum iniusteque presumptum est, id constitutione perpetua ab omni episcoporum usurpatione resecemus. Tauromenitanis enim clericis aecclesiae deplorantibus nuditatem, eo quod omnia eius predia vendendo, donando et diversis modis alienando episcopus dissiparit: etiam Panormitani clerici, quibus nuper est ordinatus antistes, similem querimoniam in sancta synodo, cui presidebamus, de usurpationibus prioris episcopi detulerunt. Quamvis ergo iam ordinatum a nobis sit, quemadmodum utriusque aecclesiae utilitatibus consulatur, ne hoc perniciosum nequissimae depredationis exemplum cuiquam posthac fiat imitabile: hanc precepti nostri formam apud dilectionem vestram volumus esse perpetuam, qua sine exceptione decernimus, ut, ne quis episcopus de aecclesiae suae rebus audeat quicquam vel donare vel commutare vel vendere; nisi forte ita aliquid horum faciat, ut meliora prospiciat et cum totius cleri tractatu atque consensu id eligat, quod non sit dubium aecclesiae profuturum. Nam presbyteri vel diaconi aut cuiuscunque ordinis clerici, qui conivientiam in aecclesiae dampna miscuerunt, sciant se et ordine et communione privandos, quia plenum iusticiae est, fratres karissimi, ut non solum episcopi, sed etiam totius cleri studio aecclesiastica utilitas intemerata servetur; et eorum munera illibata permaneant, qui pro animarum suarum salute propriam substantiam aecclesiis contulerunt.*

158. Ecce audivimus magnum magni Leonis rugitum terribiliter execrantem et congruis nominibus cauteriantem perniciosum nequissimae depredationis exemplum. Dicant hoc milites, prout placet, beneficium, quod pro suo fallaci hominio et parvo atque interdum nullo interveniente precio magnum accipiunt aecclesiae predium. Certe illud beneficium contra prescriptam regulam datum et susceptum Spiritus sanctus per organum suum, sicut lectum est, loquens vocat illud nequissimae depredationis exemplum. O utinam singula istius decretalis epistolae verba caute notarentur, et ab episcopis et clericis intelligenter et obedienter servata in usum verterentur! Utinam,

dimittere'. Statim dominus Bruno episcopus dixit: 'Deum laudemus, et gratias sibi agamus, quod dominum nostrum et caput nostrum illam heresim dedisse penitet'. Tunc Iohannes cogitans iratus reclamavit: 'Dicis nos heresim dedisse? Nullus amodo te debet audire'. Bruno dixit: 'Probare volo heresim esse'. Vulturnensis episcopus dixit: 'Tali animo fieri potest, quod est heresis, sed fecit invitus et coactus. Non est heresis dicenda. Si voluntarie fecisset, heresis probari posset'.

In his verbis notandum est, quod contra episcoporum contra canones facta constitutio tunc in heresim vertitur, si aut sciente perpetretur aut post cognitam veritatem ab ipso constituente vel roborante non dampnetur, ne, si eas non dampnaverit, ipse dampnetur.

Damaso papae Ieronimus[2]: *Novit sancta auctoritas tua, papa venerande, quod* [illegible] *ad corroborandam* [illegible]. Hist. Greg. Nazanzenus[3] mirabilis doctor: [illegible] *anathematizati sunt in Niceno concilio.*

1) *Retract. prol.* § 1. 2. *Opp. ed. Bened.* I, 1679, col. 1. 2) *Epist.* 17 ed. *Ball.* I, col. 27. 3) *Non inveni.*

sicut in ea constitutum est, cuiuscunque ordinis clerici, qui coniventiam in aecclesiae dampna miscent, ordine atque communione privarentur! Utinam illi, quibus aecclesiae dampna displicent, clericos aecclesiae suae nuditatem deplorantes, de quibus ibi lectum est, imitarentur! Certe si hoc fierent, quicquid contra istam sanctam constitutionem improbe gestum iniusteque presumptum est, aut finem, Deo triumphante, acciperet aut epi-
*f. 76. scopis et clericis dampnationem perpetuam non importaret: quando *aut hic punirentur aut sua reclamatione contra predones aecclesiae pugnando tuti coram Deo, laudabiles coram aecclesia redderentur. Nam, si perseverarent continua reclamatione forsitan parum, forsitan multum predones movente, cito daretur et ab his, qui ex diverso essent, bonum testimonium tam episcopis de malae usurpationis penitentia, quam clericis de innocentia.

159. Non est autem victoria desperanda, ut testa luctatur cum petra; nec omnino dubitare debemus, quin assit Dominus pro sua hereditate certantibus: ut aut communis vita per matrices aecclesias restituatur secundum apostolica instituta aut, si hoc fieri non potest, serventur saltem synodalia precepta: ita scilicet, ut non solum quarta clericorum, quarta pauperum, quarta fabricarum aecclesiasticarum in antiquos ac debitos usus restituantur; sed ipsa etiam quarta episcopi a monachis, et maxime a militibus requisita ab eo, sicut illi constitutum est, expendatur; nisi forte secundum canones collaudantibus et subscribentibus clericis quinquagesima portio de aliqua aecclesiastica possessione monachis tradita doceatur.

160. Huiusmodi enim subsidium permittunt sancti patres fieri ab episcopo ad sublevandum et consolandum aliquod monasterium de rebus facultatum aecclesiasticarum, ut quinquagesima portio de aliquorum prediorum pensionibus seu villarum decimationibus monachis deputetur. Cuius quinquagesimae portionis traditio sollempniter et legitime collaudantibus clericis facta, manet insolubilis, quia permissa est in patrum constitutis. Si autem de hac ipsa quinquagesima non est facta sollempnis et canonica traditio, licet episcopo nec vivum nec scriptum testimonium super hoc invenienti ut matricibus aecclesiis iusticias suas restituat, ne de rebus aecclesiasticis facta usurpatio monachos Deo faciat odibiles, partem peregrini ab episcopo subsidium poscentis, partem
*f. 76'. clerici Deo militantis, *partem pauperis consolationem in sua aecclesia non invenientis, partem aecclesiae fabricarum restauratione indigentis pervasione quadam possidentes.

161. Hic obiciunt monachi: 'Si', inquiunt, 'ab episcopo sua quarta de toto episcopatu collecta in peregrinorum et hospitum susceptione, non in militum, scutariorum, ioculatorum, histrionum donis et epulationibus consumeretur, si vox ioculatorum tam exosa esset in suo prandio, sicut illi sancto episcopo[1], quem beatus Gregorius in suo dialogo[2] commendat, eo quod ioculatori non detrahenti, non aurium pruritum inani fabulatione moventi, sed cum symia et timpano simpliciter et innocenter ludenti ad suum prandium non permisit accessum: quin potius propter hoc nuntiavit illum citissime moriturum, quod episcopo divinis intento stans ad ianuam ioculator ingessit ludicrum sonum: si episcopi contenti religiosis cubiculariis, remotis a se militum turmis et militaribus ministris, ita viverent, ut iuxta consilium beati Ieronimi mensam eorum pauperes et peregrini et cum illis Christus conviva nossent; si episcopi de his, quae suae domestice et strictae necessitati superesse possent, xenodochia, id est hospitales domos, procurarent; si, inquiunt, sic et sic agendo episcopi quartam suam recte dispensarent, periculose ad eam retinendam nos monachi contenderemus, quia mundanis oblationibus

f. 76'. Gregorius papa coram sacratissimo beati Petri apostoli corpore cum episcopis et omnibus Romanae aecclesiae presbyteris residens, astantibus diaconibus et cuncto clero dixit[3]: *Verecundum nostro tempore indiscretionis malum inolevit, ut — — exemplum profectus sumant.*

1) *Bonifacio episc. Ferent.* 2) *L. I, c.* 9, *Opp. II, col.* 188. 3) *Decreta c.* 6, *Opp. II, col.* 1290; *Epist. V,* 57a, *EE. I, p.* 363.

et victu de opere manuum quesito contenti esse [illegible]. Sed autem [illegible] portionibus interim taceamus, cur a nobis quarta [illegible] ut inde [illegible] pascatur aut equus incrassetur, aut ioculator et [illegible] et [illegible] sentium assentator muneretur, aut castrum [illegible]

162. Item dicunt monachi: 'Si clerici per [illegible] [illegible] lem, baptismalem aecclesiam canonice, apostolice, et [illegible] illis quarta portio decimarum preberetur. Quibus *in t[illegible] quarta nulli congruentius quam nobis monachis apostolicam vitam ducentibu[s] [illegible], quoniam illud, quod deberet accipere clerus, non rapinam arbitrat[ur] [illegible] eadem ordinem sortitus, atque ideo clericus, maxime cum [illegible] mittere, si eum videret clericaliter incedere.' Cogimur hic [illegible] secundum tenorem cuius possumus monachis ista dicentibus competens responsum dare. Legitur in libro Ruth quidam Elimelech propter famis magnitudinem de Bethleem [illegible] peregrinando venisse cum duobus filiis et uxore sua Noemi in terram Moab. Quo mortuo reversa est Noemi cum nuru sua Ruth, quoniam audierat [illegible] in patria, de qua propter famem fuerat egressa. Istoriam notam sufficiat commemorasse, quam qui vult in libro Ruht inveniet plenarie. Inveniet quoque illic inter cetera, quod propinquus quidam defuncti Elimelech, cum voluisset agrum ipsius Elimelech possidere propinquitatis iure, Ruht quoque Moabitidem cogebatur accipere uxorem, ut [illegible] semen defuncto propinquo et sic obtineret agrum iure legitime. At ille [illegible] defuncti propinqui semen suscitare noluit, possessionem quoque agri alteri dimisit, videlicet Booz benigno suscitatori seminis fratrum. Hic enim Booz, accepta uxore [illegible] qui defuncti nomine Ruht, genuit Obed ex ipsa Ruht, patrem Iesse, patris David [illegible], qui fuit insigne decus paternae stirpis. Similiter fatemur, fame verbi Dei [illegible], verum Elimelech, quod interpretatur 'Deus meus rex' [1], civitatem suam Bethleem quodammodo reliquisse, et quasi defunctum, immo vere non solum a Iudeis, sed etiam a falsis christianis occisum, suscitatore seminis, id est verbi divini, indigere, ne careat sobolis legitima successione. Si ergo monachi vere Salvatoris propinqui volunt sic decimas cuiuslibet aecclesiae possidere, ut per sacerdotale regimen suscitent ex [illegible] Ruht, quod interpretatur 'videns vel deficiens' [2], legitimum *regimen, quod prefiguratum fuit per David legitimum regem, bene hoc potest approbari. Quoniam sic poterit per industriam monachorum ordo canonicorum resuscitari: immo ipsi [illegible] clerici et canonici, quasi quidam successores beatorum monachorum, Gregorii et Martini, qui salva virtute monachatus facti sunt clerici oves pascendo, et canonici canones observando: alter in papatu, alter in archiepiscopatu. Unde constat, quod factum [illegible] in magnis posse quoque fieri in parvis aecclesiis: ut videlicet regantur a monachis utentibus earum decimis. Neque enim vel monachi vel claustrales canonici sine periculo utuntur decimis plebium, nisi habeant curam earum. Cum enim [illegible] firmet auctoritas, ut qui pascit gregem de lacte gregis manducet, et qui plantat vineam de fructu eius participet — cumque clericalis annona et clericalis militia sint coniuncta, ut corpus et anima [illegible]: qui haec ab invicem dividit, ex quibus [illegible] subsistit, aecclesiam occidit: et periclitatur circa illud anathema, quod Urbanus papa et martyr in suis decretis [3] intentavit, in quibus vitam communem [illegible] matrices aecclesias confirmavit. Igitur etsi rarus quisque religiosus episcopus inveniatur, etsi nullus clericus canonicę vivens decimis recte utatur, etsi nulla aecclesi[a] [illegible]

suscitari c.

1) *Hieron. de nomin. Hebr., Opp. III* [illegible] 51. 2) [illegible] Ruth [illegible] sive deficiens. 3) *Cf. supra p.* 177 *sq.*

his instauretur, etsi nullus pauper inde pascatur, tamen nichilominus anathema incurrit qui contra decimarum ordinationem divina et paterna confirmatione per euangelia et multa concilia patrumque decreta confirmatam novam inducit exordinationem sub anathemate, ut diximus, prohibitam.

163. Quicquid enim sub anathemate constat prohibitum, si hoc scienter committitur aut ignoranter commissum statim, cum fuerit cognitum, non deseritur, sine dubio inportat anathema presumptoribus et in sua presumptione durantibus; etiamsi eos nunc *f. 78. in sua societate toleret conventus aecclesiasticus, sine *dubio eos in ultimo examine de Matth. 13, 41. medio sui auferendos expectans: quando *mittet Filius hominis angelos suos, ut colligant de regno eius omnia scandala.* Tunc erit anathema maranatha, quod nunc pre multitudine zizaniorum expectat aecclesia.

Urbanus papa. 164. Videamus nunc verba Urbani papae et martyris terribile illud anathema contra milites et monachos et omnes ordinatarum decimarum exordinatores promulgantis: *Res*[1], inquit, *aecclesiae non quasi propriae, sed ut communes et Domino oblatae cum summo timore non in alios, quam in prefatos usus sunt fideliter dispensandae, ne sacrilegii reatum incurrant qui eas inde abstrahunt, ubi traditae sunt, et quod peius est, anathema maranatha fiant et, si non corpore, ut Ananias et Saphira fecerunt, qui mortui ceciderunt, anima tamen, que potior est corpore, mortua et alienata a consortio fidelium cadant, et in profundum baratri labantur.* Si ergo iuxta haec verba sacrilegium committendo anathema maranatha incurrunt qui res aecclesiae inde abstrahunt, ubi traditae sunt: quid in ultimo examine defendet monachos, non dico nunc proprias decimas detinentes, neque enim decimae requirendae sunt a monachis de fructibus, quos propriis manibus ac sumptibus elaboraverint, nisi essent laici et inliterati monachi indigentes ministerio clericali. Sic fieri approbant quidam Romani pontifices monasteriorum septa in tanta libertate ponentes, ut libere Deo possint vacare, licet eorum rustici decimas omnino debeant persolvere ad aecclesias, ubi suos infantes baptizant. Non ergo nunc notamus monachos vel canonicos decimas ex permisso Romanorum pontificum[a] proprias detinentes, sed de aliena eas portantes parrochia, forsitan ita longinqua, ut evidenter appareat, quod rerum illius aecclesiae ad aliam transportatio nichil est aliud, quam inde, ubi traditae fuerunt, exitialis ablatio, neglecta videlicet ac *f. 78'. destructa illic speciali et clericali militia; unde *abstrahuntur illius militiae stipendia. Talem nimirum oblationum ablationem predictus papa sacrilegium nominat atque illam sub anathemate dampnat. De hac iniusta decimarum pervasione tractans Ivo episcopus Carnotensis in quadam sua epistola[2] periculum quidem talis iniusticiae aggravat, quam monachus non militans militiae stipem usurpat: sed tamen hoc non approbat, ut subiecti abbatibus monachi suos abbates propter istiusmodi transgressionem relinquant. Quibus hoc poterit coram Deo veniam obtinere, si hoc malum equitate improbant; et si hoc auferre non possunt, cum discreta reclamatione subportant. Videtur autem hoc Lev. 11, 25. legi divinae per Moysen date convenire, que morticinum cogente necessitate sinit portari, sic scilicet, ut is, qui morticinum portat, non nisi vestimentis aqua lotis, mundus habeatur. Sicut et hic monachus per necessitatem stabilitatis conservandae, portans mortale non a se, sed ab aliis factum peccatum, a nobis mundus iudicatur: si tamen super hac ipsa necessitate dolens lacrimis penitentialibus lavatur, lacrimisque vel gemitibus crebris per necessitatem, non per voluntatem se morticinum portare testatur; ut ex ipsa necessitate secundum legem Dei veniam mereatur. Neque enim absque necessitate sinit lex morticinum vel tangi vel portari. Unde non video, qualiter illi fratres et maxime congregationum monasticarum seu canonicorum prelati valeant ex-

a) decimas *add. c.*

1 *Epist. II, c. 4. Hinschius p.* 144. 2 *Cf. Decret. III, c.* 284; *XVI, c.* 338.

cusari, quos ad huiusmodi exordinationem perpetrandam non tam [illegible] necessitas quam propria inflammat cupiditas. Qui etiam, si vellent, istud morticinum, cuius contagione infirmum pecus maculatur, possent omnino de medio tollere, ut nullo modo ad eos respiceret illa Domini querela, qua per prophetam suos improperat pastores [illegible] ipsos pascentibus. *hoc*, inquit, *comedebatis, et lanis operiebamini* [illegible] *in direptionem.* Istud sane improperium cavendo caverent quoque illud anathema, quod contra decimarum alienatores continent Urbani papae et martyris decretalia scripta.

165. Hoc nimirum anathema per hoc non solvitur: non, quod in baptismali aecclesia, ubi comportari et dispensari secundum canones debent, neque degunt clerici de uno quadrante communiter et regulariter pascendi neque colliguntur viduae et pauperes et infirmi de alio quadrante fulciendi, neque viget cultus matricis aecclesiae de tercio quadrante restaurandae et ornandae. Quicquid enim de quadrante ad episcopum pertinente agatur, sive scilicet in baptismali aecclesia precepto illius in hospitalitatis officio expendatur, sive ad matricem et episcopalem aecclesiam deferatur, aut in episcopali stipendio insumendus, aut ipsius xenodochio, quod semper in civitate peregrinis et viatoribus consolatione indigentibus patere debet, iubente illo inferendus, ut sive absente sive presente episcopo nullus transeat, prout facultas admittit, inconsolatus: quicquid horum de episcopi quadrante fiat, de quo, ut beatus Gregorius ad Martinianum Ravennatem episcopum scribens testatur[1], sive absens sive presens sit episcopus, hospitalitatis et susceptionis officium in episcopali sede procurari debet atque ideo, nisi quid ibi superhabundat, extra civitatem expendi non oportet, illi tamen tres quadrantes clericorum, pauperum, et aecclesiae nunquam debent a parrochia in parrochiam transportari, spoliata illa baptismali sede, ad quam in initio fuerunt consignati.

166. Veruntamen ipsa sedes rationabiliter de loco in locum translata cogit decimas ad se conportari, que a clericis ordinate viventibus et populo, qui decimas persolvit, providentibus ita debent dispensari, ut unam portionem sibi retineant, unam fabricis inpendant, unam pauperibus maxime de illa et in illa aecclesia indigentibus sub tali testimonio expendant, ut cum in eorum ordinabili collegio porta gregis et porta piscium, de quibus supra tractatum est, edificata cernatur, in ptochio pauperum porta fontium in refectionem indigentium iugiter patens inveniatur: atque in toto populo de bona matris aecclesiae imitatione informato porta sterquilinii per largas elemosinas *fabricetur atque his IIII[or] portis edificium, de quo agimus, decenter ornetur. Aecclesia vero de sua portione tantum decoris in libris, vestimentis ac ceteris utensilibus accipiat, ut quasi candelabrum in medio collocatum non solum utilitatem per spiritalem illuminationem, sed etiam decorem et exteriorem pulchritudinem circumiacenti parrochiae prebeat.

167. Que pulchritudo et utilitas tota dissipatur, quando baptismalis aecclesia tribus portionibus apud se iuxta canones dispensandis vel a monachis per falsam iusticiam, vel a militibus per apertam iniusticiam spoliatur. Quos utrosque res aecclesiae inde abstrahentes predictus papa multis in verba sua consonantibus et sacrilegio notabiles facit et anathemate, licet nunc ab illis neglecto, tamen maranatha, id est in adventu Domini manifestando percellit. In tantum quippe ordinem presignatum per matrices et baptismales aecclesias perdurare voluit, ut non monachis aut militibus tantum, sed ipsis etiam episcopis et omnibus omnino personis, futuris perpetuo temporibus, dampnationem intentaret, si quis apostolica et decretalia ipsius constituta convellere niteretur. In quibus ordo, quem prediximus, post multam communis vitae in clero per omnes aecclesias tenendae commendationem his verbis confirmatur:

1) *Cf. Epist. XI, 21, EE. II, p. 282; cf. supra p. 199.*

[illegible] *Memoratis,* inquit[1], *augmentationibus ac cultibus in tantum aecclesiae, quibus episcopi president, Domino adminiculante creverunt et in tantis maxima pars earum habundarit*[a] *rebus, ut nullus sit in eis communem vitam eligens*[b] *indigens; sed omnia necessaria ab episcopo suisque ministris percipiat. Ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus qui hoc avellere nitatur, iam dicta dampnatione feriatur.*

168. Quid autem valet, quod tam antiquis decretis ac postea in multis conciliis, matricibus et baptismalibus aecclesiis pertinentia decimarum confirmata est, si monachorum vel militum nova et iniusta iusticia statutis patrum preferenda est? Sane ut videantur monachi ex auctoritate sibi parrochiarum decimas vendicare; ut impie in- *f. 80. digentium depredationes aliquatenus *videantur palliate, muniunt se cuiusdam capituli cap. VIIII. a Gregorio VII. dati auctoritate, cuius textus ita se habet[2]: *Ut nullus abbas decimas et primitias et reliqua, quae secundum statuta canonum ad episcopos pertinent, sine auctoritate Romani pontificis seu episcopi consensu, in cuius diocesi habitat, detineat, apostolica sanctione firmamus.*

169. Miro modo in textu istius capituli falluntur sagaces monachi. Nam cum in eis in eodem capitulo caute insinuetur, qua dispensatione[c] suas, suorum scilicet laborum, decimas, quas propria usurpatione non debent retinere, concessione Romani seu proprii pontificis valeant licite possidere, utpote qui non indigent servicio clericalis miliciae: ipsi occasione huius capituli alienas decimas captant; idcirco videlicet, quod hoc solummodo a Gregorio VII. indulgetur, ut permittente Romano pontifice in sua speciali parrochia vel alio quolibet episcopo in sua monachis liceat suas decimas et primicias detinere, non tamen alienas pervadere. Quod ipsum, scilicet ut monachi, velut et regulares canonici, de fructibus proprio manuum vel sumptuum suorum labore conquisitis non exigantur decimas dare, confirmat papae Innocentii nuper facta constitutio in Pisano concilio[3]. Similiter in aliis Romanorum pontificum edictis infra septa monasteriorum confirmatur hec libertas monachis, ut de fructibus domesticis nichil decimarum exigatur ab illis. Sed tamen nulla illis confirmat vel confirmare potest auctoritas, ut decimas perpetuo iure possideant: quas baptismalibus aecclesiis inferendas firmissima patrum testimonia probant. Antiquis enim regulis caute sanccitum constat, ut coloni monachorum ibi decimas persolvant, ubi infantes suos legitime baptizant. Si ergo monachi nec illas decimas possunt retinere, quas ipsorum coloni debent baptismali aecclesiae, qua presumptione hoc affirmant sibi hoc licere, ut fundamentum canonice institutionis funditus evertant, ac tam novas leges introducant, quibus decimas antiquo iure baptismalibus aecclesiis inferendas atque ibidem vel communi vitae *f. 80'. insumendas, vel secundum canones quartandas, ipsi aut dimidias aut totas aut *alio quolibet modo non recte divisas colligant: et aut episcopum, aut clerum, aut aecclesiam, aut viduam sive pauperem spoliando terribile anathema contra canonum sponte ac scienter violatores frequenter dictatum incurrere non timeant?

170. Sanctus quidam pater[4] a beato Gregorio in suo dialogo valde commendatur eo, quod oblationem illius recusavit[d], quem Deo suam oblationem abstulisse constitit. At isti oblationem Dei auferunt; et pauperibus cum Lazaro in una qualibet parrochia

a) habundant *C.* b) degens *C.* c) ione *in loco raso c.* d) quem Deo suam oblationem illius recusavit *add. c., sed linea del.*

1) *Urbani I. epist. I, c. 6, Hinschius p.* 145. 2) *Synodus Romana a.* 1078. *Nov.* 19 *Reg. VI,* 5b); *Jaffé, Bibl. II, p.* 331. 3) *A.* 1135. *habito; cf. Hefele, 'Conciliengesch.' V, p.* 425. *Decretum illud in relatione quam ed. Weiland, Constit. imp. I, p.* 578, *c.* 1. 4) *Menas solitarius; cf. Dial. l. III, c.* 26, *Gregorii opp. II, col.* 337.

indigentibus magnam iniuriam faciunt, destruendo ea hospitalitatis [illegible] tium: quae de uno decimarum quadrante semper debebant [illegible].

O quanto rectius agerent, si supranotatum patrem [illegible] oblationes vitarent, qui contra fas, contra ius decimas retinentes quandiu D[illegible] nem suam auferunt frustra suas oblationes religiosis offerunt. Dum enim [illegible] religionem destruunt, de qua scriptum est: *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem haec est, visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ab hoc saeculo*, dum, inquam, talem religionem destruunt et per hoc anathema maranatha incurrunt, cavendum est monachis et omnibus religiosis, ne hac oblatione ledantur, quando per eos pauperum spoliatores in sua iniquitate confirmantur. Quantum si tandiu vitarent oblationem, donec ipsi primitus Deo recognoscerent suam oblationem, puto, quoniam et eos laudaret sanctus Gregorius non iam loquens in dialogo, sed cum Christo regnans in celo.

171. Idem tamen scribens ad Augustinum Anglorum archiepiscopum satis innuit, quod lex ista aecclesiasticas possessiones quartandi non est posita, nisi propter transgressores apostolicae vitae, clericos scilicet saeculares. Nam communi vita viventibus nulla lex posita est, nisi ut omne quod superest pauperibus et indigentibus tribuatur. Unde cum prefato Augustino archiepiscopo legem propter transgressores positam beatus ille commemorasset, ne communiter viventibus putaretur eadem lex data, que propter transgressores est posita, ait[1]: *Communi autem vita viventibus iam de faciendis portionibus vel ad exhibendam hospitalitatem, vel ad implendam misericordiam, quid nobis erit loquendum, nisi omne quod superest in causis piis atque religiosis erogandum, sicut scriptum est: 'Verumtamen quod superest, date elemosinam, et ecce omnia munda sunt vobis'?* Ecce Deo gratias, beatus Gregorius evidenter indicat, quod ad communis vitae observatores quartatio, de qua loquimur, non pertineat. Quam tamen ceteris clericis extra communem vitam viventibus adeo necessariam indicat, ut, quisquis[a] seu episcoporum seu clericorum extra communem vitam viventium de decimis ceterisque stipendiis aecclesiasticis, preter quam inde statutum est, suo tempore faceret, non dubitaverit hoc appellare usurpationem. Neque enim solas decimationes et antiquas agrorum pensiones per singulos annos voluit per aecclesiasticos ministros episcopo indicante dispensari; sed hoc ipsum in novis aecclesiarum acquisitionibus precipiendo statuit observari, ut episcopus aliam super his potestatem non haberet, nisi ut tam novas quam veteres acquisitiones quartando iuxta canones dispensaret.

Unde scribit Maximiano episcopo Siracusano inter caetera[2]: *Cognovimus de reditibus aecclesiae noviter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime provenire: sed episcopos locorum tantummodo distribuere quartam antiquorum redituum, nunc acquesita suis usibus retinere. Quamobrem pravam subintroductamque consuetudinem fraternitas tua vivaciter emendare festinet, ut sive de preteritis reditibus, sive de his que noviter obvenere vel obvenient, quartae secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est unam eandemque aecclesiae substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est, usurpationis et canonum.* Auditis, o monachi, quodammodo beatus Gregorius execrando novas usurpationes, et commendando sacros canones pravam consuetudinem vivaciter emendari precipit, quam sacris canonibus adversari deprehendit? Si ergo nec novas acquisitiones huius tanti pontificis auctoritas permittit episcopis[b] aliter dispensare, quam statutum est reverenda canonum sanccione, quare vel episcopi eas taliter tradendo presumunt? vel monachi eas a tradentibus accipiunt, affirmantes

a) quisquam c. b) [illegible]

1) *Epist.* XI, 56a. *EE. II*, p. 332. 2) *Epist.* IV, 11. *EE. I*, p. 244.

*f. 81'. hanc esse legitimam traditionem, quam beatus Gregorius, ut lectum est, appellat *usurpationem, et pravam subintroductamque consuetudinem? Si tam plana esset a VII. Gregorio sententia monachis data ad parrochiarum recipiendas decimas, quam plana et plena est primi Gregorii talem usurpationem prohibens auctoritas, puto tamen, quia recte potior et antiquior auctoritas preponeretur; si Gregorius Gregorio, minor maiori adversaretur. Sed absit, ut hoc a nobis sentiatur, ut inter ultimum et primum Gregorium de constitutione decimarum dissentiatur, cum sicut primus, ita et ultimus canonum constituta etiam a monachis in hac substantia servari precipiat; vixque illis decimas proprias cum episcoporum licentia detinere permittat. Quae permissio septimi Gregorii primo Gregorio non multum adversatur. Qui monachorum libertati et quieti multum in suis decretis suffragatur; ita tamen, ut, sicut in synodo Calcedonensi[1] legitur, sub episcoporum potestate ipsi monachi permaneant; alioquin eiusdem synodi statuta eos communione privant.

Si ergo episcopo iusticiam decimarum exigenti rebelles fiunt monachi, iuxta statutum synodi Calcedonensis propter ipsam rebellionem excommunicandi circa illud anathema periclitantur, quo violatores quatuor principalium conciliorum a beato Gregorio in sua synodica multantur[2]. Nam si iuxta sententiam illius qui horum IIII^or^ conciliorum soliditate non tenet, etiamsi lapis esse videatur, extra edificium iacet: cavendum est monachis per Calcedonensem synodum ad obedientiam episcopi sub excommunicatione restrictis, ne presumant illi sancta et iusta precipienti ac decimas iuxta canonum scita disponere volenti aliquatenus repugnare, quia Gregorius VII^us^, in quo fallaciter confidunt, nec vult nec potest tales rebelliones a beato Gregorio anathemati addictos liberare: quin immo etiam ipse gravius illis offenditur, quod eius capitulum, non contra sed secundum canones datum, prava interpretatione ab eis pervertitur.

172. Sufficiant haec pauca monachis et militibus responsa, quorum neutri poterunt sibi decimas per aliquam iusticiam vendicare, si anathema contra canonum sponte violatores promulgatum voluerint vitare. De quorum numero si quis pro anima sua
*f. 82. sollicitatur, episcopo etiam non reposcenti *aecclesiasticas facultates reddere non gravabitur. Nec eos poterit securos facere consensio vel taciturnitas adhuc mortalis episcopi, contra quos clamant patres in caelo conscripti: presertim cum episcopo nec de sua speciali portione aliud disponere liceat, quam ei paterna traditionum regula predictat. Unde beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribens, ita dicit[3]: *Mos apostolicae sedis est ordinatis episcopis precepta tradere. De stipendiis aecclesiae vel de his, que fidelium oblationibus accedunt altario, quatuor debent fieri portiones. Una videlicet episcopo et familiae propter hospitalitatem atque susceptionem; alia clero, tercia pauperibus, quarta in aecclesiis reparandis.* Ecce audivimus, quia non propter monachos aut milites ditandos, sed propter hospites, viatores, peregrinos recipiendos et consolandos decimarum portio quarta episcopo disponetur, a quo talium susceptio in episcopali sede canonum iusticiae sic debetur, ut episcopus graviter accusandus notetur, si per suam aeccIesiam transierit egens peregrinus, ex parte pontificis consolationem talibus pro posse debentis inconsolatus.

173. Unde item beatus Gregorius, ut supra perstrinximus, Secundino servo Dei scribens, inter cetera sic ait[4]: *Fratrem nostrum Marinianum episcopum verbis*[a], *quibus vales, excita, quia eum obdormisse suspicor. Nam venerunt quidam ad me, in quibus quidam senes mendicantes, qui a me discussi sunt, a quibusdam quid acceperint, ut per singula retulerunt, quanta eis*[b] *et a quibus in itinere data sint. Quos cum sollicite de*

a) verbis quibus [illegible] c.   b) eius c.

1) *C.* 4.   2) *Cf. supra p.* 174, *n.* 2.   3) *Epist. XI,* 56 a, *l. l. p.* 332.   4) *Epist. VI,* 63, *EE. I. p.* 439.

predicto fratre requirerem, quid eis dedisset, responderunt [illegible] *nichil accepisse, ita ut neque panem in via acceperint, quod* [illegible] *semper familiare fuit. Dixerunt enim: 'Respondit nobis dicens: Non habeo* [illegible] *dare possim'. Et miror, si is qui vestes habet, argentum habet,* [illegible] *quod pauperibus debeat dare non habet. Dic ergo illi, ut* [illegible] *Non sibi solam lectionem credat et orationem sufficere, ut remotus studeat* [illegible] *fructificare; sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat. Quia si sic non habet, vacuum episcopi nomen tenet.'* In quibus verbis [illegible] diligenter pensandum est, quod episcopus, qui lectioni et orationi deditus fuisse predicatur, tamen propterea sancto pontifici redarguendus videbatur, quod viatoribus consolatione indigentibus atque hanc ab episcopo poscentibus nichil fuerat consolationis impensum; cum tamen propter consolandos unum decimarum quadrantem constet ex tota episcopatus parrochia dispositum. Quod si episcopus ille religiosus fuisset qui res pauperum divitibus dare aut ex his castra edificare non timuisset, non hoc in sua redargutione tacuisset beatus Gregorius, pauperum tam diligens patronus, ut, sicut superius dictum est, episcopum Paschasium vehementer increparet, cur pauperibus neglectis de rebus aecclesiae navim fabricare presumeret: cui etiam in suis litteris numerum solidorum inproperavit, quos in eadem navi fabricanda illum expendisse audivit[1].

174. Usque adeo vir sanctus voluit res aecclesiae, non iuxta novas usurpationes, sed iuxta canones antiquos dispensari, ut nec infirmitate corporis ab indigentium susceptione apud illum aliquis potuerit excusari, quam de portione ad episcopum pertinente semper in episcopali aecclesia voluit esse paratam, etiam episcopo absente. Hinc est quod Marinianum Ravennatem episcopum pro infirmitate corporis in civitate non morari valentem talibus verbis alloquitur[2]: *Venientes quidam Ravennates homines gravissimo merore me invenerunt perculsum, quia fraternitatem tuam retulerunt de vomitu sanguinis egrotare. Ex qua re sollicite et singillatim eos, quos hic doctos lectione novimus medicos, fecimus requiri, et quid singuli senserint quidve dictaverint, sanctitati vestrae scriptum misimus. Qui tamen quietem et silentium pre omnibus dictant; quam si tua fraternitas in sua aecclesia possit habere, valde sum dubius. Et ideo videtur mihi, ut ordinata illic aecclesia, vel qui missarum sollempnia explere valeat vel qui episcopii curam gerere, hospitalitatem et susceptionem possit exhibere, quive monasteriis custodiendis preesse, tua fraternitas ad me ante estivum tempus debeat venire, ut egritudinis tuae ego specialiter, in quantum valeo, curam geram quietemque tuam custodiam.'* Quid iste vir sanctus diceret, si nostro tempore videret episcopos in castris suis morantes et egentium susceptionem in civitate procurandam negligentes atque hoc quod egentibus debebatur militibus distribuentes? Puto, quod nec in episcopis tale dominium, nec in militibus tale hominium illi placeret, per quod pauperes dispoliari videret. Puto, quod nec monachorum illi placeret inportunitas, a quibus ita contempnitur canonum auctoritas, ut dicant episcopo licere, quod ei affirmant sancti patres non licere.

Gregorius Antemio subdiacono Campaniae[3]: *Pervenit ad nos fratrem et* [illegible] *Paschasium* [illegible] *illum* [illegible] *solidos perdidisse.* Et post aliqua: *Sic* [illegible] *opere conveniat sacerdotem.*

Ex concilio Romano[4]: *Quicumque militum, vel cuiuscumque ordinis vel professionis* [illegible] *excommunicationi subiaceat.*

In his verbis notandum est, quod aecclesiasticarum rerum alienatio nichil [illegible] sub excommunicatione; et quando roboratur vel toleratur prelatorum depravata [illegible]

1) V. n. 2. 2) *Epist.* XI, 21. *EE.* II, p. 282; *cf. supra* p. 195. 3) *Lib.* VI, 23. *EE.* I, p. 401. 4) *Conc. Rom. a.* 1078, *Jaffé, Bibl.* II, p. 332; *Gratian C.* XII q. 2 c. 4.

175. Dicunt enim, quod saltem suam portionem possit episcopus monachis, vel alteri cui voluerit dare: de qua secundum canonicas regulas in episcopali aecclesia et si copia permittit, per cetera loca, debet hospitalitatem et susceptionem procurare. Illi novas leges componendo cogitant consilia, quae non poterunt stabilire; nos quae per nos dicta sunt ostendimus iam diu sic stabilita esse, ut, quisquis nobis in his adversatur, non nobis, sed sanctis in caelo regnantibus contrarius inveniatur. Speramus autem meliora et viciniora saluti ex parte monachorum pro salvatione anime sue sollicitorum. Quia Domino tribuente fieri potest, ut multi eorum, qui in pauperum substantia per ignorantiam deliquerunt et adhuc delinquunt, patefactae veritati acquiescant, et milites, qui eorum exemplis ad decimas retinendas confortari et palliari solebant, ipsi monachi fortius compescant: quando illud per monachos decimas relinquentes militibus manifestatur, quod datio vel prestatio ab episcopo contra canones facta, non solum danti, sed etiam accipienti mortem et anathema maranatha operatur; sicut premissis auctoritatibus evidenter probatum agnoscitur. Sane, quia aecclesiae, que regulariter non sunt dispositae, speciem habent pupillorum tutoribus ac actoribus indigentibus, si tales aecclesias, velut heredes parvulos, monachi susciperent omnino regendas et tuendas usque ad aliquod prefinitum tempus ab episcopo, posset hoc utcunque tolerari, si tamen ipsi monachi vellent esse tutores fidi, non perfidi. Notatur enim in tutore perfidia, si non ad hoc studeat nutrire parvulum heredem sibi commissum, ut idoneus efficiatur ad regendam hereditatem suam per se ipsum. Sic et monachorum notatur perfidia, si sic tractetur ab eis aliqua aecclesia, ut, licet *sit ei facultas ad quantulamcunque congregationem regulariter sustentandam, ipsis tamen impedientibus et facultatem eius ad se trahentibus nunquam fiat libera et idonea ad regularem ordinationem, volentibus monachis perpetualiter possidere illius hereditariam possessionem. Sed et hoc utcunque portari posset, si ipsi monachi lac et lanam ovium cuiuslibet aecclesiae accipientes pascerent per se ipsas oves. Illud vero penitus est intolerabile ac nimium execrabile, velle monachos lanam et lac de ovibus colligere, et ovium curam nolle habere: vel quod adhuc peius est, alicui mercennario seu lupo eas committere. Quod quia periculosum est monachos iam diu fecisse, utinam vellent in compensationem preteritorum excessuum adhuc tenere ordinem suum et favere ordinationi sacrorum canonum!

176. Tunc ipsis monachis legitime certantibus et iusticiam aecclesiae defensantibus reedificarentur portae fontium in refectiones egenorum per unamquamque matricem seu baptismalem aecclesiam pascendorum. Tunc ipsis una cum clericis laborantibus ubi eos invitaret episcopus, tale consurgeret edificium; quod in veritatis petra, non in pravarum consuetudinum harena, per hoc pateret esse fundatum, quia nullo impulsu posset moveri, etiamsi omnia temptationum flumina illi contingeret illidi. Speramus in Domino, quod optamus, posse fieri: quod cum factum fuerit edificium, de quo tractamus, firmiter stabit. Erunt enim clerici, non acephali, sed regulares facti, principales in hoc edificio provisores, vigilias et excubias suas ita custodientes, ut de illis cantari possit: *Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes; tota die et tota nocte non tacebunt laudare nomen Domini.* Sic ergo clericis vigilantibus et laudantibus nomen Domini, monachi sancti cellam vinariam ingressi inebriabuntur ab ubertate domus Domini, quia hoc edificium, de quo Deo largiente tractavimus, non est aliud, nisi domus Dei et porta caeli. In hac domo colligitur familia, cui per epi-
Luc. 12, 42. scopum dispensanda est in tempore tritici mensura.

177. Contra istam familiam pugnat mundus in suis principibus. Sed licet in adversario nostro gigantea statura cernatur, *tamen per episcopum, quasi per humilem et parvum David, prosternendus non dubitatur: si tamen ipse episcopus, non Saulis

arma regalia et in se confidentibus usitata, sed David pastoris arma et instrumenta pastoralia eligat, quibus contra superbiam mundi pugnaturus procedat.

178. Ut etiam te, o venerande presul Chono, cui hoc opusculum Deo [illegible] compositum offerimus, circa finem specialiter alloquar: Nonne tu ille pastor [illegible] nus scilicet rector monachorum? Nonne in episcopum electus et quasi pro [illegible] salute ad pugnam destinatus vestimenta et arma Saulis induisti, quando [illegible] predecessorum tuorum, non antiquorum, sed modernorum et proximorum milites ac principes in hominium suscepisti, quasi per tales contra mundum pugnaturus et triumphaturus esses? Quibus tanquam armis tibi parvo et in solo Deo confidenti non competentibus gravari et impediri te sentis et senties: si non illis depositis et [illegible] pastoralia tantum instrumenta resumes, quae et antea portare consueveras, quando nullo principe, nullo milite stipatus pastoraliter incedebas.

179. Attamen non modica differentia inter illum tunc monasterialem et [illegible] episcopalem statum tuum est observanda. Tunc enim suffecit in pastoralem peram de lacte coagulato tales cibos colligere, quibus innocentes et simplices iudicabas pascendos et in robur virile nutriendos esse. Nunc vero, quia contra mundi superbiam pugnaturus incedis, etiam lapides limpidissimos de aqua scripturae colligere necessarium habebis, ut, qui de sanctissimo pectoris tui receptaculo doctrina lactea non vegetatur, sed, quod peius est, contra humilitatem tuam erigitur, hunc sententia iudicialiter dictata quasi funda bene librata lapide anathematis percutiat et ad terram usque prosternat, proprio gladio iugulandum et illo capite privandum, cuius membra Christum crucifixerunt et usque hodie in suis membris crucifigunt.

180. Tunc tibi de bello revertenti et omnem victoriam verbo veritatis, non tibi tribuenti dicetur illud canticum a turbis obviantium tuisque studiis pio favore astipulantium: *Saul percussit mille, et David decem milia in milibus suis.* Cum enim satis timeretur predecessor tuus [1], utpote Sauli quodammodo comparatus, quia supereminebat totum populum ab humero et sursum pre multitudine principum suorum cognatorum: tu de tribu Iuda natus, tu per veritatis confessionem nobilitatus, magis formidabilieris mundi principibus, quam si tu contra principes pugnaturus confidas in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.

181. De te autem taliter pugnante, quasi de viro desiderabili et manu forti, nascetur Salemon pacificus: quia post aliquantam pugnam pace super pacem eris munerandus, ut te cooperante in Domino glorieris templum edificatum, quod Deo primi hominis costam edificante fuit inchoatum. A cuius introitu quia propter peccata mea longe sum repellendus, tuis et omnium, qui hoc opus lecturi sunt, rogo adiuvari precibus, ut mihi non imputetur peccatum, quod fedus pulchrum, contaminatus mundum ex parte demonstravi edificium. De quo adhuc plura possent monstrari, si a lippis cordis mei oculis tantus fulgor posset tolerari. Sed puto, non expedit, ut a nobis ulterius procedatur, quoniam per sanctos patres multipliciter de hoc edificio tractatur: qui docent expresse, quid in eo sit turris David edificata cum propugnaculis: quid turris Libani, que respicit contra Damascum: quid ceterae turres Ierusalem, quae gemmis edificantur: quid denique omnia, quae vel in templo vel in tabernaculo figuraliter commemorantur. Cum ergo de omnibus istis abunde a sanctis patribus tractetur, mihi, queso a te, pater, et omnibus hoc opusculum lecturis venia impetretur, quod, licet iussus et tuis precibus coactus, presumpsi oculos fedos in tantam pulchritudinem attollere atque hanc aliis multo me sapientioribus et melioribus demonstrare, quam [illegible]

1) *Hartwicus, qui a.* 1106—1126 *sedebat.*

ipse de longe aspicere non sum dignus. Nec ad eam aspiciendam aliquatenus fuissem admissus, nisi quod sepe indignus ac degener servus, non dominorum mensam tacturus, sed ministris dignis ad mensam accedentibus aliquid post tergum[a] *administraturus in conspectu dominorum admittitur. Qui tamen suo ministerio completo rursus ad stercus portandum vel aliud vile officium foris exequendum destinatur: nec est illi locus in convivio qui vix pro sui feditate ad horam a convivantibus aspicitur etiam in extremo ministerio. Verum si minister dignus et decorus, cui subministrat indignus et indecorus, divertet ab oneribus dorsum eius, ne manus eius in cophino, vase scilicet stercorario, serviant, sed honestioribus actionibus occupatae feditatem de stercore contractam aliquatenus exuendo pulchritudinem assumant, fieri potest, ut in magno convivantium numero saltem novissimum locum teneat: quem prius feditas excludens vix post tergum[b] ministrantis usque ad limen vel parum ultra limen introire sinebat.

182. Tu itaque, o pater, cum sis Dei[c] minister dignus et decorus, cui placuit in me misero habere subministratorem, qui nec dignus est nec decorus; age orando, age operando, dignus pro indigno, sanctificatus pro polluto: ne de illo edificio, de illo infra hoc edificium convivantium numero, quem tibi subministrans aliquatinus, quantum lippitudo mea patiebatur, vidi, penitus excludar atque in opere stercoris, in labore luti et lateris, prout feditas et improbitas mea exigit, relinquar: sed admittar et permittar saltem in novissimo loco novissimum diem expectare, confidens me salvandum, non in mea iusticia, sed in summi patris infinita miseratione per Iesum Christum filium suum, dominum nostrum, cui una cum Spiritu sancto est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

II.

EPISTOLA AD INNOCENTIUM PAPAM MISSA QUID DISTET INTER CLERICOS SECULARES ET REGULARES.

Dialogum inter saecularem et regularem clericum Gerhoh, qui tum in Raitenbuchensi claustro degebat[1], *a.* 1131. *ineunte Innocentio II. papae misit, cum adversarium Anacletum nondum Roma expulisset, eodem fere tempore, quo Leodium proficisceretur*[2], *ut cum imperatore conveniret. Petit, ut de regula canonicorum servanda et rigore ecclesiastico restituendo saltem litteris auctorem ab adversariis vexatum adiuvaret. Qua de causa quid distet inter regulares et seculares clericos dialogi forma fusius exponit.*

Quod opusculum codice lat. Monac. 15512 *(Rot.* 12*),* 8⁰, *mbr. saec. XII, f.* 3—54. *asservatum habemus, eodem quem Pez, Thes. Anecdot. t. II, p.* 2, *col.* 437 *sqq. expressit: iteravit Migne, Patrol. lat. t.* 193, *col.* 1375—1426.

Argentorati, a. 1895, *mense Iunio.* *E. SACKUR.*

a) p'tergum *c.* b) postergu *c.* c) ds *c.*

1) *Migne col.* 1415. 2) *Ibid. col.* 1423: ut in proximis te veniente ad Leodicensem urbem non ausus fuerim venire ad visendam tuam, pater, praesentiam desiderabilem. *Leodii moratus est Innocentius Mart.* 22 — *April.* 2. *a.* 1131; *cf. Jaffé, Regesta pont. ed.* 2, *I, p.* 847. Anno preterito, *scil. a.* 1130, *Oct., Walterus archiep. Ravennas Ratisbonae legatus Innocentii fuit; cf. col.* 1406. *Denique cum libellus componeretur, Cuno episcopus Ratisbonensis, qui a.* 1132. *obiit, etiamnunc superstes fuit; cf. col.* 1397.

EPISTOLA CUIUSDAM PRESBYTERI MISSA AD INNOCENTIUM PAPAM QUID DISTET INTER CLERICOS SECULARES ET REGULARES.

Innocentio divina favente clementia sanctae Romanae sedis summo pontifici [Gerhohus] frater indignus vocari presbyter, cum Petro pugnare, cum Paulo triumphare. Quod omnium aecclesiae filiorum ego indignissimus et infimus presumo supplex alloqui vicarium Petri, apostolorum principis, nolo asignetur animi temeritati, cum hoc agam partim cogente necessitate, partim animante me ad hoc opus Dei auctoritate, cuius in spiritu Moyses dicit: *Audi, Israel, quae ego precipio tibi hodie. Cum intraveris terram, quam dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, et optinueris eam, atque habitaveris in ea, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, et pones in cartallo, pergesque ad locum, quem dominus Deus tuus elegerit, ut ibi invocetur nomen eius, accedesque ad sacerdotem, qui fuerit in diebus illis, et dices ad eum: Profiteor hodie coram domino Deo tuo, qui exaudivit nos, et respexit humilitatem nostram, et laborem atque angustiam, et eduxit nos de Egypto in manu forti et brachio extento, in ingenti pavore, in signis atque portentis, et introduxit ad locum istum, et tradidit nobis terram lacte et melle manantem, et idcirco nunc offero primitias frugum terrae, quam dominus Deus tuus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu domini Dei tui; et adorato domino Deo tuo epulaberis in omnibus bonis, quae dominus Deus tuus dederit tibi.* Quorsum haec? Nimirum quia et ego, proh dolor! in Egypto fui, dum inter seculares clericos vanis vanior extiti, et nisi me Dominus in ingenti pavore, in signis atque portentis terruisset, in tantum Egyptus ipsa placuisset, ut nunquam inde fugientes vellem comitari, tam pomposus eram in cultu seculari. Ab anno autem, ut recordor, XVI° vel XVII° aetatis meae[1] percussus plaga, et dolore inportabili ad propositum castitatis mentem aptavi, et ab infirmitate, quae tunc inerat, sanatus, continuo scolasticis exercitamentis totus inservivi. Emancipatus autem scolarum studio et confirmatus in solo castitatis proposito, me miserum perdita virginitate, nimium sero, pene fui, immo vere esse studui sectator Iuliani apostatae; quia susceptum clericatum dedignabar tonsura, et aliis religiosis indiciis vestium decenter ornare, solitus me sic formare, immo deformare, ut me specialiter potuerit notare XL^mum^ capitulum Toletani concilii tercii, quod sic se habet[2]: *Omnes clerici vel lectores sicut levitae et sacerdotes, detonso capite toto superius, inferius solam circuli coronam relinquant, non sicut huc usque in Galliciae partibus facere lectores videntur, qui prolixis, sicut laici, comis, in solo capitis apice modicum circulum habent. Ritus enim iste in Hispania hucusque ereticorum fuit. Unde oportet, ut pro amputando aecclesiae scandalo hoc signum dedecoris auferatur, et una sit tonsura vel habitus, sicut totius Hyspaniae est usus. Qui autem hoc non custodierit, fidei* [a]*catholicae reus erit.* Igitur et ego tunc catholicae fidei reus iuxta presens capitulum extiti, quia ereticorum, videlicet Iulianistarum, veneno saltem in habitu laico vel quasi laico participavi[3]. Verum nunc per Dei gratiam ab istis vanis ereptus, et regulam apostolorum per aliquot annos iuxta doctrinam sancti Augustini utcunque sectatus, profiteor hodie coram domino Deo tuo, qui exaudivit me et respexit humilitatem meam et laborem atque angustiam, et eduxit me de Egypto in manu forti et brachio extento. Iam quidem quod lex precepit feci, pergens ad locum quem dominus Deus elegit, ut

a) i. d. [illegible].

1) A. 1109—1110; cf. Chron. Magni SS. XVII. p. 490. 2) Conc. Tolet. IV. c. 41. Mansi X. col. 630; Hinschius p. 370. 3) Cf. De aedificio Dei c. 153 supra p. 189.

ibi invocetur nomen eius, Romanam videlicet sedem, in legatione domini mei episcopi Conradi Salzburgensis, accessique ad sacerdotem, qui erat in diebus illis, beatae recordationis papam Honorium[1], et contuli verbum cum eo, quod predico inter clericos adhuc seculares, ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem. Erat autem occasio huius verbi, quia fratres meos uterinos de talium cetu exire dictis et scriptis incitavi, distinguens inter bonum semen apostolicae vitae, quod in clero Christus voluit ac disposuit fructificare atque inter seculariun clericorum zizania ab homine inimico superseminata. Huiusmodi a me dicta licet quibusdam fuerint molesta, sanctae tamen recordationis viro papae Honorio fuerant accepta, qui mihi, presente Nortperto Magdi- [Matth. 13, 29.] burgensis aecclesiae archiepiscopo, querenti cur haec zizania iam penitus matura non [*f. 4'.] *eradicarentur, dixit maledicis, mendacibus et ebriosis istos apostatantium greges con- [1. Cor. 6, 9. 10.] numerandos, quos cum apostolus indicet regnum Dei non possessuros, multitudo tamen prohibet excommunicari, ne forte talibus precisis plus perturbentur infirmi boni, quam corrigantur animosi mali. Ad haec verba mihi tunc satisfactum est. Verum penitet me tunc non dixisse illi, quod nunc tibi dico, utpote illius legitimo successori: esto ut non valeant excommunicari, predicetur saltem de istis, sicut de maledicis et ebriosis, quod regnum Dei possidere non poterunt, si in tali sacrilegio perdurabunt, quale damnat in suis decretis papa et martyr Urbanus, qui res aecclesiasticas communiter et apostolice viventibus ceterisque nihil habentibus ita predicat[2] ab episcopo suisque ministris conferendas, ut sacrilegos indicet qui in alios usus transferunt eas. Quod faciunt seculares clerici, communiter habenda male fraudantes. Prohibet enim predictus martyr sub anathemate, ne quis aecclesiastica bona subtrahat communi et apo- [cf. Act. 5, 5.] stolicae vitae, sicut Ananias et Saphira fecerunt, et ideo mortui ceciderunt, Petro increpante, cuius te decet, pater, vestigia servare increpando eos, aeternamque mortem intentando illis, qui scienter ac temere obviant predicti papae ac martyris institutioni, per omnes aecclesias matrices communem vitam firmanti. Non autem sufficere credo [*f. 5.] ad prenotati mandati obedientiam, quod accessi ad sacerdotem, qui fuit in diebus illis, [Deut. 26, 2.] nihil offerens illi de frugibus vel frugum primitiis, quas in cartallo ponendas et sic offerendas divina mandat auctoritas.

Idcirco quod recognosco me tunc minus fecisse, nunc, adiuvante Domino, conabor supplere. In presenti etenim libello velut in cartallo tibi legitimo sacerdoti offero sententias vel primitias de cunctis meis opusculis, pro quibus persecutionem patior a se- [Gen. 26, 18.] cularibus clericis. Postquam enim exemplo Ysaac patriarchae cepi puteos a Palestinis humo repletos purgare, et eisdem nominibus quibus pater eos appellaverat iterum appellare, id est, postquam vitam clericalem regularem atque spiritualem determinare coepi, sequestrata ab illius vitae puritate terrenorum congerie, quae veris Israelitis obstruit venam aquae vivae, iurgati sunt contra me pastores Gerare, volentes me de terra expellere, qui nomen secularium clericorum auderem repudiare atque illos ancillae filiis presumerem comparare. Ut autem facillime, o pater, discernere valeas, quos filiis liberae et quos ancillae assignare debeas, ita placet subiuncta ordinare, ut duos, unum secularem, alterum regularem representemus disputantes, et quasi presente matre libera, cuius te oculum recognoscimus, ita invicem ludentes, ut materna pietas, quae [*f. 5'.] *in te est, cogatur paternam severitatem excitare, ne ultra patiaris in domo simul habitare tanquam coheredes, quos materna nobilitas vel ignobilitas facit valde dissimiles. [Matth. 19, 29.] Alterum quippe genuit promissio Christi dicentis in euangelio: *Omnis qui reliquerit domum, agros*, et cetera, *propter nomen meum, et propter euangelium, centuplum accipiet*

1 *Cf. De edificio Dei c. 74, supra p.* 178. 2 *Epist. I, c.* 3. 4, *Hinschius p.* 144; *cf. supra p.* 177. 193.

et vitam aeternam possidebit. Alter secundum carnem [illegible] promissionibus. Et quoniam qui est huiusmodi [illegible] secularis et sua querens clericus prior loquatur, ut ei regularis [illegible]

Secularis. Vos, qui dicimini regulares canonici, [illegible] debetis esse mortui, nullam vocem habetis in aecclesia, quae [illegible] committenda, sicut actenus habet consuetudo antiqua, cui vos magnam vim facitis, qui novitatem regularis vitae introducitis et hanc ab omnibus clericorum congregationibus observandam predicatis absque documento alicuius certae et indubitatae auctorita[illegible]

Regularis. Utinam nos, qui dicimur et esse desideramus regulares, [illegible] mundo mortui et perfectissimis monachis in illis deliciarum horti[illegible] in Canticis canticorum loquitur sponsus: *Quae habitas in hortis,* [illegible] *tuam.* Nam illius christiani sive monachi sive canonici vocem sponsus desiderat, qui in hortis scripturarum toto affectu inhabitat; illius, inquam, vocem sive in predicatione, sive in oratione ac laudibus desiderat sponsus, consolans eum de vestris contradictionibus, qui negatis vocem in aecclesia talibus. At ille, *fac me*, inquit, *audire vocem tuam*, premisitque causam dicens: *amici auscultant.* Ac si diceret: ne cures quid [illegible] contradicant, qui neque me, neque te, neque se amant: quoniam *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Nos tamen nec istis adhortationibus animati predicationis officium nobis usurpamus, ita ut in aliqua aecclesia nobis non commissa pulpitum non vocati ascendamus et inde quasi tuba vocem exaltemus. Veritatem vero interrogati vel aliquando non interrogati, preceptis salutaribus moniti dicere saltem in aurem, saltem in cubiculis, quam adhuc speramus predicandam in tectis. Quod autem de novitate nos arguis, male facis. Nam si attendas quid sit in Christo seminatum, et quid postea dormientibus hominibus, aecclesiarum videlicet rectoribus et custodibus ab inimico homine sit superseminatum, invenies Christum Petro proprietatis, immo suimet abnegatori, aecclesiam commisisse regendam, cui idipsum regimen antea noluit committere, quam tercio amorem ipsius Christi confessus, inventus est extra aecclesiam nihil amare. Sed inimicus homo licet adhuc vigilantibus agri custodibus temptavit superseminare zizania, dum Symonem magum, precipuum negociatorem, Nycolaum primum in clero fornicatorem, Ananiam primum illicitae proprietatis amatorem consuscitavit, quorum germen in agro Dei, peccatis exigentibus ita pullulavit, ut vix triticum appareat vixque sibi aliquis de lolio non comedendo caveat. Est ergo antiquorum nostra institutio. Si autem absque auctoritate credis nos docere, per omnes matrices aecclesias apostolicam vitam observari debere, lege ad integrum decreta Urbani papae ac martyris [1] tibi tuique similibus aecclesiastica bona sub terribili anathemate interdicentis et sacrilegium esse iudicantis, ubicunque res aecclesiarum detorquentur in usum aliquorum non apostolice viventium.

S. Ergo iuxta tuam sententiam peccavit sanctus Gregorius, qui de rebus aecclesiasticis mandavit stipendia quibusdam clericis danda, qui nec uxoribus carere nec proprietatibus voluerunt renunciare.

R. Aliud est, quod sanctus Gregorius Augustino Anglorum episcopo servandum precepit [2], videlicet ut conversationem institueret, quae in initio nascentis aecclesiae fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Aliud vero est, quod idem pater non [illegible] legem, sed contra legem novellis Anglorum clericis permisit propter duriciam cordis: quemadmodum Moyses libellum repudii permisit Iudeis. Ab initio [illegible]

1) *V. supra p.* 204. 2) *Cf. Di[illegible]* [illegible] *XI.* 56a. *LL. II. p.* 333.

aecclesiae non fuit sic, scilicet ut aliquis ministraret, qui non caste viveret, vel aliunde quam de altari viveret. Unde et istis sanctissimus pater clericis tantum extra [f. 7.] sacros *ordines constitutis hanc permisit indulgentiam sacri altaris ministris nunquam permittendam, ut videlicet seorsum cum uxoribus vivant et stipendia exterius accipiant. Reliquis autem extra votum, et extra sacros ordines presbyteratum, diaconatum, subdiaconatum constitutis, potest auctoritas Gregorii[1] aliquid seorsum competere de rebus aecclesiasticis, si vel in tantum obedierint regulis aecclesiasticis; ut, sicut ille sanctissimus diffinit, bonis moribus vivant, canendis psalmis invigilent et ab omnibus illicitis cor, linguam et corpus, Deo auctore, conservent.

S. Aut defende sanctum Gregorium a sacrilegio, quod asseris notari a papa et martyre Urbano; aut hoc inconveniens habebis, ut unus Romanorum sanctus dampnet alterum, nihilominus notae sanctitatis virum.

R. Dixi tibi iam, et audisti. Nunquid iterum vis audire? Sicut Moyses excusatur a prevaricatione legis permittendo quod erat contra Dei legem duris Iudeis, ita excusatur sanctus Gregorius permittendo quod prohibuerat martyr et papa Urbanus, immo in ipso Dei fortissimus spiritus, in quo idem beatus usque ad sanguinis effusionem est actus. Huc accedit, quod eadem consideratione poterat istud concedere novellis Anglorum clericis, qua in quinto vel quarto gradu consanguinitatis concessit nuptias novellis Anglis, non legem statuendo, sed adhuc infirmis lac prebendo. Est ergo venialis, non legalis institutio, clericos extra votum et sacros ordines constitutos [f. 7'.] *vivere non de altari, sed de proprio, et ita viventibus ministrari et dari quicquam de stipendio solis apostolice militantibus debito. Munitur tamen ista nova condescensio [cf. 1. Reg. 30, 1.] David regis antiquo exemplo, quo persequente latrunculos, qui succenderant Sicilech, lassi quidam in via cum sarcinis remanserunt, qui usque ad ipsam pugnam procedere non potuerunt, sed equa tamen evenit portio spoliorum iudicante David et his qui lassi remanserant, et his qui ad pugnam pervenerant. Quid putas accidisse, si omnes voluissent ad sarcinas remansisse?

S. Puto eos nihil de spoliis accepisse.

R. Verum dicis, atque ideo consentire te oportet eas congregationes, in quibus nemo militat legitime, sacrilegium committere, si de stipendio sibi minime debito presumunt quicquam contra interdictum Urbani papae contingere. Ubi autem saltem ab his apostolica vita servatur in congregatione, qui funguntur sacris ordinibus, ibi absque sacrilegio velut alter David permittit sanctus Gregorius, ut quasi ad sarcinas residentibus uxoratis clericis non denegetur stipendium solis militantibus ex debito, istis vero ex indulgentia persolvendum. Quicunque enim tales fuerint, ut apostolice viventibus in extrema saltem acie, immo post aciem subserviant, dum officia minora gerentes velut sarcinas custodiendo eas adiuvant, eadem iusticia possunt stipendia sua exterius [f. 8.] accipere, qua supradictos lassos, *attamen circa sarcinas occupatos, legimus de spoliis accepisse. Illae vero congregationes, quae totae irregulares dicunt ordini apostolico: 'Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus', indubitanter sciant, quia revelabunt celi iniquitatem eorum et terra adversus eos consurget, et manifestum erit peccatum, et sacrilegium eorum in die furoris Domini, quia iusticiam in iniquitate detinent, occupando sedes, quae a regularibus teneri deberent. Unde in sinodo, quae anno dominicae incarnationis MCX. habita est in Lateranensi aecclesia, presidente beatae recordationis papa Paschali, inter cetera promulgatum est, et ab omni concilio corroboratum est huiusmodi capitulum[2]: *Sunt preterea, qui vel violentia vel favore non permittunt aecclesias regulariter ordinari; hos etiam decernimus ut sacrilegos iudicandos.*

1) *Epist. XI, 56a, l. l. p. 333.* 2) *C. 3, Constitut. imper. I. p. 569; cf. supra p.* 178, *n.* 5.

S. Nimis dure me tangis, et supra modum [illegible]. Nam [illegible] illud capitulum papae Paschalis sacrilegi sunt qui aecclesiae [illegible] non permittunt, sed, ut tu sentis, insticiam Dei in iniusticia detinent, dum in [illegible] vito procedere prohibent, plena est aecclesia sacrilegis, ipsique patres valde culpandi sunt qui actenus talia permiserunt.

R. Qui, rogo, patres? et quid permiserunt?

S. Tempore Ludewici regis convenerunt episcopi et [illegible] rege mediante regulas collegerunt, quibus et hoc interposuerunt, quod [illegible] vivere in domibus privatis et propriis [1].

R. Hoc est, quod conqueritur Dominus per prophetam: *Duo*, inquiens, [illegible] *fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi* [illegible] *continere non valent aquas.* Neque enim suffecit eis apostolicas regulas clero auferre, nisi presumerent insuper malas regulas fabricare, quae comparari possunt [illegible] cisternae. Tu vero satis a vero devias, qui Urbano papae et martyri, Petri apostolorum principis legitimo successori, obviandum putas auctoritate Ludewici sive illorum episcoporum, qui una cum illo assenserunt errori. Neque enim in illorum regula invenitur distinctio aliqua inter sacri altaris ministros et reliquos clericos, quibus cum discretione poterat Gregoriana illa condescensio Anglorum clericis permissa convenire. At istud regis edictum confuse de omnibus clericis prolatum illi edicto potest comparari, quo scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus unus. Nos autem cum Mathathia legem potius quam regem debemus audire.

S. Sunt adhuc autentica concilia, in quibus nobis proprietas est permissa, nec tamen aecclesiastica interdicta, quin etiam a sacerdotibus valeant possideri una cum proprietatibus. Legitur in Cartaginensi concilio cap. XXXII°. [2]: *Item placuit, ut episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicunque clerici, qui nihil habentes ordinantur, et tempore episcopatus sui agros vel quaecunque predia nomine suo comparant, tanquam rerum dominicarum invasionis crimine teneantur, nisi admoniti in aecclesia ea* [a] *contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid* [b], *vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod velint.*

R. Capitulum corruptum et male truncatum protulisti, sicut illud forsitan in quibusdam excerptis invenisti. Perlege integrum Kartaginense concilium, et invenies illic ita diffinitum [3]: *Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius vel successione cognationis obvenerit, faciant inde quod eorum proposito congruit. Quod si a suo proposito retrorsum exorbitaverint, honore aecclesiastico tanquam reprobi indigni iudicentur.* Hoc autem capitulum cum de his agat qui nihil habentes ordinantur, sintque nihil habentes, quos pauperes fecit aut nativitas aut voluntas, rectius agere intelligitur de his, quos voluntas aut sanctum propositum fecit pauperes, quam de his, quos necessitas vel nativitas posuit inter nihil habentes, nullum tamen propositum nihil habendi habentes: precepit enim, ne de sibi accedentibus rebus aliquid agant contra suum propositum, quod vix aptari potest non habentibus aliquod sanctitatis propositum. Est autem laudabile presbyteri propositum a prudenti viro Prospero his verbis comprehensum [4]: *Sacerdos*, inquit, *cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit a populo dispensanda et fideliter dispensat accepta, qui omnia sua aut* [c] *reliquit aut aecclesiae rebus adiunxit, et se in numero* [illegible] *paupertatis amore constituit, ita ut unde pauperibus subministrat inde ipse* [illegible] *pauper voluntarius vivat.* Huiusmodi ergo presbytero, cum sit in bono proposito, [illegible]

a) demissa *add.* [illegible] b) liberalitate alicuius *add.* [illegible]

1) *Cf. De edificio Dei c.* 50, *supra p.* 165. 2) *Conc. Carthag. III.* 32 [illegible] 3) *Ibid.* 4) *Iul. Iuliani Pomerii de Vita Contempl. II. c.* 11, *Prosperi Opp.* [illegible] 1711 [illegible]

dictum capitulum sane iubet, ne a suo proposito retrorsum exorbitet. Quomodo vero idipsum preceptum penitus irregulari clerico aptari queat, mihi non apparet, quoniam sanctitatis propositum non habet, a quo monendus sit, ne exorbitet. Sed esto permittantur illic et in aliis quibusdam capitulis ministri altaris habere propria; sed nec in eisdem nec aliis autenticis capitulis excusatur presumptio sacrilega, qua contra interdictum papae ac martyris Urbani per matrices aecclesias vita communis impeditur, cui aecclesiasticarum rerum facultas principaliter debetur, ut ab ipsa dispensetur, sive paupertatis amatoribus, sive Lazari similibus, sive hospitibus, sive, ut multum condescendamus, infirmis clericis extra sacros ordines tolerabiliter viventibus et aecclesiae pro modulo suo saltem in psalmodia servientibus.

S. Nonne per hoc videmur excusari, quod nos patres censuerunt posse tolerari, qui in quibusdam conciliis statuerunt legem de propria substantia morientis presbyteri, quo modo videlicet oporteret tam dividi inter episcopum et heredes atque ipsam aecclesiam?

* f. 10. *R. Patres illi, quos commemoras, prudenter fecerunt, morbum temperantes, quem penitus auferre non potuerunt. Hoc et illi adverterunt qui a rebus aecclesiae res episcopi proprias iusserunt haberi distinctas. Quia nimirum accidit morientibus episcopis aut presbyteris aecclesiam vexari ab heredibus, et quod adhuc turpius erat, a presbyterorum dominis carnalibus, cum disceptaretur de propriis eorum rebus. Huic malo precavendo intenderunt qui de substantia propria leges dederunt, quomodo scilicet a rebus aecclesiasticis haberentur distinctae, et quomodo morientibus presbyteris essent dividendae. Pone tibi ante oculos presbyterum, in quo sit sanctum propositum verbis Prosperi supra comprehensum, nunquid eget ista dispensatione vel remedio, quod heredes temperet a sacrilegii vel rapacitatis morbo?

S. Scio perfectis non convenire quae defendo. Sed ego ad hoc tendo, ne ob hoc simus dampnabiles, quod nos altaris ministri habemus proprietates, quas et illi habuerunt, quibus prenotatae leges positae fuerunt, ne videlicet nescirent, qua cautela sua cum rebus aecclesiae habere deberent.

R. Ego principaliter intendo agere de rebus aecclesiae, quae ad quoddam propositum sanctum sunt oblatae atque a patribus destinatae, quas qui inde abstrahit

* f. 10'. sacrilegium committit. Res autem hereditariae vel aliunde acquisitae, quae *nunquam fuerunt in sanctos usus oblatae, absque sacrilegio possunt haberi in proprietate. Sed eas habentibus presbyteris et diaconibus nihil debetur de sanctis aecclesiae rebus. Sua vero, testante Prospero, sine peccato possident, si ea, quae eis ab aecclesia competunt, dispensatori relinquant nihil habentibus conferenda. Quod tamen de his dictum sit, quos votum communis vitae non tangit, quamvis presbyteris et diaconibus etiam extra votum existentibus vix aut nullatenus congruat illa indulgentia sua sine rebus aecclesiae retinendi, quam infirmis concedit auctoritas Prosperi. Hi enim qui altario deserviunt omnino tales debent esse, testante sancto Hilario et sancto Ambrosio et beato Ieronimo [1], quorum dicta studio brevitatis tanquam pluribus nota omitto, ut eorum portio sit in terra viventium, nihilque proprium possideant in hac terra morientium, sed sint liberi a iugo secularium potestatum, quod beato Augustino [2] teste nullus illorum poterit esse, qui dicere habet: meus servus, mea villa, mea substantia, quoniam iure humano, quod potestatibus huius mundi subiacet, possidentur propria; sed iure

Ps. 23, 1. divino Domini est terra et plenitudo eius. Nec dicere quisquam potest ex hoc iure: meus fundus, meus servus. Unde non est liber a laqueis seculi qui a proprietatis possessione non vult liberari digneque repellitur hic talis iuxta rigorem apostolicum

1) *Cf. supra p. 140, n. 2; p. 143, n. 4; p. 146, n. 3.* 2) *In evang. Ioh. tr. VI, § 25, Opp. III, 2, col. 240; cf. Libelli II, p. 645.*

*a ministerio sancti altaris, utpote adhuc secularis et implicitus negotiis mundanis. *f.11 Quod ne de corde meo videar prophetare, Antherius papa et martyr dicit super hoc suum decretale: *Oportet*, inquit[1], *ut qui Deum hereditatem possident absque ullo impedimento seculi Deo serviant, ut dicere possint: Dominus pars hereditatis meae.* Quibus consideratis constat sacri altaris ministris proprietatem illicitam, quamvis in supra dicto Kartaginensi concilio videatur indulgere eam. Et revera sic est. Considerate enim propter duriciam cordis propria patres indulserunt, quae omnino duris illis auferre non potuerunt, sed et leges posuerunt, quibus fieret, ut non omnino licite, sed minus moleste ceteris minusque dampnose illa possiderent.

S. Ego gaudeo utcunque mihi permitti res meas, quia invitus dimitto eas.

R. Esto permittantur tibi tua. Sed cum tu non vivas extra congregationem aut extra sacros ordines, ut illi, quibus in Anglia permisit beatus Gregorius non solum stipendia foris prebenda, sed etiam coniugia, quis tibi permisit aut permittere potuit, ut tu neque apostolice militans neque sic militantibus ministrans accipias aecclesiastica stipendia, tibi graviter interdicta?

S. Ubi, queso, interdicuntur mihi aecclesiastica bona? Ubi solis apostolice viventibus videntur destinata?

R. Lege, ut dixi, decreta Urbani papae et martyris, qui inter cetera dicit[2]: *Ipsae vero res singularum *parrochiarum in ditione episcoporum, qui locum tenent apostolorum,* *f.11 *erant et sunt usque adhuc, et futuris semper debent esse temporibus, ex quibus episcopi et fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipsae enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alios usus, quam in aecclesiasticos, et predictorum fratrum vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium et precia peccatorum, atque ad predictum opus explendum Domino traditae. Si quis autem, quod absit! secus egerit, videat, ne dampnationem Ananiae et Saphirae percipiat et reus sacrilegii efficiatur sicut illi, qui precia predictarum rerum fraudabant.* Et post pauca: *Haec*, inquit, *fratres, valde timenda sunt et cavenda, quia res aecclesiae non quasi propriae, sed ut communes et Domino oblatae, cum summo timore non in alios, quam in prefatos usus sunt fideliter dispensandae, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditae sunt, et, quod peius est, anathema maranatha fiant, etsi non corpore ut Ananias et Saphira fecerunt, qui mortui ciciderunt; anima tamen, quae potior est corpore, mortua et alienata a consortio fidelium cadant et in profundum barathri labantur.* Et paucis interpositis concludit sententiam, dicens[4]: *Ideo si quis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hoc *avellere nitatur, iam dicta* *f.12 *dampnatione feriatur.*

S. Dura sunt quae dicis.

R. Non sunt dura nisi duris.

S. Verum est. Sed bonum esset nos ita duros mollibus provocari, quod et ipse papa Urbanus videtur attendisse, ubi dicit: *Si quis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hoc avellere nitatur, iam dicta dampnatione feriatur.* Fuerunt enim ante nos qui hoc[a] niterentur avellere, videlicet apostolicae vitae plantaria, quos acquiescimus dampnatos, et nos clementer a dampnatione seiunctos, qui hoc non nitimur avellere, quia his iam ante nos evulsis alia plantatio nunc videtur florere, in qua multae sunt probabiles personae, quae, si nunc essent in eorum aecclesiis vita apostolica, non nite

a) hac c.

1) Anter. epist. c. 7. Hinschius p. 155. 2) Urbani I. epist. I. c. 3. Hinschius p. 144. 3) C. 4. 4) C. 6.

rentur pro ea evellenda. Hos, ut credo, per Urbanum papam promulgata maledictio non tangit, quia non sunt ipsi apostolicae vitae avulsores aut aecclesiasticarum rerum primi alienatores, immo nostrae aecclesiae longe post Urbanum papam sic institutae creduntur a suis fundatoribus, ut nunquam destinaverint res earum apostolice viventibus. Huc accedit, quod beatus Ődalricus Augustensis episcopus vir in Christo illustris non legitur hoc exegisse a suis canonicis, ut propriis carerent et apostolice viverent. Invenitur quoque in quibusdam ipsius dictis, quod fragilitati clericorum valde fuerit condescendibilis, et tamen sanctus habetur in aecclesia, licet alienus ab apostolica vita.

*f. 12'. R. Fundamentum aliud nemo *potest ponere preter id quod positum est. In supra dicto enim Urbani decreto invenis, quod episcopi locum tenent apostolorum, unde et constat eos debitores conversationis eorum. Alioquin erunt audituri: 'Amici, quomodo huc intrastis in locum eorum, quorum non estis imitati exemplum?' Sive enim illi fuerint avulsores apostolicae vitae sive iam illa evulsa et alia consuetudine introducta, illi ad episcopatum venerint locumque apostolorum tenuerint, solus Christus erat sequendus
Ioh. 12, 26. et in fundamento habendus. Nam et cum ille dicat: *Qui mihi ministrat, me sequatur,* id est me imitetur, quisquis episcoporum, presbyterorum, diaconorum illi apud sanctum altare ministraverit, si illum quoque in abnegatione suorum et suimet in proprietatis carentia, in communi vita imitatus fuerit, similis est homini edificanti domum, qui fodit in altum et ponit fundamenta supra petram. Qui autem vel in loco apostolorum, ut episcopi, vel in loco LXXII[orum] discipulorum, ut presbyteri, vel in loco VII diaconorum, ut reliqui altaris ministri, apparere presumunt, nolentes vivere in illa vita, in qua illi vixerunt qui absque felle simpliciter illud Christi edictum susceperunt: *Qui mihi*
Matth. 7, 26. *ministrat, me sequatur,* in totis officiis totisque ministeriis, quae agunt similes sunt homini edificanti super arenam, quia non habent in Christo fundatam suae conversationis regulam. Unde satis incongrue dixisti aliam plantationem nunc florere, in qua
*f. 13. non vivitur apostolice, cum hi qui alia, quam *Christus plantavit, plantant vel ab aliis plantata sectantur, rectius fetere, quam florere dicantur. Inter quos personae, quas tu dicis probabiles, quia forte sunt erga pauperes largi[a] et castitatem servantes, tanto amplius a Deo reprobantur, quanto per eas tanquam per columnas muri Babylonis tandem ruituri sustentantur. Qui si darent elemosinam, ut Deus mutaret eorum conversationem pravam et fundamento destitutam daretque illis in fundamento conversationis habere quasi petram apostolicae conversationis regulam, et non defenderent vitam in clero apostolicis institutis contrariam, posset fieri, ut aut ipsi mutarentur et muri Babylonis, quos illi sustentant, ruerent aut, si in hoc desiderio morerentur conversationis fructum, quem voluntas eorum optavit, preventu mortalitatis non perderent. Legimus enim de quibusdam episcopis, qui in semetipsis quidem servaverunt pro posse apostolicam perfectionem, sed cum clero sibi commisso non potuerunt habere vitam communem secundum beati Gregorii ad Augustinum Anglorum episcopum dipositionem, et tamen sancti habentur, quia vitam apostolis contrariam nec ipsi duxisse, quantum in ipsis fuit, nec in aliis defendisse leguntur: quin potius ad eam in clero disponendam toto affectu aspirasse creduntur, licet quidam perverse ac mendose imponant sancto Ődalrico, quod ad papam Nycolaum scripserit pro defendendis et tolerandis
*f. 13'. presbyterorum et reliquorum ministrorum Dei *coniugiis, ne continentia esset occasio fornicationis[1]. Quod falsissimum inde convincitur, quod tempore suo nullus apostolicae sedi prefuit, cui Nicolaus nomen fuerit[2]. Huic ergo viro sancto consimiles, in se sancte viventes et aliorum inordinatam vitam non tuentes, immo pro posse saltem apostolicis

a) large c.

1) *Dicta Pseudo-Udalrici epist. de continencia clericorum. Lib. I, p. 254 sqq.* 2) *Rectissime!*

exemplis destruentes vocari possunt florentes, utpote desiderium floridum habentes ab inordinate viventibus dissolvi et cum Christo esse in apostolica [illegible], quod sanctum Odalricum legimus desiderasse, qui dimisso episcopatu [illegible] inter monachos vitam apostolicam[1], quia tunc temporis in clero vix potuit invenire [illegible]. Sed iam contracta sponsalia, de quibus apostolus dicit: *Alligatus es* [illegible] *tionem*, compulerunt illum adherere uxori, quantumlibet lippis oculis existenti. At isti, quos tu dicis nunc inter inordinate viventes florere, concupiscunt ipsis inordinate viventibus adherere, non sicut sanctus Odalricus aut sanctus Wolfcangus vel aliquislibet[a] sanctus, cui noctu Lia supponebatur, et ut altius repetam, non sicut Iacob, qui Liam tenens in Rachelis amore amplius afficiebatur, sed sicut Ruben, qui, cum esset primogenitus et nobilis, tamen primogenita et nobilitatem suam per hoc polluit, quod [illegible] liber ancillae adherens patris lectum polluit.

S. Nescio quorsum tendat ista tua digressio. Nam ego defendi bene viventes in pravorum consortio, et tu eos maculatos ostendere niteris nescio cuius ancillae contubernio.

R. Vere sic est. Nam apostolica vita est illa libera, pro qua Christo [illegible] genda forma servi est ab illo accepta. Haec in contemplativis et ociosis pulchra, in negociosis lippa Deo filios genuit, quia haec est, quae totum mundum convertit. Sed ubi haec in clero defecit, in quo amplius, quam in monachis fecunda fuit, subintroivit velut ancillaris vita, in qua legitime baptizantibus et predicantibus multis nati sunt etiam boni filii ad hereditatem asscripti, sed ipsa tamen velut ancilla respuitur, et omnis, qui libenter illi adherens illius consortio polluitur, presertim in tali aecclesia, quae thoro Dei est assimilata, immo thorus sive lectus Dei est appellata, ut est episcopalis vel baptismalis aecclesia, in qua generatio Deum, non sua querentium est gignenda et nutrienda. Hoc est enim, quod maxime Iacob in filio suo Ruben punivit, quod in lectulo suo cum Bala dormivit. Dixit namque inter cetera sanctus patriarcha: *Ruben, tu principium doloris mei, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti* [illegible] *cubile patris tui et maculasti stratum eius.* Ecce non tam culpat factum turpe, quam quod in loco accidit, in quo id minime decuit accidisse. Igitur et vos, qui quasi dormitis cum ancilla, quibus non est pars neque sors cum libera, querite vobis aecclesias, immo synagogas, in quibus nec baptizari nec predicari conveniat, ne super vos illa Dei maledictio veniat, quae in Ruben vestri similes dampnat. *Haec* enim *omnia*, [illegible] testante apostolo, *in figura contingebant, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt.* Querite vos prelatos preter episcopos. Nam cum hi, affirmante Urbano papa, teneant locum apostolorum debeantque imitari exempla ipsorum, non possunt vobis concordare, nisi una vobiscum velint apostatare.

S. Quomodo sequestras nos a matricibus aecclesiis, cum supra beatum Gregorium hoc indulsisse dixeris, ut in Anglorum, utique baptismali, immo et aecclesia episcopali, tales tolerarentur, et de rebus aecclesiae stipendiarentur?

R. Nonne cum hoc attendebas, pariter et hoc debebas advertere, quod in eadem aecclesia neminem, nisi apostolica et communi vita viventem consensit altari ministrare vel baptizare vel predicare? Ne videlicet in thoro Dei patris cubaret ancillaris, et prava vita ipsos Dei ministros corruptura, si non eos foris arceret apostolica regula? Querite igitur, ut dixi, vos alias aecclesias preter Deum fabricatas, querite alios redditus aecclesiarum, quia non solum illas, quas tunc possederunt, sed quas extunc possessurae fuerunt et sunt habiturae futuris temporibus aecclesiae matrices fidelium oblationes, interdixit sub interminatione anathematis decretalis illa sententia prefati Urbani

a) aliquislibet [illegible]

1) Gerhardi [illegible] Oudalrici [illegible] 23, SS. IV, p. 408 [illegible] 30 [illegible] 40 [illegible]

papae ac martyris, quam sanguine scriptoris, velut morte testatoris roboratam delere *f. 15. non *potestis. Si autem id quosdam vestrum consolatur, quod continentes estis, quod elemosinas datis, discutite, utrum ob id contineatis et elemosinas detis, ut, cum sitis altaris ministri et de bonis aecclesiae sustentemini, ab illa dissoluta conversatione, in qua estis, liberemini et in apostolica vita confirmemini, cui soli debetur altaris ministerium et aecclesiasticum stipendium? Nam quod inde percipiunt exterius coniugati et a ministerio altaris et voto vitae communis liberi, sicque accipiunt ab apostolice viventibus liberae, si secundum doctrinam sancti Gregorii sub eis agnoscuntur Deo servire, sicut illud accipiunt aecclesiarum servi, qui si ab aliis quam apostolice viventibus illud acciperent, illisque ipsi subservirent viventibus dissolute, ipsa sua stipendia cottidiana illorum servituti debita non acciperent satis tute, si tamen ullo modo possent et nollent male agentibus contradicere suaque servitute illos destituere. At vos, omnes pusilli cum maioribus, altaris ministri cum iunioribus, ut ea quae in occulto fiunt, quae et turpe est dicere, taceam, tantam habetis in defensione illius vitae vestrae concordiam, ut ego pro vobis timere cogar, ne adap- Iob 41, 6. tanda vobis sit illa Dei sententia, qua loquens ad beatum Iob describit squamas Leviathan quasi scuta fusilia, invicem se prementia et ita compacta, ut ne spiraculum *f. 15'. quidem *incedat per illa. Unde si vos, qui sanctiores in illa vita falsa et vera morte videmini, ad hoc ieiunatis, ad hoc elemosinas datis, ad hoc psallitis, ut non de illa vita liberemini, sed ut in illa salvemini, iudicem nitimini corrumpere, ut parcat non homini, sed hominis culpae, quod penitus est inpossibile, et tamen etiam pro hoc habet vos dampnare, quia, licet frustra, voluistis eum corrumpere.

S. Dure nos tetigisti, cum nos quasi squamas corpori Leviathan assignasti.

R. Vere ut de vobis taceam, quorum non intueor conscientiam, valde me liberet contra illum Leviathan durissima et acutissima iacula dictis et scriptis mittere, nisi Iob 41, 19. quod, testante Domino ad beatum Iob, in stipulam versi sunt ei lapide fundae.

S. Qui lapides? Et cuius fundae?

R. Nonne iam ostendi vestram illam vitam sub anathemate in aecclesiis matricibus prohibitam? Quid est autem anathema maranatha, quod intorquet Urbanus martyr in prenominata sententia, nisi lapis durus in funda, qua tandem, cum Dominus venerit, sternetur altitudo, se nunc erigens adversum scientiam Christi? Sed hanc 1. Reg. 17, 42. fundam cum Goliath Philistheo nunc multi derident, qui temere committere audent non solum quae in prefata Urbani sententia, sed et alias inveniuntur sub anathemate Apoc. 13, 14. prohibita, quibus adaptari potest, quod in apocalipsi dicitur de bestia, quae habet *f. 16. *plagam gladii et vivit.* Qui enim sibi imprecatum anathema *contempnit, ipse habet plagam gladii, et suo iudicio vivit, quia eam, quasi nulla sit, contempnit. De huiusmodi timendum est, ne pertineant ad corpus illius bestiae, cuius plaga mortis dicitur curata esse, cum non vere, sed falso dicatur curata.

S. Ego tibi consensi de primis avulsoribus illius vitae secundum tenorem sententiae ab Urbano datae, quod illi periclitati fuerint sub anathemate; et tu nos omnes eorum sequaces vis notare?

R. Si parum videtur dixisse primus, Urbanus secundus papa in suis decretalibus[1]: *Quicunque,* ait, *res aecclesiasticas non ad hoc, quod institutae sunt, sed ad propria lucra munere linguae vel indebiti obsequii vel pecunia largitur, vel adipiscitur, symoniacus est: cum principalis intentio Symonis fuerit sola pecuniae avaricia, id est idola-* cf. Eph. 5, 5. *tria, ut ait apostolus,* et avaricia, quae est idolorum servitus. Itaque consonant sibi antiquus et novus Urbanus, dum ille ad communem vitam affirmat res aecclesiasticas

1 *Epist. ad Lucium, Mansi XX. col.* 661; J. 5743.

institutas, iste vero symoniacum et idolatram esse ostendat quemlibet ea ad propria lucra vertentem vel munere linguae, quod est in ipsa officiorum temeraria presumptione vel munere obsequii indebiti, quod fit in executione ministerii ab alterius professionis hominibus exhibendi; vel pecuniae, quae symoniae species omnibus est nota.

S. Mirum est quod conaris astruere, ut qui res aecclesiasticas ab his, ad quae sunt instituta sunt, alienant speciebus munerum presignatorum, *incidant idolatriae vel symoniae contagium. Attamen nos non fuimus primi alienatores, quod forsitan reddit nos ab hac sententia immunes.

R. Non ego, sed Lucius papa et martyr tibi respondeat, qui de raptoribus, fraudulatoribus, alienatoribus rerum aecclesiasticarum eorumque consensoribus inter cetera sic intonat cap. VII[um].[1]: *Qui Christi pecunias et aecclesiae aufert, fraudat et rapit, homicida in conspectu iusti iudicis esse deputabitur*[2]. *Unde et Iudas, qui pecuniam fraudavit, quae usibus aecclesiae, id est pauperibus, quos*[a] *aecclesia pascere debet, distribuebatur iussu Salvatoris, cuius vicem tenent episcopi, non solum fur, sed fur et sacrilegus effectus est*[2]. *Haec fieri prophetae, haec apostoli et successores eorum, et omnium catholicorum patrum vetant decreta, et tales presumptiones sacrilegia esse diiudicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales presumptores, et aecclesiae raptores, atque suarum facultatum alienatores a liminibus sanctae matris aecclesiae anathematizatos apostolica auctoritate pellimus, et dampnamus, atque sacrilegos esse iudicamus; sed et omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei iudicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim pena*[b] *et agentes et*[c] *consentientes comprehendit.* Ecce, frater, qui de hoc tibi applaudebas, quia res aecclesiae tu non primus ab usu apostolicae vitae alienaveras, quas huic sanctae vitae affirmat martyr et papa Urbanus mancipatas, non audisti compontificem et commilitonem *eius, papam et martyrem Lucium, quomodo consentientes cum agentibus involutos ostendit in idem iudicium. *c. 17.

S. Nos res aecclesiae, licet apostolicae vitae abalienatas, aecclesiae tamen non abalienamus, quia eidem aecclesiae, cuius res illae sunt, quas habemus, utcunque militamus, et ideo anathema Lucii papae contra raptores, fraudatores et alienatores presignatos dictatum, ut spero, evademus.

R. Et Iudas utcunque militavit, quem tamen idem Lucius in premisso capitulo furem sacrilegum iudicavit, quia videlicet pecuniam iussu Salvatoris pauperibus distribuendam in alios usus detorsit. Sic et vos, licet aecclesiae utcunque militetis, quia non habentibus debita vos habentes consumitis, eandem sententiam incurritis.

S. Quam multi sic inter nos egent, ut eis minime sufficiat quod ab aecclesia, cui serviunt, habent. Nunquidnam et illi sub anathemate prenotato iacent?

R. Si non optineant ea per obsequium, indebite impensum, ut superius habes distinctum, possunt vivere de rebus aecclesiarum, non quia sunt clerici sic viventes, sed quia sunt pauperes.

S. Nunquam preter nunc audivi astrui, ut qui faciunt aliquid sub anathemate prohibitum continuo subiaceant anathemati. Credo quidem eos anathema meruisse, sed nisi nominati fuerint ab episcopis ordine iudiciali, non puto eos anathematis gladio sauciari.

R. Hoc est, quod supra conquerebar, quia lapides fundae versi sunt in stipulam, *dum verbum penetrabilius omni gladio ancipiti creditur per hoc infirmari, si moderni taceant episcopi, clamantibus his qui nunc sunt in presentia Christi. *c. 17v.

a quas [illegible] b [illegible]

1 *Epist. Lucii c. 7. Hinschius p. 178.* 2 *Quaedam omisse*

S. Certam debes ostendere auctoritatem de hac re, si me vis acquiescere.

R. Recordare veteris hystoriae, quomodo scilicet Iericho destructa sub Iosue duce Ios. 7, 24. Acham, filius Charmi, presumpsit de anathemate, nec tamen Iosue compulsus est sententiam anathematis iterare, sed anathema iam contractum vindicare, dicente ad eum ib. 11. 12. Domino: *Peccavit Israel et prevaricatus est pactum meum, nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Non ero vobiscum ultra, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est.* Ecce qui sub anathemate prohibita usurpavit, auctoritate divina non denuo post factum anathematizandus, sed in ipso facto anathematizatus publicatur et, iubente Iosue, ab omni populo lapidatur.

Matth. 13, 52. S. *Omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini qui profert de thesauro suo nova et vetera.* Protulisti vetera; profer, si habes, aliquid a novi testamenti patribus super hac sententia.

R. Fiat: Gregorius primus in epistola ad Theotistam patriciam dicit inter cetera[1]: *Si qui vero sunt qui dicunt, quod compulsus quispiam necessitate, si contra*[a] *ea quae sub anathemate prohibita sunt presumpserit, anathematis vinculo non tenetur, ipsi sibi testes sunt, quia christiani non sunt, quia ligamenta aecclesiae vanis se estimant conati-* *f. 18. *bus *solvere ac per hoc nec absolutionem sanctae aecclesiae, quam prestat fidelibus, veram putant, si ligaturas eius valere non estimant*[b]. *Contra quos diutius disputandum non est, quia per omnia despiciendi et anathematizandi sunt: et*[c] *unde fallere veritatem se credunt, inde in peccatis suis veraciter ligantur. Si qui sunt igitur qui sub nomine christiano hoc*[d] *aut predicare audent, aut tacita*[e] *apud semetipsos tenent, procul*[f] *dubio eos anathematizamus ego*[2] *et omnes catholici episcopi atque universa aecclesia, quia veritati contraria sentiunt et contraria locuntur.*

S. Secundum haec dicta videris modernos episcopos destituere iudiciali potestate, si sunt iam iudicati et anathematizati, quos anathematizant patres antiqui.

cf. 1. Tim. 5, 24. R. Apostolo testante, quorundam hominum facta manifesta sunt precedentia ad iudicium, quorundam et subsecuntur. Illa ergo, quae manifestum nihilominus iudicium exigunt, debent a pontificibus iudicari, quia iudicium precedunt, in hoc scilicet, quod nondum iudicata, sed adhuc iudicanda sunt. Quae autem et manifesta sunt et subsecuntur, iudicium iam antehac regulariter factum et promulgatum, sive a modernis pontificibus dampnentur sive dissimulentur, inter iam iudicatos censentur.

S. Da exemplum eorum quae dicis.

R. Fiat. In paradyso Eva virum corrupit male suadendo et vir peccavit lignum *f. 18'. vetitum comedendo. In *his duabus culpis altera precessit, altera subsecuta est iudi- Gen. 3, 5. cium. Nam comestio ligni vetiti predampnata erat, Domino dicente: *Quacunque die comederitis, morte moriemini.* Seductio vero mulieris male suadentis non ante factum, sed post factum iudicata est et punita, per hoc scilicet, quod multiplicatae sunt eius ib. 16. erumnae et conceptus, et quod audivit: *In dolore paries filios.* Culpa igitur interdictae comestionis sub gravi anathemate, id est, sub gravi morte animae prohibita, in ipso facto est punita; nam amborum animae in peccato erant mortuae, quam cito presumpserunt fructum arboris cum interminatione mortis interdictae. Nec Deus iustus iudex curavit hanc dampnationem de morte animarum iterare, sed alias culpas, videlicet culpam seducentis, et culpam seducenti obedientis plus quam voci Dei, percussit sententia iudiciali, dum et mulieri pro gloria erumnas et viro pro suavi fructu depu-

a) *pro verbis* contra – presumpserit *ap. Greg.:* anathematizaverit. b) existimant *Gr.* c) ut *Gr.* d) haec quae prediximus errorum capitula aut etc. *Gr.* e) taciti *Gr.* f) hos pr. d. anathematizavimus et anathematizamus *Gr.*

1) *Epist. XI, 27. EE. II. p. 296.* 2) *Quae sequuntur leguntur p. 294.*

tavit spinas. Idem vero serpens, qui tunc dixit: *Nequaquam morte [illegible]*, cum Deus dixisset: *Morte moriemini*, plane idem serpens antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas, nunc seducere nititur universum mundum, suadens hominibus carnalibus ut contempnant iam factam de quibusdam criminibus dampnationem. [illegible] facta non precedentia, sed subsequentia iudicium, illi securi sunt, nisi denuo fiat iudicium dampneturque id quod agnoscitur dampnatum et anathematizatum, [illegible] aliqua sententia mitiori penae adiudicatum.

S. Quod nunc dicis, non intelligo de mitioris penae modo, nisi exemplum [illegible] nectas, quo id lucidum facias.

R. Fiat quod postulas, licet ignorem utrum fideliter an infideliter ista [illegible]. Nam et antehac similia sunt a me quesita cum multa malevolentia, ut videlicet in [illegible] mone caperer et a iuste dampnatis ego iniuste dampnarer. Dicam tamen, quod et antea dixi. Alexander papa II. in aecclesia Constantiniana C et amplius episcoporum synodum celebrans inter cetera dixit[1]: *Precipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit indubitanter concubinam habere vel subintroductam mulierem; nam dudum huiusmodi presbyterum sive diaconum sancta synodus officio privavit.* Hac auctoritate munitus cum diceret quidam canonicus, de hac re interrogatus, quod manifeste incontinentes clerici non adhuc privandi officio, sed iam essent privati: talium defensores, nescio an ipsi fuerint tales, scilicet incontinentes, frenduerunt super eum dentibus suis, dicentes eum annumerandum ereticis, qui auferret potestatem episcopis. At ille postquam non tolerari senserat mitiorem illum dampnationis modum, quo interdicitur officium, adiecit maiorem, quo VII^us Gregorius, vere septiformi Spiritu plenus, interdixit eis etiam aecclesiae introitum dicens[2]: '*Si qui sunt presbyteri vel diaconi* f. 19'.
vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex Dei parte omnipotentis et sancti Petri auctoritate aecclesiae introitum, usque dum peniteant et emendent. Si qui vero in peccato suo perseverare maluerint, nullus vestrum eorum presumat [illegible] pere officium, quia benedictio eorum convertitur in maledictionem, et oratio in peccatum, Domino testante per prophetam: 'Maledicam', inquit, 'benedictionibus vestris'. Qui [illegible] huic saluberrimo precepto obedire noluerit, idolatriae peccatum incurrit, Samuele [illegible] beato Gregorio instruente. Peccatum ariolandi est non obedire, et scelus idolatriae nolle acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis, dum christianum [illegible], sedi apostolicae obedire contempnit.

S. Quo tendis per haec omnia?

R. Nimirum per ea quae dixi expeditur interrogatio tua de minori modo dampnationis, quem ostendere non potui sine collatione maioris. Fornicantes enim altaris ministri, sed postquam fornicati fuerint, officia non presumpserint, erunt in minori dampnatione, videlicet in officiorum tantummodo privatione. At si contra interdictum sedis apostolicae presumunt, peccatum paganitatis incurrunt, et ipsi, et qui scienter eorum interdicta, immo et excommunicata officia audiunt.

S. Et haec est novitas inaudita, qua officia eorum dicis excommunicata. Ubi, queso, est haec excommunicatio facta, vel ubi saltem sub excommunicatione [illegible] dicta?

R. Interroga papam Alexandrum et papam Nicolaum, quorum pene sententia est eadem habens hunc tenorem: *Nullus*, inquiunt[3], *audiat missam presbyteri, [illegible] indubitanter concubinam habere aut subintroductam mulierem. Unde [illegible]*

1) *C. 3, sed tantum usque* mulierem *ap. Mansi XIX.* [illegible] 1025 [illegible] 1063. 2) [illegible] *a.* 1079; *Jaffé II. p.* 554. 3) *Concil. Rom.* [illegible] 1059 [illegible] 3 [illegible] *I.* [illegible] 587 [illegible] *Rom. a.* 1063. [illegible] 3. *Mansi XIX.* [illegible] 1025

hoc capitulum[a] *statuit sub excommunicatione dicens: 'Quicunque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, post constitutum beatae memoriae predecessoris nostri sanctissimi papae Leonis de castitate clericorum,* et cetera. Ecce hi duo Romani pontifices testantur sub excommunicatione statutum, ut incontinentes non celebrent interdictum sibi officium. Quere tu ab eis de ista excommunicatione; mihi sufficit illud a papa Gregorio supradictum, ubi officiis eorum ostendit fieri paganum.

S. Quid dicis ad illa Nicolai papae decreta, quae ad consulta Bulgarorum data continent haec inter cetera[1]: *De presbyteris vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de vita eorum quicquam investigandum, sed episcoporum iudicio, quicquid illud est, reservandum.* Et post aliqua[2]: *Sumite,* inquit, *ab omni sacerdote intrepide Christi mysteria, quoniam omnia in fide purgantur.* Haec dixit papa Nycolaus sciscitantibus, ut ipsa responsa ostendunt, non solum de presbyteris fornicantibus, sed etiam adulterantibus, ostendens eorum *audienda officia, quoad usque ab episcopis eorum detur in eos iusta sententia. *f. 20'.

R. Scio, frater, ista capitula inveniri, sed a catholicis non video illis obediri.

S. Modo illis catholici non obediunt, sed antehac obedierunt.

R. Certe, frater, neque modo neque antehac fornicantes et adulterantes accepti fuerunt sanae mentis hominibus, et etiam tunc reprobabiles, cum nondum a VII. Gregorio fuerunt eliminati. Unde licitum est opinari, si a iuniore Nicolao data est haec iussio de audiendo fornicantium officio, quasi mitius, ut se corrigerent, primitus cum eis agendo. Postquam extiterunt incorrigibiles, ipsemet se correxit, quando in synodo eisdem officia interdixit. Ideo iuxta regulas canonum potiori auctoritati est acquiescendum vel hoc sentiendum, quod in ipsa synodo factum est episcoporum iudicium, post quod non est ulterius audiendum illorum interdictum officium. Si autem a priore Nycolao data est illa iussio, recte correcta est a successoribus, quia repugnans erat sancitis potioribus. Unde pluribus magis quam uni obediens, et inter cetera VIIum Gregorium, quasi tubam audiens, ego de missis eorum magis non curo, quam si cantarentur a pagano.

S. Cave, ne sacramentis facias iniuriam, quae, licet eretico celebrante, non amittunt vim suam. At isti necdum sunt addicti eretici, quamvis Nicolao eresiarchae in facto sint propinqui.

*f. 21. R. Unum restat probandum, scilicet quod ereticorum ea *sacramenta extra aecclesiam celebrata, licet quantum ad formam sacramentalem sint integra, sicut integra est aliquando manus amputata, tamen a virtute sancti Spiritus ita sunt vacua, sicut ab humano sensu et spiritu manus amputata. Et quod illis aliquando iniustum est nomen eresis tam Nicolaitis, quam symoniacis, qui, in erroris sui secta indurati, synodalibus sanctorum patrum diffinitionibus et decretalibus eorum statutis scienter inobedientes, apostatarumque pertinatia eis recalcitrantes studio et voluntate refragantur. Hoc autem ita diligenter determino, ne quis me credat eresim assignare sic lapso, ut ipse ante lapsum, et post in continentiae proposito fuerit; sicut Petrus et ante et post negationis lapsum fuit in proposito nunquam negandi Christum, et ideo Petrum dicimus lapsum, similiterque lapsis non claudimus recuperandae salutis facilem aditum. Iudas autem, qui quesivit oportunitatem, ut Iesum traderet, non dicitur lapsus, quia non habuit propositum mentis, ut peccatum caveret, immo, ut dixi, quesivit oportunitatem ut hoc faceret. Ideo non convenit his reparatio Petri, qui ante et post forni-

a) a capite c.

1) *Responsa ad cons. Bulgar.* c. 70. *Mansi XV, col.* 425. 2) *Ibid.* c. 71.

cationem sunt extra propositum sancte et caste vivendi [illegible] loci [illegible] oportunitatem, ut exercere valeant suam iniquitatem. Ad hoc nimirum diligunt et proprias mansiones et abhominantur claustrales, quia in domibus privatis est oportunitas affectatae iniquitatis. De talibus in synodo beatae recordationis Paschalis papae non dubitavit Bruno Segnensis episcopus inter cetera dicere[1]: 'Nos clerici et monachi primitivae aecclesiae normam tenentes, Christum et apostolos ac sanctos patres sequimur, et omnes symoniacos cum illis perpetuo anathemate dampnamus. Imitamur plenum Spiritu sancto Stephanum, et impium Nicolaum cum universis sequacibus suis excommunicamus, ne illorum errori tacendo consensisse in adventu iudicis arguamur'. Ecce iste catholicus pontifex Nicolaum cum suis sequacibus, clericis videlicet fornicandi oportunitatem querentibus vel diligentibus dure notavit, et tam istos quam symoniacos dampnandos asseruit, nullusque in tanta synodo quasi nimis austeram illius sententiam repudiavit.

S. Licet iste bonus homo Nicolai sequaces cum Symonis magi sequacibus pari sententia tetigerit, non tamen eos ereticos Nicolaitas dixit. Unde si vis mihi satisfacere, debes aliquem illo auctorabiliorem inducere, qui de his agens tetigerit eresim Nicolaitarum, vel eresis aperto nomine. Alioquin tu culpaberis hoc istis primum imposuisse nimis iniuste, cum non doceant vel defendant cum Nicolao, clericis aut sibi debere conubia esse communia.

R. Fiat quod postulas, quia tu nimis importune instas. Audi ergo quid dicat papa Nicolaus[2]: '*Nicolaus papa omnibus Christi fidelibus. Anno dominicae incarnationis MLVIIII, pontificatus nostri primo, indictione XII, in urbe Romana in aecclesia Salvatoris, quae Constantiana dicitur, sanctam synodum cum sanctis patribus, videlicet CXIII*^cim^ *episcopis, exceptis abbatibus, clericis et laicis, de statu sanctae aecclesiae ad communem utilitatem, Deo propicio, canonice celebravimus. Inter cetera de Nicolaitarum eresi, id est, coniugatis presbyteris, diaconibus, omnibus in clero constitutis, ab eodem concilio statutum et corroboratum est ita: 'Quicunque sacerdos, diaconus, subdiaconus*', et cetera. Sufficiat hic de dictis Nicolai papae tantum id posuisse, in quo invenitur, ut audisti, eresim Nicolaitarum eisdem, quibus et nos, attitulasse.

S. Ille de coniugatis presbyteris tantum loquitur, ubi hoc nomen tangit, ita dicens: 'De eresi Nicolaitarum, id est de coniugatis presbyteris'. Unde videtur concubinatus clericorum illic non tangi.

R. Cogis me totum capitulum ponere, quod brevitati studens volebam omittere: *Quicunque*, inquit, *sacerdos, diaconus, subdiaconus, post institutum beatae memoriae predecessoris mei, sanctissimi papae Leonis, de castitate clericorum concubinam palam duxit vel ductam non reliquit, ex parte omnipotentis Dei et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli precipimus et omnino contradicimus, ut missam non cantet nec euangelium pronunciet, nec epistolam ad missam legat, nec in presbyterio ad divina officia cum his qui prefatae institutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab aecclesia recipiat, quousque a nobis sententia super huiusmodi, Deo auctore, procedat.* Atque ut agnoscas non solum incontinentiae scelus ab ipso papa Nicolao desectum, cuius etiam conabatur obstruere aditum, audi sequentia vitam apostolicam indicentia: *et precipientes*, inquit, *statuimus, ut hi predictorum ordinum, qui eiusdem predecessoris nostri statutis [illegible] obedientes haec servaverint iuxta aecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul maneant, manducent et dormiant.*

1) *Ex Gerhoho apud Mansi XXI. col.* 152, *qui hunc* [illegible] *Lateran. IV. a.* 1116. *Mart. celebratam refert.* 2) [illegible] 1059. *Constit. imper. I. p.* 548. 549.

S. Nonne possunt simul manere, manducare et dormire, et tamen proprias domus, proprias pecunias habere salva ista preceptione?

R. Si hoc papa voluisset, non addidisset preceptum simul manendi, manducandi, dormiendi, *sicut oportet religiosos clericos.* Alienum quippe est a religione duobus dominis ita servire, ut et in claustro clericus procuretur, et pecunia vel pecuniola de cf. Luc. 16, 9. mammona iniquitatis domi servetur. Sed redeundum est ad nomen Nicolaitarum, quod, sicut in amatoribus coniugum, ita quoque in amatoribus concubinarum altaris ministris demonstrat sententia Romani pontificis.

S. Quod, si neque concubinas neque uxores habent, et tamen se non continent? Nunquid et hoc modo ad sortem *Nicolai fornicatoris attinent, qui uxorem dicitur amasse et hoc dogmatizasse, quod apostolice viventibus uxores, ut cetera, deberent communia esse?

R. Diligenter nota quos ego supra exceperim, ubi alios cum Petro lapsos, alios cum Iuda perditos ex utrorumque studio ac proposito distinxi. Simulque et illud considera, quod hi qui cum Petro contra suum studium ex incidenti et non quesita occasione peccant, amaris fletibus culpas expiant, et illi vitae se associant, in qua et Petrum paenitentem salvatum esse sciunt, relicta non apostolice viventium secta, in qua nec aliquem continentem salvatum esse certis documentis probare poterunt. Quod enim lapsi clerici debeant in regularibus claustris expiari et ad propria ulterius non reverti, testantur dicta sancti Gregorii, Petro subdiacono haec inter cetera mandantis[1]: *De lapsis sacerdotibus vel quolibet ex clero observare te volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatione miscearis, sed pauperrima regularia monasteria require, quae secundum Deum vivere sciant et in eisdem monasteriis lapsos trade, et res eorum lapsorum in eo loco proficiant, in quo agere penitentiam traduntur.* Qui ergo sic penitent, ut iuxta beati Gregorii mandatum se suasque res monasteriis apostolice viventium tradi acquiescant, istis cum Petro penitentibus magnus patet misericordiae aditus. Quotquot vero *istis exceptis presumunt ministrare sive coniugati, sive concubinati, sive vaga stuprandi consuetudine fedati, accedunt ad sortem Nicolai, quibus etiam a VII. Gregorio, ut supra ostendi, ademptus est introitus aecclesiae usque ad dignam penitentiam, quam habes a sancto Gregorio supra dictam. De aliis etiam non agimus, nisi quos eliminat sanctus Gregorius, quorum penitentiam dignam Petro subdiacono scribens determinat eiusdem nominis, ut dixi, Gregorius primus.

S. Ea quae dicis possent constare, si vel unum sanae mentis hominem nostri temporis posses ostendere, qui Nicolaitarum eresim, quam Nicolaus papa manifeste uxoratis et concubinatis assignat, his quoque attribuat, quorum talis est vita, ut nemo, qui eos novit, sinatur dubitare de illorum vaga luxuria; nec tamen est eis uxor aut concubina, quas ideo non habent, quia eas specialiter et populus notat, et Nicolaus papa nominat, ubi eresim Nicolaitarum pene solus et fortasse inproprie de talibus promulgat.

R. Unum sanae mentis hominem nostri temporis tibi ostendo, qui scripto affirmavit quod et ego. Qui scilicet homo catholicus optime concordat papae Nicolao, immo diffiniens illam eresim supplet ea quae de vagis vagarum feminarum constupratoribus videntur ab aliis remansisse intacta.

S. Quis est iste?

R. Rŏdbertus abbas Tutiensis, homo sanctae recordationis, inter sanctae scripturae tractatores valde *illustris. Qui exponens Apocalipsin rogatu venerabilis viri Chŏnonis, tunc Sigbergensis abbatis, nunc Ratisponensis episcopi[2], ubi ventum est ad

1) *Epist. I,* 42. *ad Petrum subdiac. Siciliae, EE. I, p.* 67. 2) 1126—1132, *Mai.* 19.

eum locum pertractandum, quo angelo Pergami aecclesiae [illegible] apud se tenentes doctrinam Nycolaitarum, dicit inter cetera[1] *[illegible] filias Madian ludentes et composito gradu incedentes ad [illegible] nimirum totiens fit, quotiens [illegible] standum viriliter [illegible] sub Christi nomine videri appetunt spectabiles. [illegible] Nicolaitarum? Nicolaum quippe ferunt [illegible] respondisse, ut, quicunque vellet, eam acciperet uxorem, et ob hoc infid[illegible] [illegible] vicinum est, quod isti legitimam non valentes habere coniugem [illegible] interdictum, ut sint sancti et mundentur, quia portant vasa Domini, nihilomin[illegible] nentes sunt, immo in deterius proruunt, mutantes connubia, quotiens volunt, et qui nullum habent thorum licitum, dum sic evagantur, nullum se confidunt rupisse coniugii vinculum! Ait ergo: 'Sed habeo adversus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam'. Continuo subiungit: ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Ergo fornicat[illegible] quas Nicolaus induxisse fertur contra puritatem aecclesiasticam, appellat doctrinam Balaam, et hoc esse confirmat scandalum aecclesiae Dei: 'edere et fornicari'.* Nunc hoc Redemptore aperto dicente, immo Spiritu sancto in Apocalipsi diffiniente, doctrinam esse Nicolaitarum 'edere et fornicari', rectissime predicatur servandum quod a Romanis quoque pontificibus est roboratum, scilicet, ut edentes interdicta sibi multotiens aecclesiae stipendia, solis continentibus debita, cum ipsi sint voluptatum amatores, magis quam Dei, caveantur sicut homines veritati rebelles in illa Nicolaitarum doctrina, id est in illo scandalo iacentes, quod Spiritus loquens aecclesiis diffinit esse in edendo et fornicando? Nam si aut fornicari desinerent recteque peniterent, aut aecclesiastica stipendia non ederent, in illa Nicolaitarum doctrina non essent, quae est: 'edere et fornicari'.

S. Vere si hoc ipsum 'edere et fornicari' defenderent, si pro iusticia illud haberent et habendum suaderent, atque id pertinaciter facerent, sine dubio eretici essent. Nunc autem, quia non defendunt scandalum illud pro iusticia, non est eis proprie Nicolaitarum heresis attributa. Nam secundum quod eresis est a patribus diffinita, non factum pravum, sed sententia prava pertinaciter defensa facit ereticum[2], quod confirmari potest multis documentis patrum.

R. Vere sic tenetur de cunctis eresibus, exceptis duabus, Nicolaitarum scilicet et symoniacorum. De Nicolaitis enim Spiritus loquens aecclesiis in Apocalipsi, culpavit solum edere et fornicari. Petrus autem dampnando Symonem, culpavit pravam illius voluntatem et estimationem dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri.* Ecce non culpatur hic erroris defensio, sed ipsa factum precedens existimatio, et voluntas peccandi, quam idem beatus Petrus vocavit fellem amaritudinis, dicens: *In felle amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Similiter ubi culpatur illorum edere et fornicari, qui erant in doctrina fornicatoris Nicolai, tacetur facti defensio, et agitur de solo pravitatis facto. Et recte nimirum, quia sive, ut quidam volunt, idolotita[a] comederent, et fornicarentur, sive Deo sanctificata, et in usus continentium destinata fornicantes ederent, quae et Nicolaus fornicans edebat, quorum quoque dispensator unus inter VII diaconos erat; cum illo sunt alligandi in uno fasciculo ad comburendum, si non fuerit eis penitentiae remedio regulariter subventum.

a) idolotica c.

1) *In Apocalypsin* c. 2. *Opp. II.* *Moguntiae* 1631, p. 490. 2) *Cf.* [illegible] *Leonem epist.*, *L.* [illegible] *II.* p. 656.

S. Si, ut tu asseris, Nicolaitae et symoniaci, quorum non est numerus, cuncti *f. 25'. sunt eretici, cur non ab antiquis Romanae sedis *pontificibus sunt omnino et prorsus excommunicati, ut Arriani et Sabelliani?

R. Sola multitudo talium cogebat expectari universale illud ventilabrum. Sed cum ipsi propter multitudinis cavendam ruinam sint iam diu tolerati, nec in salutatione vel convictu interdicti, symoniacorum tamen sacramenta etiam ab antiquis patribus leguntur exsufflata[1]. Iacentes vero in fornicatione atque insuper presumentes aecclesiastica officia et beneficia, hos tales contra interdictum edentes et fornicantes primus Romanorum pontificum Nicolaus papa invenitur Nicolaitas nominasse. Extunc velut ereticorum ceterorum officia talium publicantur vitanda, sicut idolatria. Sunt igitur ipsis nondum excommunicatis, id est, in convictu et salutatione non interdictis, eorum tamen officia penitus excommunicata penitusque interdicta, non simplici interdictione, sed Alexandro papa testante sub excommunicatione. Igitur interdicta et excommunicata symoniacorum et Nicolaitarum officia et sacramenta, ubi tales manifeste sciuntur, non dubie coniciuntur, sunt vitanda, ut Nicolai papae et Gregorii VII. docent bene austera decreta, ne nos pariter involvat excommunicatio, quae interdicto et excommunicato inest officio, nimirum ut Alexander papa testatur, sub excommunicatione interdicto, ut VIIus Gregorius testatur, peccato ariolandi atque idolatriae comparando[2]. Vere *f. 26. *hic legitimus pontifex de Spiritu illo creditur accensus, in quo loquens Moyses contra Num. 16, 26. Dathan et Abiron dixit filiis Israel: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere quae ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.* Nonne in eodem Spiritu loquens iste VIIus Gregorius dixit, ut supra ostendimus, eos incurrere peccatum paganitatis, qui scienter contempnunt obedire saluberrimis preceptis apostolicae sedis, manifeste incontinentium officia interdicentis?

S. Iste VII. Gregorius videtur nobis nimium fuisse austerus et perproperus, qui eos dicit peccatum paganitatis incurrere, quos nos vix acquiescimus hoc meruisse, ut Matth. 18, 15–17. increpari deberent iuxta euangelium, primo sub uno teste, deinde sub duobus, deinde coram aecclesia; ut vel hanc audientes essent christiani, vel non audientes tunc primum essent sicut ethnici et publicani.

R. De occultis et necdum iudicialiter dampnatis causis tenendus est iste ordo redargutionis. At ubi aliquid sub tam terribili interdictione cognoscitur prohibitum, ut is, qui scienter hoc presumpserit, habeat contra se iudicialiter vel decretaliter dictatum vel synodaliter promulgatum, ut anathema sit, vel sicut ethnicus et publicanus habeatur, qui hoc vel hoc fecerit, ille hoc vel hoc faciens et sententiam agnitam contempnens, in ipso facto semetipsum sic ab aecclesia segregat, ut Spiritum sanctum, Iud 19. qui est in aecclesia, non habeat, iuxta quod scriptum est: *Animales semetipsos segregantes, spiritum non habentes.* Unde primus Gregorius, cuius iste VIIus erat pedissequus, agens de Maximi Salonitani contra simile interdictum ordinatoribus, non eos meruisse, sed iam contraxisse asseruit excommunicationem, scribens ad eundem in haec verba[3]: *Auditur*[a] *inauditum nefas, quod post interdictionem quoque nostram, quae sub excommunicatione nostra*[b] *ordinantiumque te facta est, cesis presbyteris et*[c] *diaconibus, militari manu ad medium diceris deductus. Quam ob rem nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quae ab excommunicatis hominibus est celebrata.* Si autem arbitraris istum Gregorium VII. vel in hoc a vestigiis primi Gregorii discrepasse, quod fornicantibus interdixit altaris ministerium, lege, et invenies hoc illis a primo Gregorio

a) additur *Gr.* b) tua *Gr.* c) deest *Gr.*

1) *Cf. Mirbt, 'Die Publicistik zur Zeit Gregors VII.'* (*Leipzig* 1894), *p.* 372 *sqq.* 2) *V. supra p.* 215. 3) *Epist. IV,* 20, *EE. I, p.* 254 *sqq.*

strictius interdictum. Iste namque agit de iacentibus in fornicatione; at ille constituit, ut etiam quis lapsus post acceptum sacrum ordinem careat ordine. S[illegible] Calaritano inter cetera dicit[1]: *Qui post accept*[illegible] *fuerit sacro ordine careat, ut ad altaris* [illegible]

S. Hoc ego sic intellexi, quod hic talis iam [illegible] officio carere; non quod iam depositus [illegible] debeat carere.

R. Tu de dictis pontificum sensu tuo iudica [illegible] iam indicant esse depositos. Nam papa Martinus [illegible] et VII[illegible] Gregorius in suis decretalibus[illegible]: *Qui*, inquit, [illegible] *lapsu ceciderit, deinceps iam depositus erit nullumque gradum* [illegible] Item Alexander papa II. Dominico Gradensi patriarchae scribit, dicen[illegible] *impii et aperte intelligant nos iudicio sancti Spiritus eos qui in tribus grad*[illegible] *presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu positi, mulierculas non abiecerint,* [illegible] *rint, excludere ab eorundem graduum dignitate. De manifestis quidem* [illegible] *torum autem cognitor et iudex Deus.* Nonne qui post haec iudicia presumunt interdicta sibi officia, securi de modernorum episcoporum pigricia, quorum expectant et tamen declinant iudicia de causa iam iudicata, nonne, inquam, tales patrum iudiciis recalcitrantes, Romanae sedis mandata calcantes, cum Nicolao, Hebione, Paulo Samosateno fornicantes, et tamen altari ministrantes, recte censentur eorum participes et compli[illegible] [illegible] Paulus Samosatenus [illegible] illecebris [illegible] sectatoribus dampnavit. Sectatores autem illius esse convincuntur qui in ipsius turpitudine pertinaces inveniuntur.

S. Satis et super satis dixisti de istis, ut ego sentio, pravis catholicis, qui utrum heretici sint nec ne, reservetur iudicio Romani pontificis. Tu nunc persolve promissum tuum de cassandis ereticorum sacramentis.

R. Iudicium papae Innocentii desidero super hoc audire, cui et paratus sum obedire. Prius autem, quam de sacramentis ereticorum agamus, ipsa eorum sacramenta distinguamus, immo ante nos distincta ostendamus. Nicolaus etenim papa rigide contra eos intendens, qui ordinantur a symoniacis symoniace, austerissime ac iustissime in suis decretalibus dicit[5]: *Erga symoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus.* Item: *De cetero, si quis in posterum* [illegible] *non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus* [illegible] *rem dampnationis sententiam subeant, sed uterque depositus penitentiam agat et privatus a propria dignitate persistat.* Idem Nicolaus alias clementius agens, triformiter distinguit, alios ordinatos a symoniacis symoniace, alios a non symoniacis symoniace, atque alios a symoniacis non symoniace, ultimosque illos tolerandos asserit pro necessitate. Quare hoc, nisi quia suffragatur eis pura et simplex conscientia, qua ad symoniacum ordinatorem accesserunt mente catholica? Tali quippe consideratione Leo papa[6] cum asseruisset nulla ratione inter episcopos habendos, quos neque clerus elegit, nec populus expetivit, nec suus metropolitanus ordinavit, subintulit: *Si qui autem clerici ut* [illegible]

1 *Epist. IV. 26.* [illegible] *p.* 261. 2 [illegible] 3 [illegible] *XIX, col.* 977; *Coll. Brit. Al. epist.* 33; *Löwenfeld. Epist. p.* 51; *J*[illegible] 4 [illegible] dampnavit [illegible] 76, [illegible] *I. p.* 429 [illegible] 5 [illegible] *Lateran.* [illegible] 1. 3. [illegible] *I. p.* 550 [illegible] 6 [illegible] *Narbon.* [illegible] 1. *ed. Ball. I. col.* 1420.

pseudoepiscopis in eis aecclesiis ordinati sunt, quae[a] *ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum consensu et iudicio presidentium facta est, potest rata haberi.* Acatius quoque, qui omnino a papa Felice fuerat excommunicatus et a papa Gelasio etiam post mortem dampnatus, licet fuisset in magno anathemate et omnimoda excommunicatione, quosdam ordinaverat, in quibus Anastasius papa ipsa sacramenta virtutem suam optinuisse affirmat, scribens ad Anastasium imperatorem in haec verba[1]: *Nam secundum aecclesiae catholicae consuetudinem sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscat, quod nullum de his, vel quos baptizavit Acatius, vel quos sacerdotes sive levitas secundum canones ordinavit, ulla ex nomine Acatii eos portio lesionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia infirma videatur.*

*f. 28. S. Tu promisisti ereticorum sacramenta te vacuare, et ecce *his dictis probantur firma et rata esse.

R. Non proposui ea vacuare, sed vacua ostendere, illa nimirum sacramenta, quae ab ereticis quibuslibet anathematizatis extra unitatem aecclesiae data fuerint et accepta. Quia vero columba nihil vivum comedit, ad hoc in Christo simplicitas mea intendit, ut eos a cassatione sacramentorum sequestrem cum discretione, quos et Romani pontifices curaverunt inde sequestrare, ordinatos videlicet, quamvis ab ereticis, catholica intentione. Hi sunt enim, quos Nicolaus papa dicit ordinatos 'a symoniacis non symoniace'. Quod dicit: 'Non symoniace', idem est ac si dicat: 'Catholice, sive catholica intentione'. Hi sunt etiam quos Leo Magnus, licet a pseudoepiscopis ordinatos, suscipit cum integritate ordinum, ob hoc scilicet, quia ordinati fuerunt sub iudicio et consensu presidentium ad certum titulum. Quandiu enim presidentes, et aecclesiastici iudices vel archipresbyteri vel presbyteri atque archidiaconi ceterique cardinales, sive cathedrales prelati cuiuslibet aecclesiae consentiunt, et iudicant episcopo suo obediendum esse, habentque illum pro catholico, tandiu potest ad eum quis ordinandus accedere animo catholico inductus presidentium consensu et iudicio, cuius etiam ordinatio rata erit, nimirum si catholice, licet non a catholico episcopo consecratus titulo, ad quem consecratur, quantum in ipso est, adherebit, quia et hoc poterit accedere, ut iuste
*f. 29. *cogatur locum ipsum deserere. *Aliter*, ait Leo Magnus[2], *vana est habenda consecratio, quae nec loco fundata est nec auctoritate munita.* Nonne oculus columbae nihil vivum comedentis erat in isto Romano pontifice, nihil catholice actum cassare volentis? Licet enim iuxta sui nominis proprietatem tanquam Leo fortissime dicturus esset, vanas esse pseudoepiscoporum consecrationes, prius tamen distinxit inter mortuos et viventes, ne et illos pariter tangerent leonini dentes, scilicet durae diffinitiones, et pseudoepiscoporum sacramenta tangentes. Sed quia isti, licet pseudoepiscopi, fortassis poterant non esse eretici, quid iste Leo contra omnimodos ereticos rugiat, in sequentibus dicemus, postquam a mortuis eorum sacramentis omne vivum columbino more distinguemus.

S. Procede, ut vis, dummodo verborum tuorum fiat aliquando finis. Quae et mihi sunt onerosa, et a multis iudicantur eretica, nisi ea muniat auctoritas firmissima, docens, quomodo cassa sint sacramenta, quae docente sancto Augustino ubique integra, ubique sunt inviolabilia?

Gen. 18, 23. R. Credo tibi posse satisfieri. Sed prius peragam quod proposui. Nunquid enim perdendus est iustus cum impio? Nunquid pariter involvendi sunt in uno fasciculo ad comburendum quos distinxit diversitas animorum et intentionum? Nequaquam.
*f. 29'. Ut enim verbis Anastasii papae de Acatio scribentis utamur[3]: '*Anima illa sola, quae*

a) qui *c.*

1) *Anastasii II. epist. ad Anastasium imp. c. 7, ed. Thiel p. 620; Hinschius p. 656.* 2) *Epist.* 167. *ad Rusticum inquis. I, l. l. col.* 1420. 3) *C. 8, Thiel I, p. 623; Hinschius p. 656.*

precaverit, iusto iudicio precipitavit [illegible][1] [illegible] *ruinam.* Unde ait: *Cum sibi sacerdotis nomen vendic*[illegible] *verticem superbiae tumor inflexus est, quia non populus, qui in* [illegible] *sitiebat, exclusus est.* Ecce quam columbina pietate defendit [illegible] Dei sitientia a pravi, immo eretici baptizatori vel ordinatori [illegible] igitur attendit, quod Anastasius papa baptizatos et ordinatos ab Acatio [illegible] verbis defendit, illam quoque partem attendat, quia causam inseruit, pro q[illegible] fendat. Cum enim, ut supra in verbis eius ostendimus, non defendat [illegible] Acatius ordinavit, sed quos secundum canones ordinavit, nos intelli[illegible] ordinatos esse secundum canones, qui, illo baptizante et ordinante [illegible] presidentium, ut supra in verbis Leonis Magni determinatum est, habuerunt animum catholicum, 'sitientes', ut Anastasius notat, 'in Dei mysteriis, Dei donum'. Quae cum ita se habeant, liceat nobis dicere, quod, sicut Nicolao papa distinguente [illegible] ordinati a symoniacis ordinantur symoniace, ita non omnia sacramenta, quae celebrant precisi, fiunt in precisione. Sed miro modo, quod excommunicati faciunt extrinsecus, completur intrinsecus, quando animus benedictionem poscentis erit catholicus, de ordinatoris 'dampnatione et precisione adhuc non plene instructus. Huiusmodi ergo baptizatis et ordinatis, affirmante Anastasio papa, non nocuit malus bona ministrando, et ideo nulli eorum, quos Acatius baptizavit vel ordinavit, legitur facta manus inpositio, dum reconciliarentur, immo nunquam foris fuisse probarentur. At ubi quod agitur in sacramentis, totum est foris, et extra vitam verae vitis, totum est aridum, totumque mortuum, quia neque is qui dat, neque is qui accipit benedictionem, cor gestat catholicum, verae viti complantatum: inde nec trahere valet in se vitalem Spiritum. Hinc est, quod ab ereticis, ut ita dicam, eretice baptizati negantur habere donum Spiritus sancti, nisi hoc accipiant in catholica aecclesia vel sub erroris abdicatione, vel sicut Occidentales observant manus impositione, vel, ut Orientales volunt, chrismatis unctione, aut certe, ut beatus Gregorius episcopis Hiberniae scribens permisit[2], aperta erroris abdicatione fideique professione. Quisquis igitur animo ab aecclesia Dei alienus, ab eretico nihilominus alieno baptismi vel ordinationis accipit sacramentum, id est, invisibilis gratiae visibile signum, non habet ipsam gratiam, cuius illud est signum.

S. Expedi me primum de solo baptismo, quomodo ibi velis distingui donum gratiae pro sacramento, ipsam vero gratiam pro re sacramenti; ut hoc expedito appareat, quid exhinc de sacramentis ceteris teneri 'conveniat.

R. Trina mersio sub trina invocatione, facta in aqua, signum est Christi triduanae sepulturae; gratia vero signi vel sacramentum istius illa est, quam apostolus describit, dicens: *Omnes, qui in Christo baptizati estis, Christum induistis: consepulti enim estis cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitae ambulemus.* Istam gratiam, ut induatur Christus, et ex veteri homine fiat homo novus, non dat ereticus ei qui una cum illo est extrane[illegible] errori dampnato consentaneus. Sed ipsius signum, quod dicitur, et est sacramentum tam foris, quam intus est inviolabile, et ut ita dictum sit, inreiterabile. At Spiritus sanctus tantummodo habetur intus, per quem fit homo ex veteri novus et Christo [illegible]

S. Non omnino displicet quod dicis, quia sic infantibus ab errore quolibet [illegible]traneis nullique scismati consentaneis etiam per symoniacos et alios ereticos datur sacramentum et res sacramenti, quod scio a quibusdam negari.

R. Nos cum ereticis non dampnamus, nisi, ut determinavi, cum eis a catholica [ae-clesia[a]] extraneos et errori mente consentaneos; unde si quis infantibus undecunque [illegible]

[illegible]

1 *[illegible] supra* [illegible] 2 *Epist. XI. 52. Ed. II. p.* [illegible]

aecclesiastico baptizatis regnum Christi et virtutem sacramenti contradicit, mecum, immo, ut de me pusillo taceatur, cum Anastasio papa non[a] sentit, qui affirmat munus baptismi etiam per tales datum ad percipientem pervenire illibatum.

*f. 31. S. Certe ubi hoc loquitur papa Anastasius, non determinat se agere de *solis infantibus.

R. At certe determinat se agere de solis Christum amantibus, ubi dicit populum dona Dei sitientem in mysteriis non fuisse exclusum participatione dampnati sacerdotis. Liceat ergo mihi Christum amantibus infantes iungere, de quibus audio Christum dicere: *Sinite parvulos venire ad me.* (Matth. 19, 14.)

S. Quamvis tu me saecularem dicas, liceat mihi nunc dicere, quod scio quendam spiritualem et catholicum, satis in aecclesia reverendum virum, tibi obiecisse: Quid, si parentes infantis, accedentes ad ereticum, sentiunt cum eretico contra Deum?

R. Quod bona fides parentum prosit, habemus. Utrum vero ad aeternam dampnationem legitime baptizatis infantibus infidelitas eorum noceat, non habemus, cum eis prosit fides aecclesiae, qua creditur undecunque ritu aecclesiastico celebratum baptisma comitari Spiritus sancti dona, nisi ubi hunc excludit cor possidens pravitas eretica, quae non inest infantibus utpote inter sinistram et dexteram discernere non valentibus. Qui tamen si ad annos etatis legitimae pervenerint, perdunt acceptam in baptismo gratiam, nisi deserentes ac detestantes eresim diligant catholicam aecclesiam. Qui vero adulti foris baptizantur, his congruit, quod beatus Augustinus ad Orosium scribens dicit[1]: *Quamvis,* inquit, *unum baptisma sit et ereticorum, eorum scilicet qui in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizant, et aecclesiae tamen, quia foris aecclesiam baptizantur, non *sumunt baptismum ad salutem, sed ad pernitiem, habentes nimirum formam sacramenti, et virtutem eius abnegantes.* (*f. 31'.) Hoc de his dictum sit, qui habent posse ad abnegandam vel non abnegandam virtutem sacramenti. Nam de infantibus, qui hoc posse non habent, idem beatus alibi dicit scribens ad Bonifacium[2]: *Non illud te moveat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum parvulos offerentes, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur aeternam, sed eos putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illic non regenerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur.* Idem alibi[3]: *Parvulum etsi nondum fides illa, quae in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit.* His auctoritatibus muniti fideles dicimus infantes baptizatos, etiam sub infidelibus parentibus a quibuscunque baptizatoribus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizantibus. Hi vero, qui virtutem sacramenti non catholica mente abnegant, vacuum sacramentum se habere sciant, quibus illud potest adaptari, quod scribit Leo Magnus Nicetae Aquilegiensi dicens[4]: *Hi qui baptismum ab ereticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manus confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute susceperunt.* Ecce habes de sacramento baptismi quod petisti. (*f. 32.) Transeamus *nunc ad cetera ereticorum sacramenta sic annullanda et cassanda, ut more columbae nihil vivum comedentis, nullum dampnemus hominem catholicae mentis.

S. De sacramento ordinationis non est opus immorari, quia intelligo ex iam dictis, quos cum dampnatis ordinatoribus dampnatos quosque velis inde haberi excu-

a) n. s. *lin. in c.*

1) *Grat. De consecrat. Dist. IV. c.* 29; *cf. quae Friedberg ad hunc locum col.* 1370. *adnotat.* 2) *Ep.* 98. *ad Bonif.* § 5, *Opp. II, col.* 265 *F.* 3) *Ibid.* § 10, *col.* 268 *A.* 4) *Epist.* 159. § 7. *ed. Ball. I. col.* 1334.

satos, quod catholica mente accedunt ad eum, cuius eresim vel omnino ignorant vel non plene sciunt, sicut de his creditur, qui ab Acatio sacros ordines acceperunt. Loquere nunc tantum de illis ereticorum sacramentis, in quibus nulla est intermixtio alicuius catholicae mentis, ut in confectione panis, vini et chrismatis. Video quos per mentem catholicam, quasi per 'thau' litteram, a gladio dampnationis defendas. Nunc restat, ut, quia te tantum facis, ut nulli nostrum parcas, iam a sanctuario incipias, conando, si potes, defendere quod culparis dixisse, videlicet sacramenta ab ereticis rebus insensibilibus impressa, in quibus nec est nec esse potest mens catholica, non habere virtutem ad alicuius talis creaturae vel in melius mutationem vel qualemcumque sanctificationem, quando constat nec in sanctificante nec in sanctificato esse catholicam intentionem. Nisi enim in hac sententia plures habeas autenticos testes tecum facientes tibique consonantes, accusabimus te atque dampnabimus pro eretico, sicut proposuimus presente domno Salzburgense *episcopo et domno tuo Ratisponense episcopo, cui a quibusdam nostrum episcopis nonnullis et clericis multis audientibus, quibus tu videris ereticus, illud est obiectum, quod ereticus esset qui ereticum foveret. Igitur non solum ad tui, sed et ad domini tui excusationem proba quod dixisse diceris; quia, ut verbis utar cuiusdam nostri prolocutoris, tu denegasti sacramentorum efficatiam sacerdotibus pravis in rebus duntaxat inanimatis panis et vini, quae adhibentur ad altaris venerabile sacramentum, quod nos credimus posse confici per quemlibet sacerdotem, quantumlibet pravum. Responde quoque ad id quod dixisse diceris, mutuam et secretam confessionem non valere lapsis presbyteris ad reparationem violati ordinis absque verbo pontificis; cum nos credamus de omni presbytero, quod ipso solvente peccatorem in terra solvatur idem in caelo.

R. Ego a sanctuario non incipiam, sed inde incipi, adiuvante Domino, ostendam, in quo negocio taceatur de domino meo episcopo. Fides enim et conversatio eius apud omnes amabilis et venerabilis non habet opus defendi vel excusari meis dictis. Sit ergo ille in tuto, me licet versante in periculo. Sit corpus meum totum eo tenore periculis obiectum, ut non ledatur caput meum. Sit mecum illa prudentia serpentis, quae docet custodire sanitatem capitis. Nolo igitur nunc in testimonium vocare dominum meum episcopum, patrem et *ordinatorem meum; alios habeo catholicos mihi per omnia consentaneos. Nam anno preterito, cum sanctae ac venerabilis vitae G[ualterius] archiepiscopus Ravennas[1] esset Ratisponae in domini papae legatione[2], fui apud ipsum de verbo isto et aliis dure pulsatus, a quo etiam presente domno meo episcopo de omnibus examinatus, ab ipso tandem in sententia, quam dixeram, sum corroboratus. Fuit autem summa mihi culpae tunc impositae, quod dicerem irregulares canonicos, nisi converterentur, salvari non posse, et extra aecclesiam corpus Christi confici non posse. Hoc et ipse domnus Ravennas testatus est verum esse. Nullus eorum, qui me audire consuevit, me hoc dixisse dixit de pravis sacerdotibus, quorum intra aecclesiam ego sum unus mea culpa nimis pravus, qui non sum dignus, ut intret sub tectum meum Christus. Et tamen credo certissime tam a me, quam a cunctis in aecclesia sacerdotale nomen habentibus confici dominicum corpus. Ereticis vero multotiens anathematizatis et cunctis a vera vite amputatis, etsi concedam sacramentum, quantum ad formas visibilium signorum, quae fiunt in depictione crucis et verbis ad hoc institutis, ut per ea fiat opus virtutis: tamen quia ipsam virtutem abnegant, quamdiu extra aecclesiam sacrificant, eis ibi sacrificantibus, ubi testante beato Augustino, non est locus veri sacrificii[3], etsi locus ibi sit, veri sacramenti denegamus *adesse virtutem

1) 1119—1144. 2) *Gualterum a. 1130. Oct. in Bavaria fuisse ex epistola eius ad Ottonem Babenberg. data (Cod. Udalr. nr. 350. Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, p. 456) apparet;* cf. *Comm. in ps.* 64, c. 127, *col.* 99. 3) *Cf. p.* 226, *n.* 7.

per visibilia sacramenta hoc invisibiliter operantem, ut de pane fiat caro agni secundum legem in una domo manducandi. Deus illi indulgeat, qui me illud, quod de anathematizatis dico, de pravis in aecclesia sacerdotibus dixisse vel scripsisse mendaciter affirmat. Illud quoque quod ego, dicunt mecum testes magni et auctorabiles, nec pauci numero nec parvi auctoritate, quorum dicta libet subnectere. Primo ipse
Ioh. 15, 4. Christus ait: *Sicut palmes non potest fructum ferre a semetipso, nisi manserit in vite,*
ib. 5. *sic nec vos, nisi in me manseritis.* Item: *Sine me,* inquit, *nihil potestis facere.* Haec
Apoc. 5, 5. ille leo de tribu Iuda. Sed et Leo Magnus, ipsius Christi pedissequus, Leoni Augusto de Alexandria scribens[1]: *Manifestum est,* inquit, *per crudelissimam insanissimamque vesaniam omnium illic caelestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio; defecit chrismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus omnia se subtraxere mysteria.* Pelagius papa Iohanni patricio[2]: *Noli catholicam semper mentem aliqua scismaticorum communione polluere. Unum Christi corpus, unam constat esse aecclesiam. Divisus ab unitate veritatem corporis Christi non potest consecrare. Ab aecclesiae visceribus divisus et ab apostolicis sedibus separatus dissecrat iste potius, non consecrat. Noli*
*f. 34. *ergo, quasi nulla scismaticorum aut aecclesiae sit differentia, velle indifferenter *utrorumquo sacrificiis sociari. Non enim est Christi corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur.* Addamus adhuc tercium Romanae sedis antistitem, ut in ore
2. Cor. 13, 1. duorum vel trium stet omne verbum. Gregorius papa in Moralibus libro XXXV inter cetera dicit[3]: *Notandum magnopere, quod conversionis suae sacrificium amici Iob*
Iob 42, 8. *Domino non per se, sed per Iob iubentur offerre. Ait enim[4]: 'Iob autem servus meus orabit pro vobis; faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stulticia'. Ac si aperte ereticis dicat: Sacrificia vestra non suscipiam, petitionum vestrarum verba non audio, nisi per intercessionem illius cuius professionis verba de me veracia recognosco.* Et post pauca: *Salutem vestram per catholicam aecclesiam, quam diligo, postulate; ipsi enim volo dimittere id quod mihi in ipsa deliquistis, ut haec vestram incolomitatem optineat, quae ex vestro languore laborabat. Sola[5] quippe est, per quam sacrificium Dominus libenter accipiat; sola, quae pro errantibus fideliter intercedat. Unde etiam de agni*
Ex. 12, 46. *hostia Dominus precipit: in una domo comedetur, nec efferetur de carnibus eius foras. In una vero domo agnus comeditur, quia in una catholica aecclesia vera hostia redemptoris immolatur, de cuius carnibus divina lex foras efferri prohibet, quia dari*
Matth. 7, 6. *sanctum canibus vetat.* Item Augustinus ad Bonifacium[6]: *Eretici non querant Spiritum*
*f. 34'. *sanctum, nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem *ipsam non tenent intus, cuius illud est sacramentum et ideo sibi iudicium manducant et bibunt.* Idem alibi[7]: *Extra aecclesiam non est locus veri sacrificii.* Idem alibi[8]: *Sicut eunuchus fuit, qui Ioseph comparavit, ita qui gratiam sancti[a] Spiritus mercatur, vivum semen non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis, qui per LXX annos Babylonicae captivitatis sub aqua vixerat, Antiocho Iasoni vendente sacerdotium extinctus est; quod significat vere, ignem sancti Spiritus sacramentis symoniacis non lucere.* Item Ieronimus in sermone de agno paschali[9]: *Non putemus agnum istum ubique posse comedi. Precipitur nobis,*

a) *a rubricatore inter lineas suppl.*

1) *Epist.* 156, § 5, *ed. Ballerini I, col.* 1324. 2) *Coll. Brit. Pelagii epist.* 11, *'N. Arch.' V, p.* 541; *Jaffé nr.* 983; *Deusd. Coll. Can. I, c.* 144. *ed. Martinucci p.* 104; *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 54; *cf. Comm. in ps.* 25, *col.* 1158. 3) *C.* 8, § 12, *ed. Bened. I, col.* 1148. 4) *Nonnulla omissa.* 5) *Ibid.* § 13. 6) *Epist.* 185, § 50, *Opp. ed. Bened. II, col.* 663 *A.* 7) *Liber sententiarum c.* 15, *August. opp. X, app. col.* 224. 8) *Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 29. 9) *Pseudo-Hieronymi Sermo in vigilia paschae de esu agni. Hieron. opp. ed. Vallarsius XI, col.* 212.

ut in una illum comedamus domo, id est, ne extra aecclesiam [illegible] agnum putemus. Ex quo manifestum est, quod Iudaei et eretici et omnia conventicula [illegible] perversorum, quia in aecclesia non comedunt, non eos agni carnes, sed [illegible] comedere, qui datus est in escam populis Ethiopum. Nos vero comedimus [illegible] tatis. Item Origenes in Levitico[1]: *Talis vir queritur, qui carnes sanctas possit [illegible] et comedere non in quocumque loco, sed in loco sancto intra atrium tabernaculi. Audiant hec, qui scindunt aecclesiam et peregrinas ac pravas inducentes doctrinas, putant se sacras carnes extra templum Dei et extra aulam Domini eum posse comedere. Profana sunt eorum sacrificia, quae contra mandata legis geruntur. In [illegible] iubentur, intra atria tabernaculi testimonii sunt, quae fidei murus ambit, spei [illegible] suspendunt. Ubi haec non sunt, carnes sanctae nec haberi possunt nec comedi.* Vade tu nunc ad illos tuos determinatores, non aecclesiastice, sed scolastice scripturam Dei legentes. Roga tibi sic determinari omnia supradicta, ut extra Dei templum inveniatur illa propositionis mensa, quae tantummodo intus contra candelabrum VII lucernarum est collocata. Argumentare ac disputa, quantum velis. Extra Dei paradysum non est fructus ligni vitae, illis utique denegatus, quos ab horto deliciarum aecclesiae se parat flammeus ille gladius acutissimi anathematis, quod vos contempnitis, qui sub anathemate interdicta, quasi licentia presumitis, et ideo anathematizati estis vos, qui sponte canonum violatores estis, quia, affirmante Leone IIII[2], omnes canonum sponte violatores in omnibus autenticis conciliis anathematizati sunt. Gloriare nunc de sacramentalibus mysteriorum signis, quae apud altare fiunt in expressione crucis, in elevatione calicis, in extensione manuum, ceterorum representatione signorum Christi vel mortem vel resurrectionem sacramentaliter exprimentium. Sed cave, ne tot *signa rebus carentia sint illa signa mendacia, quae de ministris Antichristi sunt prophetata. Sunt enim ereticorum sacramenta sacramentis catholicorum adeo similia, immo tam vere, quantum ad formam eadem ipsa, ut in errorem inducerentur, si fieri posset, electi, nisi quod eos hoc roborat, quod cum Moyse et Aaron digitum Dei operantem habent sacerdotes, et ministri catholici, quod ad ultimum fatebuntur, et ipsi magorum similes Pharaonis ministri eretici videlicet cunctique ab aecclesia precisi.

S. Quos nostrum assignas ministerio Pharaonis, cum simus cuncti sub titulo christiani nominis?

R. Nonne complices et fautores illius nuper dampnati, immo iam olim predampnati Petri Leonis, Romanae aecclesiae invasoris, manifeste sunt ministri Pharaonis?

S. Quid ad nos de illo?

R. Plus ad te tuique similes, quam ad me meique similes pertinet ille impius. Nam si percurres omnia claustra canonicorum regularium, nec unum quidem in eis, credo, invenies Petri Leonis consentaneum. At saecularium clericorum nonnulli, precipue incontinentes et conducticii, sive conductores clerici cum Nicolao fornicatore ac Symone Mago dampnati, partim occulte, partim quoque manifeste optant illum prevalere contra papam Innocentium, quem Innocentium nos, qui regulares *dicimur, omnes unanimes uno ore fatemur successorem Petri legitimum, quem et ante papatum novimus castitatis et religionis fuisse amicum, sicut illum alterum Dei et aecclesiae novimus fuisse inimicum. Quod autem dicis me dixisse de fornicantium sacerdotum secreta et mutua confessione, qua suos lapsus videntur curare, scias hinc evenisse, quod aliquando coram emulis commemoravi capitulum Hilerdense, quod ita [illegible]

1 *Origenis Homilia IV. in Leviticum,* [illegible] I. p. 155. 2 *Cf. Libelli II. p.* 360 sq. 3 [illegible] VIII. [illegible] p. 347.

qui altario Dei serviunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint, et Domino respiciente digne penituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere vel desidiosos prolixiori tempore ab aecclesiae corpore segregare, ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato velut canes ad vomitum reversi fuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non recipiant. Auctoritate huius capituli, quis, inquam, dedit hanc potestatem presbyteris, quam nec invenimus concessam episcopis? Permittunt episcopi in concilio Hilerdensi misericordiam facere subito in carnis fragilitate corruentibus, et Domino respiciente *f. 36'. *digne penitentibus. At isti nostri temporis nimium clementes aut forte dementes presbyteri suos compresbyteros non more hominum lapsos, sed more porcorum volutabro luti diu immersos, (cf. 2. Petr. 2, 22.) nulla digna penitentia excoctos, faciunt cantare missas, nec ab episcopo permittendas, nisi digne penitentibus et iterationem vomitus caventibus. Unde, inquam, presbyteris haec potestas, quam nec episcopis concedit auctoritas, scilicet officia permittere non digne penitentibus, culpas crebro iterantibus et hac fiducia fornicantibus, quia valeat inpurum absolvere consacerdos eque inpurus? Certe si talis confessus talisque confessor digna penitentia plecterentur, ambo suis officiis privarentur, quia privilegium meretur amittere qui concessa sibi abutitur potestate [1]. O, inquam, quanto rectius ageretur, si legitima penitentia lapsis imponeretur, qua tamen occultus lapsus non proderetur! Hac etenim penitentia suscepta consequenter permitti posset officium, non legitime penitenti nunquam permittendum.

S. Quam vocas legitimam penitentiam?

R. Quae secundum auctoritates patrum imponitur. Haec autem bifariam distinguitur tam inter clericos, quam inter laicos. Nam cum alius penitens aliquid sibi de seipso retineat, *f. 37. *alius totum quod est, totum quod habet, totum quod potest, semel et simul Deo in holocaustum offerens, imitatur illum prodigum, immo ex prodigo penitentem filium tali animo reversum, ut a domo patris ulterius non evagaretur, ministraturus et serviturus in ea facturusque totum quod ei a patre preciperetur, nec ullo modo audens appetere, ut filius vocaretur, nedum hoc ambiret, ut stola prima indueretur. Iste modus penitentiae servatur ab his, qui ad regularia claustra veniunt seque totos abnegantes ad puritatem sanctimoniae sub obedientia contendunt. Horum declarata tali intentione poterit pater monasterii cum eis mitius agere, poteritque decernere, ut ita penitens stola prima etiam in sacerdotali officio fungatur, vitulumque saginatum, si laicus erat, laicaliter edere; si sacerdos, et sacerdotaliter immolare permittatur. Sed clericis penitentibus tali penitentia non congruit una et eadem forma. Cuius enim occulta fornicatio in mundo non est publicata, sive alia quelibet culpa sacerdotalis honoris peremptoria, hic potest eligere sibi medicum et patrem sive monachorum sive regularium canonicorum strennuum rectorem. Huic patri omnino subiectus is qui non *f. 37'. *fuit in crimine detectus, potest, nisi fallor, agere officium, quando patri et confessori eius fuerit visum, quia, licet hanc potestatem legamus solis episcopis ubique assignatam, ut presbyteris digne penitentibus reddant stolam, tamen ubi quis presbyterorum stolam suam non publice amisit, sed occulte demeruit, si eam resumit, iubente patre et confessore, sub quo disposuit usque ad mortem militare, non id puto reprehendi debere; quamvis consultius ageretur, si episcopus etiam super taliter penitentem consuleretur propter prefatum Hilerdensis concilii capitulum, quod indifferenter quoslibet sacerdotes penitentes indicat, ex arbitrio pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendendos vel desidiosos prolixiori tempore ab aecclesiae corpore segregandos.

1) *Simplicii pap. ep.* 14, *ed. Thiel I, p.* 201.

S. Si ita, ut dicis, ageretur, facile occultum crimen proderetur, dum unusquisque fratrum diuturnum presbyteri suspendium apud se miraretur.

R. Non est in claustris bene religiosis consuetudo, ut quantumlibet castus noviter conversus tam cito ministret, ut diuturna suspensio non castum notet. Illi quoque sanctissimi et castissimi in tantum humiliantur et vigiliis, ieiuniis ceterisque boni exercitiis voluntarie castigantur, ut ab his nullatenus discerni valeant qui se pro criminibus occultis 'castigant. Haec dicta sunt de occultis inter monachos vel regulares canonicos absumendis criminibus, tanquam si consumatur in sanctuario hircus, dum viveret fetidus, attamen infra loca sancta occisus et assatus. Qui nimirum hircus Aaron et filiis eius incorporatur, quando ab homine tali talis professio datur, ut in communi vita vivatur, in qua proprie militant Aaron et filii eius, quibus non permittit lex hereditatem in sortibus aliarum tribuum, quia Dominus est portio eorum, iubenturque in lege nihil possidere preter Dominum. Alia vero forma circa illos est observanda, quorum fornicationes ceteraque crimina populo sunt manifesta, precipue talia, qualia facientibus interdicta sunt altaris ministeria. Hi nimirum volentes penitere multo rectius petunt monasteria monachorum, quam regularium canonicorum propter austeritatem legis omnem publicam maculam a functione sacrorum ordinum repellentis; clericis namque associati secundum canones erunt hi tales tractandi nec unquam sine auctoritate pontificis officio restituendi; nimirum congrue, quia nec officio caruerunt sine auctoritate pontificum qui in multis conciliis fornicantibus et negociantibus, Nicolai videlicet et Symonis manifestis complicibus, divinum 'officium interdixerunt, populum Dei averterunt ab auditu officiorum interdictorum. Talis ergo volens penitere inter canonicos regulares cogendus est observare canones, et audire Clementem ceterosque Romanos pontifices vix psalmodiam cum fratribus et minora officia permittentes, nisi forte peracto tempore castigationis legitimae fratrum testimonio fultus ab episcopo fuerit reconciliatus, prout permittit papa Calixtus et beatus Gregorius tantummodo condignam penitentiam agentibus, ac deinceps bene viventibus. Ecce habes quos penitentium non sine auctoritate pontificis censeam reapplicandos perditis officiis.

S. Post quantum videtur tibi peniteus posse reconciliari de factis publicis?

R. Ut nunc agam de sola fornicatione publica, licet sancti patres varie distinguant tempora, ita ut alii VII annis, alii paulo paucioribus determinent penitentiae tempus propter illud, ubi ob culpam Maria, soror Aaron, iubetur VII dies extra castra manere: tamen mihi placet, quod supra novimus diffinitum a patribus, ut maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere vel desidiosos prolixiori tempore ab aecclesiae corpore separare. Quod vero monachi quidam spirituales manifestos fornicatores ad 'monachatum venientes inconsultis episcopis faciunt missas cantare, non possum approbare, quia nescio qua hoc agant auctoritate. Illud vero vehementer detestandum iudico, quod seculares clerici ex deliberatione fornicantur; multo vero amplius detestor, quod ita fornicantes ministrant, aut neglecta penitentia aut sub ficta aut falsa penitentia.

S. Quam dicis falsam penitentiam?

R. Audi primum quid sit vera, ut inde colligas quae sit falsa. Beatus Ambrosius in tercio libro penitentiae[1]: *Facilius*, inquit, *inveni qui innocentiam servaverint, quam qui congrue egerint penitentiam.* Et quasi tu quereres modum congruae penitentiae, consequenter subiungit: *Renunciandum est saeculo, somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat, interrumpendum suspiriis, sequestrandum est [illegible] vivendum est ita, ut vitali huic moriatur usui, seipsum sibi homo abneget et totus [illegible]*

1 *De poenitentia l. II. c.* 10. § 96. *Opp. III ed. Bened.* 1751 col. 552.

mutetur. Audis, frater, quia in vera penitentia renunciandum est saeculo, debetque seipsum sibi abnegare penitens homo, et totus commutari. Nunquid hanc penitentiam potest quisquam agere in habitu pompatico et seculari?

*f. 39'. S. Ut nunc de clericis taceam, nonne *multos laicos videmus penitentes in habitu non solum seculari, sed etiam militari?

R. De hoc verbo tibi respondeat Leo Magnus, qui inter cetera dicit[1]: *Contrarium est omnino aecclesiasticis regulis post penitentiae actionem redire ad miliciam se-*
2. Tim. 2, 4. *cularem, cum apostolus dicat: 'Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus'. Unde non est liber a laqueis diaboli, qui se in milicia seculari voluerit implicare.* De his etiam Nicena synodus capitulo XII.[2] sic ait: *Quicunque vocati per gratiam primum quidem impetum monstraverunt, deponentes miliciae cingulum, postmodum vero ad proprium comitum sunt relapsi, ita ut quidam et pecunias tribuerent et beneficiis miliciam appeterent: hi X annis post triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.*

S. Raros video sic penitentes, exceptis barbatis fratribus[3], qui omnino subduntur claustrorum strennuis rectoribus. Unde audeo conicere, quod ad solos ipsos pertineat forma talis penitentiae, in qua non licet seculariter vivere.

R. Respondeat tibi Toletanum concilium II, cuius cap. XII.[a] sic se habet[4]: *Quicunque ab episcopo vel presbytero sanus vel infirmus penitentiam postulat, id ante omnia*
*f. 40. *episcopus observet et presbyter, ut, si vir est, sanus vel infirmus, prius *eum tondeat aut in cinere et cilicio mutare habitum faciat et sic penitentiam*[b] *tradat. Si vero mulier fuerit, non accipiat penitentiam, nisi prius velata fuerit, aut mutaverit habitum. Sepius enim laicis tribuendo desidiose penitentiam, ad lamentanda rursum facinora post acceptam penitentiam relabuntur.* Item Toletano concilio III, cap. XVI[5]: *Si quis acceptae professaeque penitentiae inmemor ad saecularia relabitur, prorsus communicare non poterit, nisi professioni, quam illicite pretermiserat, reformetur.*

S. Utcunque acquiesco de publicis penitentibus, quia non bene convenit eis pompaticus et secularis habitus. At illi clerici, de quorum penitentia nos agimus, non penitent cum publice penitentibus, et ideo fortasse non impedit eorum salutem secu-
cf. Ier. 23, 9. laris habitus; tantummodo sit cor contritum et humiliatum, quia et David post peni-
cf. 3. Reg. 21, 27. tentiam fuit in habitu non solum seculari, sed etiam regali, et Achab rex Israel ad tempus cilicio humiliatus, postmodum fuit mollibus vestitus.

Rom. 4, 15. R. Apostolus dicit: *Quia ubi non est lex, ibi nec prevaricatio.* Licet enim aliqui prophetarum predicaverint penitentiam, tamen a diebus Iohannis baptistae, qui primus predicavit baptismum penitentiae, qui et habitum penitentialem demonstravit in se,
*f. 40'. cepit regnum Dei *vim pati, et violenti, non tepidi, rapuerunt illud et rapiunt, qui non indignos, sed ita dignos penitentiae fructus faciunt, ut iuxta exemplum Annae vultus eorum amplius in diversa non mutentur, sed in eodem habitu, in eodem vultu, quo suscepta est penitentia, usque in finem conservetur. Crux enim penitentiae non est exemplo Symonis vel in angaria ferenda vel ante mortem deponenda, sed exemplo Christi voluntarie usque ad mortem sustinenda, ita ut sit penitenti post acceptam peni-

a) II *ut videtur erasum c.* b) id est carrinam *supra* penitentiam *scripta c.*

1) *Epist.* 167. *ad Rusticum, inquis. XII, ed. Ball. col.* 1425. 2) *Syn. Nic. c.* 12. *ex interpr. Dionysii Exigui, Mansi II, col.* 681. 3) *Cf. O. Ringholz, 'Des Benedictinerstifts Einsiedeln Thätigkeit für die Reform deutscher Klöster vor dem Abte Wilhelm von Hirschau' in 'Studien und Mittheilungen aus dem Benedictinerorden'* 1886, *p.* 25. 30. 4) *Syn. Tolet. III, c.* 12, *Mansi IX, col.* 995; *Hinschius p.* 360. 5) *Cf. ibid. c.* 11.

tentiam semper habitus despectus, et circa se castigandum usque ad mortem rigor continuus discretissime intensus, nec unquam remittendus, [illegible] quantum etiam sancti patres temperant, qui licet post initialem penitentiam rigorem [illegible] cibo indulgeant, habitum tamen secularem penitenti nunquam relaxant, immo pro tali habitu penitentes a corpore Domini usque ad mortem sequestrant, ut partim supra ostendimus, partim diligenti lectori querendum relinquimus. Omnis enim qui querit [illegible] invenit, ut sileam nunc de clerico vel laico publicam penitentiam agente, quod neque secreta satisfactione mortalem culpam quis detlens absque periculo corpori et sanguini Christi communicat, quandiu *eum saecularis habitus huic saeculo conformat. [illegible] beatus Augustinus in libro de diffinitionibus aecclesiasticis[1]: *Quem*, inquit, *mortalia post baptismum commissa premunt, hortor, primum publica penitentia satisfacere et ita sacerdotis iudicio reconciliatum communioni sociari, si vult non ad iudicium vel condempnationem suam eucharistiam percipere. Sed et secreta satisfactione solvi mortalia crimina non negamus, sed mutato prius seculari habitu et confesso religionis studio per vitae correctionem, et iugi, immo perpetuo luctu, Deo miserante, veniam consequatur; ita duntaxat, ut contraria his, quae penitet, agat, eucharistiam omnibus dominicis supplex et submissus usque ad mortem percipiat.* Idem in eodem[2]: *Penitentia vera est, penitenda non admittere, admissa deflere.* Item[3]: *Satisfactio penitentiae est, causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.* Ecce habes regulas penitentiae, quas non solum laici, sed et clerici penitentes debent servare, si volunt securi esse de sua salute. Laici vero, qui contra prescriptas regulas post actam penitentiam ferunt arma, fortasse dampnationem evadent, si David post penitentiam arma ferenti similes erunt in causa, scilicet non *militando, nisi pro insticia: quamvis hoc ipsum non eos [illegible] valeat excusare a penitentialis vitae exorbitatione, si hoc faciant propria presumptione, nullius aecclesiastici rectoris permissione vel iussione. Illi vero penitentiae transgressores, qui decimas laicis interdictas possident, qui aliena bona diripiunt, et ea, cum possint, reddere vel emendare nolunt, vel qui arma contra iusticiam portaverint aut odium in corde retinent, vel qui huiusmodi negociationibus aut officiis impliciti fuerint, quae sine fraude, sine falsitate sive invidia sive deceptione fratrum exerceri non possunt, nec ad Deum conversi, nec de perpetratis facinoribus veram penitentiam facere credendi sunt.

S. Ut audio, tu militibus et negociatoribus post penitentiam, quam dicimus carrinam, militias et negociationes repetentibus nimium es durus.

R. Si ego tibi videor durus, audi quid de huiusmodi censeat VII[us] Gregorius in suis decretalibus[4]: *Falsas*, inquit, *penitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicunque miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, id est, qui bona alterius *iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat, veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam valeat pervenire, nisi miles arma deponat ulteriusque ea, nisi consilio religiosorum, et pro defendenda iusticia non ferat, et negociator negocium derelinquat, et officialis officium deserat, bona, quae quilibet illorum iniuste abstulit, restituat, et odium [illegible] dimittat. Ne tamen interim desperet, sed quicquid boni facere possit, hortamur, ut faciat, ut Deus omnipotens cor illius ad penitentiam illustret.* *c. 42.

S. Haec omnino magis ostendunt, quae sit vera vel falsa penitentia laicorum,

1 *Pseudo-August. l. de ecclesiasticis dogmatibus* c. 23 [illegible] 1688 *VIII. app. col. 78.* 2 *Ibid. c. 24.* 3 *Ibid.* [illegible] *III* [illegible] *cf. Syn. Romana a. 1078. Nov. 19. celebrata Reg. VI. 5b* [illegible]

quam quae sit vera penitentia clericorum, de quibus tamen specialiter fuit propositum.

R. Nonne tibi satisfacere poterunt verba beati Augustini supra nec secretas mortales culpas expiantibus veniam concedentis, nisi mutato prius saeculari habitu et professo religionis studio? Isti vero clerici, de quorum falsa penitentia conqueror, et post aperta crimina ingrediuntur domum Dei, nullum studium religionis professi, nullum sanctitatis propositum aggressi, sed ita seculariter vestiti, ut, si clericum videas, laicum esse credas, cum omnibus clericis sacri canones precipiant, ut non laicalibus vestibus *f. 42'. *utantur, id est mantello sive aliis sine cappa, sed religioso habitu et decenti semper incedant. Amplius autem beatus Gregorius, ut supra perstrinximus, de penitentia clericis debita scribens ad Petrum subdiaconum[1] adeo intercludit seculum, ut mandet quoque de rebus eorum vel monasterio conferendis vel parentum usui relinquendis, ut hinc evidenter pateat, quia clericus falso penitet, nisi rebus, quas habuit, renunciet, quod et ante lapsum fieri deceret, ut altari serviens non nisi de altari viveret.

S. Nec volo, nec possum tot auctoritatibus contradicere, sed tamen libet me meosque complices te infamare, quia tu derogas famae ac vitae nostrae quae, licet saecularis, actenus tamen fuit in honore. Tua vero fama satis est undique decolorata per ea, quae de te sunt sive per veritatem sive per occasionem seminata.

R. Quisquis de me seminat et loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia Ioh. 8, 44. mendax est et pater mendacii. Veritatem vero de me dicentes non mihi sunt molesti, quia libet me ipsum veritatem confiteri.

S. Quia dicis veritatem confiteri paratum, dic, obsecro, an verum sit, quod affirmant multi de te dictum de inpregnata muliere et eius viro, qui ad eam accesserit tempore illo?

*f. 43. Ps. 26, 12. R. Non est *equum ad haec me respondere, quae mentita est iniquitas sibi de me. Sufficit mihi ea defendere, quae scio me dixisse. Inhonesta vero et turpia, quae turpes mentiuntur de me dicentes, haec et haec a me predicata esse, quae nec dici nec scribi decet pre nimia turpitudine, breviter excuso, dicens: 'Haec et haec nec dixi, nec dico'. Sic loqui soleo, quando interrogatus fuero, an dixerim illa et illa, quae patet esse repudianda, non solum pro falsitate, sed etiam pro nimia inhonestate.

S. Potest esse, ut odientes te aliqua mentiantur de te, dicentes te dixisse quae non dixisti. Sed nos libenter prebemus aurem omni de te mala loquenti, ut quoquo modo eradamus et conteramus te de terra viventium, quoniam gravis es nobis etiam ad videndum ob id maxime, quia tu solus videris nos inpugnare. Hoc est enim, quod aliquantulum nos turbat, quia in ipso claustro, in quo nutritus es, nullus fratrum tuorum tibi concordat.

R. Lege librum a nostri claustri quondam decano Manegoldo[2] contra VII[i] Gregorii laceratores compositum, et invenies in eo fortissimis auctoritatibus probatum, quod et nos probare contendimus, quia videlicet fornicantes et insuper interdicta officia *f. 43'. usurpantes *clerici Nicolaitae sunt et eretici non solum cum Nicolao, sed etiam *cum Hebione ac Paulo Samosateno dampnati[3]. Talibus enim ex rationibus excusavit VII[um] Gregorium, a nostrae terrae clericis ob hoc laceratum, quod fornicantibus altaris ministris interdixit non solum officium, sed etiam aecclesiae introitum.

S. Ille Manegoldus etiam fuit homo inportunus, et est iam defunctus. Unde optamus, ut liber ipsius cum ipso sit sepultus, quem credimus despici etiam ab ipsis

1) *Siciliae: Epist. I, 42. EE. I, p. 67.* 2) *Cf. Libelli I, p. 300.* 3) *Manegoldus c. 76. l. l. p. 429; v. supra p. 221.*

tui claustri confratribus, quia liber ille, licet in determinatione VII Gregorii tempore compositus, tamen ab ipso non creditur approbatus.

R. Nec ego librum illum habeo pro auctoritate, licet eum [illegible] catholicis [illegible] episcopis placuisse, qui propter Wigbertinum scisma expulsi, eo tempore frequentabant claustrum Raitenbǒchense. Sed ad hoc tibi respondeo, quod me credo [illegible] a fratrum meorum regulari collegio cum fratres mei probabiliores illius M[illegible] quondam illic decani sint laudatores habeantque scripta illius quasi responsa celestis oraculi, quibus in Wigbertino scismate nonnulli fuerunt ad catholicam unitatem confortati, quibus et seculares contra aecclesiam disputatores aliquantulum tunc fuerunt confutati. Unde semper ex tunc in Raitenbǒchensi claustro a prudentioribus fratribus, tanquam adhuc vivat, sic auditur ille decanus; qui licet defunctus adhuc loquitur et adhuc in [1]scriptis suis fornicantium sacrificia detestatur. Unde nuper quidam ex fratribus illius claustri scribens ad me: *Hoc*, inquit, *est notandum, quod illi sacerdotes pro argento et auro altari servientes, non tantum sunt vitulorum aureorum cultores, sed etiam Baal insani adoratores. Nam dum eos indignos apostolico officio sine apostolica probare niteris vita, et illi quibusdam clamoribus veritati resistunt, Baalim quodammodo aureis vitulis adiciunt, fingendo se tales, quales Dominus habeat, cum tales sint, quales proiciat. Quorum culpa noveris iuge sacrificium iam esse conculcatum, dum in sancto loco manendo talem abhominationem desolationis faciunt, ut oblationes aecclesiae, quas nec bigamas viduas licet sanctas in escam sumere licet, isti transferant in luxuriam, ut manducent huius mundi divites quod non deberent manducare, nisi casti huius mundi contemptores.* Haec illius fervidi fratris verba verbis meis ad hoc sunt inserta, ne putetur, quod solus ego ex fratribus meis obediam apostolo iubenti, ut subtrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt ab apostolis. Sed et frater noster Chǒnradus de Silva senuit iam in hac sententia veritatis, qua iubemur attendere a falsis prophetis, qui, licet missas cantent in sacris vestibus ad sanctitatem et innocentiam pertinentibus, intrinsecus tamen gestant cor lupinum lucri sui et rapinae potius quam Dei gloriae avidi, sicut agnoscitur ex fructibus eorum. Unde non est mihi graviter imputandum, si, consonando fratribus meis qui fidem habent Christi verbis, nolo de spinis colligere ficus neque de rubo vindemiare uvas, postquam se mihi patefecerit malorum fructuum dampnata et anathematizata aliqua pravitas. Colligant qui volunt spinarum fructus et rubi; ego credo verbis Christi affirmantis, quod neque de spinis colligunt ficus neque de rubo vindemiant uvas. Uva enim et botrus Cypri, qui est in vineis Engaddi, qui prelo crucis exprimitur in torcularibus, de quibus ait psalmista, non invenitur extra aecclesiam aut extra vineas Engaddi, quae sunt plures aecclesiae in una Christi fide. Igitur botrus Cypri tantum est in vinea Christi, in una aecclesia Dei.

S. Absque dispensationis discretione videris mihi verba Dei et verba sanctorum intelligere, a quibus multa dicta sunt pro terrore, a quibus etiam quedam permittuntur, quedam consuluntur, quedam iubentur, que omnia tibi necessaria servanda videntur, et cum omnia Dei et sanctorum verba simules te libenter audire, tamen his eorum dictis non vis obedire, in quibus agunt de dispensatione, in qua caritas omnia suffert, omnia sustinet. Tua vero mens inpatiens indiscreta nihil suffert, nihil sustinet, quae, si posset, ante messem zizania eradicare vellet, cum Dominus dicat: *Sinite utraque crescere usque ad messem.* A Dei quoque vinea nimis premature separas inutilia sarmenta, quae simul cum uvis concludit una maceria. In quibus omnibus apparet indiscretio tua magna, et quod virtus dispensationis tibi penitus est incognita, quam valde inculcat magistrorum in scolis diligentia.

R. Satis scio magistros quosdam in scolis circa haec occupari, ut se[illegible]

1 Libelli de lite III.

suum sensum inflectant potius, quam se ad rectitudinem scripturae dirigant. Qui cum
omnia terribilia dicunt ad terrorem dicta, miro modo terrorem inculcando, terrorem
conantur evacuare, affirmantes ipsis terribilibus nihil seriei veritatis inesse, nimirum
serpentis more, qui in paradyso terribilia Dei dicta frustra conatus est cassare. Hoc
illi rotundo ore buccis inflatis crepant, ut suam scientiam inflantem ostendant, vitam-
Ps. 144, 5. que dissolutam in se suique similibus defendant. At illi, qui magnificentiam gloriae
[illegible] sanctitatis Dei locuntur et mirabilia eius narrant, ipsi *etiam virtutem terribilium eius
dicent, nec aliis memoriam habundantiae suavitatis eructabunt, nisi de quorum iusticia
exultare poterunt, et qui virtutem terribilium non surdis auribus audiunt. Hoc in
meipso sum expertus, qui antehac iuxta magistrorum tuorum doctrinam laudans dispen-
sationem, multum offenderam quendam religiosum heremitam. Ille mihi primus[a] virtutem
terribilium Dei intonuit meque vehementer commonuit, ne sub honesto nomine dispen-
sationis palliarem verbam aliciae inventa ad excusandas excusationes in peccatis. Eram
tunc studiosissimus explorator, quid de vita secularium clericorum, quorum tunc unus
eram, estimarent viri religiosi: utrum scilicet esset in ea spes aliqua certa salutis,
presertim castis clericis, qualis tunc esse decreveram, licet adhuc mea querens mea-
que diligens parum potuissem sapere quicquam de vera honestate veraque castitate?
Non diu quippe attenderam, quod is, qui sic divisus est, ut modo cogitet quae sunt
Domini, modo quae sunt huius mundi, modo quomodo placeat Deo, modo quomodo
placeat huic seculo, parum distat ab homine uxorato, immo illo inferior existit, si ille
1. Cor. 7, 29. habens uxorem, tanquam non habeat, sollicitus est, quomodo etiam in habendo uxorem
*f. 46. *placeat soli Deo. Tamen qualiscunque tunc eram, libenter volueram salvari, etiamsi
mors me inveniret, licet altaris ministrum in habitu seculari. At ille prefatus here-
mita, quem astutus explorator adii, talia et tam terribilia, immo virtutem terribilium
tam terribiliter mihi obiecit, ut etiam ipse mihi ex hoc in odium venerit. Sed post-
modum digestis quae ab eo audieram, ubi sanctos patres illi concordes animadverteram,
tanquam inventus a custodibus murorum amisi defensionis et dispensationis affectatum
cf. Cant. 5, 7. pallium, quo palliatur enormitas multorum excessuum. Tunc a custodibus murorum
percussus et vulneratus et, ut dixi, pallio nudatus, non erubui coram multis confiteri
et conqueri prioris vitae miserabiles excessus, et ideo, ut spero, misericordiam sum
consecutus ad hoc fortasse, ut conversationi, in qua pene perieram, omnino sim oppositus
simque in exemplum positus ab ea converti volentibus. Fidelis enim sermo et omni accep-
1. Tim. 1, 15. tione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum
primus et maximus ego sum, qui etiam aecclesiam Dei persecutus sum aliquando, defen-
dens mala quasi per dispensationem; atque ideo fortasse iusto Dei iudicio patior multos
f. 46'. me persequentes quasi per dispensationem, qui arbitrantur *obsequium se prestare Deo,
[illegible] si me aut interficiant aut alio modo ab hominum bona memoria tollant, ponentes me
[illegible] in tenebrosis et in umbra mortis, et dicentes animae meae: *Non est salus ipsi in Deo
eius.* Non illis imputetur nec statuatur eis hoc ad peccatum. Sciant tamen me non adeo
cecum, ut non videam alia precipi, alia consuli, alia permitti, quae omnia congruunt
cf. 1. Cor. 13, 7. suo loco et tempori. Consentio etiam caritati omnia sufferenti, omnia sustinenti. Sed
rursum consentio eidem quedam scandala non sufferenti, sed succidenti, ne inutiles
[illegible] arbores etiam terram occupent, quae neque dignos fructus vitae bonae neque dignos
pro vita mala penitentiae habent fructus. Sicut credo Paulum apostolum per caritatem
cf. Gal. 2, 5. quedam sustinuisse, ita in eadem caritate scio factum, quod quibusdam nec ad horam
cessit, ut veritas euangelii permaneret apud ipsum. Quo facto satis docuit, quod contra
veritatem falsitati nec ad horam cedi convenit. Illi tamen pravorum surculi, qui nec-
dum falce apostolica sunt amputati nec inveniuntur in suis officiis interdicti, ut sunt

a) [illegible]

clerici lascivi, aleatores, venatores, scurilitati servientes magis, quam gratiarum actioni, si per caritatem sufferuntur, quandiu symonia ceteraque [illegible] et [illegible] *pravitatibus carentes intra maceriam vineae Dei esse credimus, [illegible] rum sufferentium salutem; immo per hoc purgantur boni, quod [illegible] dum dampnatos intus portant malos, quandiu a Deo dicitur prelatis, ut sinant [illegible] crescere, et illi huic dicto obedientes permittunt utraque crescere; quia videli[illegible] sunt in teneritudine habentque tam mala zizania, quam bona [illegible] augmentum capere. At, ubi secundum quod in apocalipsi legitur, dicitur angelo ha[illegible] falcem acutam, videlicet apostolicae sedis pontifici, habenti potestatem Deo rebel[illegible] communicandi, ubi, inquam, tali angelo dicitur: *Mitte falcem acutam et vindemia [illegible] vineae terrae, quoniam maturae sunt uvae eius*, cui dicto septimum Gregorium [illegible] credimus: ex tunc fieri credimus id, quod in apocalipsi sequitur: *Misit angelus fa[illegible] suam et vindemiavit vineam terrae et misit in lacum irae Dei magnum, et [illegible] extra civitatem*. Erant enim Nicolaitae ac symoniaci velut quidam botri vineae terrae, [illegible] vineae Christi, qui ante Leonem nonum[1] pene ipsam vineam Christi occupaverant, quasi licite simul feminas et aecclesias habendo, aecclesias et aecclesiastica stipendia per [illegible] pecunias et obsequia optinendo. Sed ex tunc per apostolicae sedis pontifices falcem acutam ex precepto Dei moventes apparet, quod isti botri vineae terrae nec tunc pertinuerunt ad vineam Christi, quando sunt ab eorum predecessoribus tolerati pro eo forsitan, quia needum erant maturi. Nunc autem quoniam vinea terrae tota est matura, cuius et magna pars per apostolicae sedis pontifices est vindemiata, et extra civitatem Dei proiecta atque in civitate diaboli congesta, recte audimus nunc vocem in apocalipsi dicentem: *Exite de illa, populus meus, ut ne participes sitis delictorum eius, et de plagis eius non accipiatis, quoniam pervenerunt peccata illius usque ad caelum. Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis, quantum dilatavit se et in deliciis fuit; tantum date illi tormentum et luctum, quia in corde suo dicit: 'Sedeo regina, et vidua non sum, et luctum non videbo'.* Nolo tamen haec dicendo persuadere, ut omnes omnino malos debeamus corporaliter fugere, sed ut interdictos in rebus interdictis omnino studeamus vitare, quorundam missas non audiendo et tamen eis adhuc ave dicendo; quibusdam vero nec ave dicendo firmissimeque tenendo, quod Romanorum pontificum linguae claves caeli factae sunt. Et ideo quecunque missae *illis contradicentibus canuntur, *f. 48. extra caelum, immo extra aecclesiam sunt; et qui eas temere audiunt, sua inobedientia peccatum paganitatis affirmante VII° Gregorio incurrunt.

S. Hactenus te sustinui loquentem sive scribentem. Nunc te respuo sicut prophanum et sicut ereticum, quia non concordas dictis magistrorum per totam Franciam scolas regentium. Unde et nos condiximus, ut missas tuas non audiamus tibique in hoc vicem rependamus, qui nostra execraris officia, cum tu sis omnium hominum, ne 1. Cor. 4, 18. dicam sacerdotum, peripsima. Nos autem pene omnes genere, nobilitate, divitiis excellimus. Unde tua verba ultra dedignantes audire, te toti mundo in obprobrium facienmus.

R. Ecce audis, ó aecclesia Romana, mater libera. Quomodo luditur, immo illuditur filius tuus in domo tua, quae tibi ad regendum est commissa? Si sunt in te viscera materna, succurre filiolo tuo contra illum non tuum aliquomodo tolerandum . . .[a], ubi non persequitur filium liberae, quoniam fieri potest, ut per fraternam concordiam et ipse aliquid accipiat de paterna hereditate. Sed, quia me tuum qualemcunque persequitur filium, scribe patri et archiepiscopo meo Salzpurgensi, ut eiciat ancillam *et [illegible] filium eius, quod etiam Dei gratia ipse fecit ex parte[2]. Qui, Domino [illegible]

a. [illegible]

1) A. 1048–1054. 2) *Cf. Ann. [illegible]* [illegible]

omnes pene parrochiae suae congregationes fecit regulares. Sed in suffraganeis illi subiectis, quarum una est aecclesia Ratisponensis, adhuc regnat filius ancillae, et quod nequius est, persequitur filium liberae; si tamen tu dignaris me agnoscere filium, qui tibi servo filialem affectum, frequenter optans tibi tales rectores, qualis fuit Gregorius primus, ut non dicam, qualis fuit Petrus apostolus, quorum unus, scilicet Petrus, vitam in te apostolicam plantavit, alter, videlicet Gregorius, eandem in te ita reparavit, ut Rome in ipsa Babylonia talis esset clericorum et monachorum vita, qualis a beato Petro creditur plantata, et qualis sub Marco discipulo eius apud Alexandriam est observata. Scimus et dolemus te in capite quassatam, ita ut non possis ordinare contra scientiam Christi crebro tumultuantem Romam. Si ergo non valeas cominus pugnare in gladio, pugna saltem in arcu extento. Sagittae potentis acutae fuerunt illae Gregorianae epistolae, quas archiepiscopis et episcopis ultro ingessit et omnia eorum reprehensibilia tetigit vitamque apostolicam etiam in Anglorum longinqua aecclesia dis-
*f. 49. posuit. Illius etenim tempore nulli opus erat litteras apostolicas *extorquere, vel difficulter optinere. Ultro ingerebantur et episcopis non querentibus mittebantur. Postea vero frequenter evenit, ut etiam sub devotis et epistolarum largis apostolicis esset querela de cancellariis et notariis nimium parcis et ad scribendas ac dandas epistolas tardis, ignorante tamen vel non pensante hoc Petri vicario, qui utique devotus erat in semetipso. Devotum quoque te, papa Innocenti, credimus, prudentem te iam antea experti sumus, et ideo de causa iusta et tibi nota paucis agendum censemus. Igitur, ó papa Innocenti, Antichristo regnum iam affectante, ut non dicam regnante, communicato consilio cum sanctioribus et prudentioribus, quos tu nosti, quod sint senes, adiuva nos. Preter domnos cardinales, quos habes tanquam Dei sponsae paranimphos fideles, audio tecum esse domnum Terraconensem [1] et abbatem Clarevallensem [2], viros illustres. His ad consilium adhibitis, surge et metire templum et adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, eice foras, et ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. Distingue scriptis decretalibus, qui sint illi mendaces
2. Petr. 2, 14. magistri, oculos habentes plenos adulterii, et incessabilis delicti, quos in epistola sua
f. 49'. notat apostolus Petrus, docens cavendum a talibus, quorum etiam sacramenta *per hoc
2. Petr. 2, 17. ostendit sicca, quia dicit eos fontes esse sine aqua, per hoc extincta, quia dicit eos esse nebulas, turbinibus exagitatas, quibus caligo tenebrarum reservatur. Beatus Gre-
1. Ioh. 2, 18. gorius Iohanni Constantinopolitano scribens olim inquit [3]: *Clamatur per apostolum: Filioli, novissima hora est, secundum quod veritas dicit: Pestilentia et gladius per mundum sevit, gentes insurgunt gentibus, terre concutitur orbis cum habitatoribus suis, terra deficiente, solvuntur omnia, quae predicta sunt, fiunt, rex superbiae prope est, et quod dici nefas est, sacerdotum ei preparatur exercitus, quia cervice militant elationis, qui positi fuerant, ut ducatum preberent humilitatis.* Quid putas, iste beatus diceret, si nostro tempore viveret et exercitum sacerdotum, quem regni superbiae preparari dixit, iam preparari videret? Puto, quod iam non diceret regem superbiae prope esse, sed iam adesse. Iam fortasse diceret ac plangeret, ab eodem rege superbiae duos testes Heliam et Enoch, scilicet cum Helia fervidos, cum Enoch mansuetos doctores extinctos, quia videmus utriusque materiae doctores a mundo prefocatos, ita ut exemplo Enoch pauci ambulent cum Deo, exemplo Heliae pauci ardeant in tanto domus Dei zelo, quanto
*f. 50. ille *arsit, qui sacerdotum falsorum primo sacrificia cassavit ac deinde ipsos iugulavit. Veruntamen doctoribus occisis occidi non potest sermo divinus. Clamat enim sermo
Iud. 11—19. divinus per apostolum Iudam, qui alio nomine dicitur Tatheus: *Ve illis, quia via Cain abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt et in contradictione Chore perierunt. Hi*

1 *Oldegarium* 1118—1137. 2 *Bernardum.* 3 *Epist. V, 44, EE. I. p. 341.*

sunt in epulis suis maculae, convivantes sine timore, semetipsos pascentes; nubes sine aqua, quae a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosae, bis mortuae, eradicatae, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia. Et post aliqua: *Vos autem, karissimi, memores estote verborum, quae predicta sunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum sua desideria ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes.* Hac apostolica doctrina suffragante, sanum arbitramur subtrahere nos ab omni fratre ambulante inordinate, maxime ab his, qui segregant semetipsos a Christi corpore, dum faciunt quae sunt prohibita sub anathemate. Non enim sufficit illis ambulare inordinate, nisi persequantur volentes ambulare ordinate. Unde nos miseri, qui regulares dicimur, premimur a secularibus, precipue ab his, quorum duces [illegible] isti sunt: Nicolaus inmundus, Symon magus, a quibus duobus, quasi a duabus caudis ticionum fumigantium gravantur lumina aecclesiarum, dum istis, tanquam in arce sedentibus, quia president aecclesiae cathedralibus, nec bonae voluntatis episcopi domum Dei valent cum Mathathia mundare, vel saltem in baptismalibus aecclesiis apostolicam vitam plantare, quae cunctas, etiam aecclesias episcopales et matrices deberet gubernare. Huc accedit, quod quidam episcopi ad hoc negocium secundum prophetam evellendi, destruendi, dispergendi, dissipandi, edificandi, plantandi, nimis inveniuntur tepidi.

Igitur, o papa Innocenti, apprehende arma et scutum, et exsurge paucis bonis in adiutorium. Mitte saltem ad episcopos terrae Teutonicae unum edictum simile illi Gregorianae sententiae, qua Victori episcopo scribens dicit[1]: *Quisquis ad hoc facinus,* videlicet symoniae ac neophitorum heresim, *emendandum officii sui consideratione vehementer non exarserit, cum ipso se habere non dubitet portionem, a quo prius hoc pestiferum flagitium sumpsit exordium.* Dic et tu episcopis omnibus, quod si quis pro commissa sibi potestate vehementer non exarserit ad plantandam vitam apostolicam, in qua regnat Christus, et explantandam irregularem, in qua regnat Antichristus, non dubitet se participem dampnationis, quam facientibus cum consentientibus dictat rigor apostolici sermonis. De me vero estimato quod velis; ego tibi sum et ero semper fidelis. Et, ne quis tibi persuadeat profanum eretici nomen ab hominibus voluptatum amatoribus magis quam Dei, mihi veraciter imponi, quos Deo volente odio perfecto odi, scito, tu pater mi, quem agnosco legitimum successorem Petri apostoli, me semper esse paratum satisfacere omni poscenti rationem de ea, quae in me est, spe, nihilque me pertinaciter affirmare, qui idipsum, quod dico, semper sum et fui paratissimus mutare, si cui catholicorum videtur a vero dissonare poteritque hoc rationabiliter ostendere. Diligunt autem me sui gratia catholici non solum clerici et monachi, sed etiam archiepiscopi et episcopi, specialius tamen domnus Salzburgensis et domnus Ravennas. Quibus, dum innotuisset qualitas vitae ac doctrinae meae, unus eorum, videlicet Salzpurgensis inter IIII^or virtutes amplius commendavit mihi fortitudinem; alter scilicet Ravennas inculcavit amplius temperantiae suavitatem. Ambo vero monuerunt, ut ita dicto veritatis testimonio a me satis pro meo modulo ego ultra quiescerem, quod et ego libentissime facerem. Sed insatiabili odio adversantur meae quieti, quos aliquando vera dicens offendi. Non enim nego me aliquando ivisse ad succidenda ligna silvestria, dum, apostolo monente, redargui opera tenebrarum infructuosa; in quo negocio potuit fieri, ut ferrum de manubrio elapsum excessus videlicet increpationum lederet vel occideret proximum, cuius tamen vitae insidiatus non sum. Sed unam refugii civitatem, aecclesiae scilicet indissipabilem unitatem ita, ex quo sapere cepi, semper dilexi et diligo, quod mortem evadere me spero, tuente meam parvitatem magno [illegible]

1 *Epist. XII, 9. Ep. II, p. 357.*

pontifice, cuius te, papa Innocenti, credo menbrum et vicarium esse. Tua itaque,
pater, consolatione contra totius religionis inimicos indigeo. Quam consequar, si scribes
archiepiscopo Salzpurgensi, ut subsidium ferat episcopo Ratisponensi regularem vitam
sibi commissis clericorum congregationibus iniungere vel saltem regulares illis inter-
Ps. 101, 8. miscere cupienti, cuius in parrochia ego sedeo sicut passer solitarius in tecto, ita
circumvallatus ab inimicorum grege numeroso, ut in proximis te veniente ad Leodi-
*f. 52. censem urbem[1] non ausus fuerim venire *ad visendam tuam, pater, presentiam desi-
derabilem. Rogo, pater, ut scribens domino episcopo Salzpurgensi digneris in bono
memoriam habere mei, indigni presbyteri, nomine Gerhohi, quatenus ille me tueatur
ab insultibus inimicorum, quibus tuum quoque nomen ob hoc est odiosum, quod eos
apud Montem Clarum[2] tetigisti de colore vestium notabilemque fecisti vitam et habi-
tum eorum. Nos enim, qui regulares dicimur, si quis non obedit verbo tuo, per epi-
stolam hunc notamus et corripimus ut fratrem; sed illi persecuntur corripientem.
Tuum est ergo, pater, eos consolari, quos inter inimicos Dei agnoveris periclitari, et
ut tu consolationem perfectam consequaris, exterminato inimico Dei et tuo, de cuius
qualitate aliqua nunc dicere haberem. Sed hoc feci scribens ad venerabilem virum
Iohannem Ostiensem episcopum[3], cui persuadere studui, quod Petrus cum suis con-
sentaneis pertineret ad corpus filii perditionis, si tamen ipse non est ipsa illa bestia,
Apoc. 13, 12. cuius in apocalipsi plaga mortis dicitur curata; quia contempnit fortissimum anathema,
tanquam nulla sit in eo mortis plaga et quasi inde sit in eo mortis plaga curata, quod
ei multitudo pravorum est associata. Igitur sive ipse sit membrum sive caput magni
*f. 52'. Antichristi per mundum dilatati, destruet eum Dominus *illustratione adventus sui. Tu
vero, papa Innocenti, quasi os Domini eris, si separaveris preciosum a vili, si di-
stinxeris lupos a precioso Dei ovili, si greges sodalium disiunxeris a tabernaculis
pastorum, secundum quod tu ipse internoscis distantiam illius plantationis, quam non
Matth. 15, 13. plantavit Pater, quae tandem eradicabitur, et illius, quam plantavit in Christo Deus
pater, quae nunquam eradicabitur. Notum enim est tibi, atque perspicuum inter apo-
stolice et non apostolice viventes clericos habita distinctione, qua in portione sit Aaron
sacerdos cum suis filiis in continuis tabernaculi sancti excubiis. Cui e contrario in
Num. 13, 22. alia parte resistit eumque maledicit, immo nolens benedicit Balaam ariolus, propheta
2. Reg. 2, 18. 19. conductus cum omnibus conductitiis. Stat hinc Samuel in linea sua tunica, quam dedit
ei mater sua, vita scilicet apostolica, post longam sterilitatem fecunda. Illinc vero
cf. 1. Reg. 2, 12 sqq. lasciviunt filii Heli, qui dormiunt cum mulieribus nec sciunt officia sacerdotum ra-
piuntque cum tridente fuscinula[a] stipendium sanctis usibus destinatum. Hinc sacer-
dotes legitimi portari arcam Domini, habentes videlicet corpus Christi, in quo tanquam
in arca sanctissima salus mundi est reposita. At illinc sacerdotes excelsorum, qui
*f. 53. manum suis *ordinatoribus vel aecclesiarum datoribus implendo ascendunt excelsa, de
quibus evidentius appareat eorum vestis gulata et splendida, qui etiam aecclesias re-
gunt per conducta et empta officia, quod est apertissima symonia. Carent illa arca
sancta, quia vacua sunt eorum sacramenta. Una in parte stat Helias et, ipso Deum
3. Reg. 18, 38. suaviter invocante, sacrificium illius celesti consumitur igne. At contra eum in parte
altera chorus sacerdotum Baal vendentium et ementium, et conducentium et conducto-
rum sacerdotum grex altissime canentium, ita ut etiam ignem de caelo faciant descen-
dere, quando presumunt Spiritum sanctum invocare, qui tamen non descendit super

a) *in marg.* munere, lingue, manus obsequii.

1) *Innocentius II. Leodii moratus est a.* 1131, *Mart.* 22 — *Apr.* 2; *cf. Jaffé I, p.* 847. 2) *Synodus Clarom.* (1130, *Nov.* 18) *c.* 2; *Jaffé I, p.* 845. 3) *A.* 1126—1134. *Quae epistola inter editas non invenitur.*

mendaciter et symoniace invocantium sacrificia, licet clament [illegible] illudat Helias dicens: *Clamate voce maiori; deus enim* [illegible] *Beel*-phegor, *forsitan loquitur, aut in diversorio est, aut in itinere* [illegible] *excitetur.* Una in parte stat Christus, vitis vera, cum sibi adherentibus palmitibus [illegible] quos in sacramento altaris pullulat ille botrus Cipri, qui non est extra, sed [illegible] intus in vinea Engaddi. Altera in parte, id est in lateribus aquilonis [illegible] frigidis, in monte testamenti, id est in hominibus altis et litteratis [illegible] vendicat, qui per identitatem sacramentorum, quantumlibet [illegible] iactat, quasi per ora suorum dicat: *Ero similis altissimo*; quia [illegible] missis et sacramentalibus signis excommunicatorum, quanta in [illegible] Si hoc ita est, ut illi volunt, ubi est, quod Antichristus ab apostolo predicatur op[illegible]turus in signis mendacibus? Quid vero sunt sacramenta cassa et vacua, [illegible] mendacia non solum effectu salutis carentia, sed etiam eam virtutem abnegantia, qua mutatur aut sanctificatur invisibilis creatura? Affirmante namque apostolo, [illegible] *Antichristi erit secundum operationem Satanae, non secundum operationem Christi* [illegible] *quoque in omni virtute et signis et prodigiis.* Atque, ne putares virtutem veram, signa vera, prodigia vera, subiunxit: *Mendacibus et in omni seductione iniquitatis his, qui* [illegible] *pereunt, eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* O spectaculum omni mundo ammirandum! si attendatur hinc Moyses et Aaron cum signis efficacibus, illinc Iamnes et Mambres cum signis mendacibus. Hinc Aaron a Deo electus, illinc Balaam a rege impio adductus; nondum quippe defecerunt qui per violentiam et regiam manum intrusi sunt. Stat hinc Petrus, Paulus et Stephanus, et cum illis apostolice vivere studentium ac Deo caste militantium chorus; at illinc Symon magus, Nicolaus impurus, Ananias perfidus et fraudolentus pro rebus pauperum usui destinatis, anathematizatus cum suis complicibus, suae iniquitati participantibus, atque ut breviter concludam, supra montem Syon, super apostolicam scilicet vitam, a monte Syon inchoatam, stat agnus, et cum eo CXLIIII. milia, qui empti sunt de terra; iacet vero in harena illa bestia, de qua dicit Iohannes: *Et vidi bestiam de mari ascendentem*, quae habet secum eorum gregem, qui edificant super arenam, non habentes in fundamento petram, quia neque cum Iob recte coniugati, neque cum Daniele casti, neque cum Noe rectores iusti esse probantur; atque ideo nisi dignos penitentiae fructus velint agere, non poterunt ad vitam intrare. Peniterent autem ex eis multi absque dubio, si audirent illud Petri ab eius vicario: *Salvamini a generatione ista prava.*

EXPLICIT EPISTOLA AD INNOCENTIUM PAPAM.

III.

LIBELLUS DE EO, QUOD PRINCEPS MUNDI HUIUS IAM IUDICATUS SIT.

(LIBER DE SIMONIACIS.)

In epistola ad Innocentium papam missa Gerhoh [illegible] *sacramenta irrita esse contenderat*[1]. *Quam ob rem a* [illegible] *discerptus ab Innocentio II. papa, Bernardo abbate Clarevallensi* [illegible]

1) V. *supra p.* 221 *sq.*

Romam vocatus est[1], *ut de quaestione, qua totus mundus tempore schismatis Petri Leonis movebatur, responderet. Cum igitur ad sententiam suam probandam multas patrum auctoritates colligeret, non modo Walteri archiepiscopi Ravennatis et Heimerici cancellarii assensum*[2], *sed et Innocentii II. favorem adeptus est, qui Gerhohum litteris Conrado Salisburgensi archiepiscopo commendavit*[3]. *Bernardi autem abbatis, cuius assensum summi habebat, non potuit impetrare comprobationem, cum Clarevallensis in tam gravi re certum iudicium renueret. Neque in curia Bambergensi a.* 1135, *mense Martio, habita, cui uterque astitit, Gerhoh occasionem invenit, ut abbatem Francogallicum ad suas partes traheret. Qua de causa quaestionem illam multis auctoritatibus nisus in novo opusculo tractare constituit, quod libellum 'de eo, quod princeps mundi huius iam iudicatus sit' nominatum Bernardo paulo post conventum illum transmisit. Ubi denuo summo studio sacramenta haereticorum omni virtute carere fusius exposuit*[4].

Quo in tractatu edendo haec nobis praesto fuere subsidia:

1) *Codex Klagenfurtensis, Perg. X. signatus, ubi f.* 81. *libellus noster incipit. Praebet priorem recensionem versus finem praecipue ab aliis codicibus discrepantem, ab auctore ipso, nisi fallor, scriptam et correctam. Primus de codice egit Jaksch, 'Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' VI, p.* 254 *sqq. Ipse contuli.*

2) *Codex S. Audomari nr.* 261[5], *mbr.* 4⁰, 205 *fol., saec. XII, f.* 144'—174, *quem primus G. Hüffer in libro suo: 'Der heilige Bernard' p.* 203 *in usus vertit. Ipse Argentorati contuli. Hic alteram recensionem continet, quam etiam praebuit:*

3) *Codex Dunensis*[6], *hodie deperditus et primis foliis destitutus, quem Martene, Thesaurus novus anecdotorum t. V, col.* 1459—1496. *excussit. Quam editionem Migne, Patrologia lat. t.* 194, *col.* 1335—1372. *iteravit.*

Argentorati, a. 1895, *mense Iunio.* *E. SACKUR.*

B[ernardo][a] venerabili Clare Vallis[b] abbati frater Gerhoch[c] salutem in Christo. In curia Babenbergensi[7] non poteram desiderabili presentia tua frui[d], prout volui. Nam impediente causarum tumultu de multis pauca venerunt in questionem, super quibus tuam paternam desiderabam responsionem, ut meis interrogationibus tuisque responsionibus invicem collatis atque ad unam finalem causam dilectionis relatis id ipsum sapere atque id ipsum dicere possumus, donec Deus revelaret, si quid aliter

a) Domno B. 2. b) clarevallensi 2. c) Gerulfus 2. d) perfrui 2.

1) *Libellum de eo etc. infra p.* 272; *Comm. in ps.* 64, *c.* 147, *Migne t.* 194, *col.* 99; *Liber contra duas hereses ib. t.* 193, *col.* 1170: Ast cum postea, consulente venerabili viro Bernardo Clarevallensi abbate, ad beatae recordationis papam Innocentium vocatus venissem *etc.*; *Epist.* 21, *Migne t.* 193, *col.* 577: Tertia vice in scismate Petri Leonis, cum sacerdotes in scismate sacrificantes affirmarem non habere corpus Domini. . . . Sed assistente mihi tunc Romano pontifice beatae memoriae papa Innocentio. *De ordine donorum S. Spiritus infra:* Adii domnum apostolicum Innocentium atque, ut nostis, apud ipsum *etc.*; *cf. Jaksch, 'Zu Gerhohs v. Reichersberg Schrift Adversus simoniacos', 'Mitth. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung' VI, p.* 254 *sqq.*; *Hüffer, 'Der heilige Bernard v. Clairvaux' I (*1886*), p.* 200 *sqq.* 2) *Comm. in ps.* 64, *c.* 147. 3) *Libellus de eo infra p.* 272. 4) *Cf. Jaksch l. l. p.* 260. 5) *Cf. Catalogue des départements III, p.* 132 *sqq.* 6) *Codices Dunenses in bibliothecam seminarii Brugensis translati sunt, ubi tamen nostrum hodie non inveniri per litteras bibliothecae praefecti certior factus sum.* 7) *A.* 1135, *mense Martis habita; cf. Bernhardi, 'Jahrbücher unter Lothar' p.* 560 *sqq.*

saperemus. Hoc autem ideo non dico, quod te aliter sapere credam, quam se res veritas habet, sed quia multos[a] multum movet, quod nos qui velut exploratores ab uno domino missi sumus, non per omnia unum[b] et id ipsum dicimus. Nam sicut quondam Iosue et Caleph populum Israel confortantibus ad exterminandos habitatores terre promissionis alii exploratores qui fuerant cum eis dicebant: *Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est*, ita nunc Romane sedis pontificibus Leone VIIII[c], Nycolao II, Alexandro II[d], Gregorio[e] VII. ceterisque illorum successoribus usque ad nostri[f] temporis papam Innocentium confortantibus Dei populum ad exterminationem symoniacorum et aliorum, quibus dum aecclesiastica simul et officia et beneficia sunt interdicta, quasi terra promissionis est eis abiudicata. Confortantibus, inquam, istis Dei populum ad expugnationem talium, non desunt eruditi scripturarum lectores tamquam terre promissionis exploratores illis exploratoribus consona dicentes qui dixerunt: *Nequaquam[g] ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enach de genere giganteo[h], quibus comparati quasi locuste videbamur.* Contra hos, licet per ora paucorum clamat spiritus, qui erat in Iosue atque Caleph: *Ne timeatis populum terrae huius, quia sicut panem ita eos possumus devorare; recessit ab illis omne presidium, dominus nobiscum est, nolite metuere.* Ut igitur ego potius cum paucis veritati consonem, quam cum multis errem, per tuam paternam prudentiam instrui cupio, an in his, que continet subsequens libellus, veritatis et sobrietatis verba[i] *loquar, an[k] aliud tibi videatur, sicut a nonnullis putatur, eo quod in curia Babenbergensi nec mihi nec adversariis meis fortiter astitisti[l]. Opto autem hunc libellum sigillo nostro clausum sic inlibatum[m] ad te pervenire, ut examinetur te primo et si iudicas, solo lectore. Si autem videbitur spiritui pietatis habitatori tui pectoris, ut ad plurimorum veniat noticiam, tunc rogo, si que sunt in eo corrigenda, vel tu corrigas vel mihi corrigenda suggeras. Poteris enim per dominum Adam[1] scripta quevis ad me transmittere, quod et rogo, ne pigriteris facere, quoniam opuscula tua diligo et spiritui veritatis per te mundum arguenti gratias agere soleo. Ab hac itaque gratiarum actione sit huius libelli nostri[n] exordium, Deo regente spiritum et calamum nostrum. Explicit prologus[o].

INCIPIT[p] LIBELLUS DE EO, QUOD PRINCEPS MUNDI HUIUS IAM IUDICATUS SIT.

Gratias ago spiritui veritatis, qui tam in dictis, quam in scriptis tuis arguit mundum de peccato et de iusticia: de peccato quidem, quia non credunt in Christum, qui licet[q] verbis confiteantur, factis tamen negant eum, de iusticia vero quam sic divine gracie assignas, ut non magis liceat homini gloriari de iusticia sibi divinitus collata, quam de illa Christi obedientia, de qua pendet omnis nostra[r] iusticia. Quae autem est illa obedientia, nisi quam ipse designans ait: *Ad patrem vado et iam non videbitis me.* Dixit enim hoc ea nocte, qua tradebatur ad mortem, vadens per ipsam mortis obedientiam ad patrem suisque sequacibus totam huius obedientiae relinquens utilitatem. De illa enim Christi obedientia tota christianorum consistit iusticia iuxta illud

a) multos *bis, semel del.* 1. b) u. et *in marg. suppl.* 1. c) L. [illegible] N. II. [illegible] 1. Nicholao secundo Leone nono 2. d) secundo 2. e) Greg. *om.* 2. f) n. t. [illegible] 1. g) *sequitur* valemus, *quod del.* 1. h) gyganteo 2. i) [illegible] 1. k) an [illegible] *marg. f.* 81'. *suppl.* 1. l) abstitisti 2. m) illibatam 2. n) *deest* 2. o) epistol[illegible] 2. p) Incipit liber fratris Gerulfi ad domnum B. abbatem de symoniacis 2. q) [illegible] 1. r) iust. n. 2.

1) *Abbatem Eberacensem.*

Rom. 5, 19. apostoli: *Sicut per unius inobedientiam hominis*[a] *peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedicionem*[b] *iusti constituentur multi.* Quis ergo iustus de sua in se glorietur iusticia, quam neque humana industria neque liberum arbitrium, sed sola[c] Christi *f. 82. Ioh. 16, 10. *operatur obedientia, illa nimirum obedientia, qua ivit ad patrem et iam non videmus eum. De illa quippe obedientia libero nostro arbitrio tanta in Christum credentibus et pro hac ipsa obedientia ipsum diligentibus confertur gratia, ut ipsi libero arbitrio liberum quoque insit consilium ad id sectandum, quod et per liberum arbitrium discernitur et per liberum consilium approbatur iuste agendum ita, ut ipsa hominis iusticia de presignata Christi obedientia non dubitetur derivata. Quocirca recte spiritus veritatis arguit mundum de hac iusticia non solum in his qui eam negligunt, sed in his et multo magis in his qui eam suis viribus asscribunt, quia videlicet et illi sunt inexcusabiles propter liberum arbitrium nulla, ut tu in quodam libello tuo[1] asseris, necessitate ad[d] peccandum astrictum et isti damnabiles[e] propter vanae gloriae appetitum. Etenim postquam Christus ad patrem ivit per iter obedientie[f], quod nostre iustificationis fons et causa efficiens existit, quisquis a modo audita Christi victoria servit 1. Reg. 17, 51. peccato, illud tale est quale hoc fuisset, si Goliath gigante[g] prostrato et toto Philisteo- *f. 82'. rum exercitu fugato populus Israel magis elegisset *subesse ac servire Philisteis, quam potiri acquisita libertate per David manu fortem. Qui autem Christi victoriam[h] vel quantulamcunque iusticiam illius victorie consecutivam vel etiam laudem seu gloriam iusticiae debitam sibi arrogant, similes inveniuntur superbo Saulo[i] humili David nimis invidenti et gloriam ipsius David sibimet[k] arrogare cupienti. Iratus est enim Saul 1. Reg. 18, 8. dicens: *Mihi mille*[l] *dederunt et David X*[m] *milia.* Irascuntur et nunc multi, si non eis offeratur gloria soli Deo debita, quia gloriam ab invicem accipiunt et gloriam, quae a solo Deo est, negligunt. Hos, ut predixi, tam in dictis quam in scriptis tuis arguit spiritus veritatis probans hominis iusticiam soli divinae gratiae attribuendam. Recolo nunc illud apostoli dictum a te in curia Babenbergensi vehementer michi inculcatum: 1. Tim. 1, 17. Luc. 19, 38. *Regi seculorum inmortali invisibili, soli Deo honor et gloria*, et illud angelicum: *Gloria in excelsis Deo.* Que duo testimonia de ore apostolico et angelico rapta forsitan ideo mihi obtendisti, ne gloriam soli Deo debitam ego miser captando perderem gratiam ib. 2, 14. pacis imprecatam hominibus bone voluntatis. Gaudeo, piissime et reverende pater, de tua circa me sollicitudine, verumptamen Deo gratias non mihi sum conscius de hu- *f. 83. mane ac vanae gloriae *aviditate. Non, inquam, mihi[n] sum conscius, sed non in hoc 1. Cor. 4, 4. sum iustificatus. Qui enim iudicat me, Dominus est, cuius et hoc ipsum donum in me ib. 4, 3. est quod, ut mihi de me videtur, pro minimo mihi est, ut a vobis diiudicer aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico, quia iudicium divinum de omnibus factis, dictis et cogitatis meis tremens expecto, aucto mihi tremore de tua paterna ammonitione, qua dixisti singulos nostrum debere considerare, qualis vel quantus fructus proveniret de suo in verbo Dei labore. Haec poteras dicere securus tamquam conscius ib. 3, 7. tibi magnorum fructuum, qui te plantante ac rigante, Deo vero incrementum dante, provenerunt per laborem tuum, quem habes circa Dei verbum. Ego vero tremens hec Ps. 128, 7. dicta tua recogito, qui de multo labore meo paucos manipulos colligo, ad illorum comparationem qui multum trahunt post se discipulorum gregem vel ad vitam heremiticam vel ad aliam conversationem a mundo longe distinctam eorumque vite assimilatam, qui 4. Reg. 4, 39. cum Heliseo propheta de agrestibus herbis in solitudine vixerunt, quando propter

1) *Cf. De gratia et libero arbitrio, Opp. (Antwerpiae 1620) col.* 912.

a) homines 2. b) obedientiam 2. c) unica 2. d) ad pecc. *om.* 2. e) dampn. 2. f) obedientie 2. g) gyg. 2. h) victoria 1. i) sauli 2. k) sib. arr. *super lin.* 2. l) ded. mil. 2. m) decem 2. n) sum mihi 2.

multas fornicationes impiae Iezabelis locum sancte conversandi in urbibus habere non potuerunt, utpote regnante tunc ydolatria[a] etiam[b] in ipsa Hierusalem[c], [illegible] Dei civitate sancta, per Athaliam predicte Iezabelis filiam, coniugem regis Iuda Ioram, propter cuius immundiciam in regno Iudeae grassantem tres reges Iuda videlicet Achazias[d], Ioas et Amasias de libro generationis Iesu Christi secundum Matheum succisi sunt, ubi dicitur: *Ioram autem genuit Oziam*. Tunc ergo [illegible] Iuda et Israel tanta regum et reginarum nequicia, ut precones verbi Dei non haberent sub eis licentiam[e] docendi nec saltem vivendi, quod ex querela Heliae et ex morte Zachariae prophetae inter templum et altare occisi comprobatur, multi prophetarum, quorum Helias et Heliseus precipui fuerunt, errabant in montibus et speluncis et in cavernis terre[f], quorum tu pater et tui similes videmini exempla sectari [illegible] in silvis habitando et quos potestis ad id ipsum invitando. Quid enim, si austeritas vestium ciborumque agrestium, quibus utimini, consideretur, de antiquis exemplis Helyae[g] vobis deesse iudicetur, nisi forte zelus ille nimius, quo ipse sacerdotibus Iezabelis[h] nimium erat infestus, quorum una die octingentos quinquaginta interfecit, non tamen, antequam sacrificia eorum igne divino carere demonstravit. Neque enim rex aut populus ab eisdem falsis prophetis dementatus facile permisisset occidi tot sacerdotes, nisi primo fuisset ostensum, quantum a sacrificio Heliae distabat eorum sacrificium. Hoc autem demonstrato, quod non operaretur ignis divinus in eorum sacrificio, neque rex neque populus eos defendebat, sed eos omni auxilio destitutos Helias occidebat. Cuius utinam vos zelum haberetis primo in hereticorum sacrificiis cassandis, deinde in eisdem gladio verbi, quo valenter estis, armatus iugulandis! Ut enim de uno scismaticorum seu hereticorum vexillifero agam, quomodo cogitatis a Petro Leonis populum sibi adherentem separare, quamdiu ipse ab aecclesia precisus creditur idem sacrificium, quod nos offerimus, offerre nec a nobis in sacrificando magis differre, quam differunt in aecclesia mali et boni sacerdotes, quos excepta sola salutis efficientia constat omnino in sacrificando a bonis indifferentes. Non enim sufficit ad expugnandos hereticos, quod eos per hoc a malis catholicis distinguimus, quia eorum sacrificia nec ipsis prosunt, nec eorum communicatoribus, cum in *aecclesia pravi sacerdotes[i] necdum interdicti etsi non sibi salutem, tamen operantur suis communicatoribus et missarum auditoribus. Non, inquam, hoc sufficit, cum in hoc solo glorientur heretici, in quo et olim gloriabantur magi Pharaonis, videlicet in signis omnino similibus, nisi in quantum ea distinguit solus Dei digitus. Quid enim sunt sacramenta, nisi rerum sacrarum signa, quibus per hereticos symoniacos aliosque separatos ab aecclesia[k] dementatur[l] Pharao[m] et tota Egyptus, id est omnis hic mundus in maligno positus, quia necdum apparet, quod sacramentis et signis, licet omnino similibus, non ubique cooperatur invisibilis Dei digitus[k], qui a multis asseritur inesse sacramentis[n] omnibus[k], tam extra aecclesiam[o] quam intra celebratis. Quod tamen vos, Deo gratias, non conamini astruere, sed inter diversas et adversas partes ita vos medium soletis exhibere, ut neque affirmantes neque infirmantes prenotatum sensum adiuvetis: ob hoc forsitan[p], quia vos cum Helya declinando insidias Iezabelis in spelunca silentii super hac questione vultis latere, captata vobis et[q] vestris quadam securitate, *quam non possetis habere, si quemadmodum de peccato et de iusticia mundum arguitis, ita quoque de iudicio cum velletis arguere, astruendo scilicet, quod princeps huius mundi non solum in seipso, sed etiam in quibusdam membris suis iam iudicatus est. Quod cum ita vel sit vel vobis esse videatur, gaudemus quidem de vestra securitate, gaudemus vobis-

a) idol. 2. b) *bis, semel del.* 1. c) ier. 2. d) ahazias 2. e) licentia 1. f) [illegible] 2. g) Heliç 2. h) iezebelis 2. i) *sequitur* et si non sibi *del.* 1. k) *sequitur* [illegible] 1. l) demereatur 2. m) *hic incipit* 3. n) omn. sacr. 2. 3. o) *deest* 1. p) forsan 3. q) [illegible]

omnes homines esse amicos, etiam ipsos christianae religionis inimicos, dummodo vos constet eorum pravitatibus inimicari et adversari, quantumlibet sentiatis vos ab eis amari. Sed multum per omnem modum illi nos exhilarant, qui cum Helya non solum latitare, sed et cum eodem solent in hoc se manifestare, ut sacrificia falsorum prophetarum annichilent et eosdem spiritus gladio iugulent. Quid autem de illis dicam, qui nunquam latitant cum Helya, sed semper in urbibus morantur cum Ysaya, Zacharia, Ieremia ceterisque prophetis, qui nullos vel paucos habuere discipulos: et tamen eos in faciem resistentes iniquis hominibus hoc solum reddit coram Deo gloriosos, quod *ludibria*
Hebr. 11, 36. 37. *et verbera experti, insuper et vincula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, temptati sunt,*
*f. 85'. *in occasione gladii *mortui sunt?* Imitatores talium sitiens anima mea nusquam dulcius reficitur, quam cum presides apostolicae sedis intuetur. Per hos enim contritus est Symon magus, per hos a sacri altaris ministerio repelluntur greges sodalium, scilicet vel cum Nycolao[a], Ebione et Paulo Samosateno fornicantium, vel cum ipso Symone mago et Iuda mercatore pessimo in domo Dei negociantium.

Ut enim de ceteris nunc taceam, in quibus princeps mundi huius iam iudicatus est, quis impium Symonem cum suis sequacibus totiens damnatum denuo censeat vocandum in iudicium tanquam adhuc iudicandum, cum in eo princeps mundi[b] huius iam ita sit iudicatus, ut de illius toleratoribus Victori episcopo scribens dicat sanctus Gregorius[1]: *Quisquis ad hoc facinus* — videlicet symoniace aut neophitorum hereseos — *emendandum officii sui consideratione vehementer non arserit, cum illo se non dubitet habere portionem, a quo prius hoc piaculare flagitium sumpsit exordium.* Sane hoc notari cupimus, quod non in causis dubiis vel personis ignoratis dicimus mundi[b] huius principem damnatum[c], cum
*f. 86. talium personarum tales causae divinum *extremi examinis expectent iudicium. Sed in his tantum causis vel personis dicimus mundi huius principem damnatum[c], de quibus evidenter a sede apostolica invenimus iudicatum. Hec enim sedes cautis utendo circum-
Gen. 18, 23. scriptionibus, non perdit iustum cum impio: unde ab illius presulibus non alii cum Nycolao vel Symone mago iudicantur, vel Nycolaite[d] aut symoniaci heretici nominantur, nisi qui in erroris sui secta indurati synodalibus[e] sanctorum patrum diffinitionibus et decretalibus eorum statutis scienter[f] et manifeste inobedientes, apostatarumque pertinacia eis recalcitrantes, studio et voluntate refragantur. In tales dudum data est anathematis sententia, eorumque penitus interdicta sunt officia, quamvis in convictu, salutatione ac ceteris huiusmodi adhuc[f] eis communicare permittatur aecclesia, quia, si etiam in talibus interdicerentur, oportuerat nos exire de hoc mundo Nicolaitis et symoniacis pleno. Quis enim clericos conducticios eorumque conductores dubitet esse symoniacos et hereticos negociatores? Quis altaris ministros fornicantes et interdicta sibi officia usurpantes, talemque presumptionem contra sedis apostolicae doctrinam pertinaciter defensantes dubitet hereticos, utpote a Romana aecclesia discordes eique
*f. 86'. *rebelles? Verum, quia tales incestuosos et presumptuosos difficile nimis est examinare, quid videlicet sint huius presumptionis et inobedientiae, quam in interdictis officiis committunt, pertinaces defensores, et ob hoc heretici nominandi ac[g] publice vitandi, maxime si eos vitandos docent proprii sui episcopi, et qui non publice[h] sint vitandi, sed caute declinandi: maxime quia vel non defendunt aut docent faciendum quod faciunt, vel quia eos, licet a Romana sede interdictos, proprii episcopi adhuc sufferunt: rectius fortasse huiusmodi homines inter pravos et interdictos catholicos, quam inter exclusos hereticos computamus. Quamvis anno dominicae incarnationis MLVIIII cele-

a) nichol. *semper* 2. b) h. m. 2. 3. c) dampnatum *semper* 2. d) nicholaite *semper* 2. e) sinod. 2. f) *deest* 3. g) ac — episc. *in marg. suppl.* 1. h) publ. — suffer. *in marg. suppl.* 1.

1) *Epist. XII, 9. EE. II, p. 357.*

brata sinodo, presidente papa Nycolao II[1], idem papa [illegible] totius concilii Nycolaitas nominasse perversitatemque ipsorum [illegible] appellasse[2]. Cum itaque auctoritate huius Romani pontificis et concilii [illegible] prenotatos incestuosos et presumptuosos proscribere inter ceteros hereticos, tamen quia, ut dixi, vix possunt examinari, contenti sumus eos pravos et interdictos [illegible] nominari et[b] id solum de talibus observari, ut nemo Romanae sedi obediens [illegible] eorum officia terribiliter ab eadem sede interdicta[3], *quia*, ut ait septimus Gregorius, *peccatum ariolandi incurrit quisquis dum christianum se asserit, sedi apostolicae* [illegible] *contempnit.* Sed[c] hanc obedientiam facile possunt observare qui habent episcopos per omnia obedientes apostolicae sedi, vitando scilicet et vitandos docendo quorum illa sedes officia prohibet audiri: ubi vero episcopi similes angelo Tyatire nolunt mulierem Iezabel, que se dicit propheten, de suis terminis expellere, sed permittunt eam interdicta sacrificia edere pariterque fornicari ac servos Dei seducere, ibi oportet veros catholicos aut persecutionem pati ab ista Iezabele, aut fugere sicut antiquam Iezabelem fugit Helias, aut ita suam cautelam et Romanae sedis obedientiam occultare[d] ab ista Iezabele, sicut quondam VII milia virorum ante Baal genu non incurvantium suam cautelam occultabant regnante Iezabele. Haec de incestuosis clericis dicta sufficiant.

Si quis vero in lepra symonie *ita notabilem et insignem se reddiderit, ut ex felle amaritudinis et obligatione impietatis agnosci possit, hunc non dubito, ut hereticum et hostem aecclesiae cavendum, utpote in ipso Symone mago a beato Petro multisque successoribus eius proscriptum et damnatum, quoniam, testante Gelasio papa[3], cum quilibet cuiuscunque perversitatis auctores ad doctores anathemati addicerentur, omnes eorum complices et sectatores pariter sunt anathematizati et gladio spiritus amputati, atque antequam nascerentur predamnati, sicut Chanaan filius Cham maledictus est antequam natus, dicente Noe: *Maledictus Chanaan servus servorum erit fratribus suis.* Quare in impio patris derisore Cham adhuc non natus maledictus est filius eius Chanaan, nisi quia in damnato quolibet heresiarcha intelligi debet omnis posteritas eius maledicta? Lege, si vacat, epistolam Gelasii pape ad Eufemium, et invenies uniuscuiusque semel damnatae pravitatis non solum auctores, sed et successores et successorum communicatores pari modo vitandos. Dicit enim inter cetera ipse beatus papa Gelasius in illa[e] epistola[4]: *Si aliquis recte sapiens de fide catholica communicet hereticis vel successoribus eorum, non est fas eum inter catholicorum altaria nominare.* Idem Orientalibus episcopis[5]: *Omnes complices, sectatores, communicatores damnate semel pravitatis pari sorte *censentur.* Item omnibus episcopis Dardaniae[6]: *Patres nostri auctore cuius-* *f. 87
libet erroris[f] pariter cum errore damnato sufficere iudicarunt, ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali eius[g] sententia damnatus esset, quando manifeste quilibet vel professione sua vel communione posset agnosci. Et post pauca: *Forma fidei communionisque catholicae Nyceno prolata concilio[h] Arrianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive consensu, sive communione deciderit, sine retractatione excludit.* Idem in sequentibus[7]: *Ipse error, qui semel est cum suo auctore[i] damnatus in participe quolibet prave communionis effecto et execrationem gestat et penam.* Nonne per

a) secundo 2. b) et — observ. *om.* 2. c) Sed — sufficiant [illegible]. d) occultare 1. e) ipsa 2. 3. f) insaniae ac pariter errore *Gel.* g) [illegible] obstrictus. quoniam *Gel.* h) conventu *Gel.* i) errore 3.

1) *Cf. Epistolam ad Innocentium papam, supra p.* 217. 2) *Epist. a.* 1079, [illegible] *II p.* 355. 3) *V. infra n.* 5. 4) *Cf. Gelasii epist. II. ad Euphemium* § 8. [illegible] *pontif. Rom. p.* 316. 5) *Epist.* 27. *ad episc. Orient.* § 3. *Thiel I. p.* 424. 6) [illegible] *ad episc. Dardaniae* § 2. *ed. Thiel I. p.* 394. 7) § 4. [illegible] *p.* 399.

hunc Romanum pontificem talia dicentem spiritus veritatis arguit mundum de iudicio, nimirum ostendens, quod princeps mundi huius iam iudicatus est, non solum in ipsis heresium damnatarum auctoribus, sed et in omnibus eorum sectatoribus, successoribus, communicatoribus? Hoc principis huius mundi iudicium iam factum bene prospexit Romana diligentia, docens conductitios clericos in nullis aecclesiis tolerandos, utpote in impio Balaam primo conductitio damnatos, et sub eiusdem Balaam detestando nomine in Apocalipsi Iohannis apostoli et in epistolis[a] Petri apostoli, ac Iude apo- *f. 88. stoli[b] notatos, immo et in Symone mago multotiens anathematizatos. Istos* *conducticios tamquam filios ancille mater libera quandoque iudicabat dicens Deo patri: Gen. 21, 10. *Eice ancillam et filium eius,* immo et plures filios concubinarum, quibus etsi ex paterna Isai. 5, 8. Dei patientia proveniunt, munera et lucra multa, dum et agrum agro et domui domum coniungunt ad hereditatem solis filiis libere matris promissam non admittent? Sed Num. 22. eicientur foras a filiorum nobilium consortio, sive ipsi conductores imitentur Balach regem sive conducti imitentur Balaam ariolum, qui mercedem iniquitatis amavit. Contra quorum insipientiam quia satis loquitur asina cupiens cavere gladium, quem talibus intentari videt, nos huiusmodi Balachitas et Balaamitas quasi paleas aridas eterno igni servandas in partem sequestremus, hoc solo contenti, ut ab eis utpote inordinate ambulantibus declinemus nec de sacramentis per eos celebratis quicquam disputemus, quoniam supra inter pravos et interdictos catholicos eos computari posse concessimus, exceptis eorum pravis et pertinacibus defensoribus, nunc ad ipsos calamum vertamus quos hereticos esse non dubitamus, quosque recte symoniacos hereticos nominamus: etiamsi semel damnatam, immo multotiens precisam non defendant negociationem, Act. 8, 23. quomodo eam Symon magus non defendit, qui, licet esset in felle amaritudinis et obli- ib. 24. gatione iniquitatis, tamen dixit apostolis: *Precamini vos pro me ad Dominum, ut nichil veniat super me horum que dixistis.* Quamquam ergo ad iudicium sint vocandi qui de symonia pulsati, neque symoniace actionis neque symoniacae pactionis lepra sunt mani- *f. 88'. feste maculati, ut habeant locum defensionis qui adhuc *habent vocem negationis; illi tamen clerici conducticii eorumque conductores tam manifesti sunt in domo Dei negociatores, ut non solum actio, sed etiam pactio symoniaca ita sit in his manifesta, quatenus pro certo debeat constare, illos iamdudum cum Symone et in Symone mago damnatos esse[b], neque sortem ullam eis in sacerdocio Christi esse, dicente ad Symonem magum[c] Act. 8, 21. Symone Petro: *Non est tibi pars, neque sors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Similis enim causa simili subiacet sententie. Nunquid enim Petrus magum illum damnans non eandem causam expressit, quam nunc inter conducticios et conductores esse nemo est qui negare possit? *Cor enim,* inquit, *tuum non est rectum coram Deo.* Sic et nunc si querant conducticii quare a Petri vicario sint proscripti, dictum sibi reputent[d] quod Symoni mago dictum est: 'Cor enim vestrum non est rectum coram Deo'. In quo non est rectum? Videlicet, quia donum Dei existimastis peccunia possideri.

Ioh. 1, 9. Libet, admota scripturarum lucerna propius, demonstrante ipso lumine quod illuminat omnem hominem, intueri, quare pre omnibus hereticis acrius dampnati sunt symoniaci. Quia cum omnes heresiarche pravitatem suam pertinaciter defendentes legantur damnati[1], in solum Symonem magum etiam pro venia rogantem deprompta

*) Istos *usque ad* dubitamus quosque *(l. 21) des.* 2. 3, *qui haec habent:* Tales enim conducticios eorumque conductores vel prebendarum seu aecclesiarum publicos venditores et emptores recte *etc.*

a) epistola 2. 3. b) *deest* 2. 3. c) m. S. *om.* 1. d) putent 3.

1) *Cf. Brunonis Signini epist., Lib. II, p.* 563.

est maledictio, non quia donum Dei pecunia possederit, sed quia hoc posse fieri existimavit. Quod est istud donum tam inpreciabile, ut [illegible] et damnationis vel perditionis filius iudicetur quisquis illud existimat precio possideri vel emi posse, ut ille filius perditionis, cui dictum est a Petro: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Non sic, non ita vehementer damnatus est alter[a] ille filius perditionis venditor Christi, ut una cum ipso perderetur precium sanguinis Christi. Nam ipso quidem pessimo mercatore perdito, magna utilitas provisa est de ipso sanguinis precio, dum secundum auctoritatem propheticae scripture comparatus est inde ager figuli in sepulturam peregrinorum. Symoni vero dicitur: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*, ut hinc facile animadvertere possimus scelere Iudae scelus Symonis maius esse. Nam Iudas quidem vendidit Christum, quem utpote mortalem non intellexit esse ipsum Deum, Deo patri coaeternum: quod hinc facile perpendimus, quia ipsa nocte qua Christus tradebatur, discipulos ita increpatos legimus: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me?* Si hoc bonis discipulis dici potuit, quanto magis illi, quem ne Christum deum agnosceret avaricia, que sapientium quoque oculos obcecat[b], obcecavit? In recompensationem namque, ut sibi videbatur perditi unguenti, quod ipse dixerat trecentis denariis [illegible] potuisse venundari, stimulante avaricia contentus est huius precii, id est denariorum[c] trecentorum decimam Christo vendito acquirere, hoc est XXX denarios, qui sunt trecentorum denariorum decimatio. Quam cecus venditor qui pro tam vili precio vendidit illum, cuius ut in Canticis canticorum legitur: *Caput est aurum optimum et manus tornatiles aureae plenae iacinctis*, longe preciosiores XXX argenteis, immo qui est illa sapientia, de qua dicitur: *Preciosior est cunctis opibus, et omnia que desiderantur huic non valent comparari!* Attamen quemadmodum dicitur huius mundi principibus, *quia si cognovissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent*, ita de isto dici potest, quia, si Christi aureum caput, manus aureas et cetera in eo desiderabilia mortalitate carnis obtecta perspexisset, nunquam Dominum gloriae pro tam vili vendidisset. Neque tamen per ea quae dicimus Iudas mercator pessimus excusatur, qui, etsi aliud nichil de Christo scire potuit, nisi quod homo innocens et bonorum operum factor extitit, hunc talem pro XXX denariis vendendo ad mortem digne ac merito hereditavit a psalmista in illum predictatas XXX maledictiones, quarum prima est: *Constitue super eum peccatorem*, ultima: *Operiantur sicut diployde confusione sua.* Veruntamen tam iste Iudas, quam etiam cuncti heretici, qui peccaverunt in personam Filii, tolerabilius peccasse iudicantur his qui peccaverunt in personam Spiritus sancti. Verbi gratia tolerabilius peccavit Arrius in sua blasphemia dicendo creaturam esse Filium, quam impius Macedonius dicendo[d] creaturam esse Spiritum sanctum. Ut enim Arrius Christum creaturam diceret, ipsius Christi verbis de se secundum humanitatem prolatis et ab ipso Arrio non recte intellectis, primo induci potuit, verbi gratia cum dicit Christus, quia *Pater maior me est*: sed ubi CCCtorum XVIII patrum sententiam consonam de Patris et Filii consubstantialitate in uno Spiritu prolatam et indubitata sancti Spiritus auctoritate corroboratam pertinaciter oppugnans indignum se vitae eternae iudicavit, non solummodo in Filium, sed in Spiritum quoque sanctum Arrius ipse peccavit. Est enim indubitata sancti Spiritus auctoritas, unanimis patrum orthodoxorum in aliqua sententia id ipsum dicentium, id ipsum sapientium censura, quam si quis contempnens dis[illegible] spiritu sic agitur, ut ex dispersione ad congregationem quam Spiritus sanctus operatur nunquam redeat; ipse, beato Augustino teste, verbum dicit contra Spiritum sanctum, neque in hoc seculo neque in futuro remittendum. Sic sic Arrius vel alius quilibet heresiarcha, seu etiam scismatis inveterati defensor aliquis, dum nimis amando suam sententiam vel invidendo melius dicentibus factus est pertinax et obstinatus, [illegible]

a) i. a. 2. 3. b) excecat 2. 3. c) trec. den. 2. 3. d) [illegible] 2.

initia[a] errorum, quibus fortasse non peccabatur in Spiritum sanctum, erroribus ipsis
*f. 90'. augmentum capientibus incidit in sancti Spiritus *blasphemiam, neque in hoc neque
in futuro seculo remittendam. Symon vero magus vel alius quilibet symoniacus in
ipsa symoniace negociationis inceptione, qua donum Dei existimatur pecunia possideri,
convincitur esse blasphemator Spiritus sancti. Nam quod Spiritus sanctus donum Dei
dicatur et sit, ita est evidens, ut probatione non egeat. Unde illud quod mulieri Sa-
Ioh. 4, 10. maritane Christus dixit: *Si scires donum Dei, et quis est qui loquitur tecum, tu forsitan*
petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam, ita invenimus a magnis doctoribus ex-
positum, ut donum Dei, de quo Christus ait[b], non aliud intelligamus quam Spiritum
sanctum. Quod cum ita sit, quisquis donum Dei existimat pecunia possideri, ipse
Spiritum sanctum, qui eque ut Pater et Filius est creator omnium, redigit sub precium
utique a sancto Spiritu creatore creatum. Cum ergo creatorem creature vili aut con-
fert aut supponit, longe deterius Arrio delinquit, quoniam ille Filium Dei asseruit
quidem esse creaturam, sed tamen excellentissimam, cui nec angelicam dignitatem
concessit equiparandam. Symoniacus autem donum Dei, hoc est Spiritum sanctum,
credens et existimans quasi rem propriam posse ab homine pecunia emi, cum omne
quod quasi proprium possidetur ab homine sit vilius et inferius homine, Spiritum
sanctum qui donum Dei est, immo qui Deus est, supponit homini et coequat precio
*f. 91. graciam impreciabilem, comparatque rem incomparabilem, si ad *creaturas universas
intendimus[c]; quibus omnibus appreciari vel comparari non potest creator Spiritus,
quemadmodum nec Pater, nec Filius, quorum amborum est iste unus Spiritus, eque
liber ut Pater et Filius: immo cum Filius, forma servi accepta, per annos XXX tres[d]
fuerit servus, etiam servientibus sibi angelis paulominus minoratus, Spiritus sanctus
tante est libertatis, ut etiam servos quos repleverit liberos faciat; unde est illud apo-
2. Cor. 3, 17. Gal. 5, 18. stoli: *Ubi est*[e] *Spiritus Domini, ibi libertas.* Item: *Quod si Spiritu ducimini, non estis*
sub lege. Iugum quippe legis iram operantis, iugumque peccati graviter onerantis, per
Is. 10, 27. solum hunc Spiritum advenientem aufertur, iuxta illud Ysaie dictum: *Computrescet*
iugum a facie olei. Nonne itaque magnum et nefandum sacrilegium homo committit,
cum hunc[f] Spiritum omnino liberum ac totius angelice vel humane libertatis aut libera-
tionis effectorem vendit vel emit, quasi mancipium proprium? Immo cum hoc facere
non possit, existimat se illum posse aut emere aut vendere, qui non venit ad homines
Ioh. 3, 8. ulla emptione, sed potius tanquam liber solummodo ubi vult spirat, et sua donativa
1. Cor. 12, 11. dividit singulis prout vult, non prout emitur precio, non prout exigit ambitio, sed, ut
dixi, prout vult? Peccavit quidem in hunc Spiritum sanctum impius Macedonius asse-
rendo, quod ipse esset Patris ac Filii servus, omnibus tamen angelis preferendus; multo
amplius peccat symoniacus, existimans, quod liberrimus hic Spiritus quasi mancipium
*f. 91'. proprium suum possit ab ipso vendi. *Qui autem hunc emere nititur, et precium
perdit et appreciatum non acquirit, sed tota lepra venditoris miro modo, cum ab ipso
non recedat, ad emptorem commigrat, ut tam emptor quam venditor inter illius membra
pereat, qui extollitur supra omne quod dicitur Deus. Nam symoniacus venditor et
emptor extollitur supra Spiritum sanctum, qui dicitur et est cum Patre et Filio unus
et summus Deus, in qua excellentia[g] quoniam Spiritus sanctus vili creaturae subponi-
tur[h], ut premonstratum est, eidem Spiritui sancto sua divinitas denegatur, quod aper-
tissimum scelus et blasphemia in Spiritum sanctum esse comprobatur; et est nequius
hoc scelus scelere Macedonii, et eorum qui cum ipso blasphemabant Spiritum sanctum,
dicentes eum Patris et Filii servum[i]; quod ne videamur de corde nostro prophetare,
patrum[k] non paucorum testimonium subnectere libet, quorum tam auctoritas quam

a) suorum *add.* 3. b) ag̃ 1. c) att. 2. d) triginta 2. 3. e) *deest* 1. f) solum *add.* 2. g) extollentia 2. h) supp. 2. 3. i) Quam vero nefanda sit ac detestabilis ista heresis *sequitur sed del.* 1. k) pautrum 1.

numerositas fidelem et non contentiosum auditorem potest movere, quoque etiam persuadere. Septima synodus universalis habita a V patriarchis cum CCCL patribus in epistola, quam Adriano pape direxit, hec inter cetera dixit[1]: *Hi qui per pecuniam manus imposuerunt vel imponunt, Petrus divinus apostolus,* [illegible] *sanctitas vestra, tanquam Symonem magum deponit. Tolerabilior est enim Macedonii et eorum qui circa ipsum sunt sancti Spiritus impugnatorum impia insania. Illi enim creaturam*[a] *et servum Dei Patris et Filii Spiritum sanctum delirando fatentur; hi autem se eundem Spiritum sanctum efficiunt servum. Omnis enim dominus quod habet, si vult, vendit, sive servum, sive aliquod eorum que possidet. Similiter et qui emit, dominus volens esse eius quod emerit, per precium pecuniae illud acquirit: ita et qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt spiritui sancto equaliter peccantes, his qui blasphemaverunt dicentes in Belzebub eicere Christum demonia: et procul dubio non est gratia Spiritus sancti in eis, id est sacerdotii sanctitas: ait enim Petrus Symoni: 'Non est tibi pars, neque sors in sermone isto'. Nam et vicesimus et octavus canon apostolorum, et actus eorum, tercius et quartus liber regnorum alienum omnino a sacerdotio pronuntiant eum, qui aliqua dederit, vel acceperit pecuniam in aliquo tempore, sive ante manus impositionem, sive post impositionem. Accipere enim est quandocunque accipere.* Item ex ultima epistola eiusdem synodi: *Qui per pecuniam quemque consecrat, vel consecratus est, alienus est a sacerdotio, sicut omnes aecclesiae scimus alumpni ex canonicis disciplinis eruditi.* Quem non moveat tantorum patrum in una synodo residentium auctoritas consona, idem predicantium quod predicat etiam parvitas nostra? Cui si quis estimat facile contradicendum, restat, ut annichilet auctoritates tot patrum nobis consonantium atque una nobiscum affirmantium, quod symoniacus in sua heresi vincat Macedonium hereticum.

Sed quia de manus impositione multi concedunt, quod si per pecuniam tribuatur, dans et accipiens hereticus efficiatur: de ceteris vero rebus aecclesiasticis non idem concedunt. Audiant illud ex epistola Paschalis pape Mediolanensibus directa[2]: *Si quis obiecerit non consecrationes, sed res ipsas quae ex consecratione proveniunt vendi, videtur quidem aliquid dicere, nichil autem penitus sapere. Nam cum corporalis aecclesiae episcopus vel abbas aut tale aliquid sine rebus corporalibus et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit: quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non provenit, neutrum non venditum derelinquit. Quam tamen obiectionem sacer Calcedonensis canon*[3] *penitus exterminat, cum procuratorem vel defensorem aecclesiae vel quemquam regulae subiectum adeo per pecunias ordinari prohibeat, ut interventores quoque tanti sceleris anathematis mucrone succidat*[4]. *Quid plura? Si anathematizati et excommunicati, et ut vere heretici, symoniaci et neophiti ab aecclesia sunt separati, quis non videat, quod huiusmodi sacerdotum missae et orationes Deum ad iracundiam super populum provocent, quem talibus*[b] *placari credebamus? Scriptum est enim*[5]: *'Veri sacrificii locus extra aecclesiam non est'. Et item: 'Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita'. Quoniam*[c] *ergo tales episcopos, vel*[d] *abbates, vel reliquos clericos non*[d] *devitamus, si eorum missas audimus vel cum eis oramus.*

a) creaturam *usque ad* Dicunt enim *infra p.* 250, *l.* 28 *des.* 1. [illegible]
c) Quomodo *W.* d) *deest W.*

1) *Syn. VII. ex Interpret. Anastasii. Actio VIII. Tarasius Adriano.* [illegible] *XVIII.* [illegible] *Qui locus et qui ex epistola Widonis sequitur, ex Libello Deusdedit II.* § 1. 2. [illegible] *II p.* [illegible] *sumpti sunt.* 2) *Epistola Widonis ad archiep. Mediolan.* [illegible] *I. p.* [illegible] 3) *C.* 2. 4) *Hinschius p.* 285. 5) *V. supra p.* 226, *n.* 7.

cum illis excommunicationem subimus. Quos quidem sacerdotes esse saltem credere om-
Act. 8, 20. *nino errare est, cum Petrus Symoni dicat: 'Pecunia tua tecum sit in perditione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri', ubi cum 'existimasti' dicitur*[a], *non pro eo, quod fecerit, sed quod se facere credidit condempnatur, cum minus sit existimare, quam*
Act. 8, 21. *credere. In hoc ergo quod subiungitur: 'Non est tibi pars neque sors in sermone isto', patenter ostenditur, quod nichil sacrae ordinationis in hac promotione percipitur.* Audent adhuc aliqui post istas aliasque fortissimas auctoritates conducticios ab heresi defendere, dicentes ea que de symoniacis dicta sunt non ad eos pertinere, pro eo quod conductiones, de quibus agimus, non videntur nominatim in predictis auctoritatibus expresse. Hi audiant illud ex concilio Clementis papae[1]: *Iussum est antiquitus, et nos sub anathemate in perpetuum interdicimus de heresi symoniaca, quae crevit inepta, de qua sancta decrevit synodus, nullum aut aecclesiarum consecrationem, aut archipresbyteratum, aut commendationes altarium, aut traditiones aecclesiarum, aut abbatias aut preposituras vendere; quique conduxerit aut vendiderit, aut emerit, anathema sit. Amen. Et responderunt omnes tertio: Fiat, fiat.* Audiant illud conductitii, ne novum putent quod conductiones nichilominus quam emptiones aut venditiones aecclesiasticarum rerum dicimus pertinere ad anathematizatum symonie mercimonium. Item sunt qui conductitios ac ceteros huiusmodi mercatores per hoc nitantur defendere a symoniaca heresi, quod peccant cupiditate potius lucri, quam seducendi studio stimulati; quasi perversa eorum cupiditas minuat ac non potius augeat malum quod agunt, qui maxime
4. Reg. 5, 27. per ipsam cupiditatem accusabiles fiunt. Neque enim Giezi ideo potuit a se lepram amovere Naaman Syri, quod peccaverat magis cupiditate vestium et argenti, quam studio quemquam seducendi. Talibus manifeste obviat Urbanus papa II[us], ita dicens[2]: *Quicunque res aecclesiasticas non ad hoc, ad quod institutae sunt, sed ad propria lucra munere linguae vel indebiti obsequii vel pecunia largitur vel adipiscitur, symoniacus est: cum principalis intentio Symonis fuerit sola pecuniae et avaritia, id est idolatria, ut*
Eph. 5, 15. *ait apostolus: 'Et avaritia que est idolorum servitus'.* Huic Romani pontificis auctori-
f. 92. tati quidam faciunt ineptam oppositionem. Dicunt enim: 'Si rerum aecclesiasticarum per munus lingue, obsequii indebiti perque munus pecunie facta largitio vel adeptio est symonia[b]; iam symoniacis plena est omnis terra, quoniam et villicis ceterisque[c] colonis necnon militibus laicis donantur interdum aecclesiastica, interveniente lingue, obsequii ac muneris mercimonio'. Qui hec dicunt non satis inter sacrilegium et symoniam distinguunt. Nam cum beneficium et officium aecclesiasticum ita sint iuncta, quemadmodum corpus et anima[3], quisquis eorum alterum ita comparat, ut alterum sine altero non proveniat, ipse utique in Spiritum sanctum peccat, sine quo nullum aecclesiasticum officium posse rite amministrari constat. Officia aecclesiastica sunt, quorum ista sunt nomina, episcopatus, presbyteratus, diaconatus, prepositura, abbatia, clericatus et si qua sunt huiusmodi, que sine dono sancti Spiritus non possunt rite amministrari. Ut igitur de uno agamus, de solo episcopatu proponamus posse fieri, ut aliquis episcopales facultates per munus obtineat villasque ac cetera bona episcopali amministrationi debita sic possideat, ut omnino episcopus nec esse nec dici concupiscat, quod a nonnullis tirannorum sociis factum constat; nunquid hunc talem iudicabimus esse symoniacum, qui nullatenus existimat vel hoc de se cupit existimari quod donum Dei pos-

a) patet quia *add.* W. b) symoniaca 2. c) ceteris 2.

1) *Ap. Mansi t. XIX, col.* 627. *ex schedis mss. bibl. capit. cathedr. eccl. Lucensis; sed tantum usque* anathema sit. 2) *Epist. ad Lucium, Jaffé* 5743. *Mansi XX, col.* 661. 3) *Cf. Humbertum contra simoniacos III, c.* 21, *Lib. I, p.* 225; *Placidum Nonant. c.* 82, *Lib. II, p.* 605.

sideat? Immo si congrua rebus nomina ponimus, non [illegible] hunc talem dicimus, quia tollendo sacrum de sacro[a], rem aecclesiasticam, quantum in se est, facit secularem[b] et non aecclesiasticam existere. [illegible] imputandum, qui res aecclesiasticis amministrationibus debitas [illegible] obsequium talibus rebus indebitum. De hoc sacrilegio notantur laici decimarum [illegible]sessores et episcopi earundem decimarum [illegible] tali decimarum concessione, quam laicis faciunt, episcopi symoniam committunt, quia cum ipsis decimis nullam spiritalem amministrationem illis iniungunt, sed manifestum sacrilegium, ut satis arbitramur superius demonstratum, quia videlicet rem [illegible]sticam, quantum in ipsis est, faciunt non aecclesiasticam. Urbanus papa I. [illegible] in suis decretalibus tale sacrilegium culpat ita dicens inter cetera[1]: *[illegible] oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alios [illegible] aecclesiasticos et christianorum fratrum vel indigentium converti. Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat, ne dampnationem Ananiae et Saphirae percipiat et [illegible] efficiatur.* Hic sane intelligere possumus eos de sacrilegio notari, qui res aeccl[illegible]cas, quantum ipsis est, faciunt non aecclesiasticas. Urbanus autem papa II. de taliter egit[2]: *Ipse[3] vero res singularum parochiarum in ditione episcoporum, qui [illegible] apostolorum, erant et sunt usque adhuc et futuris semper erunt temporibus, [illegible] episcopi et fideles dispensatores earum communem vitam degere volentibus ministrare [illegible] necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipse[3] enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alios usus quam aecclesiasticos et predictorum christianorum fratrum vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium et precia peccatorum atque ad predictum opus explendum Domino tradite. Si quis autem, quod absit! secus egerit, videat, ne dampnationem Ananiae et Saphirae percipiat, et reus sacrilegii efficiatur, sicut illi fecerunt qui precia predictarum rerum fraudabant. De quibus in predictis legitur apostolorum actibus: 'Vir autem qui[illegible]dam nomine Ananias' et cetera, usque 'factus est timor magnus in omnes qui audierunt hec'. Haec, fratres, valde cavenda sunt et timenda, quia res aecclesiae non quasi propriae, sed ut communes et Domino oblatae cum summo timore non in[4] alios quam prefatos usus sunt fideliter dispensande, ne sacrilegii reatum incurrant qui eas inde abstrahunt, ubi traditae sunt, et, quod peius est, anathema fiant, etsi non corpore, ut Ananias et Saphira fecerunt, qui mortui ceciderunt, anima tamen, quae potior est corpore, mortua et alienata a consortio fidelium cadant et in profundum baratri labantur.* Hucusque verbis Urbani pape primi sufficiat nobis exaggerasse crimen sacrilegii, quod in distractione rerum aecclesiasticarum committunt episcopi, qui nequaquam in illicita decimarum concessione, quam laicis faciunt, symoniam committunt, quia cum illis decimis nullam spiritalem amministrationem illis iniungunt, sed manifestum sacrilegium, ut satis arbitramur superius demonstratum, quia videlicet rem aecclesiasticam, quantum in ipsis est, faciunt non aecclesiasticam. Urbanus autem papa secundus de talibus egit[5]: *Qui dant vel possident res aecclesiasticas ut aecclesiasticas [illegible] est officio vel ministerio spirituali, quemadmodum corpus animae, coniunctas, quas dum*

* *Verba* nec tamen [illegible] talibus egit [illegible] 2 [illegible] concessores [illegible] Urbani pape et martyris:

a) de sacro ecclesiastica 2. 3. b) secularia et non [illegible] 2. 3. [illegible]

1) *Urbani epist. I. c. 4. Hinschius p. 144*; [illegible] p. 64 [illegible] 124 [illegible] *l. 20—25. iteratur, qua de causa altera [illegible]* 2) [illegible] *ut l. 34. recte indicatur.* 3) *Epist. I. c. 3. Hinschius p. 144* [illegible] *Migne* 194, *col.* 83. 4) [illegible] 5) [illegible]

vel ipsi habent vel aliis largiuntur, una scilicet cum spiritali ministerio sub Symonis intentione, que fuit avaricia sive cupiditas lucri, vere comprobantur esse symoniaci, quia donum Dei, quod in sancto ministerio est, existimant pecunia possideri, et contumeliam faciunt sancto Spiritui, quem sic existimant posse obtineri. Nam, ut premissa superius papae Pascalis auctoritas ostendit, quicunque de rebus pariter coniunctis alteram vendit,
*f. 93. alteram invenditam non relinquit, *scelus istud quisquis occulte committit, reus est
Matth. 5, 22. iudicio, videlicet iudicio divino. Qui autem quasi dicens 'racha', manifestum et indubitatum in se huius sceleris dederit signum, reus est non solum iudicio divino, sed etiam humano[a] concilio, quoniam subiacere dinoscitur his que contra symoniacos prolata sunt in quolibet sanctorum patrum concilio. Si autem a quolibet sane redargutus, re-
ib. dargventi se dicit: *Fatue, reus erit gehennae ignis,* et est omnino illis consimilis, qui
Ioh. 7, 20. Christo se[b] arguenti dixerunt: *Demonium habes.*

Nunc igitur illis divino iudicio servatis, qui rei sunt iudicio, quoniam scelus eorum est in occulto, agamus de illis qui sunt rei concilio, quia symonia ipsorum[c] est in aperto, ut manifesti venditores et emptores aecclesiarum, prebendarum aliarumque rerum aecclesiasticarum ut aecclesiasticarum. Quibus cogimur connumerare conducticios clericos eorumque conductores, quoniam et illi committunt non occultam, sed apertam symoniam, dum et conducticii vendunt et conductores emunt missam vel aliam[d] amministrationem in Spiritu sancto agendam: hos tanquam reos concilio primum percutimus, vel potius per cussos demonstramus in Calcedonensi concilio, ubi de talibus clericis vagis et ad nullum titulum certum ordinatis ab omni concilio statutum est et[e] definitum, eos nusquam posse
*f. 93'. ministrare ad ordinantis iniuriam[1]. *Huic sancto et magno concilio consonans Leo Magnus: *Vana est,* inquit[2], *habenda consecratio, quae nec loco fundata est, nec auctoritate munita.* Sanctus papa Gregorius idem concilium cum ceteris principalibus conciliis approbans in sua synodica dicit[3]: *Sicut sancti aeuangelii IIII libros, sic IIII concilia suscipere ac venerari me fateor, Nycenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur, Effesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Calcedonense vero, in quo Euticetis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devotione amplector, integerrima approbatione custodio, quia in his velut in quadrato lapide, sancte fidei structura consurgit et cuiuslibet vite et accionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse videatur, extra edificium iacet[4]. Cunctas vero personas, quas prefata veneranda concilia respuunt, respuo, quas venerantur, amplector, quia, dum universali consensu sunt constituta, se et non illa destruit quisquis presumit[f]: aut solvere quos ligant aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.* Et nos ergo sancto Gregorio consona sentientes, clericos vagos ad nullum certum titulum ordinatos, passim vagantes et venale officium suum circumferentes in Calcedonensi concilio abiectos abicimus, ne vel a
*f. 94. sancto *Gregorio dictum anathema incurramus, vel extra edificium iuxta illius censuram iaceamus. Obiciunt quidam huiusmodi vagos clericos, cum ordinarentur, quibusdam titulis fuisse assignatos, quibus tamen nec ipsi erant regulariter alligati; sed tantum[g] cum ordinarentur, sunt ad illos titulos nominati, nulla[h] tamen habentes in his loca divini ministerii, quia non erant illis titulis seu aecclesiis vel prelati vel earum prelatis canonice aut monastice alligati, sed tantum sunt nominetenus attitulati. Quorum consecrationem nos talem censemus, qualis esset consecratio episcopi, qui ad aliquam

a) hominum 1. b) arg. se 2. c) eorum 2. d) aliam *deest* 2. e) ac 2. f) quisquis *add.* 2. g) *deest* 2. 3. h) nulla — ministerii *bis* 2.

1) *C. 13, Mansi VII, col. 377, Hinschius p. 256.* 2) *Epist. 167, ad Rusticum, inquis. I. ed. Ball. I. col.* 1420. 3) *Epist. I, 25, EE. I, p. 36.* 4) *Nonnulla omissa.*

episcopalem sedem consecraretur, ad quam numquam [illegible] quam reciperetur: sed illo reiecto et neglecto sedes illa per alium regulariter electum et consecratum regeretur, nec ei locus ullius episcopandi vel illic vel alibi [illegible]tur, qui tamen si alicubi regulariter alligarentur, ita ut aut canonici aut monachi efficerentur, posset eis certo in loco fundatis impendi aliquod [illegible]. Nunc autem quia nusquam regulariter aut legitime stabiliti hac et illac vagantur, ci[illegible] ferendo venalia officia sua, quae nusquam celebrant nisi sub conventione [illegible] proferenda sunt contra eos alia capitula, quibus demonstretur[a] [illegible] officia penitus esse vacua et irrita, tam pro eo quod sine titulo sunt ordinati, quam [illegible] quod manifesti sunt symoniaci. Placentinum concilium presidente papa Urbano celebratum dicit[1]: *Sanctorum canonum statutis consona sentientes decernimus, ut [illegible] ordinatio* [b]*irrita habeatur.* In eadem synodo contra symoniacos ita dictum [illegible]: *Que a sanctis patribus de symoniacis statuta sunt, nos quoque sancti Spiritus [illegible] et apostolica auctoritate firmamus. Quicquid*[3] *igitur in sacris ordinibus vel aecclesiasticis rebus, data vel promissa pecunia, obsequio*[c] *aut lingua, acquisitum est, nos [illegible] et nullas umquam vires obtinere censemus. Si*[4] *qui tamen a symoniacis [illegible] ordinati sunt, siquidem probare potuerint, se cum ordinarentur nescisse symoniacos, et si tunc pro catholicis habebantur, in aecclesia talium ordinationes misericorditer sustinemus: si tamen laudabilis eos*[d] *vita commendat. Qui*[5] *vero scienter se a symoniacis consecrari, immo execrari passi sunt, eorum ordinationem omnino irritam esse decernimus.* Multa possemus his capitula consona colligere; sed ista credimus intelligenti sufficere ad comprobationem[e] nostre sententie, qua dicimus omnia manifestorum symoniacorum officia in premissis capitulis exsuflata et damnata penitus esse irrita, sicut et Donatistarum aliarumque damnatarum et exclusarum personarum officia omnino asserimus irrita, quamvis eadem que nos habemus habeant sacramenta. Hic scio multos non consentire, dicentes fieri non posse, ut ubi est integritas sacramentorum, ibi vel in missis vel in aliis officiis quicquam dicatur irritum. Queramus ergo quod sonet hoc nomen 'irritum', et hoc aliud nomen 'integrum', quoniam videtur quibusdam hec [f]duo nomina significativa esse quasi rerum contrariarum, que de uno[g] eodemque subiecto non possint pariter enuntiari, sicut album et nigrum, dulce et amarum, et alia nomina rerum contrariarum non sibi pariter conveniunt circa unum idemque subiectum. Nos autem de uno eodemque subiecto, videlicet de uno eodemque alicuius excommunicati vel damnati heretici sacramento enunciamus, utrumque scilicet quod sit integrum et tamen irritum, quoniam, affirmante Augustino, ubi de Agar et Ismahel[6] disputat, idem sacramentum in heretico et catholico esse[i] constat, eque integrum, si tamen ritu aecclesiastico fuerit utrobique celebratum, accedente verbo ad elementum, sicut Ismahel et Ysaac pariter de semine Abrahe natis, quantum ad paternum semen par fuit nobilitas nativitatis. Videamus ergo, an sacramentum utrobique integrum sit etiam utrobique ratum.

Quod ut possimus videre, libet utriusque nominis, rati scilicet et integri, quasi quandam descriptionem ponere. Totum integrum dicimus, cui nulla principalis[l] pars constitutiva deest. Verbi gracia, cum domui neque tectum neque parietes neque fundamenta desunt, integra domus dicitur: si vero aliquid horum desit, non dicetur domus integra, immo nec omnino dicetur domus. Ratum vero id dicimus, quod firmum [illegible]

a) [illegible] 2. 3. b) [illegible] 2. c) obs. et lingua [illegible] 2. 3. [illegible] f) *deest* 1. g) *corr. ex* uno eodemque 1. h) [illegible] 2. i) [illegible] l) pars princ. 1.

1) *Conc. Plac. a.* 1095. c. 15. *Const. imp. I. p.* 563. 2) [illegible] 4) *C.* 3. 5) *C.* 4. 6) *Sermo III de Agar et Ismahel.* [illegible] cf. infra p. 261.

virtute ac viribus plenum significamus, et irritum, quod a virtute vacuum viribus carere *f. 95'. *demonstramus. Item ratum non incongrue dicimus, quod virtutem quam continet nunquam amittere posse significamus, ut verbi gratia propositio vel oratio aliqua[a] talem continens vel significans veritatem, quae impermutabilis est, cum vel affirmat esse quod non[b] potest non esse, vel e converso potest rata dici oratio potestque proprie dici oris ratio[1]. Dicitur namque ratio ab eo quod est ratum, quamvis et falsa oratio dicatur oratio, quae tamen ratum, id est firmum seu verum non generat intellectum, et ideo recte sicut falsa, ita et irrita recte dici potest oratio, quae rato et vero intellectu caret, quia videlicet aliter est in re quam ipsa significat[c] esse. Exem- Ioh. 3, 33. plum ad ea quae dicimus hoc sit. Si quis proponat 'Deus verax est': hec propositio tam vera est atque tam rata, ut omnis qui acceperit eius testimonium, subscribere ac signare possit, quia Deus verax est. Quod enim veraces homines dicunt, verum esse volunt, quod autem non solum dicunt, sed etiam scribunt fortius atque durabilius verum esse innuunt, quod autem dictum et scriptum signant aliquo inviolabili sigillo verum durare volunt sub ipso signaculo. Unde Iohannes de Christo loquens: *Qui acceperit,* inquit, *eius testimonium, signavit, quia Deus verax est.* In quo verax, nisi quia, sicut locutus est ad patres nostros Abraham et semini eius in secula, sic fecit, et facit, et faciet in secula? In quo verax, nisi quia mittens incarnari Filium suum, Luc. 1, 68. 69. *f. 96. *visitavit et fecit redemptionem plebis suae, et *erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui,* non alio modo, non alio tempore, non alia de tribu, non alio in castello, nisi per virginem in plenitudine temporis, de tribu Iuda, in Bethlehem castello Luc. 1, 70. David, *sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius?* Itaque testimonio Christi suscepto recte[d] credimus, recte quod credimus in corde scribimus, et scriptum signamus, hoc scilicet, quia Deus verax est. Hec enim propositio non solum integra, sed etiam rata est. Integra nimirum, quia nulla principalis pars constitutiva deest in hac oratione; nam, quemadmodum domus principales constitutive partes sunt tectum, parietes, fundamentum, quarum partium si vel una defuerit, domus non integra, immo non[e] domus erit; ita orationis vel propositionis principales constitutive partes sunt nomen et verbum, quorum si alterum defuerit, propositio vel oratio integritate carebit. De tali autem oratione agendo, quam dyalectici enunciativam dicunt, nomen et verbum large accipimus, cum nomine pronomen, cum verbo participium comprehendendo, ut in tanto negocio, tantilla determinatione, quasi modico flabello sophismatum importunas muscas abigamus. Integra ergo non erit oratio carens nomine aut[f] verbo, immo nec[g] erit oratio dicenda, cui deest pars orationis principalis et principaliter constitutiva. Sed ista oratio 'Deus verax est', omnino est integra, quia non caret aliqua parte principaliter constitutiva, licet careat secundariis partibus orationis, coniunctione, prepositione ac ceteris, quarum absentia vel subtractio non dimi- *f. 96'. nuit integritatem *orationis, id est non destruit orationem, quo minus oratio sit, sicut nec paxilli vel tegulae subtractio domum destruit. Ignosce, lector, tandiu talibus nugis immoranti, quoniam ea que dicimus notata valent nobis ad demonstrandam integritatem cuiusque sacramenti. Dicamus iterum: 'Deus verax est' est oratio integra; integra, inquam, nulla carens parte principaliter constitutiva. Sed si solummodo esset integra, non etiam rata, nequaquam esset iuxta consilium Iohannis babtistae signanda, sed exsufflanda, quantumlibet esset integra. Est autem hec oratio ita vera et rata, quod possibilius est caelum et terram in nichilum redigi, quam hanc orationem irritam fieri; quod enim significat ita verum est, ita invariabiliter existit, ut nunquam non esse

a) aliquam 2. b) *deest* 2. 3. c) significet 2. d) r. cr. *des.* 3. e) nec 2. 3. f) cum 3. g) non 3.

1 *Isid. Etymol. I.* 5. 3.

possit. Proponat alius: Diabolus verax est. Et hec [illegible] est integra, ex nomine scilicet et verbo constituta: sed nequaquam [illegible] falsificata, licet interdum et diabolus vera dicat seu vera illa [illegible] que omnino falsa[b] sunt. Dicimus ergo secure, quoniam hec propositio [illegible] omnino est irrita et falsa, inanis et a veritate vacua, suffragante [illegible] de ipso diabolo testantis[c], *quia mendax est et pater eius* [illegible] quia [illegible]

Ut igitur ad rem, de qua sermo est, redeamus, [illegible] est quasi quoddam totum integrum: habet enim partes constitutivas [illegible] verbum ad elementum et fit sacramentum. Verbi gratia, cum [illegible] hoc verbum: *Ego babtizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus* [illegible] aque visibilis elementum, et fit invisibilis gratie sacramentum, de [illegible] aqua visibili tanquam de partibus principaliter constitutivis perfectum. Nam cet[illegible] preces, quae illa iam dicta verba[e] precedunt vel secuntur; et cetera quae preter elementum aquae illic adhiberi sollemne vel usitatum est, ut oleum sed [illegible] quod babtismo permisceri solet, aliaque huiusmodi non sunt principales vel constitutivae [illegible] babtismalis sacramenti, sed solum, ut dixi, hoc verbum: *Ego babtizo te in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti,* rite[f] accedens ad elementum aque constituit sacramentum integrum, sive in ecclesia sive extra ecclesiam sic celebretur eque perfectum. Haec verba visibili aque adhibenda non ab apostolo aut propheta sunt ecclesie tradita: sed desuper contexta, textrice ipsa Dei sapientia, sicut et illa verba, que super elementum panis et vini effusa conficiunt corpus et sanguinem Christi, desuper[g] sunt contexta per totum. A solo enim Christo exordium habuit utraque traditio, tam babtisma perficiendi quam corpus et sanguinem ipsius conficiendi, per illa nimirum verba, quae de ipsius Christi ore sunt primum prolata vel ubi babtisma instituit dicens: *Ite, docete omnes gentes, babtizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.* Vel ubi corpus et sanguinem suum de pane, de[h] vino confecit, et discipulis suis, ut id ipsum facerent, precepit dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quae autem vel in babtismi vel in misse celebratione huic traditioni, huic verbo consummato per Christum et adbreviato superadduntur, non magis perimunt integritatem sacramentorum, si pretermittuntur, nec perficiunt, si adduntur, quam[i] orationem ex nomine ac[h] verbo constantem perimunt seu perficiunt reliquae orationis partes appendicie, dempte vel addite.

Cogimur enim nunc talium quoque neniarum uti similitudine. Olim quippe non tanto exterioris apparatu decoris missarum sollemnia celebrabantur, nec ab uno quolibet haec omnis religiosi obsequii gratia consummata et perpolita est. Pontifices namque sacri splendida Romane sedis luminaria sicut diversis temporibus affulserunt, ita paulatim studii sui claritate venustatem huius salutaris officii perfecerunt; et sicut traditum a Domino per Moysen sacrificii veteris ordinem precipue David et Salemon sacerdotum et levitarum ministerio, cantorum multiplici numero, psalmorum divinorum tripudio, templi vel altaris illustri gloria sacrorumque multitudine vasorum splendidius amplificaverunt, sic traditum a Domino mirabile[k] novi sacrificii ritum per primos apostolos sancta Romana ecclesia suscipiens, religiosa fide amplexata est, fideli cura conservavit, diligenti apparatu exornavit, proferens[l] de thesauro suo nova pietatis monumenta[m], quoddam velut ex auro lapidibusque preciosis religiosi officii sancto sacrificio fabrefecit diadema, dum alius Romanorum pontificum antifonam ad introitum, alius *Kirie eleyson,* alius *Gloria in excelsis,* atque alius aliud in missa instituit canendum vel dicendum non quidem ad augendum illud unicum sacramentum, sed ad ornandum eiusdem sacramenti cultum divinissimum et ad venerandum singulare sacrificium a

a) est 2. 3. b) [illegible] 3. c) contestantis 2. d) [illegible] 2. [illegible] g) deest 3. h) et 2. i) quam [illegible] similitudine [illegible] 1. [illegible] ferensque 2. m) monimenta 1.

Christo apostolis et per apostolos nobis traditum. Neque enim sanctius hinc est quam erat prius, cum ad sola verba Domini solamque dominicam[a] orationem consecrabatur; sed maxime decuit, ut fides, que adhuc erat illo tempore rudis, et ut ait quidam tam doctus quam fidelis[1], *agresti turbida cultu, nuda humeros, intonsa comas, exerta lacertos,* ubi ornari potuit, maxime in hac parte tanquam in capite suo deauraretur, et quasi murenulis aureis vermiculatis argento decenter ornaretur. Igitur, quamvis, ut dixi, nec[b] talibus additis augeatur, nec talibus pretermissis minuatur integritas sacra- *f. 98'. menti a Christo constituti, tamen, si quis *ea temerarius decerperet que dominicis verbis patres sancti addiderunt, parificandus esset militibus vestimenta Christi scindentibus et dividentibus. Illa vero dominica verba desuper contexta per totum, ubi Luc. 22, 19. Christus inducitur ore proprio loquens et dicens: *Accipite et manducate ex hoc omnes; hoc est enim corpus meum. Accipite et bibite ex hoc omnes; hic est enim calix sanguinis mei* et cetera, usque *hoc facite in meam commemorationem:* illa, inquam, verba super panem et vinum fusa, quibus accedentibus ad panis et vini aqua mixti elementum fit Ioh. 19, 23. sacramentum, similitudinem representant illius tunice desuper contexte, quam neque ipsis Christi crucifixoribus licuit scindere. Hoc est verbum brevians et consummans totam integritatem, que est in panis et vini sacramento, si eidem, cui ea Christus adhibuit, adhibita fuerint elemento, ritu videlicet ecclesiastico, quem traditum scimus ab ipso Christo. Quod si vel babtizans aliquis[c] vel sacrificans aliquis traditionem Christi derelinquat, ita ut in perficiendis sacramentis alias elementorum species, quam eas quas Christus instituit adhibeat, vel verba [ipsa[d]] ipsius Christi pretermittat et contemnat[e], *f. 99. hic non perficit *integritatem sacramenti: immo quod agit non magis habet nomen sacramenti, quam illa res nomen domus[f] potest habere, cui constiterit vel tectum vel parietes vel fundamenta deesse. Posset autem domus esse, cui pictura parietum, vel clavi tegularum, vel cetera talia deessent, posset quoque oratio consistere, cui contingeret omnes partes orationis preter nomen et verbum deesse[g]: subtracto autem nomine et verbo, non esset unde constitueretur oratio. Sic in celebrando babtismi vel missae officio interdum quaedam subtrahuntur, quae a sanctis patribus apposita noscuntur, ut cum periclitantem infantem babtizamus, et sola ibi verba unius trini nominis recitamus, vel cum interdum *Gloria in excelsis* et *Credo in unum* pretermittimus, et tamen integritatem sacramentorum[h] perficimus. At si babtizantes unam saltem personam de tribus personis nominare contemnamus, vel sacrificantes et omnia que a sanctis patribus apposita sunt recitantes, Christum in cena sua loquentem non introducamus, non potest nominari sacramentum quod agimus. Hinc est quod sancti patres etiam in heresi ab hereticis in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti babtizatos prohibent rebabtizari, *f. 99'. agnoscentes in eis caracterem Christi, id est integritatem sacramenti. *Ab his autem hereticis babtizatos, qui non babtizabant in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, censuerunt non tam rebabtizandos, quam ex integro babtizandos, quia non reputatur babtismi sacramentum, ubi secundum ritum divinitus traditum invocatio trini nominis non fit super aque visibilis elementum. Donatiste autem et alii multi heretici sacramenta divina ritu aecclesiastico celebrant: et ideo beatus Augustinus violenter decertat in quibusdam scriptis[2] sua[i] contra rebabtizatores a talibus babtizatorum et contra reordinatores a talibus ordinatorum, defendens[k] videlicet integritatem sacramentorum, licet ab hereticis celebratorum; integritatem, inquam, non utilitatem talium sacramentorum defendit, quia ea[l] extra ecclesiam posse quidem inesse, sed non posse prodesse con-

a) or. dom. 2. 3. b) nec — augeatur *des.* 2. 3. c) aliquis *del.* 1. d) *deest* 1. e) contempnat 2. f) pot. dom. 2. 3. g) deesse *post* orationis 2. 3. h) sacramenti 3. i) *deest* 2. 3. k) defendens — celebratorum *om.* 3. l) ea *post* aeccl. 2. 3.

1) *Prudent. Psychom. v.* 22. 23; *cf. Comm. in ps.* 64, *Baluze, Miscell. V, p.* 74; *Migne, Patrol. lat. t.* 194, *col.* 17. 2) *Cf. Deusdedit Liber contra invasores II,* § 6, *Libelli II, p.* 324.

tendit, et multis rationibus ostendit. Multi tamen scripta eius negligenter legentes, ubi integritatem et formam sacramentorum tam extra quam intra ecclesiam[a] vident, parificari putant eorundem sacramentorum virtutem tam intra quam extra ecclesiam equaliter operari. Quod ille beatus pater nunquam sensit, quia hereticorum sacramenta quantumlibet integra tamen probat esse mortua et omni virtute sancti Spiritus destituta; neque enim hec sunt contraria, esse aliquid integrum et mortuum, *quia sepe vidimus corpus humanum integrum, et tamen mortuum. Sepe contigit, ut palmes abscisus et integer existeret, et tamen vitalem succum non haberet. Fieri potest, ut manus abscisa formam membri obtineat, sed usum membri non exhibeat. Non ergo beatus Augustinus sibi est contrarius, dum sacramenta hereticorum defendit integra et nunquam reiteranda, quae tamen probat esse mortua. Dicit enim in sermone de blasphemia Spiritus sancti[1]: *Potest esse visibilis forma palmitis etiam preter vitem, sed invisibilem vitam radicis*[b] *habere non potest nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta, que portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis*[c]. *Virtus vero pietatis invisibilis et spiritualis ita in eis non potest esse: quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum dum amputatur.* Nonne ista dicendo beatus Augustinus probat esse mortua hereticorum sacramenta, quae tamen quantum ad extrinsecam formam docet esse[d] integra, propter quam integritatis formam docet auctoritas[e] Romana redeuntibus ad ecclesiam non esse iteranda; sed sola sancti Spiritus invocatione per manus impositionem confirmanda. Unde Leo papa Nycete Aquilegiensi patriarche scribens ita dicit[2]: *Hi*[f] *qui babtismum ab hereticis acceperunt, cum babtizati antea non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manus confirmandi sunt, qui*[g] *tantum formam babtismi sine sanctificationis virtute sumpserunt; et hanc regulam servandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel initum nulla ratione violetur, dicente apostolo: 'Unus Deus, una fides, unum babtisma', cuius ablutio nulla iteratione temeranda est: sed, ut diximus, sanctificatio sola sancti Spiritus invocanda*[h] *est, ut quod ab hereticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur.* Eant nunc heretici et glorientur de sacramentorum integritate, dummodo nobis constet[i] eadem sacramenta penitus mortua, penitus extincta. Unde idem Leo papa Leoni augusto de Alexandrinis excommunicatis, et tamen sacramenta ritu ecclesiastico celebrantibus loquens ita dicit[3]: *Perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere et quibus debeat obviare, ne Alexandrina ecclesia, que semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum. Manifestum quippe est per crudelissimam immanissimamque vesaniam*[k] *omne illic caelestium lumen sacramentorum extinctum; intercepta est sacrificii oblatio, defecit crismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus omnia se substraxere mysteria.* Ecce probavimus mortua et extincta hereticorum sacramenta, liceat nunc eadem affirmare irrita, nisi fuerint per ecclesiam confirmata. *Liceat nunc nos consentire Placentino concilio[4] affirmanti penitus irritum esse et nullas vires habere quidquid vel in sacris ordinibus vel in ecclesiasticis rebus data vel promissa pecunia, obsequio aut lingua acquisitum est. Que synodalis censura etiam eos[l] percutit, qui amissa per aliquod crimen officia reambiverunt et data vel promissa pecunia, obsequio indebito aut lingua reacquisierunt.

*f. [illegible] Eph. 4, 5. *f. 101.

a) deest 3. b) h. n. pot. hab. rad. 2. 3. c) [illegible] 1. d) esse [illegible] docet [illegible] 2. e) [illegible] Rom. corr. in marg. pro idem beatus quod del. 1. f) Hii 2. g) quia 2. h) [illegible] 1 [illegible] i) stat 2. 3. k) saevitiam Leo. l) nos 2.

1) Sermo LXXI, c. 19, § 32. Opp. V, col. 400 E. 2) Epist. 159, § 7, ed. [illegible] I, col. 1334; Jaffé nr. 536. 3) Epist. 156, ad Leonem c. 5, ed. Ball. I, col. 1324. 4) c. 2. Constitut. imp. I, p. 564.

Iam de sacramentis extra ecclesiam ritu tamen ecclesiastico celebratis quatuor demonstrata sunt, videlicet quod sunt integra quantum[a] ad partes principaliter constitutivas, quod sunt mortua secundum testimonium Augustini, quod sunt extincta secundum testimonium Leonis pape, quod sunt irrita secundum testimonium Placentini concilii. Libet nunc distinguere inter ipsa sacramenta que possunt esse mortua, extincta, irrita, et ipsam virtutem sacramentorum, que nunquam potest esse mortua, extincta, irrita[b]; sed ubicunque est viva, lucida et rata est. Est enim distantia non parva in his consideranda, que facile videbitur, si ipse sacramentorum effectus primo distinguatur. Sacramentorum etenim effectus non est uniformis, quia dicitur sacramentorum effectus passive, ille scilicet, quo ipsa sacramenta effici designamus. Dicitur etiam *f. 101'. active, ille scilicet quem efficiunt sacramenta. Et *prior quidem effectus in eo consistit, si ritu ecclesiastico integre celebretur, quia si vel in missa vel aliis divinis officiis alio ritu, quam eo quem ecclesia divinitus traditum tenet, agatur[c], nequaquam sacramentum illic efficitur, sicut illi heretici fecerunt, qui non in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizaverunt; et ideo pro sacramento babtismi non est habitum quod fecerunt. Et qui de talibus resipuerunt in ecclesia catholica, tanquam nunquam babtizati ex integro babtizati sunt; qui autem foris ritu ecclesiastico sunt babtizati, ad ecclesiam venientes per manus impositionem crismatis[d] unctionem sunt confirmati, utpote habentes in se illum effectum sacramenti, quo sacramentum potuit etiam extra ecclesiam effici. At ille activus effectus quem agunt et efficiunt sacramenta, non est nisi in ecclesia[e] catholica. Et prior quidem effectus oculis et[f] auditu discernitur, quoniam de verbis audibilibus et speciebus visibilibus ipsum sacramentum, id est rei sacrae signum perficitur. Activus autem sacramentorum effectus, quem sacramenta efficiunt solis fidei oculis cernitur. Cum ergo multiplex intellectus generetur, si absque determinatione sacramentorum effectus nominetur, veniam postulo, quod necessitate *f. 102. coactus passivum *et activum sacramentorum nomino, more hactenus inusitato. Neque 1. Tim. 6, 20. enim omnes vocum novitates, sed profanas tantum [apostolus[g]] docet cavendas; non est autem profana vocis novitas, qua exprimitur non nova rerum veritas. Licuit semperque licebit rei veritatem utcunque aptatis nominibus que modo nichil erroris inducerent proferre, sicut sancti patres in Nyceno concilio fecerunt, qui urgente necessitate nomen novum 'omousion' in symbolo recitari fecerunt, quo tamen nomine rem non novam expresserunt. Sic et nos urgente necessitate cogimur sacramentorum effectus in re multum distinctos etiam nominibus distinguere, ut evidentius pateat[h], quo sacra- Luc. 9, 49 sqq. mentorum effectu dicimus hereticos carere. Sicut enim apostoli cum vidissent in nomine Domini quendam demonia eicientem et ipsos non sequentem, et hunc prohibuissent, inde sunt a Christo redarguti, quod in eo, in quo erat secum, prohibuerunt eum, quem potius debuerant invitasse ad sequendum ipsum, in cuius nomine fecit signa virtutum: sic et nos argui possemus, si hereticos in eo increparemus, in quo nobiscum agunt, et interdum demonia eiciunt, videlicet cum babtizant vel infantes, vel alios errores[i], in quo ipsi sunt excusabiliter, ignorantes, vel etiam eos, qui urgente mortis articulo non valentes habere catholicos babtizatores accipiunt per hereticos, quod mallent acci- *f. 102'. pere per catholicos. Quibus ita babtizatis quoniam *corde non abnegant virtutem pietatis, non inaniter[k] inesse credendum est, inesse ipsum sacramentum pietatis. Hoc intuitu prenotatum Placentinum concilium[1] a symoniacis hereticis non symoniace ordi-

a) qu. — const. *in marg. suppl.* 1. b) integra 2. c) quis agat 2. 3. d) cr. unct. *des.* 2. 3. e) cath. eccl. 3. f) et — effici *in marg. infer. paginae*: innt — oculis *procul dubio abscis.* 3. g) *deest* 1; docet apost. cav. 2. 3. h) pareat 2. i) errore 2. k) in cred. est inesse 2. 3.

1) *C.* 3. *l. l.*

natos indicat misericorditer tolerandos, si tamen probare potuerint se, cum ordinarentur, suos ordinatores nescisse symoniacos, et si tunc pro catholicis habebantur ipsi ordinatores, et si ipsos ordinatos laudabilis vita commendat. Si ergo [illegible] a talibus ordinatos per iam dictas causas excusatos, multo magis per ignorantiam vel necessitatem **a talibus babtizatos, et errori eorum in nullo consentaneos ecclesia catholica** [illegible] recognoscere filios: si tamen errore[a] talium babtistarum agnito heresim detestati et catholicam veritatem et pacem voluerint sectari. Igitur symoniacos et alios hereticos **in nomine Domini signa facientes, videlicet sacramenta que sunt rerum sacrarum** signa, non sic facere prohibemus, sicut faciunt, quoniam nobiscum faciunt, vel ibi [illegible], ubi faciunt, quoniam extra ecclesiam sacramenta[b] celebrando nobiscum non colligunt. Et quoniam[c] ipsis eorumque pravitati consentaneis una cum ipsis anathemati subiacentibus nullus provenit huiusmodi signorum usus, eos familiariter monemus, ne glo- **rientur in signis, quemadmodum gloriabantur magi Pharaonis, quoniam digitus Dei** usquam operatur nisi in ecclesia Dei, nec in ipsis eorum babtizatis vel ordinatis quicquam per eos operatur, nisi cum eorum animus ab ecclesia catholica non [illegible] disiunctus probatur, et vel per infantilem vel aliam invincibilem ignorantiam seu etiam per mortis articulum excusatur, que tamen excusatio non ut in babtismo, sic etiam in **alio quolibet recipitur sacramento. Unde sanctus Iohannes Alexandrinus dicit inter cetera[1]:** *Babtisma a quovis heretico vel facinoroso suscipi potest, si in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti babtizaverit*. Si enim quis in firmitate detentus morte appropinquaverit, et sacerdos aut aliquis clericus defuerit qui eum babtizet, tunc ab aliquo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti babtizari potest, penitentia autem et communio a nullo nisi a catholico suscipienda est.* Et post pauca: *Si nullus catholicus sacerdos vel bonus vel facinorosus affuerit, rectius est sine communione manere visibili et invisibiliter a Domino communicari, quam ab heretico communicari et a Christo separari. 'Nulla conventio Christi ad Belial', ait apostolus, 'nulla pars fideli cum infideli'. Omnis hereticus infidelis est, symoniacus autem hereticus[d] est, igitur infidelis est. Sacram communionem Christi quamvis visibiliter et corporaliter catholici propter imminentes hereticos habere non possunt, tamen dum mente et opere Christo coniuncti permaneant, sacram Christi communionem invisibiliter habent, sicut plurimi sanctorum, qui remoti in heremo a nullo vel viventes vel morientes videbantur, quos tanto magis credimus coniunctos esse Deo, quanto disiunctos hominibus.* Item testimonium eiusdem: *Nullatenus,* ait, *aliquando hereticorum communione, immo coinquinatione participemini, etsi in omni vita vestra ex aliqua impulsione vel necessitate communionem catholicae ecclesiae non invenientes, sine communione permanseritis. Si enim uxorem corporalem legitime possidentes, si in regione aliqua longinqua absque ista muliere tempore multo morantes, relinquere hanc mulierem et alii copulari a Deo et legibus prohibemur: si vero egerimus, punimur, quomodo putas Deo per rectam fidem et catholicam ecclesiam coniuncti, ut ait apostolus: 'Aptari vos uni viro virginem exhibere Christo', si orthodoxam ecclesiam et sanctam fidem adulteraverimus per communionem hereticorum, non in futuro [illegible] quod expectat hereticos, erimus facti[e] participes? Communio enim dicitur eo quod communem faciat, et firmat communicantem quibus communicat. Ne igitur, queso, ait, o filii,*

* baptizari potest. Penitentia autem a nullo nisi a catholico suscipienda est. Et post pauca *etc.* 2. 3.

a) herrore 2. b) signa faciendo nobiscum 2. 3. c) [illegible] 2. [illegible] d) [illegible] e) *deest* 2. 3.

1) *Nescio ubi; cf.* Deusdedit *Lib. II, c.* [illegible] *et IV, c.* [illegible] *Lib.* [illegible] *p.* [illegible]

huiusmodi oratoriis applicetis. Hoc ultimum de oratoriis que dedicaverant heretici dictum inde colligimus, quod eundem Iohannem alias de catholicis ecclesiis dixisse invenimus. Ecclesias catholicas quamvis ab hereticis invase sint, tamen ingredi ad orationem nullus timeat, quia, quamvis carnifices membra Christi vulneraverint, et vestimenta diviserint, tamen sanctissima[a] remanserunt in semetipsis.

Nunc ad intermissa redeamus, et sacramentorum effectus breviter[b] supra distinctos adhuc plenius distinguamus. Ille quidem sacramentorum effectus, quem diximus passivum, semper est uniformis, et tam extra quam intra ecclesiam unius institutionis vel constitutionis quantum ad partes principaliter constitutivas, nam in secundariis et appendiciis partibus modus est interdum varius et multifarius, prout singularum ecclesiarum est *f. 104. usus. *At[c] principali sacramentorum constitutione semper modus est unus et uniformis in omnibus ecclesiis, Grecis et Latinis. Nam in eo, quod Greci fermentatum panem offerunt, principalem Christi[d] constitutionem non omittunt, quam tunc omitterent, si aliud, quam panem offerrent: verbi gratia, caseum vel tale aliquid, quod Christus non obtulit. Et ideo quamvis rationabilius facerent, si azimum panem offerendo sanctae Romanae ecclesiae concordarent: eorum tamen fermentatum sacrificium diu toleravit ecclesia, non cum negligentia, sed adhibita per multos multa diligentia, ut Greci concordarent cum Romana ecclesia. Inde Leo VIII.[e] huius nominis papa a beato Petro CXLVIII. contra Michahelem[f] Constantinopolitanum patriarcham egregiam conscripsit epistolam, defendens consuetudinem Romanam sinceram et institutioni Christi magis consonam. Sed tamen Greci perseverant in sua consuetudine, non discordantes a nobis in principali sacramentorum constitutione. Similiter inter ipsos Latinos, cum aliqui discrepent in eo, quod cum pene omnis ecclesia teneat Gregorianum ordinem, ipsi adhuc tenent Ambrosianam institutionem, in principali tamen sacramentorum constitutione adeo sibi concordant omnes ecclesiae, ut etiam hereticorum nullus audeat[g] eam mutare, atque si quis eam permutaverit, scilicet vel[h] aliud offerens, vel in alio liquore babtizans[i], vel aliud inter offerendum aut babtizandum recitans, quam habet ecclesiastica traditio, nullatenus quod agit reputetur pro sacramento. Sunt igitur in- *f. 104'. violabilia sacramenta, quoniam ubicunque sunt eadem sunt; *et semel imposita, nunquam aboleri possunt. Neque enim cum ordinati vel babtizati excommunicantur, sacramentis, que ritu ecclesiastico susceperunt, ullatenus privantur, sed permanent in eis ordinationis vel babtismi sacramenta, quamvis mortua, quamvis extincta, quamvis irrita, id est nullius virtutis aut salutis effectiva. Speciem ergo solam pietatis quam habent hii tales babtizando conferunt; sed quam non habent virtutem eiusdem pietatis, conferre non poterunt, maxime his qui suis erroribus consentiunt, et ab ecclesia dissentiunt, vel in eo ipso[k] quod eorum interdicta sacramenta scienter suscipiunt. Quapropter tales, qui a talibus babtizati, quando ad catholicam ecclesiam redeunt, non eis repetitur lavacrum carnis; sed, ut perficiatur quod deest, inseruntur catholicae matri, ut per eius reconciliationem Spiritus sancti gratiam percipere mereantur. Nam in illa sola Spiritus sanctus datur, quia videlicet in scissura mentium Deus non est, sed in unitate et pace, que perfectionis vinculum est. Et hi quidem thoro minus legitimo procreati, tamen reputantur filii, nam et ex omni tribu filiorum Israel numerati sunt filii Deo cogniti, ubi signantur servi Dei nostri in frontibus suis, scilicet tam ex 1. Gen. 30, 11—13. tribu Gad et Aser, qui de ancilla[1] nati sunt, quam ex tribu Iuda et Ioseph, qui ex 1) Gen. 29, 35. 1) Gen. 30, 24 legitimis coniugibus orti sunt. Verumtamen si ante legitime matris reconciliationem *f. 105. de hac luce *subtraherentur, cum Ismahele de domo et hereditate paterna eiecti, ne-

a) sacratissima 2. b) *deest* 2. 3. c) in *add.* 2. d) domini *add.* 2. e) VIII. — conscripsit *in loco raso et in marg.* 1. f) michaelem 2. g) c. aud. 2. 3. h) aut 2. i) baptizatus 1 (?). 3. k) *deest* 1. l) illa 3.

quaquam inter heredes regni Dei reputarentur, dicente matre [illegible]: *Eice ancillam [illegible] filium eius: non enim heres erit filius ancille*[a] *cum filio meo* [illegible]. Quod [illegible] Augustinus exponens ait[1]: *Ecclesia dicit: Eice hereses et* [illegible] *erunt heretici cum catholicis. Sed quare non erunt heredes?* [illegible] *nati? et quomodo babtismum*[b] *habent, babtismum heredem faceret* [illegible] *hereditate superbia excluderet. Eodem vero verbo miseris,* [illegible] *eandem hereditatem vitae aeternae non pervenis, nisi ad ecclesiam* [illegible] *fueris.* In his dictis beati Augustini ac ceteris eius scriptis diligenter [illegible] notatur, quem sacramentorum effectum ipse astruat apud hereticos[c] esse perfectum, nempe non alium, nisi quem nos dicere possumus passivum. Quo nomine notamus non eum effectum quem efficiunt, sed quo efficiuntur sacramenta, ut sint sacramenta, id est rerum sacrarum signa, sicut aqua babtismi signum est Spiritus sancti, vel sicut oleum sanctum in ordinatione pontificis signum est Spiritus sancti, vel sicut panis et vinum sacrificatum unitatis est signum, in eo scilicet, quod sicut unus panis ille de multis confectus est granis, et sicut vinum illud de multis confluxit acinis, sic ecclesia de multis hominibus una consistit per fidei unitatem. Significari autem pane illo [illegible] ecclesiam dicimus, non in eo, quod offertur et consecratur; sed in eo, quod de multis, ut dictum est, conficitur granis. Nam in eo quod consecratur nec ipsum individuum corpus Domini significat, sed est corpus Domini transfuso in se Dei verbo per fidem passionis, resurrectionis et ascensionis. Dominus enim non hoc significat, sed *Hoc est* [illegible] *corpus meum*, inquit. Ergo panis ille aliud est, aliud significat. Nam est corpus Domini, significat autem unam ecclesiam, quae licet et ipsa sit corpus Domini: aliud tamen[d] est corpus Domini redimens, aliud corpus Domini redemptum. Aliud[e] est corpus Domini, quod est etiam Dominus, de quo Maria loquens: *Tulerunt*, inquit, *Dominum meum et nescio ubi posuerunt eum;* est aliud corpus Domini, quod non potest Dominus vel Deus nominari, quanquam sit corpus Domini. Corpus Domini, quo redimimur, est ipsum individuum corpus, de quo dixit Christus: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis et pro multis tradetur in remissionem peccatorum.* Corpus vero Domini quod est ecclesia, non est unum individuum corpus, nec est corpus redimens, sed est per unam fidem unum corpus, et est[f] corpore Christi redempta, una in multis individuis vel personis ecclesia. Hanc ecclesiam panis sacrificii significando, est et dicitur sacramentum, id est sacre rei signum. Unitas enim ecclesie res sacra est, quam panis ille in eo significat, quod de multis granis confectus[g] est, et unum quid effectus. Hoc idem cum in quolibet pane possit significari qui de multis granis conficitur, aptius tamen hanc significationem quasi rei sacre signum et quasi sacramentum, immo vere sacramentum in illo pane sancta[h] ecclesia veneratur, qui sacrosancto altari adaptatur, et super quem verbum Christi secundum ritum ecclesie recitatur. Quod quia tam heretici quam catholici, qui tamen ritu ecclesiastico sacrificant, uno eodemque modo recitant, equaliter sacramentum, id est rei sacre[i] signum tam hii quam isti representant. Quod enim significat panis a catholico sacerdote oblatus, hoc idem significat panis ab heretico et symoniaco sacerdote secundum ritum ecclesie oblatus. Et miro modo etiam ibi significat panis ille unitatem, ubi constat non esse ipsam ecclesie unitatem. Unitas enim ecclesie nequaquam potest intus et extra esse; sed in una ecclesia est unitas indivisa. Signum vero vel sacramentum unitatis etiam extra [illegible]

a) ancelle 1. b) bapt. ecclesiae habent? Baptismum habent: haeredem etc. [illegible] mines 3. d) est tamen 2. 3. e) Aliud — sit c. Dom. *in marg.* 1. f) *deest* 2. 3. g) [illegible] 2. h) eccl. s. 2. 3. i) rei *add.* 2.

1) *Sermo III. de Agar et Ismaele*, *Opp. Venet.* 1802 *VII.* [illegible]. 10

tatem potest esse; sed ipsa unitas, ut dixi extra semetipsam non potest esse, nec potest quisquam indivisibilem unitatem dividere. Cum ergo signum unitatis est preter unitatem, ad quam significandam fuit institutum[a], habet quidem suimet effectum ipsum sacramentum, quem supra diximus effectum passivum; sed non habet effectum, quem dicere possumus activum; quoniam ipsum quidem sacramentum efficitur vel conficitur, dum verbo accedente ad elementum sacre rei signum perficitur; sed quia sacra res illic deest, non efficit suos effectus ipsum sacramentum. Quomodo enim corpus absque anima nichil operatur, sic sacramentum unitatis absque unitate suos effectus non operatur. Nam sicut corpori ut aliquid operetur, anima cooperatur, sic sacramento unitatis, ut aliquid operetur, ipsa unitas cooperatur; et sicut corpus est vivum habens in se vivificantem spiritum, eoque subtracto, est mortuum; sic sacramentum unitatis vivit, si ipsum in unitate et unitas in ipso consistit, et ab unitate seiunctum penitus est mortuum, et ad eos effectus quos efficere deberet invalidum. Cooperante namque unitate, sacramenta nonnichil efficiunt, quia operantur in creaturis triforme| opus Creatoris, id est sanctificationem, permutationem, salutem. Sanctificationem etiam in rebus inanimatis, ut in crismate vel in templo manufacto, que per verba alia sacrarum rerum
*f. 106'. signa sanctificantur, permutationem, ut in pane ac[b] vino, *que dum sacrificantur, in aliud permutantur, salutem, quia fideles digne sacramentis participantes et in unitate perseverantes per ea salvantur. Hec autem omnia, videlicet sanctificationem, permutationem et salutem operatur in sacramentis et cum sacramentis unus atque idem Spiritus circa ipsas creaturas, que sanctificantur, permutantur et salvantur per dominum nostrum Iesum Christum, cui tanquam viti palmites adherent catholici sacramentorum celebratores; quamdiu enim per unitatem fidei magistro concordant veritatis, unitatis vinculum servantes, id ipsum sentiendo omnes in Christo manent, et singuli de spiritu eius viventes, interne viriditatis gratiam habent vivitque in salutem communicantium illis, quodcunque celebrant sacramentum in ecclesia| Christi. Christus namque in eis loquitur, et quicquid ab eis fit, ab eo factum et Spiritu eius confirma-
*f. 107. tum *esse recte creditur; etiamsi[c] in moribus suis reprehensibiles inveniantur, dummodo in unitatis compage maneant et uni viti que Christus est inhereant. At vero ubi dissentientes seseque per hereses et scismata ab unitate ecclesie dividentes a Christo precidunt, mortuum est eorum[d] omne verbum et sacramentum; et quicquid agere videntur, irritum; quicquid sanctificare putantur, pollutum est.

Eant igitur et fructum ferre gestiant, plantaria mortis et surculi eternis ignibus deputati, symoniaci conductores et conducticii ceterique negociatores, flagello dominico eiecti de domo Dei[e], et omnes heretici et scismatici ab unitate precisi, et ideo penitus infructuosi. Nam quicquid apud eos agitur, quodcunque quasi sacrum vel sacramentum celebratur, tam vere verbo vite et spiritu veritatis caret, quam vere palmes; nisi manserit in vite, fructum ferre non potest, quam vere manus abscisa a corpore vivere vel operari *non potest. Igitur cum in omnibus gestis ac dictis, in quibus testimonium Christi recipimus,
Rom. 3, 4. hoc oporteat notari et signari, quia Deus verax est: hoc eius testimonium tanquam a Deo, tanquam a veracissimo teste prolatum diligenter est notandum et inviolabili fidei signa-
Ioh. 15, 4. culo signandum, ubi ait: *Manete in me, et ego in vobis;* addiditque: *sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.* Hoc veracis Dei testisque fidelissimi verum testimonium non solum contra hereticos atque scismaticos, sed etiam contra quoslibet presumptuosos est caute signandum, et memori semper in pectore gestandum. Quis enim vitis et palmitum eius nesciat unitatem? Quamdiu palmites in vite manent, tamdiu ascendentem per venas intimas

a) *sequitur locus rasus* 1. b) et 3. c) etiamsi — inhereant *in marg.* 1. d) omne eor. 2. 3. e) domini 2. 3.

germinum radicis eius humorem bibunt, et vivunt florentque et [illegible] fructus pariunt. At vero si de vite palmes excisus fuerit, iam boni [illegible] particeps esse non potest; sed nec vivit nec usum habet alium, nisi ut in ignem mittatur et ardeat. Itaque, o heretici atque scismatici ab ecclesie corpore vos precidentes [illegible] ad inventionum vestrarum sarculis precisi, nolite putare, quod vitalem fructum [illegible] possitis. Itemque et vos presumptores et nimii assertores liberi arbitrii, qui [illegible] non indigere auxiliantis et miserantis gratiae Dei tanquam volentes [illegible] velocitate vitae sempiternae fructum comprehendere possitis: scitote vos horrenda manu agricolae tollendos et in ignem mittendos, nisi omnem pulchritudinem omnemque [illegible] tuum venustatem non ex vobis, sed ex vitis intima radice procedere [illegible]. Dicit enim fidelis et verax testis noster: *Qui manet in me et ego in eo, [illegible] multum, quia sine me nichil potestis facere.* Plane nichil, quia peccatum [illegible] quod solum sine ipso facere possumus. Non est enim peccatum ulla substantia, sed corruptio substantiae. Similiter mendacium pro nichilo est habendum. Est namque mendacium, quo id significatur esse quod non[a] est, vel non esse quod est. Unde cum audimus mentientem, solemus dicere: 'Nichil dicis, quod idem est', ac si dicamus: 'Non est quod dicis'. Non est ita in rerum existentia, sicut significant verba tua; et ideo recte mendacium nichil dicitur, quia non habet ubi subsistat eius existentia subtracta vel denegata illi re significata. Sic postquam Christus natus est, cuius nascituri signum erat circumcisio, apostolo affirmante: *Circumcisio nichil est*, id est falsum [illegible] signum est: quidquid illo signo significatur futurum, iam est preteritum, nato Christo de semine Abrahae, cuius futurae nativitatis erat signum verum ipsa circumcisio propterea posita in illa corporis parte, per quam semen traducitur, ne dubitaretur de semine Abrahae nasciturus, qui ad benedicendas omnes gentes fuit Abrahae promissus. Quo nato quicunque se circumcidit nichil facit, quoniam teste apostolo: *Circumcisio nichil est, et prepucium nichil est, sed observatio mandatorum Dei.* Simili modo qui sacramenta ecclesie data extra ecclesiam celebrat, nichil facit, quia ibi signum rei sacre adhibet, ubi res sacra esse non potest. Ibi exhibet signum sanctificationis, ubi nichil sanctificatur, et ideo signum vel sacramentum illud nichil est. Verum ergo veritas dixit: *Quia sine me nichil potestis facere.* Hoc enim veritatis testimonium est adeo verum, ut nichil sit apud[b] ipsum sacramentum, id est ipsum sacrae rei signum, cuius exhibent speciem palmites precisi, sed speciem omni fructu, omni virtute, omni verae vitis viriditate ac suco carentem, et ideo Iudeorum qui blasphemant Christum circumcisioni per omnia consimilem. Nam sicut Iudei blasphemant Christum et tamen portant signum nativitatis eius indicativum, sic heretici et maxime, ut preostensum est, symoniaci blasphemant Spiritum sanctum, et tamen celebrant signa sancti Spiritus operationem et virtutem significantia.

Memorem volumus esse lectorem, quia, ut superius determinavimus, non nisi de manifestis et indubitatis atque synodaliter damnatis hereticis agimus, illosque tantum symoniacos quasi reos concilio in sanctis conciliis damnatos asserimus, quos in felle amaritudinis et obligatione impietatis per hoc esse constiterit, quod eorum symonia indubitata cernitur, et ob hoc eorum officium a Romana sede interdicitur. Ubi enim symoniaci vel ceteri heretici sic latent, ut pro catholicis a catholicis habeantur, non eos iudicamus reos concilio, sicut eum qui fratri suo 'racha' dicens reus erit concilio: sed arbitramur eos reos iudicio, sicut eum qui fratri suo irascitur dicimus reum iudicio, iudicio videlicet non humano, sed divino, ad quem spectant omnia quae fiunt in occulto. Quod ergo de occultorum hereticorum sacramentis rei veritas habeat, illius iudicio [illegible]vandum putamus, qui si etiam per tales necdum aperte seclusos aliquid virtut[illegible]

a) n. e. f. n. 1. b) etiam 2.

salutis operatur, magna in hoc eius pietas commendatur. Si autem Spiritus sanctus, (Sap. 1, 5.) qui indisciplinatum in sacramentis fugit hereticum[a] apertum, etiam discipline fugiet fictum, id est occultum hereticum, lupum videlicet ovina pelle vestitum, quis ei dicere audebit: 'Cur ita facis?' Credimus tamen fideles Christi, qui istos latentes hereticos ignorant et eorum sacramentis in fide Christi communicant, non fraudari munere Christi (Ioh. 3, 8.) et operatione Spiritus sancti, qui sicut vult spirat, ita et per quos vult spirat, etiam per consimiles Cayphe interfectoris Christi: qui cum iure sint damnandi, habent tamen exemplo ipsius Cayphe potestatem etiam ipsum Christum in suis membris iudicandi, cum, ut dixi, deberent potius ipsi a membris Christi diiudicari et damnari. Quandiu ergo Christus in suis membris tales patitur, quasi Cayphas pontifex in domo Dei principatur, cuius familiaritas non magis accepta est veris Christi apostolorumque pedisse- (*f. 109.) quis, quam familiaritas Cayphe accepta fuit ipsis apostolis; sed inviti tolerant *parietem dealbatum, donec Deus percutiat illum. Qui autem eundem parietem fulciunt, longe a Paulo apostolo dissentiunt, qui stans coram quodam tali pontifice, dum ipso (Act. 23, 2.) precipiente percuteretur: *Percutiet,* inquit, *te Deus, paries dealbate.* Sed hunc parietem dealbatum et quodam iustitie quasi cemento vestitum Deo percutiendum relinquamus; et nos eidem iamiam ruituro saltem latenter subtrahamus, prout possumus, ne, si eum velut stipites fulcire nitamur, cum ipse ruere ceperit, nos obruamur. Stipites parietem[b] hunc fulcientes sunt clerici valenter literati et laici religionis inimici et omnes ipso- (Ioh. 18, 22.) rum tales amici, qualis fuit ille amicus pontificis, qui Christum percutiens dixit: *Sic respondes pontifici?* Poterat quidem brachium Domini repercutere percutientem, nec eum solum, sed etiam illum quem tam rigidus stipes fulciebat statim subvertere parietem dealbatum, id est ipsius falso pontificem appellatum; sed accepit iniuriam, servavit patientiam, nec ullam tam iniqui pontificis captavit erga se clementiam. Sic igitur et nos, opitulante ipso, servemus pacientiam nec ullam iniquorum pontificum captemus clementiam, benevolentiam vel munificentiam, si magis volumus cum Christo salvari, quam inter impiorum pontificum adulatores damnari. Habent isti pontifices Cayphe (*f. 109'.) consimiles, in cathedra Moysi sedentes etiam in hoc affinitatem *cum illo Caypha, quod, sicut ille Christum captivum tenuit et occidit non solum sua lingua, sed etiam manu[c] Romana: ita isti Christum quasi captivum in sacramentis tradunt illis, quibus ipse tradi (1. Cor. 11, 29.) non vult, ut fiant rei corporis et sanguinis Domini, non solum dum ipsi sibi manducant et bibunt iudicium, sed etiam dum his, quos usque ad condignam penitentiam ab ecclesia pellere deberent, ipsum corpus Domini tradunt manducandum, quod[d] idem est acsi traderent Christum gentibus ad inludendum et conspuendum et crucifigendum, (ib. 27.) quia, testante apostolo, reatus corporis et sanguis Domini contrahitur, quando corpus et sanguis eius indigne manducatur. At illi manifesti heretici, precisi palmites et aridi et omnino mortui, et mortuorum sacramentorum inutiles ministri, nec saltem hoc debent existimare, quod vel illo modo quo eum Cayphas apud se habuit habeant Christum vel corpus ipsius vivificum, quanquam habeant corporis Domini sacramentum, ut superius est ostensum.

Rursum non inde sibi blandiamur, quod si non est Christus in eorum sacramentis, ipsi participando illis non fiant rei corporis et sanguinis Domini. Pari enim vel graviori eos reatu constat astringi, occisoribus enim ipsius Christi perseverantibus in reatu suo graviter imputabatur ipsa eius occisio; sed gravius imputata fuisset ipsius Christi divisio, si eum tanquam laniste divisissent et membratim discerpsissent[e] ossaque ipsius (*f. 110.) confregissent. *Hoc autem fieri non decuit, quoniam Filius hominis secundum quod de eo diffinitum erat ad Patrem vadens, nichil sibi vel corpori suo penarum vel in-

a) ap. her. 2. 3. b) h. p. 2. 3. c) R. m. 2. 3. d) quod — inludendum *om.* 3. e) decerpsissent 3.

iuriarum inferri permisit, nisi quod de eo scriptum fuit. Unde cum omnia fuissent[a] consummata, quae de passione ipsius erant scripta, nihil ultra in eum exsequi potuerunt. Verum si divinitus cohibiti non fuissent, libenter eius ossa et crura confregissent et fortasse ita eum dilaniassent ac divisissent, sicut servos eius multos legimus dilaniatos et membratim discerptos. Sed scriptura sacra, quae predicabat Christi occisionem, nusquam predicabat, immo modis omnibus prohibebat ipsius Christi divisionem, prohibebat quoque crurium eius confractionem, dicente Domino per Moysen de agno pascali in typum Christi: *In una domo comedetur*; quod idem est ac si dixisset: 'Per diversas domos unus ille agnus non dividetur'; sed in una domo comedetur: *Et os non comminuetis ex eo.* Culpa ergo malorum indigne corpus et sanguinem Domini accipientium in ecclesia, iudicante apostolo, est quasi occisio Christi reputanda, quia reum corporis et sanguinis Domini eum esse asserit, qui ea indigne manducat et bibit. Et est quidem culpa hec magna, sed a scripturis non dissona. Hereticus autem vel scismaticus, non tam de Christi occisione, quam de Christi culpatur divisione pro eo, quod contra omnem sacrae scripturae auctoritatem Christum conatur dividere, putans illum in diversis ac pluribus domibus comedi posse, cum lex dicat: *In una domo comedetur.* Quanquam[c] itaque nunquam dividatur Christus, tamen huius divisionis rei fiunt in suis cogitationibus, qui contentiose affirmant, quod tam extra quam intra ecclesiam comedatur paschalis agnus. Est autem peior, detestabilior *et execrabilior hereticus vel scismaticus ipsis Iudeis et militibus Christi occisoribus, quia quod per illos non potuit fieri hoc facere conantur isti: sed frustra, quia ut Christus dividatur et tam extra quam intra unam domum ecclesiae comedatur[d], non concedit sancta scriptura, sicut evidentissime probant subiuncta patrum testimonia. Cyprianus in epistola ad Cornelium[1]: *Existimat aliquis summa et magna, aut non sciente Deo aut non permittente, fieri; et sacerdotes, id est Dei dispensatores erunt non de eius sententia ordinati. Hoc est fidem non habere qua vivimus, hoc est Deo honorem non dare, sed de eius sententia non ordinantur sacerdotes, qui extra ecclesiam fiunt, qui contra dispositionem et traditionem euangelii faciunt, sicut ipse Dominus in XII prophetis ponit et dicit: 'Sibimetipsis regem constituerunt, et non per me'. Et iterum: 'Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur'. Et per Ysaiam Spiritus sanctus clamat et dicit: 'Ve vobis, filii desertores, hec dicit Dominus: habuistis consilium et non per me, et fecistis conventionem non per spiritum meum adiicere peccata super peccata'.* Is. 30, 1. Idem ad Magnum presbiterum[2]: *Ecclesia una est, quae intus et foris esse non potest. Si enim apud Novatianum est, apud Cornelium non fuit; si vero apud Cornelium fuit, Novatianus in ecclesia non est, nec episcopus computari potest.* Iheronimus super XII prophetas[3]: *Odit Deus sacrificia hereticorum et a se proicit*[e], *et quotienscunque sub nomine Domini fuerint congregati, detestabitur fetorem eorum et claudit nares suas. Odisse autem et proicere et non odorari, humana loquitur similitudine, ut nos affectum Dei nostris sermonibus cognoscamus.* Idem de agno pascali loquens ait inter cetera[4]: *Non putemus agnum istum ubique posse comedi. Precipitur nobis, ut in una illum comedamus domo, id est ne extra ecclesiam immolari agnum putemus.* Ex quo manifestum est, quod Iudei et heretici et omnia conventicula dogmatum perversorum

a) cons. fu. 3. b) deest 2. 3. c) Quanquam — agnus in marg. sup. 1. d) deest [illegible] e) prohicit 2. 3.

1) Epist. 59, c. 5, ed. Hartel p. 672; cf. Deusd. Lib. II. § 2, l. l. p. [illegible] 2) Epist. 69, c. 3, ed. Hartel p. 722. 3) Comm. in Amos II. c. 5. Opp. ed. Vallarsius VI col. 303; cf. Deusdedit Lib. II. § 2, l. l. p. 320. 4) Pseudo-Hieronymus [illegible] Opp. ed. Vallarsius XI. col. 212; cf. supra p. 226.

[Ps. 73, 14.] rum, quia in ecclesia non comedunt, non eos agni carnes, sed draconis comedere, qui datus est in escam populis Ethiopum. Nos vero comedimus azima sinceritatis et veritatis. Augustinus ad Bonifacium[1]: *Heretici non querant Spiritum sanctum, nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum; sed rem ipsam non tenent intus cuius illud est sacramentum.* Idem: *Qui Ioseph emerat, eunuchus fuit: ita is qui gratiam sancti Spiritus mercatur, vivum semen non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificii, qui per LXX annos Babilonice captivitatis sub aqua vixerat, extinctus est Antiocho Iasoni vendente sacerdocium. Hoc significat ignem sancti Spiritus symoniacis non lucere sacramentis.* Origenes in expositione super Leviticum[2]: *Talis vir queritur, qui carnes sanctas possit comedere, non in quocunque loco, sed in loco sancto intra atrium tabernaculi. Audiant hec qui scindunt ecclesias, et peregrinas ac pravas inducentes* [*f. 111'.] *doctrinas putant se sacras carnes extra templum Dei et extra aulam dominicam *posse comedere; profana sunt eorum sacrificia, que contra mandati legem geruntur. In loco sancto edi iubentur, intra atria tabernaculi testimonii sunt, quae fidei murus ambit, spei columnae suspendunt, caritatis amplitudo dilatat. Ubi haec non sunt carnes sanctae nec haberi possunt nec comedi.*

Si autem aliquae auctoritates requiruntur a sede apostolica promulgatae nostris[a] assertionibus consone, poterunt sufficere auctoritates premisse de scriptis Leonis Magni et papae Pascalis excerptae, quorum alter in ecclesia Alexandrina propter excommunicatos asserit interceptam sacrificii oblationem et defecisse crismatis sanctificationem et omne caelestium sacramentorum lumen extinctum[3], alter in epistola Mediolanensibus directa[4] illud beati Augustini dictum comprobat: *Veri sacrificii locus extra catholicam ecclesiam non est*[5]. Horum duorum Romanorum pontificum dicta cum superius posuerimus, eadem hic iterare superfluum, sed commemorare oportunum duximus. Attamen si quis plures apostolice sedis requirit auctoritates, audiat quae secuntur. Pelagius papa Viatori[b] et Pancratio ait inter cetera[6]: *Non est Christi corpus quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur, nec enim divisum Christum esse poterit quisquam sine apostoli reprobatione confingere. Unam, ut sepe dictum est, quae Christi* [*f. 112.] *corpus est, esse constat *ecclesiam, quae in duo vel in plura *dividi non potest. Simul enim cum ab eo quisquam discesserit, esse desistit ecclesia. Unum Hierusalem templum est, ydolis necesse est ut immolet, qui semetipsum diviserit.* Idem Iohanni Patricio[7]: *Noli catholicam semper mentem aliqua scismaticorum communione polluere. Unum Christi corpus, unam constat esse ecclesiam. Divisus ab unitate veritatem corporis Christi non potest consecrare. Si enim ipsius consecrationis nomen rationabili ac vicaci intellectu discutimus, consecrare est simul sacrare. Sed ab ecclesiae visceribus divisus et ab apostolicis sedibus separatus dissecrat potius iste, non consecrat. Noli ergo quasi nulla[c] scismaticorum aut ecclesiae sit differentia, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari.* Gregorius in regesto[d, 8]: *Nos consecrationem dicere nullomodo possumus quae ab excommunicatis est hominibus celebrata.* Idem in Moralibus libro XXXV[9]: *Notandum magnopere est, quod conversionis suae sacrificium amici Iob Domino non per se,* [Iob 42, 8.] *sed per Iob iubentur offerre. Ait enim[10]: 'Iob autem servus meus orabit pro vobis: faciem*

a) n. a. *in loco raso* 1. b) Victori 2. 3. c) nula 1. d) registro 2. 3.

1) *Epist.* 185. *ad Bonifaciam* § 50, *Opp. II, col.* 663 *A.* 2) *Homil. IV. super Leviticum, Opp. (Bas.* 1536*) I, p.* 155; *cf. supra p.* 227. 3) *V. supra p.* 226. 4) *Libelli I, p.* 6. 5) *Cf. supra p.* 226. 6) *Coll. Brit. Pel. ep.* 22, *'N. Archiv' V, p.* 545; *Deusdedit Lib. II,* § 2, *l. l. p.* 720. 7) *Coll. Brit. Pel. ep.* 11, *'N. Archiv' V, p.* 541; *Deusd. Coll. can. I, c.* 144, *p.* 104; *v. supra p.* 226. 8) *Epist. IV,* 20, *EE. I, p.* 254; *Deusd. Lib. II, p.* 321. 9) *C.* 8, § 12, *Opp. I, col.* 1148. 10) *Ibid. nonnullis omissis.*

eius suscipiam, ut non vobis imputetur stulticia[a]; ac si aperte [illegible] sacrificia vestra non suscipio, peticionum vestrarum verba nōn audio, nisi per intercessionem illius, cuius professionis verba de me veracia [d] *recognosco.* Et post pauca: *Solam [illegible] per catholicam ecclesiam quam diligo postulate; ipsi enim [illegible] et quod [illegible] in ipsa deliquistis, ut hec vestram incolumitatem*[a] *obtineat, que in vestro tempore [illegible]. Sola*[1] *quippe est per quam sacrificium Dominus libenter accipiat, sola [illegible] bus fiducialiter intercedat. Unde etiam*[b] *de agni hostia Dominus precepit, dicens: In una domo comedetur*[c], *nec efferetur de carnibus eius foras*'. *In una vero domo agnus comeditur, quia in una ecclesia catholica vera hostia redemptoris*[d] *immolatur, de cuius carnibus divina lex efferri foras prohibet, quia dari sanctum canibus vetat.* [illegible]

Hec patrum dicta tam patentia atque manifesta sunt ut diluendam non [illegible]; [illegible] namque symoniacorum aliorumque hereticorum sacerdocium et sacrificium irrita esse[e] [illegible], immo nullum eos convincunt habere sacrificium verum, quamquam habeant sacramentum verum et integrum sacrificando secundum ritum ecclesiasticum. Duo enim nomina sunt sacrificium et sacramentum; et longe inter se discrepant significata ipsorum, cum vivificum[e] Christi corpus proprie satis appelletur sacrificium, quod non proprie dicitur sacramentum, nisi quantum ad speciem quam sensibus ingerit: quae species non incongrue sacramentum dici poterit, utpote signum unius corporis quod est ecclesia, de multis personis quasi de multis granis in unum compacta, et unum corpus velut unius panis effecta. Hanc unionem non significat nobis corporis Christi existentia, utpote nimium a sensibus nostris remota, sed ipsa que videtur et sentitur species et forma. Cum enim sacramentum sit visibile signum invisibilis gratiae, corpus Christi secretum et nostro visui absconditum non audeo sacramentum appellare, quia non significat rem sacram, sed est res sacra, nisi forte ab effectu dicatur sacramentum, quia digne participantem sacrat, sicut ornamentum dicitur[h] quia ornat. Unde[h] sententiam quorundam magistrorum affirmantium, quod carne et sanguine Christi utroque invisibili intelligibili significetur corpus Christi visibile ac palpabile, cogor ammirari[f], cum potius invisibilia per visibilia, quam visibilia per invisibilia soleant significari, quod[g] etiam affirmat auctoritas beati Augustini dicentis[2]: *Signum est res preter speciem quam sensibus ingerit aliud aliquid ex se faciens in cogitationem venire.* Igitur heretici, scismatici et omnes euangelica falce precisi, licet possint habere identitatem sacramenti et[h] signi, non tamen inde consequens et eos pariter habere[i] identitatem sacrificii nobiscum, quibus ille agnus est unicum sacrificium, quem in una tantum domo comedi probat evidentissima veritas premissarum auctoritatum. Quibus etsi alicubi videantur alie auctoritates obviare, que sunt[k] tam intra quam extra ecclesiam, affirmant eadem esse ad modum IIII paradisi fluminum, que sunt tam intra quam extra paradisum. Nichil nos movet huiusmodi auctoritatum diversitas, quia nos non denegamus extra ecclesiam esse posse sacramentorum integritatem; sed sacrificii veritatem iuxta premissarum auctoritatum assertionem, quibus illae auctoritates recte inspecte non obviant, que non sacrificium sanctum, sed sacramentum integrum, non corpus Domini, sed sacramentum corporis Domini extra ecclesiam esse posse affirmant. Est in hac diversarum, non adversarum auctoritatum determinatione caute notandum, quia magna invenitur differentia inter[l] sacramenta et sacramenta. Nam alia sunt sacramenta, que tantummodo circa creaturam rationalem fiunt, ut sacramentum ordinationis et babtismi; alia que circa res inanimatas fiunt, ut illa sacra signa,

a) incalomitatem 1. b) *deest* 2. 3. c) comeditur 2. 3. d) red. *deest* 2. 3. e) [illegible] cogitationem venire *l. 33 eadem manu partim in loco raso, partim in marg. add.* 1. f) [illegible] *ex* non possum approbare 1. g) quod — venire *des.* 2. 3. h) et signi *des.* 2. 3. i) [illegible] k) *deest* 1. l) intra 3.

1) § 13. *col.* 1148. 1149. 2) *De doctr. christ. l. II. c.* 1, § 1. *Opp. III* [illegible]

quae verbis divinis accedentibus ad elementa fiunt in consecratione crismatis vel altaris, vel etiam panis et vini; et illa quidem sacramenta, que circa creaturam rationalem fiunt, cum extra ecclesiam celebrata sint, irrita, vacua, extincta et *f. 110'. mortua, fiunt rata et lucida et *viva, dum rationabili creatura, id est homine penitentiam agente sacramentis extra celebratis, accedit ecclesiae confirmatio. Illa vero sacramenta, que circa res inanimatas fiunt, nullo modo confirmari poterunt, quia ille creaturae penitentiam agere non poterunt. Unde aliquotiens[a] legimus personarum sacramenta foris data vel intercedente penitentia per catholicos confirmata vel interveniente ignorantia excusata, sicut ab Anastasio papa sunt excusata ordinationis et babtismi sacramenta per Achacium damnatum celebrata[1], cuius dicta quidam negligenter legentes putant eum sentire contra premissas auctoritates, sed non ita legenti patebit, si sacramentorum differentiam attendere voluerit, eorum scilicet que aliquo[b] modo et aliquando poterunt excusari, per venialem seu invincibilem ignorantiam eadem sacramenta percipientium et solam Dei gratiam in sacramentis querentium, et eorum sacramentorum que circa res inanimatas foris exhibita nunquam leguntur intus confirmata vel excusata; sed omnimodis ubique sunt exsufflata. Unde Alexander papa dicit[2]: *Ecclesia, quae per pactionem precii claruerit esse consecrata, et ut verius dicatur execrata, nullomodo pro ecclesia habeatur.* Quod de ecclesia dicitur de omnibus *f. 111. *rebus inanimatis non incongrue dici poterit, quia videlicet neque vinum neque panis, neque oleum a quolibet heretico execratum potius quam consecratum dicendum vel habendum est sanctum. Ecce utcunque de sacramentis quae sentimus expressimus absque preiudicio meliorum et meliora dicentium, quibus acquiescere parati sumus, ostensa nobis ratione vel auctoritate, cui non debeamus contradicere, et propter quam debeamus dicta nostra mutare.

Cod. 1.

Si autem in dictis et scriptis nostris, ut alias iam nos dixisse meminimus, cer- Gen. 38, 25. Cant. 2, 15. nuntur[c] illa insignia, quibus Thamar, ne combureretur, legitur defensa, videlicet anulus, baculus et armilla, per que intelligitur fides, spes et caritas, obsecro te, quicunque ita legis, ne credas animam meam cum patre mendacii fornicatam, sed potius fatere Gen. 38, 29. illam de semine Iude, id est Christi, gravidatam, ut exemplo Thamar pareret quasi filium, qui appellaretur Phares, id est divisio, quia Deus testis est, nulla propriae gloriae captatione, sed sola veritatis emulatione vel me a sacramentis hereticorum divido, vel inter ipsorum et catholicorum sacramenta magnam divisionem et distinctionem esse dictis et scriptis demonstro, sine meliorum, ut dixi, preiudicio. Dudum ne-

Codd. 2. 3.

Libet autem adhuc dicere aliqua de iniquissima peste, symonia. Inter omnes quippe vulpeculas, que demoliuntur vineas, nulla vulpecula nequior vel astutior symonia. Nam, ut quidam ait[3],

Quo teneo nodo mutantem Prothea vultus!

sic nos dicere possumus, quo teneamus nodo symoniam vulpeculam astutissimam, vultu multifariam, habitu milleformem, et pene semper non solum aliis vulpeculis, verum et sibimetipsi dissimilem, usque adeo, ut cum vineas Christi demoliatur, interdum in ipsius vinitoris habitu cernatur? Cum enim in una qualibet sua pelle dignosci ceperit, continuo aliam induit, et vineas, quas devastat, interdum se plantare simulat. Aliquando et multotiens haec vulpecula a sagacibus Christi venatoribus depre-

a) aliquando 2. 3. b) aliquando et aliquomodo 2. c) *corr. ex* cernit 1.

1) *Cf. Epist. ad Innocentium supra p.* 222. 2) *Quod dictum paululum mutatum apud Grat. C. I, qu.* 4, *c.* 1. *Gregorio attribuitur, Alexandro etiam in Anselmi Coll. V,* 20. 21, *ut Friedberg monuit; cf. etiam De aedificio Dei supra p.* 162. *et Comm. in ps.* 25, *col.* 1164. 3) *Cf. Horatii Satir.* 2, 3, 71: Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo.

cod. 1.

cessitate compulsus ad dominum papam Innocentium ipso vocante veni, cui me scrutanti, cum peteret, qua fide vivo, qua spe gaudeo et qua erga Deum et sanctam ecclesiam dilectione, Christo donante, moveor, tanquam si audisset ex ore meo, de viro cuius hec sunt concepi[a], benigne sui gratia me habuit, opusculumque[b] tunc a me de hac ipsa questione dictatum suo assensu roboravit, et per litteras suas domino meo Salzburgensi archiepiscopo meam parvitatem defensandam commendavit, quam[c] ideo pre ceteris optavi michi defensorem dari et fieri, quoniam et ipse non minus quam ego, immo pro sue auctoritatis maiestate multo magis ipse insignis archiepiscopus, quam ego pusillus clericus, hoc decertat obtinere, quod princeps mundi huius non solum in se ipso, sed etiam in membris suis ab ecclesia separatis idem ita sit iudicatus, ut omnino contemni debeat, quamvis per sacramenta vacua inveniatur in angelum lucis transfiguratus.

Factus[d] sum insipiens de his loquendo que in perfectionem meam superexcellunt, sed quia coactus dixi que dixi, credo et spero[e] ab ipsa incarnata Dei sapientia inperfectum meum posse perfici, a cuius adversariis coactus sum insipiens fieri ut dixi, non solum altiora me perscrutando, sed et scribendo ad virum sapientissimum, cum sim stultissimus. Non enim ignoro quis cui loquar, sed exemplo Abrahe dicentis: *Loquar ad dominum meum cum sim cinis et pulvis* et ego, cum inter linguas derogantium nomine meo sim obscurus, ad te, vir sancte, abbas Clarevallensis, ad te, inquam, nominis ac vite illustris, cum semel cepissem loqui, brevitatis compendium necessitate coactus excessi meumque sensum qui seculares clericos et maxime conducticios offendit ideo tibi tanquam patri spirituali digessi, ut, ubi que sencio approbaveris, defensorem et adiutorem, ubi vero aliquid eorum improbandum iudicaveris, correcto-

hensa est, et pelle [illegible] [illegible], at [illegible] pellem talem invenit, in qua vix dig[illegible] possit, quando [illegible] astutia, nec omnino apparet q[illegible], sed quasi ovis domestica. Cum [illegible] biorum prelati ab his qui [illegible] sortium recipiunt, munera exigunt, [illegible] symoniacam avaritiam [illegible] oblationis tegunt: nimirum satis [illegible], cum aliud sit oblatio, aliud exactio; aliud quod sponte offertur, aliud quod etiam ab invitis aufertur et extorquetur. Non sic beatus Benedictus in regula sua precepit fieri, immo istud vetuit fieri, docens[1], ut pauperes, qui pueros suos offerunt, simpliciter petitionem faciant, a divitibus autem parentibus non sinit quidem aliquid exigi; sed si quid sponte offerunt, acquiescit posse recipi, quod ita receptum potest appellari oblatio, non exactio. Christus etiam diviti cuidam perfectam conversionem suadens, non ait: Vade, vende quae habes, et affer mihi; sed *da*, in[illegible]quit, *pauperibus, et veni, sequere me*. Petrus quoque apostolus communem vitam Ierosolimis regens a nemine sua exigit, quam quam ea suis pedibus apposita, quasi voluntariam oblationem recepit. Ananiam et Saphiram sua Christo destinare non exegit: sed ea iam destinata Christo vendicavit, et in eorum fraudatores debitam vindictam exercuit, quo exemplo debetur illis magna severitas, qui fraudant vel decimas vel alias oblationes iam usui communis vitae destinatas: et ideo non debent culpari, cum[f] vel [illegible] debita sibi stipendia exigunt episcopi, et reliqui altaris ministri, vel graviter in eos vindicant qui talia defraudant. Illud vero quod in divinis ministris exigunt non debita, quid est nisi apertissima symonia, sed novo pallio vestita, ut non possit agnosci, dum Symon magus Symon Petrus appetit videri. Dicunt enim episcopi deberi sibi servitium et expensas multas, dum [illegible] erant aecclesias: et nos non negamus [illegible] debitum servitium et expensas quamlibet

a) *hic quaedam corrupta esse videntur.* b) opusc. [illegible] figuratus *in marg.* 1. d) *quae sequuntur in loco raso* 1. [illegible]

1) C. 59.

Cod. 1.

rem te mihi exhibeas, adiuratus et obsecratus per illum, a quo tibi est ea que rogo faciendi possibilitas[a].

EXPLICIT OPUSCULUM AD ABBATEM.

Codd. 2. 3.

multas: verumtamen non ab aecclesiarum fundatoribus exigendas, nec omnino ab eis recipiendas, nisi voluntarie, non per exactionem, sed per devotionem offerant eas.

Habent enim episcopi decimas et curtes ac villas, quemadmodum olim levitae habebant decimas et civitates cum suburbanis ad altaris ministerium caste adimplendum; sed mirum est quod dicimus, ad placita secularia et huius mundi negotia, pascunt semetipsos episcopi de facultatibus episcopalibus: et aliunde pastum exigunt in ipsis ministeriis episcopalibus, aecclesias consecrare, clericos ordinare, christianos consignare pertinet ad officium episcopale; decimae, primitiae, seu ceterae facultates ecclesiasticae ad hoc officium debent episcopum sustentare, atque ideo sunt[b] ex debito requirendae in usum episcopi et clericorum cooperantium illi. Si quid ultra exigitur in amministratione spiritualium
4. Reg. 5, 27. officiorum, lepra Giezi contrahitur, et in tali amministratione non Deo, sed mammonae servitur. Unde laudanda est papae Honorii censura iustissima, qui Ottonem Halverstatensem dictum episcopum deposuit et symoniacum suis litteris publicavit[1], pro eo quod in consecratione cuiusdam aecclesiae[2] sub pretentu servitii convictus est pecuniam exegisse. Igitur, o vos omnes, quibus dicit
Cant. 2, 15. sponsus: *Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas;* capite istam vulpem vetustissimam tempore, sed semper novam nova fraudum reparatione. Separate vos ab oratoriis per manifestam pretii pactionem, per indebiti obsequii exactionem non tam consecratis quam execratis. Nam si tales ecclesias pro consecratis aecclesiis[b] habebitis, Romane sedi inobedientes eritis. Docet enim Alexander papa secundus, ut iam supra notavimus[3], aecclesias per pactionem precii consecratas non tam consecratas quam execratas esse, ac nullo modo pro aecclesiis habendas. Idem in aecclesia Constantiniana centum et amplius episcoporum synodum celebrans vulpeculam, de qua loquimur tribus percussit ictibus. Nam legitur inter cetera illius concilii capitula[4]: *Ut aecclesia et altaria nec vendantur, nec emantur: et qui amodo vendiderint vel qui emerint anathemati subiacebunt.* Item: *Ut aecclesiae per precium vel a symoniacis consecratae denuo consecrentur.* Item: *Ut presbyteri a tempore Nicholai papae usque nunc et deinceps scienter ordinati a symoniacis, sciant se esse*[b] *depositos.* Huiuscemodi percussionibus plagata iam vulpecula poterat videri penitus interfecta, nisi quod ipsa est fortasse illa bestia, de qua legitur in Apo-
Apoc. 13, 14. calypsi: *Quod habet plagam gladii et vixit.* Arriana pestis vel alia quelibet heresis tunc est extincta per plagam gladii, cum dampnata et anathematizata est iudicio synodali. Symonia vero, quamvis gladio anathematis non semel percussa, tamen adhuc vivit, quia plaga mortis eius per hoc videtur curata, quod etiam a religiosis quibusdam recipiuntur manifestorum symoniacorum sacramenta, licet a Romanis pontificibus tanquam ore ipsius Petri multotiens

a) *eadem manu add.* 1: cetera que secuntur ad episcopum Hildinisheimensem scripta sunt. *Sequens fol.* 115. *praebet initio verba:* Unde accensus (*p.* 272, *l.* 26) — introduxit (*supra p.* 272, *l.* 33), *deinde ex parte in loco raso, ex parte in margine suppleta:* Quod eius factum (*p.* 272, *l.* 33) — Amen. *Sequitur fragmentum epistolae Gerhohi ad Bertholdum episc. Hildesheimensem missae, quod edidit Jaksch, 'Mittheilungen' VI. p.* 268. b) *deest* 3.

1) *A.* 1128; *cf. Bernhardi, 'Lothar v. Supplinburg' p.* 212, *ubi locus noster non commemoratur.* 2) *Scil. Dusnensis (Deutschenthal), quae coenobio Kaltenbrunnensi dioc. Halberstad. subiecta erat. A.* 1135. *Ottonis successor electus est, eodem quo Gerhoh libellum nostrum composuit.* 3) *V. p.* 268. 4) *Qui canones synodi, ut videtur, a.* 1063. *inter editos non inveniuntur.*

Codd. 2. 3.

interdicta. Vivit plane adhuc symonia, non quidem veritate, sed eorum existimatione, qui symoniacorum sacramenta putant vivere, per hoc quod Symonem magum vident non iam per terras ambulare, sed iuxta caelos volare. Concedimus et nos adhuc vivere Symonem magum in sui complicibus, attamen iam mortuus est, et cotidie moritur, immo quasi cadaver fetidum reputatur ab electis ad Christum pertinentibus et eius contactum fugientibus, iuxta quod in lege fuit prohibitum, ne quis tangeret morticinum: quod si quis tetigerat, lex eum iudicabat inmundum. Et notandum quod tangere vel comedere morticinum lex absolute prohibet. Portari vero morticinum urgente necessitate indulget ita dicens: *Et si necesse fuerit ut portet quippiam horum mortuum, lavabit vestimenta sua, et inmundus erit usque ad solis occasum.* [illegible] Qua consideratione concedimus quidem urgente necessitate morticinum esse portandum; sed nunquam concedimus illud esse vel[a] tangendum vel comedendum. Verbi gratia, quando de symoniaco agimus, quem licet aliqui contendant vivere, nos mortuum non dubitamus, numquam concedimus talem mortuum tangendum, quia non est eius peccato consentiendum. Multo minus vero acquiescimus talem mortuum comedendum, quia factum eius non est imitandum. Attamen fatemur, urgente necessitate, mortuum istum aliquando portandum, donec fodiatur peccatori fovea, in quam proiectus non portetur ultra. Parata vero tunc erit mortuo fetenti sua fovea, cum Deo vel per se ipsum vel per legitimos iudices agente proicitur de aecclesia in sepulchrum vel infernalis penae, vel quod magis optandum est penitentialis penae. Ubi vero facultas non est exequendi falsa iudicia, necesse est, ut portentur morticina; sed non sine lacrimosa compunctione, qua debemus vestimenta nostra lavare, id est exteriorem nostram conversationem, ita formare ac purgare, ne videamur peccatores maxime in conciliis anathematizatos ex voluntate potius quam ex necessitate tolerare. Item vestimenta nostra lavamus, si pro eis lacrimas et preces fundimus, ne forte, sicut ait apostolus, det illis reprobum sensum; sed ut resipiscant a laqueis diaboli, a quibus capti tenentur ad ipsius voluntatem. Sic rex David portabat Saulem divinitus quidem depositum a regno, sed adhuc potentem ex humano suffragio. Portabat quidem rex in Deo vivus regem Deo mortuum, sed tamen eumdem quasi non tetigit: quia eius factum non approbavit, quin potius ne illum tangere cogeretur, pro fugus ab illo in silvas latitavit et ad ultimum exulavit. Lavit quoque idem David vestimenta sua, dum non in ruina inimici exultavit, sed planxit planctu magno super Saul et Ionathan filium eius. Paulus quoque apostolus Ananiam pontificem portavit, sed tamen eius pontificatum minime approbavit, cui sui interitum prenuntiavit dicens: *Percutiet te Deus, paries dealbate.* Lavit etiam vestimenta sua idem Paulus tristitiam habens magnam pro fratribus suis. Itaque David regis atque Pauli apostoli exemplis edocti mortuos, ubi necesse fuerit, ita portemus, ut tamen contactum eorum, prout possumus, declinemus.

Rom. [illegible]

2. Reg. 1, 17.

Act. [illegible]

Factus sum insipiens altiora me tractando; sed quia coactus dixi quae dixi, credo et spero ab ipsa incarnata Dei sapientia imperfectum meum posse perfici, a cuius adversariis coactus sum insipiens fieri, non solum, ut dixi, altiora tractando, sed et scribendo ad virum sapientissimum, cum sim stultissimus. Non enim ignoro[b] quis cui loquor; sed exemplo Abrahae dicentis: *Loquor ad Dominum, cum sim pulvis et cinis,* et ego cum sim genere, [illegible] conversatione ipsoque nomine obscurus, ad te, vir sancte abbas Clarevallis; ad te, inquam, nominis ac vitae illustris, cum semel cepissem loqui, brevit[illegible]

a) deest 3. b) deest 2.

Codd. 2. 3.

pendium necessitate[a] coactus excessi meumque sensum qui seculares clericos et maxime conducticios offendit, ideo tibi tanquam patri spirituali digessi, ut ubi que sentio approbaveris, defensorem et adiutorem, ubi vero aliquid eorum improbandum iudicaveris, correctorem te mihi exhibeas, adiuratus et obsecratus per illum, a quo tibi est ea quae rogo faciendi possibilitas. Si enim in
Gen. 38, 18. 25. dictis et scriptis nostris cernuntur illa insignia, quibus Thamar ne combureretur legitur defensa, videlicet anulus, baculus et armilla, per que intelligitur fides, spes et caritas, obsecro te, ne credas animam meam cum patre mendatii fornicatam, sed potius fatere illam de semine Iude, id est Christi, gravidatam, ut
ib. 29. exemplo Thamar pareret quasi filium, qui appellaretur Phares, id est divisio, quia Deus testis est, nulla propriae gloriae captatione, sed sola veritatis emulatione vel me a sacramentis hereticorum divido, vel inter ipsorum et catholicorum sacramenta magnam divisionem et distinctionem esse dictis et scriptis demonstro, sine meliorum, ut dixi, preiudicio. Dudum necessitate compulsus
*f. 114'. ad dominum papam Innocentium, *ipso vocante, veni[1]; cui me scrutanti, cum peteret qua fide vivo, qua spe gaudeo et qua erga Deum et sanctam aecclesiam dilectione, Christo donante, moveor, tanquam si audisset ex ore meo de viro cuius hec sunt concepi[b], benigne sui gratia me habuit, et per litteras suas domino meo Salzburgensi archiepiscopo meam parvitatem defensandam commendavit, quem ideo pre ceteris optavi mihi defensorem dari et fieri, quoniam et ipse non minus quam ego, immo pro sue auctoritatis maiestate multo magis ipse insignis archiepiscopus, quam ego pusillus clericus, hec decertat obtinere, quod princeps mundi huius non solum in se ipso, sed etiam in menbris suis ab aecclesia separatis iam ita sit iudicatus, ut omnino contempni debeat,
2. Cor. 11, 14. quamvis per sacramenta vacua inveniatur in angelum lucis transfiguratus. Unde accensus zelo iusticiae non patitur in sua parrochia vel clericos conducticios vel manifestos incestuosos altari ministrare. Nam cum habeat latam parrochiam et amplam per iter decem dierum vel amplius extensam, non posses infra tantum terminum invenire saltem unum conducticium vel unum clericum aperte incestuosum. Irregulares etiam canonicos tanquam vere Chananeos terra sancta indignos de claustris suis eiecit, et in locum eorum regulares canonicos tamquam veros Israelitas introduxit. Quod eius factum nos[c] licet approbemus, dum irregulares Chananeis, regulares autem Israelitis conferimus, non tamen ignoramus inter irregulares aliquos esse salvandos et inter regulares aliquos damnandos, quomodo in Babilonia quidam laudabiliter vixerunt et in Ierusalem
Ps. 136, 1. quidam perierunt; sed quia super flumina Babilonis non est tuta sessio neque in littoribus eorumdem fluminum, utpote multum lutosis, est fida statio, nequaquam commendat ipsam Babilonem bonorum illic bene acta conversatio, sicut nec Ierosolimam damnat pravorum inhabitatio, quominus de harum duarum
ib. 121, 4 civitatum altera dicatur: Exite inde: de altera vero, *illuc vero ascenderunt tribus, tribus Domini ad confitendum nomini Domini,* atque ideo non inmerito gaudemus, ubicunque irregularem aliquam congregationem quasi Babiloniam destrui, et de ipsius quasi melioribus lapidibus Ierusalem in communis vitae reparationem videmus edificari. Gaudemus, inquam, et petimus, ut gaudium nostrum sit plenum per Christum dominum nostrum. Amen.

a) *deest* 3. b) *hic quaedam corrupta esse patet.* c) I. n. 3.

1) *A.* 1133, *April* 30 — *Iuni* 8; *cf. Bach, 'Oesterr. Vierteljahrschr.' IV* (1865), *p.* 33; *Jaksch in 'Mittheil. des österr. Instituts' VI, p.* 259, *n.* 5. *V. epist.* 21; *Comm. in ps.* 64, *c.* 147.

IV.

EX LIBELLO DE ORDINE DONORUM SANCTI SPIRITUS.

Libelli de ordine donorum sancti Spiritus componendi [illegible] 1142[1] ad limina apostolorum susceptum ansam praebuit. Gerhoh enim cum [illegible] II. [illegible] iisset, ut querelas suas de simoniacis aliisque fidei ecclesiaeque [illegible] sermonem cardinalibus quibusdam praesentibus habuit, quo [illegible] septem donis sancti Spiritus comparatas tali modo ordinavit, ut cardinalibus admi[illegible] bus auctori nostro necesse esse videretur, de ordine donorum sancti Spiritus [illegible] tractatu disputare[2] sermonemque vel opusculum, quod se papae [illegible] plere[3]. Novi libelli cardinalibus illis, cum quibus Romae versatus erat, Gerhard[illegible] cellario, Guidoni, Goizoni a. 1142. *vel* 1143. *missi, quamquam usque ad hunc diem in lucem non prodiit*[4], *praeter unum locum, quo auctor de regno et sacerdotio egit, nihil nisi epistolam dedicatoriam praebemus, scilicet ea, quae quaestionem investiturarum, hominium episcoporum, bona ecclesiastica, litem inter regnum et sacerdotium, pacem Wormatiensem tangunt, neque ea exigui momenti. Cetera, maiorem quidem partem, ad res nostras minime pertinentia in latebris reliquimus*[5].

Asservatus est libellus noster in Codice Reichersbergensi VIII, 4[illegible] *ubi f.* 116—141. *legitur. Praecedunt f.* 1—33. *Commentarius in ps.* 75, *f.* 23. *Liber de fide, f.* 53. *Comm. in ps.* 77, *f.* 79. *Comm. in ps.* 78, *f.* 80′—95. *Brevis expositio ps.* 79—117, *f.* 95′—114. *Tractatus de quarta vigilia noctis infra edendus, f.* 115. *Epistolae Eugenii III. et Coelestini II. ad Gerhohum. Ipse in coenobio Reichersbergensi exscripsi.*

Wratislaviae, a. 1895, *mense Septembri.* *E. SACKUR.*

Septiformi sancti Spiritus gracie gracias agimus, quod ipso donante in psalmis ter septem peryochis currendo et recurrendo septem dona, septem columpnas et septem lucernas, quibus domus Dei ornatur, aliquantisper inspeximus. Tubas quoque septem, quibus castra Dei moventur ad timorem, pietatem, scientiam, fortitudinem, consilium, intellectum et sapientiam, quia ex parte audivimus, nos etiam ex parte inde prophetavimus in quodam opusculo antehac ad sedem apostolicam directo et illic benigne recepto[6]. Quod quia lectoribus benivolis magnam prebet materiam psallendi septiformiter, nunc in spiritu timoris, ut in septem psalmis penitentialibus, nunc in spiritu sapientie, ut in septem psalmis ultimis interserta nimirum psalmodia de aliis quoque donis, pietate, scientia, fortitudine, consilio, intellectu, non piget hic illud annectere, hortorque lectorem, ne pigeat eum hoc perspicere. 116

1) *Eodem anno Gerhoh privilegium ab Innocentio II. [illegible] est. Iter a.* 11[illegible] *est, ad quod opusculum nostrum referamus. Accedit, quod libellus certe a.* 1142 [illegible] 114[illegible] *scriptus est.* 2) *Cf. infra p.* 281. 3) *Cf. infra p.* 282 [illegible] In [illegible] antehac ad sedem apostolicam directo et illic benigne recepto, [illegible] *ferri debent, quem Gerhoh Romae de iisdem rebus habuit. Videtur [illegible] aut sermonem litteris mandatum sedi apostolicae obtulisse.* 4) [illegible] *in 'Zeitschrift für katholische Theologie' IX (*1885*), p.* 536 *sqq.* 5) *Cf* [illegible] *in 'Oesterr. Vierteljahrschrift für katholische Theologie' IV (*1865*) p.* 116 [illegible] *disserit.* 6) *Cf. praef. supra.*

Venerabilibus sancte Romane ecclesie columnis, cardinalibus Gerh[ardo] cancellario et magistro Gwidoni[1] et domno Goizoni[2] frater Gerhohus Richerspergensium fratrum servus devotus orationes cum fidelis obedientie obsequio. Cum his qui videbantur columpne esse Paulus minimus apostolorum contulit euuangelium, quod predicabat in gentibus, ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset, si euangelio suo assensus magnorum apostolorum videtur defuisse, quod etiam ego minimus omnium christianorum cupiens imitari, ascendi Romam, videre Petri vicarium et mansi apud eum diebus aliquantis colloquendo vobis ac ceteris ecclesie Romane columnis, ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem, si quid dicerem vel dixissem, in quo vestre discretionis coniventiam et consensum non haberem vel habuissem. Stat quippe mihi hoc propositum, in nullo umquam dissentire a sancte apostolice sedis doctrina et fide, atque ideo sive presens per dicta sive absens per scripta soleo conferre, de quibus moveor cum aliquibus illius ecclesie filiis insignibus. Ad quod convenienter agendum, cum tu, Gerharde, cardinalis presbyter Sanctae Crucis proeminentia discretionis ac sapientiae hactenus potueris mihi satisfacere dictis vel scriptis meis respondendo succincte ac lucide, nunc propter magnas et multas occupationes cancellarie[3], quibus cautissime ad Christi honorem disponendis tuam prudentiam necesse est invigilare, ascivi mihi Apoc. 11, 4. tecum duas olivas et duo candelabra, olivas propter pietatem, candelabra propter veritatis lucem, duos videlicet cardinales prenominatos Gvidonem et Goyzonem. Vobis igitur tribus ad honorem sanctae ac summae Trinitatis aliquotiens, prout Deus annuerit, locuturus vel scripturus cupio exoratam esse vestram clementiam, ut, sicut estis auditores dociles vel potius docti, sic etiam sitis attenti et benivoli, semper mihi satisfacere parati poscenti rationem, quando et ego auxiliante Deo sum paratus vestrae *f. 116'. *discretionis monita libenter et obedienter audire. Valete.

2. Thess. 2, 3. Primo igitur in hoc a vobis cupio expediri, an secundum prophetiam apostoli predicentis discessionem sit maior discessio expectanda, quam illa esse agnoscitur, quae 1. Tim. 4, 1. ab ipso apostolo his verbis predicitur: *Quoniam in novissimis temporibus discedent quidam a fide.* Hanc etenim a fide discessionem[a] ita manifeste ac magnifice factam videmus, ut vix putemus expectandam esse maiorem. Quis enim, ut de minoribus taceam, saltem inter ipsos aecclesiarum prelatos episcopos est fidelis dispensator et prudens, ib. 5, 8. quis eorum est fidelis in commisso? Apostolus dicit: *Qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.* Si ergo consanguineorum neglectores arguuntur, tanquam fidei negatores et infidelibus deteriores, quis inter fideles reputet eum, qui in deposito fidem non habet, postponendo pauperum curam sibi tam stricte impositam, ut etiam consanguineos debeat in multis negligere propter Ioh. 19, 15. ipsam? Quondam vocibus ante faciem Pilati clamaverunt pontifices: *Non habemus regem nisi cesarem;* nunc rebus id ipsum clamatur a pontificibus, qui de rebus ecclesiarum serviunt negociis regalibus et secularibus in tantum, ut aut nulla aut vix ulla sit eis cura pauperum Christi, qui de rebus ecclesiarum deberent sustentari. Ego Matth. 22, 21. autem, quomodo dixi aliquando quae Dei sunt Deo et quae cesaris cesari reddenda, ita sum notatus tanquam pontificum et regum adversarius, quia neuter ordo suo iure suisque terminis vult esse contentus, dum et reges pontificalia et pontifices usurpant sibi regalia atque inter has concertationes fides periclitatur. Quis enim inter episcopos fidelis ac prudens dispensator aecclesiasticarum facultatum invenitur, dum contra fidem

a) discessionis c.

1) *Card. S. Chrysogoni, qui a.* 1140, *Ian.* 10 — 1143, *Febr.* 23. *in chartis occurrit?* 2) *Card. S. Caeciliae, qui a.* 1140, *Apr.* 3 — 1143, *Mai.* 14. *invenitur?* 3) *Cancellarius Innocentii II. inde ab a.* 1142, *Ian.* 4 — 1143, *Mai.* 16, *Coelestini II. ab a.* 1143, *Oct. usque ad a.* 1144, *Mart.* 8. *occurrit; cf. Bresslau, 'Handbuch der Urkundenlehre' I, p.* 200 *sq.*

in commisso servandam seculo de rebus aecclesiae militan[illegible]? [illegible] temporis reges sicut David fidelis inventus est in regno [illegible] et [illegible] servans imperium regis eterni? Discesserunt igitur a fide qui [illegible] commisso sibi vel pontificio vel regno, qui etsi fidem catholicam [illegible]tur, tamen virtutem eius inveniuntur abnegare, cum dicentes hereditate [illegible] sanctuarium Dei, mensuram patrum suorum student adimplere. Patres quippe istorum videntes heredem, dixerunt inter se: *Venite, occidamus eum et habebimus hereditatem [illegible] eius*, et ipsi quidem pessimi coloni heredem fructus de commissa vinea querentem de ipsa vinea eiecerunt et occiderunt, verumtamen vineam seu hereditatem ipsam possidere non potuerunt. Nempe inter colonos impios precipue scribae ac pharisei, qui heredem in carne occiderunt, ipsi hereditatem perverse occupatam possidere non potuerunt, venientibus Romanis et tollentibus eis locum et gentem, ita ut iam non habeant vel regnum vel sacerdotium, quod utrumque soli Christo cognoscitur hereditarium. Nam de sacerdotio illius *iuravit Dominus et non penitebit eum. Tu es sacerdos in [aeternum] secundum ordinem Melchisedech.* De regno vero illius dicit angelus Gabriel: *Et regnabit in domo Iacob*[b] *in eternum et regni eius non erit finis.* Igitur prius a Iudeis [illegible] qui Christum neque ut pontificem neque ut regem sunt venerati, etiam hoc ipsum graviter ferentes, quod a pueris Hebreorum audierant ei decantari, preconium regiae laudis, primo, inquam, ab illis Christus est proscriptus et extra hereditatem eiectus atque occisus, deinde ab hereticis Hebione, Cherintho, Marcione, Fotino, Manicheo, Arrio ac caeteris eorum consimilibus idem Christus est proscriptus et ab hereditate sua eiectus et occisus. Sive enim illi heretici qui Christum respectu patris sive illi qui eum respectu matris denobilitare ausi sunt, quantum in se fuit, heredem occiderunt. Si enim Christus, ut quidam hereticorum voluerunt, ante Mariam non fuit, sed a conceptione suae carnis cepit existere, non potest heres legitimus dici aeterni patris filius tam novus, tam ignobilis, tam expers aeternitatis. Item, si secundum quosdam hereticos fantasticum corpus habuit et secundum carnem ignobilior matre fuit, quae verum corpus habuisse non dubitatur. Item, si, ut Arrius declaravit, in sua divinitate minor patre suo fuit, in eadem divinitate fuit ignobilis comparatione inmensi et eterni patris, cuius si non est ipse inmensus et aeternus filius, sed est creatura, ut voluit Arrius, non est heres legitimus. Item, si, ut Fotinus voluit, Christus per coitum viri ac feminae conceptus est, a nobilitate non solum Dei patris, sed et angelorum degenerando[c] legitimi heredis nomine indignus erit. Item, si, ut Bonosus hereticus delatravit, Christus Dei patris adoptivus et non naturalis filius extitit, non est ipse Christus heres legitimus. Item Ambrosius cognomento Autbertus[1], monachus de Monte Cassino, apostolum nimis exiliter, ne dicam viliter, glosans, docuit homini assumpto in Deum, Dei filium, non esse datum nomen, quod est super omne nomen. Cuius nomine decepti quidam putant hoc [illegible] docuisse sanctum Ambrosium Mediolanensem episcopum, et ipsi hoc idem affirmant quasi beatum Ambrosium sui sensus habeant auctorem, nescientes in equivocatione deceptos magnos quoque magistros, qui suis glosis in apostolum falsitatem hanc inseruerunt, quorum precipui sunt magistri Anselmus[2] et magister Gillibertus[3] et novissime Petrus Longabardus[4]. Quam vero aliter sentiat beatus Ambrosius, cum pluribus in locis appareat, illud nunc argumento sufficiat. Quod in Lucam exponens illud: *Omnia mihi tradita sunt a patre meo,* dicit[5]: *Si omnia tradidit, eternitatem maiestatemque* [illegible]

a) s. i. s. o. m. c. b) i. in. et r. eius non e. f. c. c) degenerando [illegible].

1) *Qui a. 778. mortuus est.* 2) *Archiep. Cantuar. a.* 1093—1109. [illegible] *la Porrée, episc. Pictav. a.* 1143—1154. 4) *Qui a.* 1158—1160 [illegible] 5) *Non inveni in expositione Ambrosii ad hunc locum l. VII. Opp. I* [illegible] 1426.

transfudit. Igitur homo eterne divinitatis maiestate nobilitatus, falso negatus nomine illo Philipp. 2, 9. donatus, quod est super omne nomen, quod, sicut Augustinus asserit[1], homini datum est, non Deo, quia Dominus illud semper habuit per naturam, quod homini datum per gratiam et per nativitatis ex virgine naturam, qua ei datum et innatum est, ut sit altissimus et naturalis Dei patris altissimi filius eque omnipotens, ut verbum Dei Deus, a quo est assumptus. Quod qui negatus ipsi natalibus Christi derogando, quantum in ipsis est, heredem occidunt, quia hereditario regni ac sacerdotii honore ipsum indignum afferunt, dum *f. 117'. eius nobilitati detrahunt. Scismatici *autem, qui non regi derogare, sed regnum eius scindere ac dividere conantur, et ipsi non minori malignitatis spiritu contra heredem legitimum debachantur, de sua hereditate illum excludendo qui non habitat, nisi in unitate, quam dissipare dum conantur et, si non Christi occisores, tamen Christi spoliatores esse comprobantur. Sed neque hereticis Christi blasphematoribus neque scismaticis Christi spoliatoribus licitum fuit aliquando in pace possidere Christi a se occisi vel spoliati hereditatem, quoniam, sicut Iudeis Christi occisoribus venientes Romani tulerunt locum et gentem ac totam illam hereditatem, pro qua retinenda heredem occiderant, sic pontifices Romani annitentibus aliis orthodoxis hereticos ac scismaticos ab hereditate pervasa eiecerunt, contra hereticos veritatem, contra scismaticos aecclesiae unitatem fortissime defendendo atque ipsos errorum magistros foras pellendo. Sic sic illa maligni Matth. 21, 38. spiritus propositio, quam per colonos malos enuntiavit, dicendo: *Venite, occidamus heredem et habebimus hereditatem eius* in parte quidem est impleta, dum occiderunt heredem. Sed hoc hactenus impleri non potuit, ut in pace possiderent et haberent hereditatem.

Dum ergo hereditas, quae a priscorum temporibus Antichristis possideri non potuit, a nostri temporis Antichristis in pace ac securitate possidetur, novi ac moderni Antichristi adimplent mensuram patrum suorum, illorum videlicet Antichristorum, qui heredem quidem occiderunt vel spoliaverunt, sed hereditatem eius minime habere potuerunt. Non enim verbotenus vel sicut primi coloni dicunt intra se in cogitationibus, tantum hereditate possideamus sanctuarium Dei, sed rebus agitur et rebus adimpletur a modernis Antichristis, quod propositum est ab antiquis, possident namque sanctuarium Dei non sicut sanctuarium, sed sicut predium suum hereditarium, prout volunt militando huic seculo de stipendio ecclesiastico. Non ego nunc ago contra episcopos aliosque Dei ministros legitime in domo Dei ambulantes et regnum suo [illegible] modo adiuvantes, videlicet stando et orando in monte cum Moyse, ut eorum precibus in campo huius mundi vincant et victores permaneant Israelite, vincantur et semper victi maneant vel potius pereant Amalechitae, vincant principes catholici, vincantur christianae pacis inimici, vincant qui missi sunt ad vindictam malefactorum, laudem [illegible] vero bonorum, vincantur autem et pereant peccatores a facie Dei, pereant, inquam, peccatores a facie terrae, et iniqui ita, ut non sint. Sed quia sunt episcopi, qui exercitus more ducis ducunt, negocia sanguinis tractant et agunt in obsidionibus castrorum, in vastationibus hostilium terrarum, dum per incendia et rapinas insaniunt atque in his exequendis aecclesiasticas facultates expendunt, salva pace religiosorum episcoporum, qui paucissimi sunt contra pseudoepiscopos, moveor, qui non obediunt euan- *f. 118. gelio supra gregem sibi commissum vigilando, non obediunt *apostolico mandato, contra cuius doctrinam se implicant secularibus negociis, non obediunt etiam decretis apostolicae sedis, contra cuius edicta saluberrima Nicolaum fornicatorem, Symonem in domo Dei negociantem sic familiariter fovent, ut uni talium non unam plebem, sed multas plebes commutent, et tali bigamia vel trigamia vel si dici potest, octogamia, sponsam Dei ecclesiam non timent fedare atque huius mundi servituti subiugare ordine per-

1) *Contra Maximin. Arrian. l. II, c. 2, Opp. VIII, col.* 693.

versissimo ac divinis legibus contrario. Si quelibet sponsa [illegible] captiva trahe-retur quasi ancilla sua, sponso aspiciente atque contrad[illegible] mundi magna hoc esset iniuria, maxime si pre manibus haberentur [illegible] libertatis testamenta. Nonne tale quid agitur, quando episcopi [illegible] fa-cientes et illud sacramento firmantes libertatem aecclesiae compellunt huic mundo ser-vire, cum potius reges debeant aecclesiae servire, tanquam regis regum sponsae nobi-lissimae, de cuius nobilitate ac libertate plurima testimonia pre manibus habentur, ex quibus pauca libet commemorare, per quae constet ecclesiam permaxime in sacer-dotali eminentia liberam et nulli regum subiciendam, sed regibus dominaturam? Ysaias propheta nobilissimus de sancta ecclesia loquens dicit inter cetera: [illegible] *peregrinorum muros tuos et reges eorum ministrabant tibi. In indignatione mea percussi te et in reconciliatione mea misertus sum tui, et aperientur portae tuae [illegible], die et nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium et reges earum [illegible]-cantur. Gens enim et regnum quod non servierit tibi, peribit, et gentes [illegible]-buntur.* **Pro eo quod fuisti derelicta et odio habita, ponam te in superbiam* [illegible] *gaudium in generationem et generationem. Et suges lac gentium et mamilla regum lacta-beris.* Ex magna parte videmus hanc prophetiam rebus adimpletam, quoniam et in tempore persecutionis sub regibus adhuc paganis ecclesia fuit derelicta et odio habita et postea sub regibus catholicis mamillis regum lactata, posita est in superbiam secu-lorum, ita ut esset imperatrix imperatorum regina et rectrix regum.

Nullus etenim catholicorum regum vel imperatorum invenitur in tanto ausu fuisse, ut se profiteretur pro suo libitu velle militare, nisi prout ei fuisset predictatum consilio sacer-dotalis prudentiae. Sic imperator Karolus consilio Stephani pape et Adriani pape legitur militasse. Sic et iunior Karolus consilio Nicolai pape leges conscripsit militandi, quibus non ad miliciam scriberentur, sed a milicia exciperentur episcopi et reliqui spirituales viri[1]. Quod autem ipse Nicolaus papa eidem Karolo scripserit quidque scribendo et ammonendo profecerit, quoniam scitu dignum est, libet subnectere. Nicolaus papa ad Karolum iuniorem[2]: *Reprehensibile valde esse constat quod subintulisti dicendo maiorem partem hominum episcoporum die noctuque cum aliis* **fidelibus tuis contra piratas mari-* *f. 118
timos detineri ob idque episcopi impediantur venire, cum militum Christi sit Deo ser-vire, militum vero seculi seculo sicut scriptum est: 'Nemo militans Deo implicat se ne-gotiis secularibus'. Quod si seculi milites militiae student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi ut vacent orationibus? Ex concilio Aquisgrani: *Karolus gratia Dei [illegible] propter*[3] *ampliorem observantiam apostolica auctoritate et multorum episcoporum ammo-nitione instructi, sanctorum quoque canonum regulis edocti cum consultu videlicet [illegible] nobilium nostrorum nosmetipsos corrigentes posterisque nostris exemplum dantes volumus, ut nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres episcopi electione ceterorum propter benedictionem populique reconciliationem et cum illis electi sacerdotes qui [illegible] populis paenitentiam dare, missas celebrare, de infirmis curam habere, sacratique [illegible] cum sacris precibus unctionem impendere et hoc maxime previdere, [illegible] qui de seculo recedat.* Ecce apparet, quod papa Nicolaus et imperator Karolus illo spiritu agebantur, quo in veteri testamento misteria regni christiani prefigurabantur. Ibi nam-que preceptum est, ut ad imperium Eleazari sacerdotis Iosue dux populi ingrederetur [illegible] et egrederetur. Ibi statutum est castra moveri audito sacerdotalis tubae clangore con-ciso. Nempe in premisso apostolicae sedis decreto clangor concisus auditur, quia di-

1) *Cf. infra n.* 3. 2) *Mansi XV, col.* 291; [illegible] c. 16, *supra p.* 147; [illegible] *in ps.* 64, [illegible] 3) [illegible] *LL. III, p.* 110.

stincta est in eo militandi regula militibus Christi episcopis et sacerdotibus et militibus seculi, ubi dicitur: *Quod si seculi milites miliciae student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi ut vacent orationibus?* Ecce qua concisus, qua distinctus tubae sonitus distinguens milites a militibus, militantes Deo a militantibus mundo. Si non timerem fastidiosus fieri nota replicando, poteram adhuc multa introducere concisi clangoris testimonia, miliciam Dei a milicia seculi distinguentia. Sed quia de papa Nicolao tanquam de legitimo tubicine loqui coepi, sufficiat in ipsius decretalibus dumtaxat exemplaria concisi clangoris ad castra movenda queri et intueri, que sola satisfaciunt questioni presenti. Dixit enim inter cetera tractans de spiritali et seculari milicia[1]: *Cum ad verum ventum est eundem regem et sacerdotem ultra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit nec pontifex nomen imperatorium usurpavit, quoniam idem mediator Dei et hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferno demergi, ut et christiani imperatores pro eterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritalis actio carnalibus distaret in cursibus et ideo militans* *f. 119. *Deo minime se negociis secularibus implicaret ac vicissim non ille rebus *divinis presidere videretur.* His preceptis salutaribus et divina institutione informatus iunior Karolus id sanxisse invenitur in suis imperialibus constitutionibus, ut, quemadmodum supra ex parte ostendimus[2], christiano exercitui non ad aliud intersint duo vel tres episcopi nisi propter benedictionem, predicationem populique reconciliationem ac cetera spiritualia ministeria exequenda, quibus indiget expeditio christiani exercitus. Hac ne putetur, quod idem Karolus, que gratia exempli de pluribus regibus ascivimus, propterea facultates aecclesiarum diminuerit, quod episcopi a papa Nicolao ipso imperante in exercitum ire prohibitum fuit, qua prohibitione et ipse Karolus confirmavit et approbavit, unum eius capitulum annotamus, quo regem catholicum de hac suspitione penitus excusamus[3]: *Sanccitum est,* inquit, *ut presbyteri in ecclesiis constituti, non de decimis nec de fidelium oblationibus aliquod servicium faciant preter ecclesiasticum.*

Si secundum istud imperiale sanccitum de fidelium oblationibus non est faciendum servicium nisi ecclesiasticum nec ipsis presbyteris, quanto minus id est exigendum ab episcopis, presbyterorum presbyteris, ut ipsi de oblatis ad ecclesiam faciant seculare servicium divinis et humanis legibus interdictum. Dicit aliquis: 'Solvant ergo episcopi tributum iuxta ipsius Christi exemplum, qui cum non ipse in servicio cesaris laborare decretum habuisset, non tamen recusavit solvere tributum, ad servicium cesaris pro terrarum pace militantis contra hostes publicae pacis'. Respondemus, hic primo illud adtendendum, quod non ex debito Christus tributum solvit, quia reges gentium non a filio, sed ab alienis exigunt tributum, sicut ipse Christus probavit loquens ad Petrum; secundo et illud animadverti convenit, quod non de loculis ecclesiae, non de fidelium oblatione, sed de maris Rom. 13, 7. piscatione tributum dedit, quasi rebus iam tunc loqueretur episcopis: 'Exemplum dedi vobis, ut et vos ita faciatis, cui tributum tributum, cui honorem honorem, cui vectigal vectigal persolvendo, sed non de fidelium oblatis, non de loculis aecclesiarum, sed si exercetis aliqua secularem actionem, verbi gratia mercatum publicum in foro publico, equum vel aliquid aliud emendo in usum ecclesiasticum, non denegetis thelonearium tributum secularibus iudicibus debitum, nisi forte sit ab ipsis remissum vel ecclesiae condonatum'. Si quid enim de regalibus pertinentiis donatum est ecclesiis a regibus piis et

1) *Epist. 8. ad Michaelem imp., Mansi XV, col. 214.* 2) *P. 277.* 3) *Capit. Ludovici I, a. 817, c. 10; Anseg. I, c. 85; cf. Grat. C. XXIII, qu. 8, c. 25:* Ex concilio Wormatiensi.

catholicis, non licet ab aecclesiis denuo abalienari, sed hoc ab ecclesiarum rectoribus convenit sapienter dispensari. Sic imperiale fastigium a regibus fidelibus [illegible] sedi condonatum, ita Romana possidet ecclesia, ut tamen Romanus pontifex [illegible] sit imperator aut rex, sed imperatorum ac regum pro qualitate meritorum firmator vel infirmator. Est quippe istarum dignitatum, quibus regitur [illegible] talis distinctio, qualis inter primum et secundum Adam, quorum unus de limo terrae [illegible] formatus prius erat in corpore, qua haberet spiraculum sibi divinitus inspiratum, [illegible] prius erat in spiritu, qua [a]haberet corpus de virginea terra [illegible]. Nam et [illegible] spiritu vocavit eum Adam[a] dominum, dicens: *Dixit dominus D[illegible]* *esset in corpore.* Sic nimirum secularis princeps in imperium vel regnum promovendus est, ut principibus regni et populo in idipsum consentientibus eligatur et quasi de limo terrae per terrenos collaudatores formetur, deinde spiraculum vitae illi est inspirandum per benedictiones et orationes pontificum ceterorumque spiritalium virorum, principatum eius confirmantium, utpote legitimum longe a tyrannica invasione distinctum. Porro spiritualis princeps in papatu vel pontificio venerandus exemplo Christi, qui prius fuit in spiritu quam in corpore, primo est a spiritalibus personis eligendus, examinandus et benedictione solempni confirmandus, ita ut sit dominus omnium quae habet episcopatus, ad que regendum confirmatus. Quorum si aliqua sunt regalia, sic teneat, ut regno exinde fidelis existat et tolerabiles consuetudines persolvat. Sic eatenus longo iam tempore pontifex iam quisque Romanus earum secularium dignitatum distributor et ordinator fuit, quas ad aecclesiam Romanam honestandam pii reges beato Petro dimiserunt, non commiserunt, quia nec ipsi reges, cum essent pagani, eas iure habuerunt illo potissimum tempore, quando ecclesiam Dei afflixerunt, unde merito dimittere vel amittere illas debuerunt.

Hec magis ac magis considerantibus illud placebit, quod super hac ipsa questione beatae recordationis papa Pascalis II. constituit, qui, cum ad tempus ad hoc fuisset inductus annuendum[1], ut facultates ac dignitates a regibus et regnis ad ecclesias collatae regibus redderentur, et hanc ipsam concessionem domini pape constituisset multis fidelibus displicuisse, ipse postmodum semetipsum corrigens in audientia publica concilii Lateranensis[2] ab ipso collecti locutus est in hunc modum: 'Sancta aecclesia tribulationibus ac persecutionibus non decrescere, sed crescere consuevit. Haec aliquando coram Deo floruit, sed coram hoc mundo vilis et despecta fuit, videlicet in tempore persecutionis; quando autem inclinata sunt regna sub iugum fidei, contulerunt ecclesiis multas dignitates ac facultates regni, et sic coepit aecclesia non solum coram Deo, sed etiam coram hoc mundo florere. Habeat ergo aecclesia que sibi sunt collata et dispenset ea filiis suis, prout scit et vult'. Huius apostolicae sententiae memoria sicut ab ore Pascalis pape fuit a multis fidelibus notata, in tanta fuit auctoritate per multas Teutonici regni aecclesias, ut nulli episcopi canonica electione promoti regnante rege Heinrico illi facerent hominium pro susceptione regalium, sed habebant ea de iure sibi commissarum aecclesiarum usque ad papam Kalixtum. Qui cum eidem regi pro facienda pace per suos legatos Lampertum Hostiensem episcopum, Saxonem presbyterum, Gregorium diaconum Sancti Angeli dedisset quoddam scriptum de pontificum electione in presentia ipsius facienda [b]et de regalium con[illegible]sione ab ipso requirenda[3], multa comparuerunt capita ydrae pridem iugulatae, quasi

a) ad c.

1) A. 1111. 2) *Scil. Concil. Lateran. a.* 1112. *Mans. XXI* [illegible] *Libelli II. p.* 648, *n.* 1. *adnotavimus*; *cf.* [illegible] 25 [illegible] *Wormatiae a.* 1122 *facto*; *cf.* [illegible] 153.

revixisset ex apostolicae sedis auctoritate. Verumtamen in concilio Lateranensi[1], cum fuisset recitata regis conscriptio de refutatione investiture per anulum et baculum, et haec multo assensu totius concilii fuisset approbata, legebatur quoque illa concessio facta imperatori, qua continebatur, ut episcopi Teutonici in presentia regis eligerentur et regalia per sceptrum acciperent. Sed hoc scripto in audientia sinodi recitato tanta fuit multorum reclamatio dicentium: 'Non placet, non placet', quae vix potuerit mitigari causa reddita, quod propter pacem reformandam talia essent non approbanda, sed toleranda. Sicut autem aecclesia in sui primordio crescebat et confortabatur ambulans in timorem Dei, sic et nunc per Dei gratiam ecclesia crescente atque confortata illa propter pacem obtinenda extorta concessio partim est annichilata, quia Deo gratias absque regis presentia fiunt electiones episcoporum[2]. In proximo futurum speramus, ut et illud malum de medio fiat, ne pro regalibus, immo iam non regalibus, sed ecclesiasticis dicendis facultatibus ab episcopis hominium[a] fiat vel sacramentum, sed sit episcopis liberum res ecclesiarum possidere de iure concessionis antiquae, sicut mater aecclesiarum Romana ecclesia possidet quae de iure oblationis vel traditionis antiquae tenet. Verumtamen illud non videtur inconveniens, quoniam ab episcopis mundanarum dignitatum officia non debent amministrari, sed ab his quibus ipsi eas committunt, quatenus per iudices ab episcopis ordinatos regibus competens fiat auxilium in his (cf. Num. 10, 5.) dumtaxat negociis exequendis, ad quae peragenda moveri castra compellit clangor concisus tubae sacerdotalis. In hunc modum concisus clangor insonuit per sancte recordationis papam Urbanum secundum, quando apud Montem Clarum[3] principes Francorum commonuit exercitum colligere ad sanctam civitatem Ierusalem et in ea sepulchrum Domini de manu paganorum liberare, quibus propter conservandum in expeditione christianismum destinavit Podiensem episcopum[4], virum prudentem et religiosum, sic distincte atque concise canens ac docens, ut terribilis fieret castrorum acies ordinata, in quam episcopus cum religiosis sacerdotibus divino servicio invigilaret et fortitudo militum pro illius doctrina se prudenter ageret.

Verum nunc aliter clamatur neque concise, sed confuse canitur atque illud scriptum (cf. 1 Macch. 1, 43.) renovatur, quo scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus unus. Neque enim est distantia inter laicum et episcopum[5], quando rex movet exercitum, non pro sacerdotalis tubae cantu, sed pro suo libitu et, si ad iusta, sed non iuste, quia non exquiritur vel expectatur sacerdotale consilium ad movendum vel colligendum exercitum, quod si audiretur iuste, iusto exercitui auxilium aecclesiae deberetur maxime ab episcopis ex regni facultate ditatis. Cuiusmodi autem ab episcopis deceat fieri auxilium regibus ad (*f. 120'.) peragendum aliquid *iustum negocium, vel ex apostolice sedis mandato vel ex episcoporum consilio destinatum perfecte determinari pernecessarium videtur, ne vel episcopis vel regibus licitum putetur ecclesiasticas facultates dissipari debere pro qualicumque occasione. Pro cuius rei cautissima dispositione universale concilium potius esset convocandum, quam illud sacrilegium dissimulandum, quo de sacris rebus militatur sceleribus a personis consecratis, quod est mysterium profundae impietatis. Haec autem impietas iam per tempora multa regnavit in aecclesia, dum ea quae adversum pietatis collata sunt impie vastarentur et pauperes Christi negligerentur, atque cenobia multa destruerentur, maxime quae dicebantur esse regalia regum videlicet privilegiis donata. Sed a tempore bea- (Habac. 3, 13.) tissimae recordationis pape Gregorii VII, qui primus percussit caput de domo impii,

a) hominū *c.*

1) *A.* 1123. *Concilio Lateranensi Gerhoh ipse affuit.* 2) *Cf. Bernheim, 'Zur Geschichte des Wormser Concordats' p.* 51. 3) *A.* 1095. 4) *Ademarum.* 5) *Cf. infra Comm. in ps.* 64.

quando regem Heinricum excommunicavit[1] pro symonia [illegible] publicum venditorem episcopatuum et abbatiarum et [illegible] tatum, contra mysterium impietatis excitatus est spiritus pietatis, tamquam pius dormiens, tamquam potens crapulatus a vino, et percussit [illegible] obprobrium sempiternum dans illis, quia revelata est ira de caelo super omnem impietatem eorum, qui veritatem Dei in mendatio detinebant. Contra quorum fraudulentias et violentias ad munimen cenobiorum, quae extunc favente [illegible] per [illegible] terras multiplicata et ditata sunt privilegia, non a regis curia, sed a sede apostolica sunt promulgata, per quae spiritus pietatis evidenter operatur [illegible] contra malignitates impiorum. Ex quo animadvertimus, quod, sicut in tempore martyrum contra tyrannorum fortia tormenta spiritus fortitudinis divinae affuit electis [illegible] deficerent in tormentis, et sicut in tempore confessorum contra callida machinamenta heresium spiritus scientiae Dei sponsae magnae discretionis magnum [illegible] de quo dicitur: *Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum*, [illegible] tica calliditas nichil potuit contra hunc nasum, sic et in nostro tempore contra mysterium impietatis vigilat spiritus pietatis resistendo symoniacis et Nicolaitis hereticis, in quibus tamquam in Iamne et Mambre spiritus pietatis operatur, per quos etiam Pharao dementatus pios prosequitur. Sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifestata est. Veruntamen aliquid sibi videntur posse contra digitum Dei, quamdiu habent virgas, id est potestates iudiciarias, quas virgas devorari et annichilari optamus a virga Moysi, a virga Dei, a potestate iudiciaria culminis apostolici, ut discant sibi deberi obedientiam a subditis, qualem illi habent superioribus suis, id est pontificibus Romanis, quorum decreta et mandata contempnentes et manifeste calcantes, quamdiu sunt in manifesta inobedientia, mirum est, si eis deferenda et servanda est obedientia, mirum est, si iudicandi sunt sedere in cathedra Moysi, in qua omnes residentes debent audiri, cum isti potius eo spiritu agantur, quo agebantur magi adversantes Moysi. Nam domnus apostolicus velut alter Moyses leviticum sacerdocium commendat in ecclesia precipitque, ut in excubiis tabernaculi maneant sacerdotes et ministri ordinis levitici, sobrii videlicet casti ac pii cultores pietatis, quemadmodum congruit spiritui pietatis, cui dedicamus cursum huius nostri temporis proximi ante diem iudicii, in quo spiritus timoris operabitur. Sed illi adversantes Moysi, contempnentes kathedram Moysi, parvipendentes auctoritatem culminis apostolici, contra ipsius mandata decimas in usum pietatis requirendas adhuc prestant laicis, ecclesias committunt simoniacis et conducticiis et manifeste incestuosis vagis et ad nullum certum titulum ordinatis pseudopresbyteris, quae omnia cum fiant in manifesto, non magis accusatore indigent, quam illud indiguit, quod Nadab et Abiu ignem alienum offerebant, quod Dathan et Abiron Moysi obedire nolebant, quod vir Israelita ingressus est ad scortum Madianiten vidente Finee aliisque principibus, quod quidam Corinthius uxorem patris duxerat. Quae omnia, quoniam erant indubitata, sine iudiciaria investigatione, sine testium requisitione sunt vindicata. Similem ergo vindictam sperando adii dominum apostolicum Innocentium[2], atque, ut nostis, apud ipsum [illegible] movi super tantis excessibus. Verum quid ille responderit, non est opus [illegible] nisi quod hec summa responsionis eius fuit, sibi non placere seque docere super manifesta suorum decretorum transgressione, in quibus constituendis et enuntiandis quod suum erat se fecisse intimavit, quia videlicet ipse plantavit, sed episcoporum est [illegible] Dei autem incrementum dare. Quoniam ergo se plantatorem est pr[illegible] memores esse potestis, ewangelici plantatoris introduxi similitudinem, qui no[illegible]

1) A. 1076. *Februar* [illegible]. 2) *Cf. praef. p.* 27[illegible]

tentus vineam plantasse illamque colonis commendasse, sed pro fructu exquirendo misit nuntios et novissime filium suum, et cum fructum non redderent coloni, tandem venit super eos iudicium, ut malos male perderet, et vineam suam locaret agricolis, qui redderent ei fructum temporibus suis. Quod tamen iudicium hoc exequendum tempore non videbatur mansuetudini apostolice discretionis, forsitan expectanti oportunitatem aptioris temporis. Induximus etiam similitudinem VII tubarum, quae datae sunt
Apoc. 8, 2. VII angelis, et V tubas ad movendam pugnam et peragendam victoriam iam ostendi-
Num. 22. mus cecinisse, nunc autem sexta canente motam esse pugnam inter Balaam atque asinam sub eo pressam, sed nondum peractam victoriam. Et quia tubas istas secundum ordinem donorum sancti Spiritus ordinavimus ac primam spiritui sapientiae, ultimam spiritui timoris assignavimus, quosdam dominorum cardinalium post peractum sermo-
Eccl. 1, 16. nem nostrum persensimus ammirari, quod cum initium sapientiae sit timor Domini, nos in principio tubam sapientiae, tubam vero timoris Domini ordinavimus in fine. Ordinis ergo huius causam reddituri circa finem huius opusculi a dictis dicenda distin-
*f. 121'. guimus, ut *quod de ordine donorum sancti spiritus dicturi sumus, ipso afflante sit per se quasi libellus de ordine donorum sancti spiritus intitulatus.

. . . .

*f. 125. *Da veniam, lector, si paulisper hic immoremur, quoniam, cum trahat sua quemque voluptas[1], nos quoque ad hoc trahimur, ut ex occasione presentis collationis, qua diem quartam et etatem quartam conferimus, aliquid de sacerdotio et regno dicamus, fortasse gratum legentibus, maxime qui sacerdotii diligunt honorem, cui sic iudicamus postponendam et subponendam regalis honoris quantamlibet excellentiam, quomodo lunam constat soli subpositam et neque in splendore neque in fortitudine ullatenus
Gen. 1, 14-19. conferendam, sed omnimodis posthabendam. Pensandum vero, quod cum solius diei quartae opera sint sol et luna et stellae, tamen sic facta leguntur hec luminaria, ut sint in omnium etatum tempora signa certissima diem ac noctem dividentia, menses et annos limitantia et omnino tempus omne suo cursu et recursu formantia, sic nimirum, licet in sola quarta mundi etate fulserint et sacerdotium Leviticum et regnum
*f. 125'. Davidicum, quoniam ante constitutionem regni *Davidici quasi obscurus fuerat honor sacerdotii Levitici, tamen ab initio mundi omnia tempora mundi usque in ipsius mundi finem decorata et informata seu decoranda et informanda sunt per hanc geminam potestatem, ita ut quemadmodum sol lunam, non quidem a semetipsa lucentem, sed ab ipso lumen suum mutuantem, sic sacerdotalis dignitas regalem antecellat semperque antecellere debeat honorificentiam, non aliter, quam sacerdotii veri splendoribus intendentem illustrem habendam. Que nimirum utriusque potestatis legitima et inconvulsa distinctio non unius etatis, solum quartae, sed omnium etatum mundi compro-
*f. 126. batur testimonio. . . . *Quibus dictis evidenter innuitur, quod reges gladio, id est de gladii ministerio viventes debent servire sacerdotio, licet nunc fiat e contrario, dum sacerdotes regibus hominio subduntur, et sacerdotibus reges pro libito suo damnantur.
Num. 27, 21. Non sic fuit sub Moysi tempore, quando Iosue ducis vel regis officium agens per Moysen iussus est Eleazaro sacerdoti per omnia obedire atque ad illius imperium ingredi et egredi. Non sic fuit in tempore Samuelis reges ponentis et deponentis. Zorobabel, filius Salathiel, de regia tribu descendens regisque vel ducis officium agens per se nichil presumpsit, sed Iesu magni sacerdotis ac prophetarum suo tempore prophetantium per omnia exsequebatur mandatum. Christianis etiam temporibus adhuc sub regibus paganis aecclesia periclitante, tamen sacerdotes tanta fungebantur libertate, ut nullius unquam tyranni edictum sacerdotes Christi compelleret ad militandi

1 *Verg. Ecl. II*, 65: trahit sua quemque voluptas.

negotium. Valens imperator non paganos[a], sed [illegible], cum monachos nefando edicto ad militiam compellere ausus fuerit[1], [illegible] neque suae sectae videlicet Arrianos militare compulit. [illegible] et imperatores tanquam dominos suos venerati sunt [illegible] Constantinus beato Silvestro etiam stratoris officium exhibuit[2], qui et in concilio [illegible] post sacerdotes ultimus resedit[3], non tanquam unus iudicum super [illegible] tale disputantium patrum de catholica fide, sed tanquam fidelis [illegible] auditurus et facturus quod illi a catholicis preciperetur, si quis eorum sanae [illegible] adversaretur. Unde etiam libellos accusationum conscriptos de [illegible] ausus discutere, combussisse legitur in eadem synodo [illegible] dissigillatos[b], quia nec legere presumpsit quae iudicare non debuit[4]. Longum est per singula commemorare, in quanta veneratione habuerint sacerdotes Christi reges et imperatores catholici. Solus Karolus iunior, ut in priori opusculo commemoratum est, in eo excessit, quod episcopos militari negocio ad tempus implicitavit[5]. Sed arguente illum Nicolao papa saluberrimis edictis ulterius talia fieri prohibuit et pia illius institutio diu mansit. At ubi venit feculentia temporis mali, misit diabolus filium suum elatum supra legem, filium perditionis mysterium iniquitatis operantem in regibus iniquis, qui episcopatus pro suo libitu vendiderunt et episcopos a se positos hominium et iuramentum sibi facere coegerunt. Sed papa Gregorius VII. in spiritu et virtute Helyae inflammatus primus evaginavit gladium anathematis contra tale mysterium iniquitatis. Verumtamen *fex eius adhuc non est exinanita bibuntque illam f[illegible] peccatores terrae* quasi licenter ac libere, quia libenter et ultro faciunt hominium et iuramentum regibus episcopi quidam non habendo pre manibus ullam sedis apostolicae sententiam specialem tale hominium taleque sacramentum prohibentem. Immo habent quedam scripta, quibus, ut aiunt, precipitur a sede apostolica, ut episcopi regibus faciant iusticias, quas iusticias ita impie atque iniuste interpretantur, ut episcopi regibus per hominium et iuramentum subdantur. Quod omnino tale est, acsi velis altum solem sublunarem circulum terrae vicinum inclinare lunamque illi superponere aut ignem, qui est elementum supremum sub elementum detrudere infimum, aut carnem spiritui superponere, plumbum auro superferre, aurumque per hoc depreciare atque omne illum pulchritudinis et fortitudinis ordinem confundere, quem Deus et in quarta die syderum dispositione et in quarta etate potestatum distinctione preordinavit, qui sicut lunam soli, sic regnum sacerdotio subesse constituit. Inde est, quod Saul in superbiam contra sacerdotium elatus, scindens pallium sacerdotis reprobatur humilisque David eligitur. Ozias quoque presumens aliquid de sacerdotali ministerio percussus est lepra, Domino semper ulciscente contraria suae institutioni de illarum potestatum causa et forti ordinatione, quas velut columpnas duas fortissimas in domo sua per semetipsum positas ac dispositas ipse Salemon verus ita vult stare, sicut eas ipse ordinavit, per quas figurativas columnas a rege Salemone positas ipse sacerdos et rex Christus fortitudinem suam quarta mundi etate presignavit.

a) paganis c. b) dissingillatos c.

1) *Hieronymi Chron. ed. Schoene p. 198.* 2) *Cf. Constit. Constantini* § 16 [illegible] p. 57; *cf. De quarta vigilia noctis* c. 12; *De investig. Antichristi* [illegible] 27. 3) *Cf.* [illegible] *eccl. I, c.* 2 (*ed. Vallarsi*), *col.* 219; *Deusd. III.* § 10, *Ld. II. p.* 350; *Greg. VII. Reg. VIII,* 21 *ed. Jaffé II. p.* 457. 4) *Cf. Greg. I. epist. V,* 36, *EE. I, p.* 318 *sq.*; *Placidi lib. de honore ecclesiae c.* 90, *Libelli II. p.* 613. 5) *Vide supra p.* 277.

V.

EX LIBRO CONTRA DUAS HERESES.

Librum contra duas hereses Gerhoh 'quasi galeam in capite alterius partis Commentarii in psalmos posuit'[1], *'ut tutus ac liber incedat in expositione psalmorum'*[2]. *Auctoritatibus enim patrum nisus duas illius temporis hereses impugnare et refellere studuit, scilicet quod Christus Patre minor et sacramenta presbyterorum excommunicatorum rata essent*[3]. *Prior illarum quaestionum minime ad nostram rem respicit, qua de causa quae Gerhoh de illa disputavit huic seriei inserere supersedimus, quae de altera exposuit excerpsimus, imprimis epistolam Hugonis abbatis Radingensis a Gerhoho in libello assumptam lecturis proponentes. Scriptum est opusculum post mortem Innocentii II, qui a.* 1143. *obiit*[4], *dedicatumque Godefrido I. abbati Admuntensi, qui sedit a.* 1138—1165[5]. *Asservatur in codice Reichersbergensi I, mbr., saec. XII,* 4°, *ubi f.* 1—7'. *Commentario in psalmos praecedit. Ipse contuli.*

Wratislaviae, a. 1895, *mense Septembri.* *E. SACKUR.*

. . . .

*f. 3. *Unde recte non solum parvitati meae, sed etiam prudentiae tuae visum est, illorum doctrinam repudiandam, qui affirmant abscisos de corpore sacerdotis huius pseudosacerdotes[a] aliquid extra ipsum posse sanctificare. In quorum sacrificio refutando, ut nosti, in prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt. Ast cum postea, consulente venerabili viro Bernhardo Clarevallensi abbate[6], ad beate recordationis papam Innocentium vocatus venissem et cum eo diu stetissem, fortissime ille mihi astitit qui fretus testimoniis patrum antiquorum pariter et modernorum, quos notare longum esset, neque ipsum abbatem vel alios, qui videbantur columnae esse, contra me audivit neque ullatenus acquievit sententiis Francigenarum magistrorum dogmatizantium contraria mihi et domino Hugoni Radingensi[7], cuius epistolam nostrae assertioni consonam subterponemus in fronte nostri operis, ut si quis dignatur nostra legere, ante introitum lectionis tam nostra hac epistola tibi, domino et amico meo, quam illius ad amicum suum directa sic premuniatur, ne offendatur in dictis nostris,
Ps. 109, 1. quibus magnificat anima mea Dominum meum, cui *dixit Dominus: Sede a dextris meis.*

. . . .

*f. 4. *Ad unam heresim nos respondimus; ad alteram, quia paratis uti delectabile est, respondeat epistola Hugonis, ut nostra et illius assertio quasi duo cornua preacuta muniant frontem tractatus nostri contra duas prenotatas hereses duobus cornibus con-
Apoc. 13, 11. similes, de quibus in apocalipsi agitur, ubi bestia describitur habens *duo cornua similia agni.* Multum quippe gloriatur bestia, quae intelligitur Antichristus, quod in una heresi Christo nimis derogatur, dum homo in Deum, Dei filium, conceptus et natus minoris

a) spendos. c.

1) *Cf. prologum in II. partem Commentarii, Migne t.* 193, *col.* 988. 2) *Prologus ad L. contra duas hereses, Migne t.* 194, *col.* 1162. 3) *Cf. J. Bach, 'Propst Gerhoh I. von Reichersberg' in 'Oesterr. Vierteljahrschrift für katholische Theologie' IV (*1865*), p.* 110. 4) *Cf. l.* 20: ad beatae recordationis papam Innocentium vocatus. 5) *Annales Admuntenses a.* 1138. *et* 1165, *SS. IX, p.* 579. *et* 583. 6) *De hoc loco v. Hüffer, 'Bernhard von Clairvaux' p.* 203—206*; quocum consentire non possum, cum dicit Gerhohum hic lapsum memoriae commisisse, quia in libro de simonia (v. supra p.* 272*) de Bernardi consilio nihil commemoret; immo tum Gerhohum de hac re nihil cognovisse crediderim; cf. etiam supra p.* 239 *sq.* 7) *Reading (Dioc. Salisbury); cuius coenobii a.* 1126. *ab Heinrico I. fundati chartas habes in Monastico Anglicano I (*1655*), p.* 417 *sqq.*

gloriae potentiae ac virtutis quam Pater eius asseritur. In dicta vero ipse Antichristus magnificatur, dum sacerdotibus a Christo precisis et ipsi Antichristo incorporatis attribuitur efficacia tanta in sacramentis, quanta sacerdotibus catholicis. Quod etiam quanta et quam lupina falsitate sub agnina verisimilitudine fiat, epistola subsequens, **quam de scriniis Romanae curiae accepimus, lectori benevolo patefaciat.**

Karissimo suo domino W. abbati Hugo fratrum Radingensium servus [illegible] sanum sapere et recta docere. Illum, quem voluisti, nostrum tibi retinere libellum, [illegible] tua voluntate, non nostra concessione passim expositum est, ut ipse testaris, [illegible] acceptum, excepto, quod non bene suscipiunt illud de sacerdote deposito vel excommunicato ibidem ita dictum. Quem itaque Christus per aecclesiam deponendo vel excommunicando destituit ab officio, si in sacramento altaris ministrare presumat, qui iam minister non est, nichil facit. Sic enim ea Deus agenda instituit, unde nisi per ministrum non debeant fieri. In hac sententia videtur recte dictum tam nostris, quam quibuscunque bene sapientibus catholicis, quia agens in sacramento altaris, quia minister non est, nichil facit. A patribus traditum legimus et ratum tenemus, quia Spiritus gratiarum non sequitur personam digni aut maligni, sed ordinem traditionis, ut, quamvis aliquis boni meriti sit, non tamen consecrare possit, nisi fuerit ordinatus, ut minister exhibeat officium; Dei vero est tribuere consecrationis seu benedictionis effectum. Quare quia non temere fuerat argumentum quod ibi aecclesia teste fuerat positum: hoc potius videbatur a dubitante querendum, utrum quem semel posuit aecclesia ministrum ad agendum aliquod sacramentum ipsa possit culpa promerente aliquando deponere vel excommunicare, ita ut in sacramentis agere nequeat quod ante potuit. Ad hoc respondendum fuit, quia vivus est et prepotens sermo Domini, qui clavi aecclesiae, quam sanctificavit, ita dixit: 'Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelis'. Ex hoc apostolica sedes et ubique terrarum catholici doctores, ut scripta testantur antiquorum, predicare solent, quod tam sacerdotes quam in clericali ordine ministri quilibet tempore depositionis vel excommunicationis suae gratiam semel acceptam quidem retinent, sed officio carent. Addunt etiam, quia si in sacramentis seu in sacramentorum officiis consecrare presumunt, qui ministri non sunt, nichil utique faciunt. Beatus sane papa Innocentius ex apostolicae sedis assensu scripsit, quod quidam Nezelon ab hereticis ordinatus, quia nichil habuit, dare ei nichil potuit cui manus imposuit. Hic equidem, si a ministris licet indignis, non tamen depositis vel excommunicatis ordinatus fuisset, et ipse quantumcunque indignus si minister existeret, et officio ei utique conferret, cui manus rite imponeret. Da ministrum quantumque indignum, da ministrum, fatemur eum habere officium. Aliud est loqui de sacramento, aliud loqui de officio. Officium enim sacerdotale quam multis interdicitur, sed eis sacramentum non aufertur. Inde fit, quod, cum aecclesiae placet, ut aliquando revocet, revocatos absolvit et reconciliat, non quidem reordinat. Aliud est etiam dicere de officiali malo quid non bene ministrat, qui tamen, dum minister est, quantumcunque malus, utique ministrat. Aliud est ipsum ab officio deponere, ne ministerium faciat. An ignoramus, quia sacramenta alia sunt necessaria, alia officialia? Baptismus quippe necessarius est omnibus; sacerdotalis vero seu clericalis quaelibet dignitas ad officium traditur aliquibus. Baptizandi opus nulli interdicitur, nec enim ab opere christiano baptizatus quisquam suspenditur; quin potius, si inde erraverit, multimodis revocatur. Sacerdotale vero officium seu clericale plurimis pro culpa quam sepe [illegible]ciditur, et ab eo nonnulli [illegible] deponuntur. Illo omnes in Christo vivunt, isto iubente aecclesiae aliqui serviunt. Illud aecclesiae domum edificat, istud edificatam dispensat. Dispensatio ista non a [illegible] agitur, sed ab officiali ab aecclesia posito ministratur. Quod si per aecclesiam ab [illegible] deponitur, manet ei sacramentum semel impositum; ergo, sicut in nostro [illegible], manet ad iudicium, non ad officium, sic et christiano cuilibet excommunicato manet

Matth. [illegible]

baptismi sacramentum non ad remedium, sed ad iudicium; non ad salutem, sed ad dampnationem manet. Ideo dicimus dominis, quia, cum resipiscit, per aecclesiam reconciliatur, non rebaptizatur. Si enim sacramentum peccando amitteret, cum ad aecclesiam penitendo rediret, eum procul dubio rebaptizari oporteret. Sacramenta quippe divina sunt, unde et habenti ea per hominem auferri non possunt. Manent itaque sacramenta, sed culpa exigente sacramentorum sepe tolluntur officia. Sciendum quoque, quia longe est aliud, quod christianus per excommunicationem ab aecclesia deponitur, quam quod minister aliquis ab officio removetur; illud assidue gravat, hoc sepe alleviat; illud dampnat, hoc castigat. Minister si indigne agit, utile est, quod deponitur, christiano autem mortiferum est, quod ab aecclesia separatur. Dum enim ab aecclesia scinditur,
Luc. 10, 16. *infidelis utique, immo infideli deterior iudicatur. Dominus quidem dicit: 'Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit'. Ab aecclesia ergo dissentire, a Christo est cadere. A Christo autem est cadere, fidem non habere. Sed qui fide caret nullum*
Rom. 14, 23. *bonum opus habet. Audi apostolum: 'Omne', inquit, 'quod ex fide non est, peccatum est'. Christianus igitur, licet habeat baptismi sacramentum, dum aberrat a fide, nullum bonum facit. Non omnis itaque habens sacramentum habet et sacramenti officium. Unde miramur quosdam dicere de excommunicato seu deposito sacerdote, quod, quia retinet semel acceptum ordinationis sue sacramentum, habeat, dum presumit, in consecrando effectum. Quapropter quicunque accedit, ut alios de sacramentis ministrorum edoceat, in docendo discernens ordinationis sacramentum et ordinati officium, dicat, quod sacramentum semel susceptum in susceptore manet, sed susceptoris officium sepius aecclesiae censura removet. Dicat etiam, quod tam vera est potestas, cum ab officio ministrum deponit, quam vera est, cum eum in officio rite disponit. Doceatque quod scismaticus sit, qui aecclesiae non consentit, de quo auctoritas ita dicit: 'Quod conficit scismaticus, corpus Christi non est'*[1]. *Et alibi*[2]*: 'Extra catholicam aecclesiam non est veri sacrificii locus'. Unde et Dominus*
Ex. 12, 46. 48. *de agno per Moysen ita precepit: 'In una', inquit, 'domo comeditis eum, nec efferetis de carnibus eius foras, et incircumcisus non comedet ex eo'. In unitate ergo, non in scismate sumitur, nec enim extra catholicam nec ab allienigena obtinetur. Ne ergo credas vaniloquis, ne acquiescas elatis, crede humilibus et subditis, qui matris aecclesiae sacramenta venerando suscipiunt, non equidem disputando, sed auctoritatem institutoris humiliter venerando, ex quo mater aecclesia potenter solvit, et ligat efficatiam in sacramentis, ordinato commendat aliquando, et denegat potestate rata, non verbositate frivola. Noverit autem tua prudentia, quia, si essent efficatia quae a scismaticis fiunt vel depositis consecrationum officia, infinitos haberet hodie presules unaquaeque sedes, et quam multos Roma pontifices, qui confusione horribili et ligatos ab aliis solverent et solutos indebite ligarent. Sic sic, si bene perpendis, et rata cassarentur et irrita preferentur. Sic nulla de gestis aecclesiasticis essent certa, sed queque frivola et, ut fatear verum, nichil omnino esset aecclesia. Sed de his hactenus nos equidem ista sub brevitate tibi rescripsimus, qui facta matris aecclesiae non frivola, sed rata tenemus, qui sanctorum auctoritates patrum, quam nostra sensa sequi maluimus.* Explicit epistola Hugonis, que diligenter considerata manifestat, illos predicare mendacium, qui depositis eque ut catholicis presbyteris attribuunt efficatiam parem in sacramentis, sic et illi mendatium docent pro veritate suscipiendum, qui hominem de Spiritu sancto conceptum negant altissimum.

. . . .

*f. 7. *Nam ipse, ut pretaxatum est, quatuor illa coniunxit, scilicet: speciem, essentiam, rem et effectum sacramenti: speciem in figura visibilis demonstratione, essentiam in

1) *Pelagius ad Viatorem et Pancratium, Coll. Brit. nr.* 22, *'N. Arch.' V, p.* 545; *Mansi I. col.* 731; *Grat. C. XXIV, qu.* 1. *c.* 34. 2) *Prosperi Lib. Sententiarum ex Augustino c.* 15 *Prosp. Opp.* 1711, *col.* 545); *cf. Deusd. Lib. II. c.* 5. *l. l. p.* 323. 325.

sui corporis nominatione, rem seu virtutem in [illegible] effectum significavit in peccatorum remissione. Sed hereticus [illegible] byter depositus, cum non sit minister aecclesiae, dum [illegible] quidem sacramentum, sed non sacramenti officium, speciem corporis Christi habet [illegible] bilem, sed essentia, res et effectus longe est ab illo; [illegible] *Non consecrat, sed dissecrat*, et sacrilega divisione speciem [illegible] unde reus efficitur corporis et sanguinis Christi, omnino illis consimilis, qui Christum occidendo vitam a vivificato separaverunt. Quemadmodum [illegible] mortua non profuit, apud quos et quorum scelere mortua in [illegible] non prodest species vita carens. Immo valde obest non [illegible] verum etiam illis scienter communicantibus post aecclesiae [illegible] audit, erit sicut ethnicus et publicanus. Hinc sanctus Gregorius [illegible] CCXL partis secundae[2], dampnatum sacerdotem pristini officii usurpatorem perpetua excommunicatione percutit, ita ut vix ei viaticum in fine vite concedat. Hinc [illegible] patres in Antiocheno concilio capite IIII.[3] cuilibet dampnato, si aliquid de sacramentorum ministerio attingeret, omnem spem restitucionis vel locum satisfactionis penitus denegaverunt omnesque ei intra dampnationem communicantes sub [illegible] dampnaverunt. In aecclesia vero ministrantibus digne vel indigne his, qui habent officium, ratum est sacramentum, et salubre sacrificium his [illegible] qui [illegible] effectu percipiunt sive manducent corpus Christi secundum essentiam visibiliter communicando, sive abstineant a visibili et sacramentali manducatione, solius rei et effectus contenti participatione vel communicatione, dummodo visibilem et sacramentalem non contempnant vel ex neglectu dimittant suo tempore illud attendentes, quod Christus dicit: *Nisi manducaveritis carnem*[a] *Filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Quod tam de visibili, quam de invisibili manducatione dictum intelligitur, ut neutra negligatur. Porro si quis non ordinatus presumit sacrificare, quia exorbitat a ritu aecclesiastico, neque speciem sacramenti habere dicendus est, ad cuius utique formam pertinet, ut nonnisi consecratus consecret. Unde Augustinus in lib. II. contra Donatistas[4]: *Sacramenta, que scismatici vel heretici non aliter habent nec aliter agunt, quam vera aecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed [illegible].* Colligi sane potest ex opposito non esse approbanda pro sacramentis quae contra aecclesiasticum ritum sive intus sive foris aguntur a non ordinatis personis, quoniam aliter agunt quam vera aecclesia, quae non iudicat sacramenta dicenda, nisi quae ab ordinatis fuerint acta, non aliter quam agit ipsa.

His autem quae dicta sunt caute pensatis et perspectis in promptu est [illegible] auctoritates determinare, quae de sacramentis agendo videntur dissonare, dum aliae tam intra, quam extra aecclesiam docent indifferentiam sacramentorum, aliae differentiam. Nam quae docent indifferentiam, asserendo, quod sacramenta ubicunque sunt, eadem ipsa sunt, respiciunt ad speciem visibilem pari modo intus et extra bonis [illegible] malis indifferentem in baptismate, in ordinatione, in missarum celebratione. Quae autem docent sacramentorum differentiam, respiciunt ad rem et eius efficientiam, quae foris non obtinetur quaeque intus a malis non habetur, quanquam tamen corporis Christi essentia indifferenter tam per malos quam apud bonos ministros inveniatur, a quibus aecclesia non contradicente missa celebratur; quam qui carentes offitio [illegible]

a [illegible] f. h. e. b. e. s. n. h. v. i. v. c.

1 *Cf. Coll. Brit.* nr 11. (N. Arch. V. p. 541) [illegible] c. 142. p. 103; *Grat.* C. 24. qu. 1. c. 34. 2 *Greg. Reg.* V. 6 [illegible] *II.* col. 1322; *cf. Deusd.* [illegible] IV. § 11. [illegible] p. 364. 4 [illegible] § 21 [illegible] *ed. Bened.* IX. col. 91. *cf. Bernold* [illegible] II p. 92 15;

brant, si nunquam ordinati fuerunt, nec speciem sacramenti habere dicendi sunt, quae ordinatis et officio privatis denegari non potest propter officii sacramentum, quod auferri non potest etiam his quibus aufertur officium. Cum ergo dicit auctoritas[1]: *Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit,* subintelligendum est quantum ad essentiam, rem et efficientiam, quod tamen quodammodo[a] specietenus et sacramentotenus dici potest Christi corpus. Iudicium sibi manducant qui tales existendo celebrant vel talibus scienter communicant in officiis interdictis et aecclesiastico iudicio cassatis ac predampnatis. Ubi vero intus a malis ministris non interdictis missa celebratur, quia species et essentia corporis Christi apud eos est, nichil officit eorum malicia simpliciter communicantibus et rem percipientibus, quibus nunquam salutaris effectus deesse poterit, etiamsi malus minister sit, per quem visibilis sit amministratio invisibilis gratiae, quae
Iac. 1, 17. *desursum est descendens a Patre luminum* per mediatorem Dei et hominum Iesum Christum, cui una cum Patre ac Spiritu sancto sit gloria et honor per omnia secula seculorum. Amen.

VI.
EX LIBRO DE NOVITATIBUS HUIUS TEMPORIS.

Eugenio III. mortuo, cui expositionem in ps. 64. *infra edendam miserat, Gerhoh de statu ecclesiae reformando non cessaverat laborare. Ab Anastasio quidem, eius successore, neglectus, Adriano tamen quarto non modo per Eberhardum episcopum Babenbergensem epistolam misit*[2]*, sed etiam haud parvum opus de novitatibus et abusionibus temporis conscripsit, quod Ruodigerus frater Gerhohi aestate a.* 1156. *pontifici Beneventi moranti obtulit*[3]*, cum de Conrado episcopo Augustano apud sedem apostolicam quereretur*[4]*. Quem librum Adrianum approbasse neque vero responsione dignum habuisse auctor postea narravit*[5]*.*

Etiam in hoc libello Gerhoh clerum secularem reformandum, quid de ecclesiasticis bonis, de decimis secularium clericorum, de legistis iureque Romano sentiret, fusius exposuit. Neque controversias dogmaticas, quas cum discipulis Petri Abaelardi et Gilberti episcopi Pictavensis habuit, praetermisit[6]*. Commendavit etiam pontifici librum Bernardi Clarevallensis de consideratione scriptum.*

a) quoniam? *c.*

1) *Cf. supra p.* 286, *n.* 1. 2) *Vide infra p.* 289. *praef.:* memini a mea parvitate epistolam, quam et cognovi per domnum Babenbergensem sancto apostolatui tuo presentatam; *Gerhohi epist.* 1 *(Migne t.* 193, *col.* 489*):* et iam secundo ei scripta meae parvitatis fuerint porrecta, primo per dominum Babenbergensem, deinde per fratrem meum uterinum R. 3) *Liber de gloria et honore filii hominis (Migne t.* 194. *col.* 1078*):* Similiter Adriano papae, cum esset Beneventi agens illic de concordia inter se ac Siculum tyrannum, presentatus est libellus ad ipsum dictatus, in quo novitates huius temporis magna ex parte congessi; *epist.* 18. *l. l. col.* 571: Quorum assertionibus auctoritates patrum contrarias et nostrae assertioni consonas in unum studui colligere, primo in opusculo ad papam Adrianum dictato et eidem, cum esset Beneventi, praesentato; *epist.* 21. *l. l. col.* 578: Beatae quoque memoriae papae Adriano misi opusculum contra novitates et abusiones pravas contextum. *Beneventi papa a die* 21. *Nov. a.* 1155. — 10. *Iul. a.* 1156. *morabatur, Jaffé nr.* 10097—10197. *Rudigeri iter a.* 1156. *ad sedem apostolicam susceptum in Comm. in ps.* 123. *commemoratur. Cf. Chron. Magni presb. Reichersberg. SS. XVII, p.* 495. 4) *V. supra p.* 133. 5) *Epist.* 1. *l. l.:* nec aliquod ab eo acceperim responsum per epistolam; *epist.* 21. *l. l.:* Ad quod licet nil responderit scripto, attamen dicto illud approbavit. 6) *Cf. in opusculo: Utrum Christus homo sit filius Dei naturalis (Cod. S. Petri Salzburg. VI,* 33, *f.* 64'*):* Sufficiat ad presens hec pauca, quoniam de materia eadem plura diximus et in opusculo ad papam Adrianum et in alio scilicet opusculo Ad Eberhardum Salzburgensem archiepiscopum, quod eius hortatu scripsimus eique legendum porreximus.

Libri de novitatibus huius temporis, quem [illegible] *katholische Theologie' t. IX (1885), p. 546–553*, [illegible] *nus, etsi multo maiora iis quae H. Grisar S. I.* [illegible] *non nisi theologorum interesse possunt. Legitur* [illegible] *nr. 434, saec. XII, mbr., secunda parte,* [illegible]

Wratislaviae, a. 1895, mense Septembri. E. SACKUR.

¹Ad te, Romane pontifex Adriane, patrem et dominum meum loquor [illegible] pulvis et cinis, ausu loquendi non temerario, sed, ut arbitror, necessario. Denique in hoc tempore apostolatus tui non solum flumina secularis concupiscentiae regnantis in clero absque regulis tam synodalibus quam cenobitalibus conversante illiduntur, domui Dei supra petram fundatae, Petro commissae, sed et ventorum [illegible] domus huius fundamenta per quorundam ventosam loquacitatem subvertere nititur. Et quidem contra insanias clericorum seculariter ac plusquam laicaliter luxuriantium et graciam Domini transferentium in suas luxurias, dum perverse consumunt facult[illegible] aecclesiasticas, iam saluberrima decreta promulgata sunt in conciliis ac decretis predecessorum tuorum clericos incestuosos et ambitiosos dampnantium et interdicentium, quorum crimina manifesta sunt precedentia ad iudicium, ita ut eos accusari ac testibus convinci non sit magis necessarium quam fornicatorem illum publicum, quem Paulus apostolus iudicavit non tam examinandum quam dampnandum et quasi vetus fermentum expurgandum. Que nimirum decreta si manciparentur effectui contra illisiones fluminum domui Dei, sicut apparet, illisque satis utiliter esset consultum. Super quibus aut effectui mancipandis aut eorum prevaricatoribus et neglectoribus digne castigandis memini a mea parvitate directam epistolam, quam et cognovi per domnum Babenbergensem² sancto apostolatui tuo presentatam, cuius initium fuit: *Tu es qui venturus es an alium expectamus?*³ Expectamus enim sicut illic partim significavimus, partim prudentiae tuae per se animadvertendum reservavimus, talem sedis apostolicae antistitem, cui videlicet velut alteri Iosue dicat Dominus: *Confortare et esto robust*[illegible] *Tu enim introduces populum meum in terram lactis et mellis manantem.* Talem terram in suis decretis Innocentius et Eugenius egregii predecessores tui quasi Moyses et Aaron preostenderunt, sed morte preventi non introierunt neque introduxerunt populum Dei in eam, non valentes in diebus suis effectui mancipare que statuerant de concubinariis et conducticiis abiciendis, de falsis penitentiis cavendis, de incendiariis puniendis, de clericis disciplinandis, de sanctimonialibus claustrali custodia mancipandis, de treuga servanda et de caeteris ad decorem domus Dei pertinentibus novasque abusiones competenter medicantibus. Quia ergo verbum de ore Dei per Petri successores egressum non revertetur ad eum vacuum, sed faciet quicumque voluit et prosperabitur in his, ad que missum est, pusillae fidei arguendi sumus, nisi mandata sedis apostolicae salubriter emissa credamus effectui quandoque mancipanda, ita ut aut flectant aut frangant, flectant consentaneos ad obedientiam, frangant adversarios [illegible] penam.

1. De verbo Dei victorioso.

. . . .

1) *Cf. etiam Bach in 'Oesterr. Vierteljahresschrift f. kathol. Theologie'* [illegible] *Hüffer, 'Der heilige Bernhard von Clairvaux'* p. 202. 2) *Eberhardus II* [illegible] 1172. 3) *Talis epistola inter editas deest; cf.* [illegible] *Migne t. 193, col. 489*: Nunc autem successori eius Adriano papae [illegible] iam secundo ei scripta meae parvitatis fuerint porrecta, primo per dominum B[illegible]

2. De nomine Petri.

[1. 4.] [p. 5.] . . . Iste[1] propter populum Romanum avariciae spiritu constupratum et filios quosdam Symeoni ac Levi vasis iniquitatis bellantibus assimilatos coactus est nonnunquam et cogitur adhuc in suis successoribus fugere ab urbe Roma, derelicta interdum sede sibi dilectissima. Propter quod sicut ille in benedictione XII filiorum suorum de Sy- [Gen. 49, 7.] meon et Levi dicit: *Maledictus furor eorum, quia pertinax, et indignatio eorum, quia dura,* depromens videlicet maledictionem pro benedictione, sic et Petrus Symonem magum sua maledictione in urbe Roma deiecit, et quisquis Petri successor, quevis [*p. 6.] eiusdem Symonis *magi successorem iusto zelo habet maledicere atque a benedictione bonorum filiorum scelus avariciae atque symoniae odientium secernere. Atque utinam tu, Adriane, successor Petri apostoli, zelo debito accendaris contra successores Symonis magi negociantes in domo Domini. Certe, ut de illis taceam quorum plaga circumligata neque videri neque curari potest ab hominibus, quosque sibimet iudicandos re- [Is. 1, 6.] servat iudex altissimus in ecclesiis matricibus, *vulnus et livor et plaga tumens* abscondi non potest utpote neque *circumligata neque fota oleo,* ubi absque velamine sine pietatis tam virtute, que oleum est, quam specie, que velamen est, conductores ecclesias plebales et prebendas habentes cum suis conducticiis ita manifeste negotiantur altaria [Matth. 21, 12.] Dei vertentes in mensas nummulariorum, ut eorum peccata manifesta sint precedentia [Rom. 13, 13.] ad iudicium. Huc accedit, quod in solitudinem redactis eorum dormitoriis in cubilibus et inpudiciciis ita vivunt, ut nec viduas Deo devotas apostolus concedat sic vivere, con- [I. Tim. 5, 6.] testans, quod vidua in deliciis vivens mortua est. At isti non solum in delicias, verum [*p. 7.] et in luxuriam transfertur, gratiam Domini nostri *Iesu Christi. Quid ad hec facere [Luc. 1, 32. 33.] credendus est rex ille qui attestante angelo *regnabit in domo Iacob in eternum et regni eius non erit finis?* Profecto non aliud faciet in veritatis completione, quam preordinatum est in ipsius veritatis prefiguratione.

3. De Ruben primogenito Lye.

. . . .

[*p. 8.] *Tales fere per totam Germaniam et Galliam sunt kathedrales clerici et eorum con- [illegible] ducticii. Quibus iam frequenter in domo Iacob dictum est, ut non crescerent, ne videlicet quisquam eorum in una ministrans aecclesia se superextendat administran- [*p. 9.] dum *in alia, sed sit quisque contentus vel una prebenda vel una plebali aecclesia, cum unaqueque ecclesia, cui facultas suppetit, suum debeat habere sacerdotem similiterque unaqueque congregatio debeat esse contenta uno cenobio, ne in pluribus cenobiis vel certe, ut verius dicamus, in pluribus synagogis unus clericus abutatur multis prebendis. Item in concilio pape Innocentii[2], precipiente ipso cum assensu episcoporum et aliorum patrum assidentium, prohibiti sunt crescere, dum sub anathemate interdictum est, *ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos viros per episcopatum constitutos, sed eorum consilio honesta et ydonea persona in episcopum eligatur. Quod si exclusis eisdem religiosis electio fuerit celebrata, quod absque eorum assensu et conivcntia factum fuerit, irritum habeatur et vacuum.* Sic in synodo Lateranensi tanquam in domo Iacob dictum est, ut hi tales non crescant. Sed ipsi tamen crescunt et multiplicari non desinunt, nisi adhuc fortius dicatur ad ipsum scilicet, ut non crescant. Quomodo, ait quis, hoc fortius dici potest, quam dictum est? [*p. 10.] Synodalibus edictis et decretalibus mandatis quid fortius *dicendum est? Hoc profecto, quod ante suggessi beate memoriae pape Eugenio[3] quodque in libello de con-

1) *Scil. Petrus.* 2) *Concil. Lateran. a.* 1135, *c.* 28. *Mansi XXI, col.* 533. 3) *In commentario ad ps.* 64.

sideratione suggestum est eidem per sancte recordationis virum abbatem Clarevallensem[1], ut videlicet perquisitis neglectoribus episcopis malos perdat et vineam suam locet aliis agricolis qui reddant fructum temporibus suis mandata sedis apostolice servando et tam cenobia quam plebales aecclesias rationabiliter ordinando. Amplius adhuc [illegible]tius dicendum est, ut Rubenite iste non crescant. Quia [illegible] non possunt, isti occupatores terrae sanctae, qui in terra sanctorum iniqu[illegible] propterea non videbunt gloriam Domini, firmiter indicendum est episcopis, ne aliquibus eorum decedentibus eorum consimiles in eorum loca subrogentur, sed [illegible] stipendia in usus Deo regulariter servientium et aliorum Christi pauperum dispensentur, sicut martyr et papa Urbanus in suis decretis mandat dicens[2]: *Res ecclesiarum parrochiarum in ditione episcoporum qui locum tenent apostolorum [illegible] adhuc et futuris semper debent esse temporibus, ex quibus episcopi et fideles eorum dispensatores omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur.* Ecce audivimus consolationem dispositam per apostolos et apostolicos viros omnibus communem vitam eligentibus. Videmus autem e contrario magnam desolationem, cum stipendia spiritalis militiae ac regularis vitae in seculares vanitates translatae illis abundant, qui exinde huic seculo militant atque illi egentes angustiati et afflicti sunt, quibus dignus non est mundus. Adhuc autem si adtendis, abhominationes maiores videbis. Nam cum sit magna desolatio, qua exposuimus auferri stipendia debita Deo militantibus in communi vita et ad hos transferri qui exinde militant huic seculo, illud procul dubio abhominationis desolatio est, quod monachi et regulares canonici de agris aut vineis aut nutrimentis animalium suo sumptu elaboratis coguntur solvere decimas aut militibus aut secularibus clericis contra canones antiquos et novos. Nam de antiquis est illud Urbani, quod premisimus, cui multa similia invenire potest lector studiosus. De novis autem illa sunt que in conciliis Innocentii[3] et Eugenii[4] super hoc habemus atque, ut more non solum duorum, sed etiam trium testium stet hoc iusticiae verbum, tuo quoque, Adriane papa, statuto indigemus, quia defuncto papa Eugenio putatur ab stultis mandatum eius pariter cum illo defunctum de decimis regularium canonicorum et monachorum non persolvendis, ubi manibus et sumptibus propriis elaborant suas terras. Nam de colonis eorum nulla est contradictio, quin illi de suis fructibus atque faetibus illuc persolvere suas decimas debeant, ubi suos infantes baptizant, metentibus illis eorum carnalia qui eis persolvunt spiritalia. Spirituales autem viri, monachi et regulares canonici, qui a plebanis presbyteris nulla requirunt spiritualia, nimis iniuriose coguntur eis persolvere carnalia. O mira desolatio et detestabilis abhominatio desolationis, cum illi, quibus de decimis populi esset impendenda consolatio, angariantur secularibus personis de suis laboribus decimas dare, quas potius episcopo dispensante ipsi ab eis ad sui consolationem deberent accipere. Latuit hactenus ista desolationis abhominatio quasi vulpecula foveas habens, dum veluti sub pallio iusticiae pharisaicae, que mentam et rutam et omne holus *addecimans graviora legis iusticiam scilicet et misericordiam et fidem preterire solet, sic districte ab omnibus exigebantur decimae, ut nec spiritales exciperentur personae, cum nec reges gentium exigant tributum a filiis, sed ab alienis. Neque adtenderunt neque adtendere voluerunt episcopi premissam doctrinam papae martyris Urbani, seu etiam papae Gregorii scribentis ad Augustinum Anglorum episcopum[5], ut communi vita viventibus de faciendis portionibus nichil imponatur ubi

Matt. [illegible]

1 Bernhardus. 2 Epist. I. c. 4; Hinschius p. 144 [illegible] Liber de simoniacis supra p. 251. 3 [illegible] 1135 [illegible]
4 Concil. Rem. a. 1148, c. 8 [illegible] 716. [illegible]

omne quod superest piis et religiosis causis in usus pauperum est erogandum iuxta Luc. 11, 41. illud euangelicum: *Quod superest date et omnia munda erunt vobis.* Latuit, inquam, haec vulpecula demoliens vineas. At nunc exagitata quasi latratibus canum dominicorum videlicet pontificum Romanorum Innocentii et Eugenii doctrinis apostolicis eisdem iam defunctis putat sibi liberum non iam dente vulpino, sed aprino evidenter vastare vineas domini Sabaoth. Sentiat ergo adhuc in te, pater Adriane, spiritum antecessorum tuorum vivere, sentiat, inquam, se acrius exagitandam bestia haec nequissima, que devoravit Ioseph, nisi cesset accepta malicia.

4. De Ioseph primogenito Rachelis.

. . . .

*p. 14. *Neque vero soli beato Petro, sed et cuilibet successori eius dictum illud Christi Ioh. 21, 17. congruit: *Pasce oves meas et confirma fratres tuos.* Unde ad te quoque, Adriane papa, illud pertinere non dubium est, quoniam tu sine dubio regularem vitam servando etiam ante papatum preventus es in benedictionibus dulcedinis a Ruben filio Lyae. . . . . . .

O quotiens exasperaverunt me habentes iacula, quibus fuissem graviter fossus, nisi quod sedes apostolica facta est mihi refugium a venenatis iaculis eorum. Unde et memor fatigationis meae preteritae represento tibi patri textum epistolae, quam inter huiuscemodi sagittarios misi beatae memoriae pape Innocentio, cuius textus ita se habet[1]:

*p. 15. *Innocentio divina favente clementia sedis apostolicae *antistiti frater G[erhoh] suae sancti-* Ps. 89, 1. 2. *tatis qualiscumque servus devotas orationes cum obedientia. Domine, refugium tu factus es nobis in Domino, qui, priusquam fierent montes aut formarentur terra et orbis, te predestinavit nobis pium patronum contra violentias impiorum. Puto enim, si non esset nobis apostolicae sedis asilum, iam redacti essemus ad nichilum per iniquas potentias* Ps. 1, 1. *impiorum. Sed tu, beate vir, qui non soles abire in consilio impiorum, nec sedes in cathedra pestilentiae, sed in cathedra potestatis apostolicae per tuae pietatis eximium affectum, factus es nobis refugium, immo eterna Christi pietas, que regnat in corde tuo,* Ps. 60, 4. *facta est nobis turris fortitudinis a facie impiorum, qui nos afflixerunt et affligunt.* Ps. 36, 35. *Petro Leonis tyrannizante multa passi sumus ab eius fautoribus, quando vidimus impium super exaltatum et elevatum sicut cedros Lybani. Sed transivi et ecce non erat. Hereses autem sunt, quia eas oportet esse apostolo asserente: 'Inter has laboravimus et adhuc laboramus'. Nam pro eo, quod aliquando scriptis ac dictis confutavimus hereticum sensum quorundam asserentium Christi corpus extra ecclesiam etiam ab excommunicatis confici, nisi tu, pater, mihi tunc fuisses in refugium, heretici me dampnassent quasi hereti-* Ioel 1, 4. *cum. Sed quia residuum bruci paratus est commedere locusta, succedunt malis mala.* Ap. 9, 3. *Nam de fumo putei abyssi, ut Iohannes in Apocalypsi previdit, nunc exierunt locustae, videlicet plures discipuli Petri Abaiolardi, affirmantes hominem de virgine sumptum non* *p. 16. *esse Deum, sed ipsius Dei singulare habitaculum, in *quo cum habitet omnis plenitudo divinitatis corporaliter, non tamen dicunt ei convenire nomen Deitatis, ut Deus dicatur nisi figurativa locutione, qua continens pro contento vel pro contento continens nominamus. Est enim figurativa locutio, si habens pro habito nominatur, quod plerumque solet fieri, uti manu factum templum vocamus aecclesiam propterea quod habet vel continet aecclesiam, id est iustos in ea convocatos, et in euangelio, ubi dicitur: 'Credidit ipse et domus* Ioh. 4, 53. *eius tota' familiae datur nomen domus, quia familiam habet vel continet domus. Ita, inquiunt, figurativa est locutio, quando vel homini Deum in se habenti assignamus nomen Dei vel Deum in homine manentem dicimus hominem. Nos autem, quia Deum proprie*

[1] *Quas litteras invenis etiam transsumptas in epist.* 21. *ad cardinales, Migne t.* 193, *col.* 584.

hominem et hominem Deum predicamus, ne forte in [illegible] *per latorem presentium super questione hac misimus tractatum* [illegible] *tas, iterum cantabo quod et antea cantavi: 'Domine, refugium* [illegible] *quod confido in te, mortali homine, sed in Petro, immo in petra,* [illegible] *inferi non prevalebunt.* Item postea inter similia pericula a papa Celestino su[illegible] tum consolatorium et confortatorium, cuius hoc est rescriptum[1] [illegible] *servus servorum Dei dilecto filio G[erhoho] Richerispergensi preposito* [illegible] *stolicam benedictionem. Super tribulationibus et angustiis* [illegible] *Datum Lat. VI. Kal. Feb.* Novissime quoque innumeris expositus [illegible] ad papam Eug[enium] confugi, cuius et verbis et scriptis confortatus didici, quam vere dictum sit in benedictionibus Ioseph: *Sedet in forti arcus eius et dissoluta sunt vincula bra*[illegible] *chiorum et manuum eius per manum potentis Iacob.* Et tu noveris, o Adriane papa, quam clementer ille me respexit, considera ipsius epistolam, qua dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum mearum per manum potentis Iacob. Textus eius hic est[2]: *Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio G[erhoho] Richerispergensi preposito salutem et apostolicam benedictionem. Scripta devotionis* [illegible] *Datum Sutrii XVII. Kal. Iunii.*

Audis, presul Romane Adriane, quomodo antecessores tui astiterunt mihi agonizanti et pugnanti ad bestias, quae sepe expugnaverunt me a iuventute mea iam fere per annos XXX prolongata[3] iniquitate illorum *fabricantium supra dorsum* [illegible] et [illegible] necdum peracta est pugna. Etenim non potuerunt mihi sic prevalere, quin vincula brachiorum et manuum mearum semper essent soluta, ut adhuc gratia Dei sunt per manum potentis Iacob protegente me pariter et divina gratia et apostolicae sedis tutela fortissima contra Symonem in domo Dei negociantem, contra Nycolaum impurum, contra Neronis tyrannidem adhuc in laicis quibusdam sevientem et Symoni mago contra Symonem Petrum nequiter faventem. His itaque quasi tribus amicis confutatis, Helyu turbulentus contra me consurgit, irruens ex adverso, quasi turbo ad dispergendum me sic involvendo sententias sermonibus, prout ipsi videtur exquisitis, sed, prout ego arbitror, *imperitis, ut, nisi dominus de turbine illi pro me respondere dignetur, *p. 21. tota salus mea, immo totius ecclesiae periclitetur graviter, quando non utcumque flumen illiditur domui Dei fundate supra petram. . . . . . .

5. De scala Iacob.

. . . .

*Sic enim premissa patrum verba testantur, homini assumpto datum est esse in [illegible] gloria patris ita, ut hoc omnis lingua confiteatur, quamquam Iudei et iudaizantes heretici valenter literati hoc negare audeant, quorum quidam dictis et scriptis hoc docent, quod Christus in natura humana Dei filius non sit nisi per adoptionem, cum longe ante nos hic error sit condempnatus in Bonoso heretico et meo quoque tempore, cum essem Rome[4], ab Honorio papa fuerit exsufflata hec perversa doctrina porrecto ei libello a quodam canonico Lateranensi hoc rationabiliter asserente, quod etiam secundum hominem Christus est filius Dei naturalis, non adoptivus. . . . .

. . . .

1) *Jaffé nr.* 8484. *Lat. a.* 1144, *Ian.* 27; *cf.* [illegible] *p.* 25 *infra* [illegible] 2[illegible] *M*[illegible] *t.* 193, *col.* 578. 2) *Jaffé nr.* 8922. *Sutrii a.* 1146. *Ma*[illegible] 16; *cf.* [illegible] *infra: epist.* 21, *Migne t.* 193, *col.* 577. 3) [illegible] 1156 [illegible] *Beneventi traditum sit, ab a. c.* 1126. 4) *Cf.* [illegible] 74 [illegible] 178 [illegible] *ad Innocentium papam supra p.* 204.

6. De duabus navibus apostolorum.

[illegible] Navis Petri apostoli ordo cleri apostolicis disciplinis informati non incongrue in- [Matth. [illegible]] telligitur. Navis autem Iohannis, qui super pectus Domini recubuit, apte notat monachorum religiosorum quietem sanctam, de qua nonnunquam sic excitantur et in adiu- [*p. 116.] torium cleri vocantur, ut pulchrum exhibeant spectaculum Petri et Iohannis *Ioseph et Beniamin sese invicem fraterne amantium et adiuvantium in domo Iacob filios Rachelis plurimum diligentis. Fratres enim ceteri sive Liae sive ancillarum filii, licet incliti et benedicti minus inveniuntur a patre dilecti, maxime Rubenite, licet numero multi, tamen merito inminuti. Emulantur enim filios Ioseph crescere cum sui ut estimant aliquanta diminutione. Nam cum pene occupaverint una cum prebendis omnes plebales aecclesias conducticiis conmittendo eas in tota Germania et Gallia, dolent saltem sibi eas esse subreptas, quas vident et invident cenobiis religiosis episcopali concessione subtitulatas vel commissas. Nonne, inquiunt, sicut monachi et regulares canonici habent plebales aecclesias, ita et nos item canonici, licet seculares, habere possumus eas, quod si nobis non licet, utique nec illis, ut unaqueque ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem?

7. De Rachele.

[*p. 117.] Hec dicentes et spiritalibus viris avariciam *quasi scelus ydolatriae inpingentes, non adtendunt pulcritudinem seu latitudinem vestimentorum pulcherrimae Rachelis, qui- [Gen. 31, 34.] bus teguntur ista aecclesiastica beneficia cenobiis collata, sicut illa texit idola de domo Laban surrepta. Denique habemus privilegia sedis apostolicae, ut quicquid ex concessione pontificum vel donatione principum seu pia oblatione fidelium iuste possidemus, auctoritate apostolica teneamus, inter quae nominatim aliquotiens exprimuntur aecclesiae, capellae ac decimae. Nonne sic scribens ecclesia Romana quasi Rachel formosa expandit se super possessiones cenobiorum, ut non quasi avaricia, sed quasi benedictio iudicentur que illius auctoritate ac benignitate a spiritalibus possidentur. Verumtamen nec ipsis viris religiosis hoc licere concedimus, ut in ecclesiis eorum sit conducticius vel minister absolute ordinatus, qualibet vage discurrentibus et se nunc hic nunc illic prostituentibus heu! plena est Germania et Gallia. Ipsi vero religiosi [Tit. 2, 12.] viri suas ecclesias aut per semetipsos regant, sobrie, iuste, pie vivendo et populum sibi commissum in idipsum fideliter erudiendo, aut secundum canones obedientiae stabilitatem exigant ab his, quos in adiutorium sui ad regendum populum volunt assumere, [*p. 118.] ne, si ovibus neglectis lanam et lac *accipiunt, non sub veste Rachelinae pulcritudinis [Eph. 5, 5.] tecti ab avaricia, quae est idolorum servitus, excusentur, sed tamquam idolatre ipsi eque ut seculares canonici dampnentur, immo etiam tanto illis deterius pereant, quanto speciem pietatis habentes et virtutem eius abnegantes dampnabilius peccant. Ubi enim [Matth. 24, 12.] salute animarum neglecta sola querantur lucra terrena, ibi, quando habundat iniquitatis [1. Cor. 13, 5.] avaricia querentis que sua sunt, refrigescet caritas [non] querens que sua sunt. Que cum ex eo dinoscatur, quod communia propriis, non propria communibus anteponit, non habet locum in illis congregationibus, ubi omnes querunt que sua sunt, propria communibus, non communia propriis anteponendo, immo et si qua illic videntur incommunia in privatas abusiones distrahendo. Sicsic inordinate[a] viventibus neque clericis neque monachis ecclesias vel ecclesiastica bona defendimus, quia talibus congruit quod [Matth. 21, 43.] Iudaeis Dominus dicit: *Ideo auferetur a vobis regnum et dabitur genti facienti fructus eius.* Item questus iniquos et turpes non aliquo velamine religionis defendendos, sed tamquam idolatriam cavendos iudicamus et velut inmundiciam repudiamus, quia ubi talia

a) [illegible]

pacienter sustinentur, non tam sub Rachele desuper sedente quam sub stramento cameli absconduntur idola. Sicut se habet istoria, ubi legitur[1] ipsa Rachel subter stramentum cameli, animalis scilicet inmundi, primitus idola posuisse ac deinde ipsa desuper sedisse, ut ostenderetur differentia inter mundos, quibus omnia munda sunt, et inmundos et infideles, quibus nichil mundum, quorum etiam si qua religio pretenditur, stramentis cameli assimilatur ac proinde repudiatur. Quia ergo in domo Iacob regnante Christo, ut supra memoravimus, Petrum Petrique successorem quemlibet nomine Iacob vel potius Israel recognoscimus honoratum, cum fiducia bona petamus ab eo iudicium super turpitudine Ruben, super furore Symeon et Levi, quatenus et non sinatur ultra crescere in domo Iacob, et illi bellatores importuni compellantur se vasa iniquitatis agnoscere, qui cum sint clerici et clericorum magistri, longe indisciplinatius movent guerras in domo Iacob quam laici principes.

8. De bellis inordinatis[a].

Nam sine ordine iudiciario castra obsidentes, incendia facientes et inter hec homicidia multa perpetrantes atque insuper divina sacramenta dispensantes cogunt nos gemere non quidem super militia ecclesiis a regibus et imperatoribus data, sed super malitia ex occasione militiae subintroducta. Unde non hoc desideramus, ut ecclesia perdat militiam, sed malitiam, prescripta videlicet saluberrima regula, secundum quam pontifices uti et non abuti debeant ipsa militia[2]. Et quidem regulas antiquas super hoc habemus in scriptis Nycolai papae specialiter ad Carolum Francorum regem scribentis et universaliter in conciliis Toletanis depromptas[3], *quas non putamus canonum peritis Romanis ingerendas, maxime quia temporis novitas[b] exigere videtur novas regulas, cum illis antiquis omnino sit iudicium ac negotium sanguinis interdictum sacerdotibus et reliquis personis Deo servientibus, nostri autem temporis qualitas fortasse aliud requirit, sicut ad beatae memorie pontifices Romanos Innocentium et Eugenium scripsisse nos meminimus. Erat autem summa tunc nostrae suggestionis, ut ecclesia sibi collatos honores tenendo uteretur et non abuteretur illis, gladium[c] verbi per spiritales, gladium ferri per seculares ministros ordinate ac iudicialiter vibrando; ne levitis inordinate pugnantibus eveniat illa maledictio, qua maledicti sunt Symeon et Levi a patre Iacob, sed potius ipsis levitis ex obedientia iusta et iuste bellantibus proveniat illa benedictio, qua benedixit Moyses levitas, qui precipiente ipso pugnantes consecraverant manus suas in sanguine fratrum suorum. *Videns enim Moyses populum, quod esset nudatus, spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis et inter hostes nudum constituerat, et stans in porta castrorum ait: 'Si quis est Domini, iungatur mihi'. Congregatique sunt ad eum omnes filii Levi. Quibus ait: 'Hec dicit dominus Deus Israel. Ponat vir gladium super femur suum. Ite et redite de porta usque ad portam per medium castrorum et occidat unusquisque fratrem suum et amicum et proximum suum'. Fecerunt filii Levi iuxta sermonem Moysi. Cecideruntque in illo die quasi XXIII milia hominum. Et ait Moyses: 'Consecrastis manus vestras hodie Domino unusquisque in filio et fratre suo, ut detur vobis benedictio'.* Ecce hic filiis Levi propter bellum inordinatum a Iacob maledictis, item propter bellum ordinate peractum a Moyse promittitur benedictio in Exodo, que deprompta est in Deuteronomio, quia nimirum sic

*p. 120.

a) [illegible] b) nov. [illegible] vid. [illegible]

1) Cf. [illegible] IX 1885, p. 546 [illegible] De [illegible] Dei c. 24, supra p. 153. 3) [illegible] p. 64. [illegible]

erat futurum, ut benedictio in lege promissa filiis Levi daretur euangelio coruscante illis potissimum, qui ordinate procedunt ad bella, sive gladium spiritalem per semetipsos sive materialem per legitimos ministros movendo, ita ut quisquis miles prelietur suo modo et ordine, alter quae sunt iusta docendo, alter docenti obediendo a alter gla-
2. Cor. 10, 4. 5. dio spiritus, quod est verbum Dei, armatus dicat cum apostolo: *Arma nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum extollentium se adversus scientiam Christi;* alter, ad preceptum sacerdotis ingrediens et egrediens imitetur Iosue ducem
Num. 27, 21. Israhel, cui mandatum fuit a Domino, ut ad preceptum Eleazari sacerdotis egrederetur
*p. 122. et *ingrederetur, egrederetur scilicet ad pugnandum, ingrederetur ad vacandum.

9. De benedictionibus Iacob et Moysi.

. . . .

p. 124.
10. De aqua contradictionis.

. . . .

*p. 125. *Inter ceteros enim Christi apostolos unus constitutus est princeps apostolorum,
Luc. 22, 32. cui et dictum est: *Confirma fratres suos.* Nonne magna et benedicta est fortitudo
cf. Marc. 16, 18. principatus illius, cui porte inferi non poterunt prevalere? Item quod dicitur: *Percute
Deut. 33, 11. dorsa inimicorum eius et qui oderunt eum non consurgant,* nostris in diebus etiam ad literam factum cernimus, cum populus Romanus principatui apostolico inimicus nuper
1155 Iun. 18. cesus est non in facie tamquam strennuę pugnans, sed in dorso tamquam ignaviter fugiens ante faciem principatus apostolici et imperatoris ab illo coronati[1].

11. De principatu legitime ordinato.

Ps. 67, 2. Sic in principatu legitime ordinato nostris in diebus *exurgat Deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt*[a] *eum a facie eius.* Gaudemus plane gaudendumque censemus populo christiano sic humiliato populo Romano, quia populus Urbis magis inde superbiens quod dicatur populus Romanus, quam inde gaudere volens ut dicatur
cf. Rom. 13, 2. populus christianus, contra leges divinas erigit potestates inordinatas, quibus qui resistunt
*p. 126. Dei ordinationi utique non resistunt, quoniam quae a Deo sunt ordinata sunt. Memini me, *cum fuissem in Urbe[2], contra quendam Arnoldinum valenter literatum in palatio disputasse, et ipsa disputatio, monente papa Eugenio, reducta in scriptum pluribus auctoritatibus aggregatis, posita est in scrinio ipsius, ubi cum adhuc possit inveniri, non opus est iam scripta iterum scribi.

12. De regalibus collatis.

Attamen adhuc eadem scribere mihi quidem non pigrum, sicubi videretur necessarium, sicut illud quod ibidem copiosę tractatum est et nunc succincte perstringendum videtur de regalibus ecclesie collatis. De his enim cum alii contendant ecclesiis eadem occasione talium periclitantibus auferenda, alii vero ea semel ecclesiis collata in usus earum tenenda, posterior magis placet sententia, quia sic ipsa regalia bona ecclesia-
cf. Matth. 19, 6. sticis interserta sunt, ut vix ab invicem discerni valeant. Huc accedit, quod que Deus coniunxit homo separare non debet. Coniunxit vero ea deus Christus in sua propria
Luc. 23, 11. persona indutus apud Herodem primo veste alba, que sacerdotalis est, deinde apud
Ioh. 19, 2. Pilatum veste purpurea, quae regalis est, ut ostenderet, se non solum ex pontificali,

a) c. al. eius c.

1) Cf. Ottonis Frising. Gesta Friderici II. c. 22. 2) Cf. Comm. in ps. 54 (Migne t. 193, col. 1672); 64 (t. 194, col. 19); 65 (t. 194, col. 139).

sed etiam ex imperiali dignitate super omnes principatus totius orbis dominaturum. Dicis itaque mihi: 'Si non debent ecclesiis auferri ipsa regalia, ex quibus episcopi habentes ea debent cesari quae cesaris sunt, sicut ex ecclesiasticis facultatibus Deo *quae Dei sunt, quomodo puniri poterunt episcopi vel abbates nolentes reddere cesari que cesaris sunt, cum eadem auferri eis non poterunt, ne, sicut oblatio talium in sanctuario fuit devota, sic oblatio eorum a sanctuario fiat sacrilega?' Respondeo plane mihi placere, ut reddantur que sunt cesaris cesari, et que Dei Deo, sed sub ea cautela, ut non vastetur ecclesia vel nudetur saltem veste alba, si nimis incaute abstrahitur ei purpura. Fecerunt hoc milites illi pagani, qui Christum spoliaverunt veste utraque nudum crucifigendum, sed absit, ut idipsum faciant milites christiani. Veruntamen ut insolentia non crescat ultra modum contra imperium, ex necessitate iusiurandum — licet hoc ipsum sit a malo — interponitur, ut sibi fidem servent mutuo pontifices et reges, quemadmodum patriarcha fidelis Abraham contentione orta pro eadem sopienda et in posterum cavenda iuravit regi Abimelec et ille sibi secus puteum iuramenti. Ergo sicut illi sibi mutuo iuraverunt, sic adhuc reges iurant iusticiam ecclesie, cum consecrantur et coronantur, et episcopi quoque regalia tenentes regibus iurant fidelitatem salvo sui ordinis officio. Si ergo fuerit violatum iurisiurandi sacramentum, violator, licet sit abbas aut episcopus, iure utroque spoliatur honore coram suo iudice sacerdotali *scilicet et illo quem de regalibus habet. Si enim periurus episcopus tenens episcopatum, spoliandus regalibus exponatur militibus, inde consequetur confusio magna, qua invalescente minuentur et vastabuntur ecclesiastica bona, dum nimis incaute abstrahentur ipsa regalia et ita scindetur pallium Samuelis, quo scisso scindetur et regnum et periclitabitur sacerdotium. Quod ita demum precaveri poterit, si episcopus nonnisi prius alba veste indutus purpuram suscipiat, quam nec amittat, nisi et alba propter infidelitatem carere debeat, ut videlicet peccatum persone in detrimentum non vertatur ecclesie; sicut iam alicubi factum scimus personis quibusdam inordinate purpuratis, antequam veste alba prout oportuit induerentur, dum, necdum spiritaliter post electionem examinati aut consecrati, sunt regalibus amplificati et ita nimis confortati, ut postmodum non potuerunt examinari, sed oporteret eos ad placitum regis et militum consecrari. Similiter personis quibusdam ante iudicium spiritale depurpuratis contigit ecclesiastica bona vastari, minui et scindi, scisso consequenter et regno, sicut Samuelis pallio *scisso scissum est et regnum a Saule pallium sacerdotale scindente. Eninvero arbitrantur quidam iuxta illud apostoli: *Non prius quod spiritale, sed quod animale est* animalia et temporalia, que a regibus habentur, primitus electe persone conferenda et inde spiritalia consecratione percipienda, quod esset primitus purpurea, deinde alba veste indui contra ordinationem ipsius Christi, qui primitus alba, deinde purpurea veste voluit in passione sua indui. Quibus humiliter suggerimus, ut apostoli verba premissa dicta sciant non de novo, sed de veteri Adam, in quo non prius quod spiritale, sed quod animale hoc prius erat.

*p. 128.

1 Reg. 15, 27. 28.

*p. 129.

13. Collatio veteris Adae ad novum.

Formavit enim Dominus hominem de limo terre secundum id quod in homine animale seu etiam corporale est, ac inde inspiravit in faciem eius spiraculum vite, quod spiraculum spiritale est. Atque ideo episcopi secundum ipsum formati creduntur, qui prius in corporalibus, deinde in spiritalibus perficiuntur. Secundus vero Adam prius erat in spiritu ac deinde cepit esse in corpore, quod cum ipse in spiritu et spiritus esset, propter nos accepit mortale sive animale; ac proinde secundum ipsum fiunt episcopi, qui primo regulariter electi et spiritaliter examinati atque consecrati posteriu(s) propter imminentem necessitatem super albam vestem suscipiunt et purpuream, ne hab

repudiata periclitetur ecclesia ipsis commissa. Qua si obrepente perfidia in regnum commissa iudicabuntur spoliandi, veste simul alba sunt privandi, ne item periclitetur ecclesia cum sui honoris integritate illi auferenda et alteri committenda, ut sola puniatur persona perfida, ecclesia permanente in integritate sua, quoniam, ut dictum est, que
Matth. 19, 6. Deus coniunxit non est bonum, ut homo separet.

14. De purpura regis vincta canalibus.

Sunt ergo pariter in una persona vestis alba et purpurea, sed ita, ut sit purpura regis iuncta canalibus, frequenter scilicet in illis canalibus tinguenda, quibus et purpura Christi regis intincta dum regni sui omnia consilia et negotia secundum beneplacitum Dei patris ordinavit promovenda. Unde Pilato aliam sibi tincturam offerenti
Ioh. 18, 36. et ingerenti respondit: *Regnum meum* etc. . . . . . .

. . . .

*p. 132. *Maluit autem iste rex glorie, mutuando consilia de canalibus divine scripture, ita regnare, ut haberet odium mundi, quam laudes mundi captando suam regalem purpuram sordidare, sicut nunc purpuram suam sordidant qui pro ampliando numero militum beneficiant vel potius inmaleficiant non solum que habent regalia, sed insuper ecclesiastica bona, etiam decimas, usui solius pietatis divinitus mancipatas. Et revera isti digni essent nudari non solum purpura, sed etiam veste alba, illi precipue, qui ad augendum non solum numerum militiae, sed etiam cumulum malitiae, portionem sacerdotum in decimis eatenus in usu ecclesiastico qualitercumque habitis diminuunt atque in laicas abusiones transferunt, sacrum de sacro auferentes atque in hoc sacrilegium grande committentes.

15. De decimis.

Cum enim secundum canones exceptis ecclesiis vite communis, ubi asserente
*p. 133. *sancto Gregorio nulla decimarum sive oblationum facienda est portio, sicut idem beatus instruit Augustinum Anglorum archiepiscopum[1], quatuor fieri debeant portiones de decimis et oblationibus ex omnibus his partibus, vix illa sola remansit ecclesiaeque ad clericos pertinere videbatur ceteris decimarum partibus in laicorum beneficium immo maleficia profligatis. Verum quia clerici per divites ecclesias constituti videbantur episcopis alicubi superhabundare, cathedrales canonici clericos ipsos plebales vel ecclesias eorum susceperunt ab episcopis in beneficium, et ipsi a Deo comminuerunt portionem sacerdotum, trahentes pene omnia in suas abusiones, ut non possunt inveniri clerici, qui talibus portiunculis vellent esse contenti nisi vilissimi concubinarii conducticii, usurarii, aleatores, venatores, negotiatores, girovagi absolute ordinati, sacerdotum filii ceterique in hunc modum sacris officiis indigni. Cui malo volens remediari beate memoriae papa Eugenius in Remensi concilio statuit[2], *ut unaqueque ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem, cui de bonis ecclesie tantum prebeatur beneficii, unde convenienter valeat sustentari.* Occasione huius capituli subtrahuntur multa sacerdoti plebe[m] regenti et exinde inbeneficiantur laici, quasi non sufficiat magnitudo illius
*p. 134. antiqui sacrilegii, quo preter clericorum partes pene *omnia laici occupaverunt, nisi accedat illis et portio clericorum de novo noviter invento sacrilegio. Interdum quoque suis capellanis talia beneficia decimarum prestant, et hoc esset utcumque tolerabile, nisi quod decime semel ab ecclesiis abalienate ac sub nomine beneficiorum prestite, licet cathedralibus clericis vel capellanis, illis decedentibus facile succedunt laici in locum talis beneficii, quod et iam factum scimus.

1) *Epist. XI,* 56a, *EE. II, p.* 333. 2) *Concil. Rem. a.* 1148, *c.* 10, *Mansi t. XXI, col.* 716.

16. De Parascene.

. . . .

17. De vigilia paseae.

. . . .

Actores enim sunt, cum ipsi hoc faciant auctores, cum suos clericos ad idem iuvant prestando illis ecclesiastica beneficia, que rursum ipsi clerici prestant militibus aut expendunt in luxuriis et inpudiciis episcopis eorum hoc scientibus. Neque enim in occulto fiunt ista et minime prohibentibus, immo eos qui *talia inprobant odientibus et persequentibus. Huc accedit, quod pro scuto suae defensionis usurpant sibi prenotatum capitulum Remensis concilii arbitrantes hoc sibi permissum, dummodo sacerdos aecclesiae ad placitum eorum, non secundum diffinitiones canonum, accipiat, unde, sicut illic dictum est, convenienter sustentari valeat, ut quod illi superest, prout volunt, expendant vel militibus infeodando vel clericis cathedralibus prestando, qui ipsis non prohibentibus eadem prestant militibus vel expendant in suis mulieribus.

18. De abhominatione desolationis.

Atque ita sive per episcopos sive per clericos inbeneficiantes, dum semel in manus laicorum venerint res ecclesiae, ille quoque, de quibus actenus ministri altaris qualecumque sustentabantur et altaria vestiebantur, ecclesiae ornabantur, post antiquam desolationem nostris in diebus augmentata desolatione potest cognosci abhominatio desolationis, in quolibet loco sancto suis pertinentiis omnino spoliato et denudato atque in laicas abusiones alienatis rebus, que si ministris altaris alicubi habundare viderentur, non militibus aut inpudicis mulieribus, sed Christi pauperibus aut cum Petro et Augustino militantibus aut cum Iohanne ac sancto Benedicto sic manentibus, ut de
ipso Iohanne dictum: *Sic eum volo manere,* aut certe cum Lazaro mendicantibus erat Ioh. 21, 23.
dandum quod superesset iuxta illud euangelicum: *Quod superest date et omnia mundi* Luc. 11, 41.
*erunt *vobis.* Certe ut multum condescendatur in ista causa, si episcopi vellent suos
cathedrales clericos iuvari de superabundantia plebanorum sacerdotum, rectius et tolerabilius illa superabundantia plebanis detracta firmari poterat in commune stipendium fratribus in congregatione viventibus a preposito distribuenda, prout cuique opus esset, quam quod aliquo fratrum de multarum ecclesiarum beneficiis ditato et altero in sua paupertate neglecto alius quidem esurit, alius autem ebrius est, quod apostolus in
Corinthiis inprobat, dum habentes confundunt eos qui non habent, ac proinde apostolo 1. Cor. 11, 22.
iudice sic illis convenientibus in unum iam non est dominicam cenam manducare. Multo autem convenientius esset, ut ipsi plebani retentantes omnia, que secundum canones ad se pertinent, cogerentur de sibi conditis rebus recte agere, sufficientes ministros canonicę sibi aggregatos una secum fraterne sustentando. Et hoc fortasse intendit papa Eugenius decernens, tantum sacerdoti relinquendum, unde convenienter sustentari valeat[1]. Ille dixit 'convenienter', sed nunc agitur valde inconvenienter, dum et sacerdos ultra modum pariterque sibi commissa aecclesia depauperatur, et id quod
ei detrahitur aecclesiae alienatur et mundo inmundo, qui in maligno positus est, con- [illegible]
fertur, ut fiat supra modum nuda aecclesia, non habens vel panniculos hucusque sibi relictos ad verecunda saltem sua tegenda. Neque vero nos haec dicendo[a] favemus ipsorum plebanorum irreligiositati, sed vellemus peccata personarum non verti in detrimentum ecclesiarum, immo vellemus ipsas personas emendari vel mutari, manente

a) *in loco raso c.*

1 *Concil. Rem. a.* 1148, *c.* 10. *Mansi XXI, col.* 716.

omnimodis ecclesiarum substantia in usu ecclesiastico vel ipsorum plebanorum vel aliorum pauperum vel certe saltem ipsius episcopi procurantis ecclesias, monasteria, xenodochia pauperesque alios, ut ipsis distribuerentur per eum, prout cuique opus esset.

19. De[a] vestimento mixto sanguine.

Nam de militia, quam exinde augent episcopi vel eorum clerici ultra modum ditati, quid dicam? Num quidnam regalis eorum pompa censenda est esse purpura regis iuncta canalibus? Hoc fortasse ipsi putant, sed verius estimatur esse *vestimentum* Is. 9, 5. *mixtum sanguine* quod iudicante propheta *erit in combustionem et cibus ignis,* eo quod non facile potest emundari a mixtura sanguinis. Huiusmodi vestis maxime ubi sit Apoc. 22, 11. quod dictum est in Apocalipsi, *ut qui in sordibus est sordescat adhuc et qui nocet, noceat adhuc.* Etenim si is qui in sordibus est, vere penitens nollet ultra sordescere et qui Is. 9, 5. *p. 141. nocet amplius nocere caveret, vestimentum licet mixtum sanguine cibus ignis *minime cf. Is. 1, 16 sqq. fieret, sed iuxta doctrinam prophetae querentibus iudicium, subvenientibus oppresso, defendentibus viduam, quiescentibus agere perverse, discentibus benefacere, auferentibus malum cogitationum suarum ab oculis Domini, si essent peccata eorum, ut coccinum qui color est rubeus sanguineus, quasi nix dealbarentur. Hec autem sacrilegiis antiquis in decimarum alienatione commissis adicientes nova sacrilegia, sicut longe sunt quidam eorum a vera penitentia, sic longe sunt a vera indulgentia. Quidam tamen per gratiam Dei, vexatione auditui eorum dante intellectum, discunt et sentiunt, verum ib. 9, 3. esse quod propheta dixit: *Multiplicasti gentes et non magnificasti leticiam,* quia, multiplicata illis militum copia numerosa, incipit ipsa militia simul cum malicia sua esse onerosa. Et tamen tantus est ardor insaniae, qua res ecclesie student alienare, ut quidam licet formidantes infeodare decimas, tamen non formident aliis modis illaqueare illas scilicet vel impignorando vel sic, nescio quibus artificiis, tolerando, ut laici eas possideant, quoadusque ab ecclesiis alienate in laicas abusiones transeant.

Audivi nuper de quodam episcopo[1], cuius nomen ad praesens taceo, quod praedia ecclesie sibi commissae laicis infeodavit, super quibus non infeodandis anathema pro- *p. 142. mulgatum fuit[2] *me presente a legato sedis apostolicae cardinali Octaviano, tribus episcopis[3] et multis viris religiosis illi cooperantibus et sermonem huius anathematis confirmantibus extinctis candelis in signum videlicet, quod esset extinguendus episcopus, qui contra illud anathema faciens laicis prestaret predia ecclesiasticis usibus a suo predecessore[4] collata, etiam ea que tunc episcopus habuit ad mensam suam. Et ecce, ut vulgo dicitur et rei evidentia comprobatur, illa predia ecclesiastica usui ecclesiae subtracta et laicis infeodata sunt.

Mundi Roma caput si non ulciscitur illud,
Que caput orbis erat causa fit ut pereat,

ait quidam[5] versificando propter improbandum quoddam similiter nefandum nefas. Nos vero, his malis crebrescentibus, non versificando, sed orando pulsamus ad ostium graciae divinae, ut Petrus inter hec dormiens a Domino excitetur, quatenus per illum bene vigilantem sacrilegiis episcoporum simulque clericorum cathedralium de rebus ecclesiae milites sibi multiplicantium racionabiliter obvietur, ita ut contenti sint episcopi de solis regalibus antiquitus infeodatos milites et principes conservare in defensionem ecclesiae

a) *in marg. c.*

1) *Conrado Augustano, ut ex Commentario in ps.* 133. *infra elucet.* 2) *A.* 1151; *cf. quae ad Comment. ps.* 133. *infra annotata sunt.* 3) *Waltero Augustano, Ottone Frisingensi, Emehardo, ut videtur, Wirzeburgensi.* 4) *Scil. Waltero.* 5) *Cf. Wattenbach, 'Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit' XX* (1873), 101; *'N. Arch.' XIV,* 448; *De invest. Antichr. I, c.* 17.

qualemcumque desinantque novos de novis beneficiis multiplicare, maxime de decimis ac ceteris oblationibus ecclesiastico usui collatis, ut fiat secundum verbum Christi dicentis: *Reddite que sunt caesaris caesari, et que sunt Dei Deo*, dum et Christo servitur de decimis et liberis oblationibus fidelium, et regi sive imperatori de regalibus[a] et imperialibus obsequium persolvitur in consiliis bonis et competentibus auxiliis ecclesiae simul et regno utilibus atque ante omnia honori et timori divino competentibus. Petrus enim apostolus dicturus: *Regem honorificate*, premisit: *Deum timete*; ut in omnibus, in quibus regem honorificamus vel honorificandum predicamus, timorem Dei pre oculis habeamus. Quanto magis in ceteris principibus et laicis honorificandis et ditandis episcopi ceterique spiritales viri, quibus commissa sunt victualia pauperum, pre oculis habere debent illud iudicium tremendum, quo impios arguet Dominus pro mansuetis terre. . . . . . .

*Verum de his plura loqui ad presens omittimus et tibi, pater Adriane, qui regimen tenes in domo Iacob, talia multa his similia per te consideranda relinquimus atque, ut id competentius possis, libellum de consideratione ab abbate Clarevallense predecessori tuo sanctae recordationis Eugenio pape dictatum sic legens considerare curato, quasi optime congruentem sancto apostolatui tuo. Nam cum tu sicut ille homo es sub potestate divina constitutus et regularibus disciplinis exercitatus habens sub te pontifices. Et hoc est miserabile, quod dicis huic: 'Vade' et non vadit, et alteri: 'Veni', et non venit. Si tamen tu illud dicis, quod antecessores tui dixerunt Innocentius et Eugenius, quibus emittentibus precepta saluberrima in suis conciliis nondum est obedientia exhibita Deo fortasse ordinante, ut quod illi seminaverunt tu meteres et in labores eorum tu introires. In hoc enim verbum vestrum est, quia alius est qui seminat, alius est qui metet.

20. De inauribus therebinto suffodiendis.

. . . .

*De quorum doctrina non fulget ecclesia, sed fumant scolae plures in Francia et aliis terris permaxime a duabus caudis ticionum fumigantium videlicet Petri Abaiolardi et episcopi Gilliberti[1]. Quorum discipuli eorum dictis et scriptis inbuti hominem verbo Dei unitum negant esse filium Dei domini dicendum nisi accidentali, ut aiunt, connexione. . . . . . .

. . . .

21. De accidentali connexione.

. . . .

*Forsitan et in diebus nostris doctrinis variis et peregrinis de medio ecclesie ablatis et dampnatis hostibus, ecclesie terror incucietur et Romanus *pontifex vel alter Iacob nunc fugiens eosdem hostes, maxime cives Romanos[2], ipsis humiliatis habitabit secure in Bethel, qui interpretatur domus Dei[3]. . . . . . .

22. De legistis.

Possunt quoque haut absurde surdis ad legem Dei auribus et ad leges Iustiniani patulis ac pruritu magno estuantibus in aures, quas amant quasque decenter in forensi conventu ostentant, in domo Iacob denegari, ubi decentius iudicatur secundum legem Dei quam secundum legem Iustiniani vel Theodosii, quorum tamen leges non inpro-

a) raegalibus c.

1) *Pictariensis qui sedit a.* 1143–1154; *cf. L. de ordine donorum s. spiritus supra p.* 275. 2) *A.* 1155. *Iun.* 19. *cum imperatore Romam reliquerat: v. Jaffé II. p.* 112. 3) *Isid. Etym.* XV. 1, 22: Bethel id est domus Dei.

bamus, nisi forte alicubi discordent a divinae legis constitutionibus, verum in domo Iacob simplex narratio et sincerum iudicium secundum consuetudines antiquorum pontificum Romanorum peromat ipsam domum, si lex Domini inreprehensibilis presideat in ea, tamquam domina gentium princeps provinciarum, qua dominante et regnante in domo Iacob lex forensis iudicii vel ancilla subserviat per contemptibiles[a] ad maiora cf. 2. Tim. 2, 4. minus idoneos amministrata, sicut apostolus consulit, ne maiores qui orationi et mini- *p. 158. sterio verbi cum apostolis vacare *debent, nimium secularibus negociis implicentur et per hec utiliora suffocentur. Iudices enim tam seculares quam spiritales in ecclesia Dei sufficienter ad diremptionem[b] litium constituendos exemplis Moysi et monitis apostoli docemur, ut sit cuique liberum pro causarum qualitate nunc ecclesiasticum nunc forense iudicium expetere, ut, si non perfectionis amore vult sua contempnere, in hoc saltem valeat pulsans pulsato parcere suaeque innocentiae lucra etiam cum dampno lucri terreni augmentare, si non apud iniquos et infideles forenses illum exponit forte cruciandum, forte spoliandum per iudicem cinctum, sed pocius trahens illum ad ecclesiasticos iudices geminum lucrum consequatur et in emendatione fratris et in suis rehabitis absque vindicta sanguinis, qua non debet inferre iudex qui virgam tantum, non etiam gladium portat. Concordat his quae dicimus Leo papa suis decretis capitulo XX^{mo} II. dicens[1]: *Aliud quidem est debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore contempnere. Sed illicitorum veniam postulantem oportet etiam licitis abstinere dicente apo-* 1. Cor. 6, 12. *stolo: 'Omnia licent, sed non omnia expediunt'. Unde si penitentes habent causam quam negligere forte non debeant, melius expetit quis aecclesiasticum quam forense iudicium.* *p. 159. Haec dicendo *sanctus Leo papa ostendit satis non solum forense, sed etiam aecclesiasticum iudicium ad hoc in aecclesia Dei constitutum et suo tempore fuisse utrumque usitatum, ut in utrolibet servata distinctione lites dissolverentur, non tamen ipsa iudicia confusione Babilonica miscerentur et in quoddam neutrum verterentur, sed in ecclesiastico legibus divinis institutis canonum consuetudinibus bonis virga directionis moveretur per manum iudicis non cincti et in forensi legibus imperialibus gladius moveretur ad vindicta[m] malefactorum, laudem vero bonorum per iudicem cinctum, sed quia tales cf. Iac. 2, 6. aliquando, ut Iacob apostolus ait, opprimunt et ipsi trahunt pauperes ad iudicia, salubris 1. Cor. 6, 1. est consuetudo in ecclesia, ut apostolus audiatur dicens: *Audet aliquis vestrum habens* ib. 3, 4. *negotium iudicari apud iniquos et non apud sanctos;* atque ut ipse monet coram sanctis et spiritalibus interdum tractentur negotia etiam civilia non inportuno garritu legistarum, sed censura legum divinarum terminanda[c]. Esset tamen utcumque tolerabile, si fidelibus et bonis legistis ad aliquam causam discutienda a iudice spiritali advocatis *p. 160. discussiones ille fierent seorsum et ad ipsum differretur et deferretur *finale iudicium de sententiis legistarum sive concordantium sive[d] discordantium, ut ipse velut alter Adam videret quid vocaret eam, que a legistis essent usque in finem discussa. Sic etiam papam Eugenium vidimus aliquanto fecisse, cum haberet secum peritos legis humanae, quibus in absentia sua negotia ventilantibus ipse tandem ea consummavit iudiciis finalibus. Aliquotiens tandem legiste permissi ante ipsum strepitu clamoso et artificioso causas involvere sic eas intricaverunt, ut vix poterint vel ipse vel cardina- cf. Exod. 8, 21. lium quisquam eas dissolvere meliusque tunc fuisset illas cinomias domui Pharaonis inmissas in domum Iacob non fuisse intromissas maximę regnante Christo in domo Iacob in eternum.

a) conteptibiles *c.* b) direptionem *c.* c) terminanna *c.* d) seve *c.*

1 *Epist.* 167. *ad Rusticum, inquis. X. Opp. ed. Ballerini I. col.* 1424; *Hinschius p.* 617; *Grat. C. XI. qu.* 1. *c.* 24; *cf. De edificio Dei c.* 113. *p.* 181.

23. De ranis cinifibus et [illegible].

. . . .

24. De recente Deo.

. . . .

Tu ergo, papa Adriane, aurium prurientium vana oblectamenta et [illegible] catenus inaudita partim superius a nobis per districta partim 'sapientiorum diligentia [illegible] ad investigandum servata in glosis prenotatis vel alter Iacob sub therebinto crucis fortiter et alte suffodiendo et dicendo, si quis hoc vel hoc dixerit, quod sane doctrinae adversari deprehensum fuerit, anathema sit, comparabis gloriam tibi contra hostes victoriam. *Quia enim misericordiam et veritatem diligit Deus, gratiam et gloriam dabit dominus* Deus misericordiam tenentibus et veritatem defendentibus. Attinet autem ad misericordiam errantes corrigere ad veritatem, vero in scriptis argute loquentium [illegible] maledicta dampnare ac benedicta servare. Non enim est hoc tuum qui iudicas omnem terram, ut vel perdas iustum cum impio vel dampnes veritatem cum mendatio. Sic in [illegible] scriptis Origenis[b] male dicta sunt confutata et benedicta servata. Nos vero interim, donec super his iudicium procedat apostolicum, tenemus consilium apostolicum omnia probando, quod bonum est tenendo et ab omni specie mala, quantum gratia divina dignabitur iuvare, nos abstinendo et eos qui nos audiunt[c] in idipsum conmonendo.

25. Commemoratio preteritorum laborum.

Cum essem iunior, cingebam me et ambulabam ubi volebam visitando aliquotiens apostolicorum limina et apostolicam[d] sedem[d], non tam habens interdum specialem necessitatem quam intendens ecclesiae utilitatem communem, super qua et auribus apostolicae 'discretionis aliqua suggessi, que utilia putavi, propter que in itineribus sepe laboravi periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere[e], periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in falsis doctrinis et falsorum fratrum infestationibus foris pugnas, intus timores excitantibus. Inter huiusmodi pericula Dominus gratia sua astitit michi et sancta Romana ecclesia. Hinc est, quod Petro Leonis in urbe tirannizante atque cum esset excommunicatus ipse suique fautores, missas tamen celebrarent et ego illos negassem in crismate sub excommunicatione corpus Christi habere aut conficere posse cum grandi labore meo cogebar sententiae, quam tenui et teneo, palmam victoriae coram beatae memoriae Innocentio papa optinere, item contra doctrinas varias et peregrinas Petri Baiolardi auxilium meum a domino in sede apostolica, quamquam ille discipulos in scola sua eruditos et doctrine sue consentaneos habuisset tunc in ecclesia Romana, sicut et nunc in ea sunt qui ab episcopo Gilliberto instructi, fortasse nollent aliquid contra illum dici, sed tamen ut spiritu etiam contra ipsum favebunt veritati. Similiter et pro causis aliis nichilominus ecclesiasticis multum laboravi et favente gratia Dei 'ac Romanorum pontificum sepe optinui quod volui.

26. Excusatio laborum deinceps.

Nunc autem quia senectute pariterque infirmitate corporis ita gravor, ut ultra non valeam sicut ante valui laborare, optans cum beato Iob, ut in nidulo meo, mori, *derident* quoque *me*, ut illum *iuniores, tempore quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei*, ait sanctus Iob. Et ego patres ac doctores istorum, licet magistros in scolasticis conventiculis, minime preferendos vel conferendos censeo ecclesiarum doctoribus orthodoxis, quorum doctrina fulget ecclesia ut sol et luna. Unde

a) deest c. b) Orienis c. c) audivit c. d) apostolica sede [illegible]

quotiens inter ecclesiastica et scolastica documenta contrarietatem audio, ego magis ecclesiasticis quam scolasticis fidem habeo. Et quia debilis iam corpore non valeo per me ipsum, saltem per literas inde quedam insinuare, curo illi, ad cuius pertinet Matth. 16, 18. officium, confirmare fratres et confirmare hostes, ut porte inferi non prevaleant in diebus nostris adversus ecclesiam Petro commissam, in petra fundatam, Petri fide roboratam.

VII.

DE INVESTIGATIONE ANTICHRISTI LIBER I.

Quibus rebus commotus quoque tempore Gerhoh librum de investigatione Antichristi composuerit, supra iam in praefatione breviter explicavimus[1]. *Priorem recensionem Hyacintho cardinali eo tempore corrigendam credimus traditam*[2], *quo cardinalis Augustae moraretur, ut Rudigerum, Gerhohi fratrem, cum episcopo reconciliaret*[3]. *Quae Romam lata neque auctori reddita est neque ad posteros pervenit*[4]. *Alteram archiepiscopo Salisburgensi dedicatam Gerhoh a.* 1161—1162. *scripsit*[5], *brevi antequam Eberhardum in Italiam ad curiam imperatoris comitaretur*[6]. *Quae recensio sola asservata quomodo a priore ignota discrepuerit, nescimus. In hoc vero libro Adsonis opusculo celeberrimo de Antichristo usus auctor noster litem inter regnum et sacerdotium exortam a Gregorio VII. usque ad tempora Alexandri III. ita perstrinxit, ut indicia et signa Antichristi saepe digressus in historia sui temporis investigaret. Qua de causa primus saltem liber operis in tres libros divisi tantam copiam rerum eo tempore gestarum, tantam molem notitiarum gravium continet, ut eum inter omnia Gerhohi opera primum obtinere locum historici consentiant.*

Legitur opus infra edendum in codice R e i c h e r s b e r g e n s i *numero carente, saec. XII. mbr., pag.* 237. *Ex quo primus Iac. Gretser S. I. maiorem libri I. partem (c.* 6 — 36*) publici iuris fecit hoc titulo praeposito:* Gerhohi Reichersbergensis praepositi de statu ecclesiae sub Henrico IV. et V. impp. et Gregorii VII. nonnullisque consequentibus pontificibus Syntagma[7], *Ingolstadii* 1611. *p.* 21—68, *repetitum in Opp. t. VI, p.* 245 — 263, *deinde Iodocus Stülz in 'Archiv für österreichische Geschichtsquellen' t. XX, p.* 129 *sqq. maiora fragmenta, quae Gretserus omiserat, edidit. Denique F. Scheibel-*

1) *Supra p.* 134. 2) *V. praef. infra p.* 304. *Ex libro de fide a nobis omittendo c.* 5. *Scheibelberger in editione sua p.* 2. *hunc locum publici iuris fecit:* Opusculum de illius bestiae investigatione scriptum porreximus antehac Iacincto cardinali perspiciendum nobisque reddendum atque corrigendum, prout oporteret. Sed ille hoc non reddidit. 3) *Cf. supra p.* 134. 4) *V. n.* 2. 5) *Tempus ex his indiciis enucleari potest. C.* 56. *Gerhoh dicit:* Interim vero, dum haec scribimus . . . novi rumores . . . advolitant in . . . civitate Tolosa celebratum esse concilium, *quod a.* 1160. *mense Oct. factum esse videtur (cf. H. Boehmer, 'N. Arch.' XXI, p.* 683*); c.* 59. *nuntios Ierusalemitanos ad expeditionem sacram praeparandam* ante annos XIIII *(scil.* 1147*) in Europam venisse narratur; c.* 68. *leguntur haec:* Attamen quia rex ille novus *(scil. Ungarorum)* per uxorem Grecam Greco imperatori aliisque Grecis principibus iunctus est. *Dicitur Stephanus IV, qui a.* 1162, *mense Februario, successit.* 6) *Cf. supra p.* 134; *de necessitudine, quae inter Eberhardum et Alexandrum papam fuit, v. W. Schmidt, 'Die Stellung der Erzbischöfe und des Erzstiftes von Salzburg zu Kirche und Reich unter Kaiser Friedrich I', 'Archiv für österr. Geschichte' t.* 34, *p.* 171. 7) *Quas partes Migne, Patrologia lat. t.* 194, *col.* 1445 *sqq. iteravit.*

berger totum opus duobus voluminibus Lincii 1875. typis mandavit. Nos vero solum totum primum librum et hunc quidem plenum inserendum putavimus, ceteris partibus omissis, theologiam et controversias dogmaticas illius temporis tangentibus maxime. — Capitula secundum rubras litteras initiales codicis distinxi; subiunxi etiam numeros editionis Scheibelbergeri.

Wratislariae, a. 1895, mense Septembri. *E. SACKUR.*

PREFATIO
AD EPISCOPUM EBERHARDUM SALZPURGENSEM MAGISTRI GERHOHI PREPOSITI DE INVESTIGACIONE ANTICHRISTI.

Exigit a me tua sancta dignatio, domine ac pater in Christo dilecte Eberharde, Iuvavensis ecclesie archipresul venerande, ut sensa mea de investigatione Antichristi[2] tue sanctitati scribam, eo quod opusculum pridem meo labore sub tali titulo confectum ac semel in ipsis adhuc scedulis in Romanam curiam perlatum rehaberi nequiverit sicque et meo usui et tuae lectioni prereptum sit. Et fateor opus quidem, quod petitur, arduum existere, quod antehac fortasse non tam prudentia quam temeritate temptaverim, unde velim alios id assumere, per quos competentius expleri possit, qualium nonnulli nostro etiam in tempore viri illustrissimi exstiterunt et adhuc plerique supersunt toti fere mundo, maxime autem spiritualibus ex lectione suorum operum cogniti et dilecti. Non enim humano sensu expediri posse arbitror, sed divina revelatione ad intelligendum aut exponendum iniquitatis misterium opus esse putaverim. Unde apostolus quoque loquens inde revelationis et misterii verbum ac nominibus utendum putavit, ut reveletur, inquiens, in suo tempore, *nam misterium iam operatur iniquitatis.* [illegible] Sic nempe et prodigiosus ille Christi venditionis minister Iudas non humana suspicione ab apostolis estimatus vel agnitus est, sed Domini designatione discipulo, quem diligebat, revelatus, qui et recubuit in cena super pectus magistri et innuente sibi Petro [illegible] inquisivit dicens: *Domine, quis est, qui tradet te*, et dominus ad eum: *Cui ego*, inquit, [illegible] *intinctum panem porrexero.* Da igitur et mihi discipulum super pectus Domini nostro in tempore recumbentem, quo mediante Dominum de portentuoso hoc iniquitatis ministro interrogem et sic forte in materia proposita proficere potero. Et esse quidem tales apostolorum pedissequos etiam nostro in tempore non diffiteor, sed Deo magis cognitos quam hominibus, quorum tamen aliquos etiam ad meae parvitatis noticiam per manifesta divinae pietatis inditia confiteor pervenisse ad laudem nimirum Dei, qui etiam nunc nostro videlicet in tempore in sanctis suis laudandus est. Novi ego unum sacerdotem Deo et hominibus dilectum et iam non apud Deum tantum, sed etiam apud homines magnum, qui adhuc etate iunior professae castimoniae in habitu monachi conservandae sollicitus et multum Deo supplicans evidenti divinae clementiae signo in se facto exauditus sit. Siquidem in visione apparuit ei haut dubium, quin Dei angelus in specie medici, qui circa genitalia loca corporis eius balsamo perunxit. Ex quo tempore in eo non solum omnis temptacio carnalis refriguit, sed pro semine corruptibili gratia verbi Dei seminandi adeo in ipso aucta est, ut benivolus auditor audiens dicat, quod vere particeps effectus sit sapientie de se dicentis: *Et balsamum non mixtum* [illegible] *odor meus.* Novit et tua sanctitas hominem notum Deo et sibi ipsi. Quis enim novit,

1) *Cui editioni E. Mühlbacher t. II. p. 378—386. adnotationes subiunxit, quae et haud parum profuerunt; cf. etiam J. Bach, 'Oesterr. Vierteljahrschrift für kathol. Theologie'* [illegible] *1865, p. 111.* 2) *De Antichristi mentione illo tempore facta cf. Mühlbacher* [illegible] *in editione Scheibelberg. II. p. 378 sq.; cf. De edificio Dei c. 69, supra p. 174.*

que sunt in homine, nisi sapientia eius, qui in ipso est? Alioquin timere posset 'animae suae ignoranti se ipsam convenire illud in canticis canticorum: *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere et abi post vestigia gregum et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.* At ille, ut nosti et ut novit ipa eius anima celestibus intenta, non consuevit hedos pascere, sed agnos.

Scio et alium de numero sacerdotum, qui ante annos ferme XXX[a] item adolescentior adhuc post nocturnas fratrum vigilias crebrius in oratione perdurans etiam ipse divinae in se clementiae inter cetera signum tale acceperit. Erat post laborem nocturnarum vigiliarum sedens ad pedes crucifixi in capitulo claustri dulcique sopore
Cant. 5, 2. soporatus, quali se in canticis canticorum sponsa gloriatur soporatam: *Ego,* inquiens, *dormio et cor meum vigilat,* cum ecce subito factus est sonus de celo tanquam advenientis spiritus seu venti vehementis, qui leniter quidem incipiens in maius ac maius crescebat loco, in quo erat sedens, adproximans inque ipso sono lucidissima quedam substantia quasi talentum auri liquentis fenestrae vitreae, que capiti sedentis erat contigua, fortiter impacta est perque ipsam fenestram, integro permanente vitro, ingressa continuo velut in athomos resoluta replevit totam domum, ubi erat sedens. Deinde per poros corpori sedentis illabi eadem quasi nebula cepit ipso nimirum bene sentiente et gratiam ingredientis suavitatis admirante, donec totum receptaculum corporis et animae illius repletum est eademque plenitudinis gratia non parvo post tempore per-
Eccli. 24, 3. mansit ipso secum rei eventum admirante, sicut scriptum est: *et in plenitudine sancta admirabitur.* Atque ut ait de se videlicet terrae explorator Iosue iam etatis
Ios. 14, 11. annos habens octoginta V, quoniam *illius temporis fortitudo, quando ad explorandum missus sum, permanet,* inquit, *in me usque hodie tam ad bellandum quam ad gradiendum,* ita et de hoc philochristo dicere possum, qui et ipse ad explorandam terram viventium divina dignatione taliter admissus est, quoniam illius temporis fortitudo permanet in ipso usque hodie tam ad bellandum contra vicia vel viciosos quam ad gradiendum in exerciciis spiritualibus et ambulat usque adhuc in fortitudine cibi illius sperans se etiam in futurum eadem gratia non deseri usque dum veniat ad montem Dei. Alius etiam quidam theophilus[a] alio vidente et in visione celesti admirante quasi oleo calente, celis super eum apertis, abundanter effuso perfusus est ipseque videns aspergine guttularum[b] in se ex altero venientium non leviter est stupefactus. Et usque hodie fervor sancti zeli necnon gratia scribendi in eodem de quo loquimur theophilo vere oleo leticiae peruncto perseverat. Idem furtivis precibus intentus cum oraret expansis manibus dulcedine mirabili perfusus faciem suam ita scintillare persensit, ut quantulumcum-
Sap. 3, 7. que Deo donante acceperit experimentum illarum scintillarum, de quibus dicitur: *Fulgebunt iusti et tamquam scintille in harundineto discurrent.* Item[1]: Dorsa eorum plena sunt oculis et scintille ac lampades in medio dorsi. Denique abhinc idem philochristus impiger fuit ad discurrendum et scintillandum pro modulo suo in harundineto mundi huius.
*p. 3. Et hec pro eo dixerim, quod et nostro tempore tales personas non deesse *crediderim, que Dominum de secretis celestibus et scripturarum inpletione interrogare cum Iohanne
Gen. 18, 17. valeant et de qualibus Dominus dicat: *num celare potero Abraham, que gesturus sum vel que gesserim?*

Sed quid hec ad me hominem ingenio pauperem, miseria obsitum, ignorantia obvolutum, sermone incultum et nullius mihi ex me facultatis et gratiae eiusmodi conscium? Num vero iccirco postulationi tue detrectare debeo, que mihi pro divino debet esse[c] oraculo, quod non sit mihi auxilium in me et non potius de postu-

a) thephilus c. b) cuttularum c. c) esset c.

1) *Hunc locum non inveni.*

lantis fide et iubentis auctoritate confidens in Domino, [illegible] qui et clamat dicens: *Si quis sitit, veniat ad me et bibat* [illegible], qui aperit ora *mutorum et linguas infantium facit disertas*, [illegible] mihi, quod prius quoque in eadem materia operatus sim et Domino cooperante [illegible] domnis etiam cardinalibus, viris nimirum litteratissimis ac prudentibus, Hugoni[1] [illegible] et Iacineto[2] gratum confecerim? Aggrediar igitur scribere et scribendo de perditionis filio investigare ego, licet multum dispar a discipulo, quem diligebat [illegible] hortatu precunte quasi Petro mihi innuente et in hoc ipsum [illegible] materia videlicet scrupulosa preterita coniectans, futuris non preiudicans, ita ut totus sermo meus magis inquirentis quam difinientis sit, qui et a canonice scripturae quibus innititur fundamentis non recedet, quamvis preter usum communem eius interdum de ultimis temporibus enigmata resolvat vel ab aliis resoluta demonstret. Nam omnes fere scriptores de discessibus, facienda de persecutione Antichristi, de signis et prodigiis illis mendacibus, de duobus testibus ab eo occidendis, de Iudeorum [illegible] convertendis se in futurum tempus extendunt: ego vero preteritos ecclesie [illegible] iniquorum ecclesiam persequentium regum seviciam extendens[a] in hoc ipsum pensabo si forte ad iniquitatis mysterium complendum sufficientes inveniri valeant. Oportet enim impleri scripturas de ecclesie passionibus et Antichristi persecutione prophetantes, quomodo et de domino nostro Iesu Christo et de eius traditore complete sunt. Sane in quantum iam etiam de Antichristo et ecclesie agonibus prophetarum et apostolorum atque ipsius Domini oracula completa vel plene completa inveniri[b] poterunt, inaniter, ut estimo, eorum, quae[c] iam completa vel fere completa sunt, in longe futurum adimpletio expectatur. Nec curiosus, ut estimo, secretorum inquisitor estimari debeo, dum in talibus sermo meus versabitur, quomodo nec Petrus et Iohannes personam traditoris a Domino exquirentes, siquidem omnis tam nostra quam illorum inquisitio ex dilectione magistri ac domini Iesu et odio inimicorum Christi et ecclesie descendat. Nec vero incongrua inter meam parvitatem tuamque sublimitatem atque inter nos et tantos apostolos similitudo est licet proporcione dissimili. Siquidem tu cum Petro et post Petrum seculi calcas fluctus et rete trahis ecclesiae, mihi vero, si cum Iohanne super pectus Domini recumbere non contigit, tamen adherere Deo etiam mihi bonum est et meditationi sanctae scripturae incumbere suave interdum habeo, in qua velut in pectore Domini °omnes thesauri sapientie ac scientie absconditi sunt, de cuius secretis exquirendis [illegible] etiam illa dicenda iniquitatis misteria propositum habeo. In ipsa vero inquisitione mea aliorum exquisitis et inventis tanquam paratis uti delectabile mihi erit, ne ab uno solo dicta facilius contemptui habeantur, quamquam et ab uno solo testimonia pietatis prolata contempnenda non sint. Sic enim et sancti euangeliste quedam simul, quedam et soli dixerunt et tamen omnia eorum dicta, prout oportet, in apice canonice auctoritatis habentur. Quod et si potuero testimoniis scripturarum cum ecclesiasticis gestis comparatis Dominum in omnibus sermonibus suis iustificatum demonstrare, quemadmodum scriptum est: *ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris*, nemo tamen estimet me per sermonem vel scripturam territare velle homines quasi instet dies Domini, siquidem omnis sermo meus sine preiuditio futurorum sit et novi a quo dictum est: *non esse nostrum nosse tempora vel momenta, que Pater posuit in sua potestate*, et de [illegible]

a) extendunt [illegible]. b) inveniri [illegible]. c) qui [illegible].

1 *Cardinali presb. tit. S. Clementis vel card. diac. S. Angeli* [illegible]
2 *Cardinali tit. S. Mariae in Cosmidin; cf. Gerhohi epist. ad cardinales, 'Archiv f. österr.* [illegible] *p.* 363; [illegible] *ps.* 133, *Migne* 191, *col.* 892. *De Iacineto, qui* [illegible] *a.* 1144 [illegible] *et postremo a.* 1191, *Febr.* 17. *Clemente papa occurrit cf. Bernhardi, 'Konrad III.' II, p.* 7 [illegible]

Matth. 24, 36. De illo idem filius Dei *nemo*, inquit, *novit neque angeli in celo neque filius nisi Pater solus.* Proinde nemo a me exspectet vel suspicetur velle me diffinire, quod in solius Patris noticia et potestate situm est. Totus vero sermo noster ad hoc tendit, ut demonstret preterita ecclesiae et inimicorum eius contra eam gesta sufficientia esse ad impletionem scripturarum de Antichristo loquentium, etiam si non veniat talis bestia, Ap[illegible] qualis vulgo estimatur venturus Antichristus, qui videlicet Christum non fuisse Christum, se vero Christum esse asserat, qui in templo materiali sedeat ostendens se, tanquam sit Deus, et inter cetera signa mendatia materialem ignem de celo descendere faciat [illegible] 13. ac duos testes Enoch et Heliam materialiter occidat ac cetera peragat, que de illo ecclesiastica magis opinio quam fides tenet. Fides enim nobis solum in Deum patrem et in dominum Iesum atque in amborum spiritum est et esse debet atque in his, que in corpore pro nostra salute passus est vel egit dominus Iesus et de futuro iudicio. De Antichristo vero nichil aliud nobis in fide esse debet, nisi quod per eius adventum et operationem scripturae de illo prophetantes compleri necesse est. Unde et nobis opinari vel estimare licet de Antichristis, qui precesserunt, si forte ad impletionem scripturarum et misterium iniquitatis sufficientes sint an non, nimirum cupientibus nobis in sermonibus suis iustificare Dominum ac demonstrare iustificatum, etsi hodie Matth. 11, 19. fieri velit finale iudicium, sicut scriptum est: *Iustificata est sapientia a filiis suis.* Et hec de prefatione dicta sint. Nunc divinum invocamus adiutorium, cuius spiritu scripture, de quibus nunc interest, condite sunt, ut de nobis in eodem, quo condite sunt, spiritu de ipsis scripturis recta sapere ac de eius semper consolatione in ordinando ac struendo sermone gaudere.

Item alia praefacio super commemoracione scismatis.

Cum librum hunc primum investigationis Antichristi scriberem et recens iam *p. 5. scisma de contentione papatus Alexandri atque *Octaviani, quem Victorem dicunt, ferveret singulis partibus, quod sibi commodum videbatur in sui favorem assumentibus et alterutrum sive per veritatem sive per occasionem derogantibus, dumque partes utreque multitudine magnorum et non contempnendorum sacerdotum insuper et regum ac principum se favore munirent: fateor hac contentionis nebula totam terram tegente faciemque ecclesie tetra caligine obfuscante non satis mihi claruit[1] vel puritas electionis ecclesiasticae in Alexandrum facte vel pervicax presumptio partis Octaviane. Unde pendulo gressu inter illas divisiones incedens et quasi concionatoris modo sententiam suspensam tenens in neutram partem declinare facilis fui. Cum ignorantibus ignora- Ps. 37, 25. bam, cum dubitantibus dubitabam factusque sum sicut *homo non audiens et non habens* Is. 7, 15. *in ore suo redargutiones et quasi nesciens reprobare malum et eligere bonum.* At nunc postquam mendaciorum nebule contra canonicam electionem Alexandri conficte ceperunt rarescere, ipsis etiam negantibus ac solemniter negare paratis, que contra imperium sacrilege conspirasse dicebantur et nulli mortalium velle super his rationem reddere, tamquam soli celo debentes innocentiam, accedentibus quoque in consensum electionis in Alexandrum facte sedibus apostolicis, id est Ierosolimitana, in qua sedit Iacobus apostolus, Antiocena quoque, in qua primo sedit beatus Petrus, que et utreque ecclesie litteras apostolicas meruerunt; sancte quoque Romane ecclesie maiore et potiore cardinalium numero, tribus videlicet solum exceptis[2], in eiusdem Alexandri electionem consentientibus, quem videlicet dominorum cardinalium cetum nos Romanam ecclesiam intelligimus: his inquam, declaratis iam ultra dubitandi locus non est, quin is pro papa legitimo habeatur, quem et electio canonica et consecratio eorum pontificum in sedem beati Petri promovit, quorum id iuris fuisse antique Romanae ecclesie

1 *Cf. infra c.* 53. 2 *Nomina v. infra c.* 53.

iuxta morem probat institutio. Et haec dicimus [illegible] dubitationem [illegible] esse cupientes. Nam finis loquendi audiendus est non concionatoris percontationibus inherendum. Ceterum in hac ipsa catholicae electionis parte acceptanda multa sunt et esse apparent correctione digna, ut est appellationum [illegible] moderatio, que quoadusque Dominus suo purget ventilabro ad [illegible] non puto, sed pia interim ecclesiae patiencia cum gemitu toleranda [illegible] Dominus angelos suos, qui colligant de regno eius omnia scandala.

INCIPIT[a] LIBER PRIMUS DE INVESTIGACIONE ANTICHRISTI.

1. An res que queritur investigacionem admittat.

De investigatione Antichristi divina favente clementia scripturo id mihi primo investigandum[b] videtur, utrumnam ipsa res investigationem admittat. Nam si ea, que de Antichristi adventu publica tenet opinio, constantem haberent[c] veritatem et scripture sancte indubitata auctoritate subnixa sunt, nostra investigatio locum non habet. Siquidem ubi constat veritas et scripture sancte certum quid manifesta [illegible] auctoritas, aliud velle investigare stultum esset atque impium. Videndum igitur quibus innitatur fundamentis eadem de Antichristi adventu opinio, videlicet quod de tribu Dan nasciturus, quod de Babilonia, Chaldeorum metropoli, venturus, quod in templo Dei Ierosolimis sessurus, quod duos testes Enoch et Heliam in personis materiali gladio occisurus dicitur[1], quod tres reges Ethiopie, Libie et Affrice[2] superaturus et post trium annorum et dimidii regnum a Domino interficiendus perhibetur[3].

2. De eo, quod de tribu Dan Antichristus dicitur nasciturus.

Et primo quod de tribu Dan nasciturus dicitur[4], non aliunde fere auctoritatem habere estimo, nisi quod eadem tribus Dan in dispositione castrorum, cum proficiscerentur de Egypto filii Israel, locum ad aquilonem sortita est, et quod de eadem tribu in benedictionibus patriarche Iacob filios suos benedicentis dicitur[5]: *Fiat Dan coluber [illegible] in via, cerastes in semita mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retrorsum.* Et [illegible] illud quod tribus Dan ad aquilonem in dispositione castrorum locum sortita est, parum vel nichil ad rem facere videtur, ut de tribu illa venturus Antichristus putetur. Aut si aquilonaris locus Antichristi generationi competere estimetur, quia scriptum sit: *Ab aquilone pandetur malum,* nichil tamen cogere videtur, ut non de alia quam de tribu Dan Antichristus nasciturus sit, cum plurime gentes, ne dicam tribus, ad aquilonem habitent, ut de qua illarum[d] eadem bestia nascatur dubitabile sit. Neque vero sola tribus Dan, sed cum illa quoque alie due tribus Aser et Neptali castra metati sunt ad aquilonem. Illud vero patriarche Iacob *fiat Dan coluber in via* et cetera, cum Antichristi impietati non incongrue aptetur, eo quod ipse coluber per versutiam tortuosus et quasi cerastes per elationem videlicet tirannicam et virulentam nequiciam cornuto serpenti similis deputetur ungulas equi mordens, populum christianum Domini subiugalem decipiens, ut cadat ascensor eius, quilibet videlicet predicator, retrorsum, populis nimirum rectores suos et in ipsis Dominum sine honore abicientibus, tamen quia pro- Ier. 1, 14.

a *[illegible]* c. b vestigandum c. c haberet c. d illorum c.

1 *Adsonis Libellus de Antichristo, Migne, Patrol. lat. t.* 101, *col.* 1296: Tunc mittentur in mundum duo magni prophetae, Elias et Enoch, qui contra impetum Antichristi [illegible] armis praemunient . . . insurget Antichristus in eos et interficiet. 2 *De [illegible] non nihil legitur.* 3 *Adso l. l. col.* 1297: cum per tres annos et dimidium [illegible] vexaverit . . . ad ultimum veniet iudicium. 4 *Adso l. l. col.* 1292: Sicut [illegible] dicunt, Antichristus ex populo Iudaeorum nascetur de tribu Dan. 5 [illegible]

phetia est, que utique propria obscuritate obtegitur, nemo per hoc cogitur, ut non nisi
de Antichristo dictum intelligatur, maxime cum alii eandem prophetiam in Sampsone
impletam asseverent. Ipse enim inimicis gentis suae Philisteis in terra Saraa et Estaol
erat quasi coluber in via non sinens illesos transire hinc inde venientes, quos inopi-
nate, utut ipsi causari poterant, more colubri vel cornuti serpentis non semel, sed sae-
pius ingenti plaga percussit, ut de casu quoque illorum retrorsum facto scriptura non
*p. 7. cf. Iud. 15, 8. tacuerit dicens, *quia *stupentes* et stupore cadentes *suras femori imponerent.* Et illi
quidem potentia et numero superiores velut in equis, immo et vere in equis et in curri-
bus vectabantur. Hic vero interdum solitarius incedens equum et ascensorem more
deiecit serpentis improviso mordentis. In quo et id serpentinae astutiae vel prudentiae
ib. 15. extitit, quod aliquando se funibus vinciri et vinctum allophilis tradi permisit, quibus
ib. 4. traditus hostes funibus diruptis delevit, quod captis quoque vulpibus alligans faces se-
getes eorum incendit sicque diversis modis laedendi inimicos serpentina calliditate
occasionem nactus est. Sive autem quis de Antichristo sive de Sampsone hanc scrip-
turam interpretetur, non cogimur per hoc, ut de genere Dan et non aliunde Antichri-
stus nasciturus aestimetur. Possunt enim, que de tribu Dan prophetia predixit, etiam
per tropum similitudinis Antichristo convenire, quamvis de illa tribu nasciturus non
sit, sicut econtra mysteria Christi per eundem Iacob per similitudinem in tribu Ioseph
prophetata sunt, de qua tamen tribu, ut notum est, dominus Iesus secundum carnem
Gen. 49, 24. non descendit. Sic enim ait inter cetera idem Iacob benedicens Ioseph: *Dissoluta
sunt vincula brachiorum et manuum eius per manum potentis Iacob, inde pastor egressus
est lapis Israel.* Haec siquidem verba, cum ad sensum vel superficiem littere illi tunc
in carne degenti convenirent Ioseph, cuius vincula brachiorum et manuum[a], quibus
eum dominus suus eunuchus regis Egypti vinxerat dissoluta sunt per manum potentis,
videlicet Dei, qui est potens et dominus Iacob, unde idem, de qua vinculorum solu-
tione egressus est pastor ipse Ioseph pascens Egyptum simul et fratres, quibus ait:
ib. 50, 21. *Nolite timere, ego pascam vos et parvulos vestros* ipseque lapis id est fulcimentum et fir-
mamentum fratrum suorum filiorum Israel, cum hoc, inquam, sensu iam dicta verba
typico conveniant Ioseph, misteria tamen domini nostri Iesu Christi ipsis verbis pro-
Gen. 49, 22. phetata sunt. Ipse est enim verus Ioseph filius accrescens, qui a fratribus, videlicet
Iudeis, venditus ac traditus est gentibus vel Egyptiis ad illudendum et flagellandum
et crucifigendum, cuius brachia et manus usque ad clavorum fixionem ligate ad tempus
fuerant, sed soluta sunt vincula brachiorum et manuum eius per manum potentis Iacob,
id est per manum propriae seu paternae potestatis, qui est Deus potens ac Dominus
Ioh. 10, 18. Iacob. Unde ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum
sumendi eam.*

Et inde de solutione vinculorum eius egressus est pastor, ipse videlicet, qui de
ib. 11, 14. se fidenter ait: *Ego sum pastor bonus,* et idem ipse lapis, firmamentum nimirum et
fundamentum vero Israheli populo videlicet in se credenti. De quo[b] lapide scriptum
Matth. 21, 42. *p. 8. est: *Lapidem quem *reprobaverunt, hic factus est in caput anguli.* Sicut itaque hec
prophetia sub nomine Ioseph in Christum tendens non exegit, ut de tribu Ioseph
Christus nasceretur, sic in Antichristum prophetia sub nomine Dan tendens non exigit,
ut de tribu Dan Antichristus nasciturus sit.

3. Quod de Babilonia perhibetur nasciturus.

Nunc de eo, quod de Babilonia[1] nasciturus seu venturus Antichristus estimatur,
quid firmitatis vel constantie habeat videndum et cui parti scripturarum innitatur. Et

a) *sequitur* eius *del. c.* b) in qua *c.*

1) *Adso l. l.*: civitatem Babyloniae: in hac enim civitate . . . Antichristus nascetur.

nulla quidem canonica scriptura [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], si quis contendens dicat de Antichristo [illegible] intelligi debere, quod in Ieremia de scriptum est: *Quid tu vides, Ieremia?* Et dixi: *[illegible]* *[illegible]* et illud quod Dominus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *[illegible]* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] litere de rege Babilonis contra Ierusalem secundum situm te[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] futuro dicta sunt, non erit incongruum etiam de Antichristo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] virga vigilans visa est, per quam Christus et christiane disciplina [illegible] [illegible] [illegible] sicut olla succensa in visione prophetica opponitur, ita nimirum Christi et christiane disciplinae ac vigilantiae Antichristi pervicatia adversatur, que homines non solum in hac vita viciorum et errorum igne gehennali incendit, sed [illegible] [illegible] [illegible] eternum precipitabit dicente ipsa virga vigilante domino Iesu in fine his, qui [illegible] stris eius erunt: *[illegible]* Ad quam rem et illud [illegible] [illegible] [illegible] stica interpretatione potest, quod Ezechiel propheta ventum turbinis ab aquilone v[illegible] tem vidit ignemque involventem et nubem magnam, cui et illic [illegible] [illegible] [illegible] quatuor animalium seu unius animalis quatuor facies habentis visio opponitur, siquidem semper et ubique Antichristi tirannidi Christi vigilantia obsistit, quae in [illegible] [illegible] oculorum unius animalis salvis aliis sanctis intellectibus animadverti potest. Et in regno quidem Caldeorum Daniel et tres socii eius regis iniqui imperia [illegible] illustres miraculis et potentia dignitatum incliti et clari effecti sunt, in regno vero Christi sanctae Trinitatis cultores quasi pueri tres innumera milia martyrum inter ignes et tormenta ab Antichristo illata fide illesi a Domino conservati et victores incliti claruerunt. Sed et sancti confessores iuxta gratiam Danieli a Deo collatam visionum propheticarum veluti somniorum regalium misteria intelligentes sanctaeque scripturae enigmata solventes etiam ipsi in regno Dei apud Deum et homines clari et incliti effecti sunt.

Sed quid hoc totum ad comprobandum, quod de Babilonia, que ad aquilonem ab Ierusalem sita est, venturus sit Antichristus, cum per aquilonem in sanctis scripturis non semper illa terrena Babilon, sed interdum etiam diabolus intelligi soleat, ut est illud in canticis canticorum: *Surge aquilo et veni auster.* Nempe aquilo frigidus ventus recte in typo diabolo congruit, quia et ipse a caritatis igne alienos homines suos sequaces impietatis gelu constringit. Unde ipse in typo regis Babilonis de se apud Ysaiam prophetam loquitur dicens: *In celum conscendam supra astra celi, exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo*: diabolo quippe in celum conscendere est homines conversatione celestes sibi velle subiugare. Super astra celi solium illi exaltare est illustriores inter sanctos veluti subiectos velle possidere. In monte testamenti sedere illi est etiam literatos ac scientia legis eminentes obsequentes habere. Super altitudinem nubium ei conscendere est ordini in aecclesia predicatorum vel etiam in celo agminibus angelorum semetipsum falsa estimatione preferre. Habet tamen diabolus etiam in veritate astra sibi subiecta, sidera videlicet errantia, homines mente corruptos in impietate spectabiles, reprobos, circa fidem errantes et in errorem mittentes. Habet et suas nubes, sed *nubes sine aqua* et nebulas turbinibus agitatas, homines scilicet [illegible] suae impietatis baiolos[b], sed transfigurantes[c] se velut ministros iusticiae, cum sint ministri satanae, quemadmodum et ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. Hi sacramenta aecclesiae quamvis interdicti, degradati et excommunicati, licet heretici et scismatici ritu aecclesiastico nobiscum specietenus celebrant, propter quod [illegible] [illegible] nubium similes sunt, speciem quidem pietatis in eisdem sacramentis habentes, virtute vero vel efficatia spiritali in eis carentes, immo et dampnationem sibi [illegible] [illegible]

[a] sine [illegible]. [b] [illegible]. [c] transfigurantes [illegible] [illegible].

interdictum communicatoribus afferentes, quod et nubes quidem esse, sed aquis carere ac pro aquis grandines[a] igne mixtas emittere. Celi quoque huius aerei diabolus usque Eph. 6, 12. in diem iudicii, quando mittetur in abyssum, habitator est, unde apostolus: *Colluctandum nobis,* ait, *contra spiritualia nequitiae in celestibus.* Sicque per omnia diabolus ruinosus mortis prepositus per contrarium nititur similis esse altissimo, ut et in contrarietate similitudo et in similitudine contrarietas sit. Quia vero hec, que de diabolo sub typo regis Babilonis dicuntur eius compari vel supari Antichristo congruunt, quippe qui et sua estimatione in celum conscendit, in monte testamenti, in eminentia videlicet legisperitorum, in lateribus aquilonis, in frigidis et a caritatis calore exstraneis hominibus sibi sedem collocat, super altitudinem quoque nubium, quales dicte sunt sine aqua vel nebulae turbinibus agitatae, ascendit, super astra etiam celi, qualia item dicta sunt sidera videlicet errantia, solium suum exaltat, non incongrue forte quis estimabit ipsum, de quo loquimur Antichristum de Babilonia nasciturum seu venturum, ut, quemadmodum Ios. 2, 3. Christo Antichristus opponitur, ita et civitati Ierusalem, de qua scriptum est: *Quia de Syon exibit lex et verbum Domini de Ierusalem,* civitas illa diaboli Babilon etiam in *p. 10. hoc opponatur, quod ex ea venturus sit Antichristus. Et quis huic *oppinioni contradicat? Quis vero etiam affirmare audeat? Nam si manifestis sancta scriptura diceret verbis Antichristum de Babilonia venturum, adhuc subesset dubium, de quanam venturus esset Babilonia, utrum videlicet de illa, que proprie Babilonia dicitur, sita in cf. Dan. 3, 1. *campo Duram,* an de Roma civitate, quae tropice Babilon dicitur, nimirum propter superbiae ac morum illius similitudinem. Unde Petrus apostolus Rome constitutus 1. Petr. 5, 13. fidelibus scribit: *Salutat vos,* inquiens, *aecclesia in Babilone collecta,* sub nomine Babi- 1. Ioh. 5, 19. lonis Romam volens intelligi. Aut etiam quia Babilonis nomine mundi huius in ma- Ps. 136, 1. ligno positi confusio solet generalis in scripturis accipi ut est illud: *Super flumina* [illegible] 8. *Babilonis illic sedimus et flevimus* et illud: *filia Babilonis misera,* item et illud quod fronti mulieris super bestiam coccineam sedentis inscriptum in apocalipsi sua Iohanni Ap. 17, 5. revelatum est mysterium *Babilon magna mater fornicationum* et abhominationum terre, cum, inquam, in his et similibus mundi huius confusa et confusionis plena cupiditas soleat accipi, quis contradicere possit etiam de tali Babilonia Antichristum surrecturum esse, ut necesse non sit illam, quae proprie Babilonia dicitur, intelligere, etiam si in eis scripturis, quarum auctoritati cedendum est, tale quid manifestis verbis dictum, quod minime arbitror, inveniretur? Et hoc pro eo dictum sit, utrumnam de Babilonia illa Chaldeorum metropoli Antichristum venturum estimare oporteat.

4. De eo, quod in templo Dei perhibetur sessurus.

Iam et illud, quod in templo Dei[1] sessurus ab apostolo perhibetur, deducatur ad 2. Thess. 2, 4. medium. Huic enim verbo, quoniam apostolice auctoritatis fundamento nititur, refragari fas non est. Quia vero templo Dei nominatio equivocatur ad duo, ad templum videlicet manufactum et ad templum spirituale, quod est aecclesia Dei, unde idem 1. Cor. 3, 17. 6, 19. apostolus: *Templum,* inquit, *Dei sanctum est, quod estis vos* et an *nescitis, quoniam corpora vestra templum sunt Spiritus sancti,* dubitare licet, de quonam templo dictum convenientius accipi possit aut, si sententia se habeat equaliter ad utrumlibet, unum eorum pro constanti affirmare forte sulticiae reputetur. Et de templo, quod dicitur, aliquo manufacto, quod in eo sessurus sit Antichristus, contradicere non ausim, ostendens se in eo tamquam sit deus, quomodo et Herodes, funestus Iacobi apostoli occisor, in veste regia et auro fulgenti pro tribunali sedisse perhibetur acclamantibus sibi

a) grandiores *c.; em. Sch.*

1 *Adso l. l.:* Deinde Hierosolymam veniens . . . suam sedem in templo sancto parabit.

populis: *voces Dei et non hominis*, unde, quia non dedisset honorem Deo, insanabili plaga percussus vermibus scatens exspiravit. Sic ergo et forte Antichristus in templo aliquo manu facto sedebit, ad cetera vero templa imaginis suae statunculum mittet, ut impleatur quod dictum est per Danielem prophetam et quod in evangelio ab ipso Domino predictum est, staturam abhominationem desolationis in templo vel, quod idem est, in loco sancto sive ubi non debet. Ad quod etiam pertinere quis forte arbitretur illud, quod de bestia illa alia ascendente de terra in apocalypsi Iohannis scriptum est, quoniam faciat omnes habitantes in terra adorare bestiam primam et facere imaginem bestiae, cuius plaga mortis curata est. Et nos quidem tali sessioni Antichristi in templo manu facto non contradicimus, sed adimpletionem prophetiae necessariam non estimamus. Etenim ut adimpleantur ad litteram scripturae id satis esse potest, quod Philo refert, tempore Gaii Cesaris inter ceteras calamitates genti Iudeorum illatas accidisse: *Multa quidem*, inquit [1], *in Gaio erat ingenii pravitas, qua erga omnes homines, tum precipue erga Iudeorum gentem ferebatur et speciali quadam sevicia loca eorum, que divinis habent supplicationibus consecrata, incipiens ab Alexandria diripi et contra religionem moremque gentis profanari iubet, statuis suis et signis ea atque imaginibus replens. Templum quoque sanctae civitatis, quod solum manebat totius profanae contagionis intactum et a maioribus perduraverat asilum, commutare in templum proprii nominis ausus est, ut edes Iovis et nobilissimi novi dei Gai vocaretur.* Iosephus quoque in secundo Iudaici belli libro consona Philoni scribens dicit [2]: *Is autem, qui missus est a Tyberio in Iudeam procurator Pilatus, noctu velatas introferri Ierosolime imagines cesaris iubet ac statui. Quod ubi dies exortus est magnam perturbationem populis excitavit Iudeorum stupentibus et perturbatis ad novam faciem rerum.* Et hec quidem abominatio desolationis, proximante iam civitatis et templi excidio, in templo statuta est, quemadmodum[a] a Domino eadem abominatio desolationis quasi excidii precursorium signum fore predicta est, ut signa infausta et horribilia horribiliores calamitatum et excidii eventus sequerentur nimirum pro piaculo in Salvatoris nece commisso, quem, electo sibi Barraba latrone, reprobantes clamaverunt, ante faciem Pilati: *Non hunc, sed Barrabam.* Item: *Non habemus regem nisi cesarem* quasi rebus ipsis diceretur eis: 'Seditionis vobis auctorem et cesaris regale dominium reprobato salutis auctore elegistis, seditionibus intestinis et gladio cesaris trademini disperdendi'. Denique palam faciens Dominus abominationem desolationis statuendam in templo calamitatis secuture signum existere cum premisisset dicens discipulis suis: *Cum videritis abominationem desolationis, que dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto*, consequenter de excidio secuturo premunit[b] dicens: *Tunc qui in Iudea sunt fugiant in montes* et cetera. Beatus etiam Hieronimus asseverat[c, 3] Adriani equestrem statuam[d] in eodem sancto sanctorum loco usque ad sua stetisse tempora. Cum itaque de abominatione desolationis statuenda in templo prophetia Danielis temporibus Tyberii et Gai regum sufficienter adimpleta sit, quid necesse est adimpletionem eius litteralem tempore Antichristi per manufacta simulacra seu per sessionem illius 'filii perditionis materialem in templo materiali expectare? Quod si obicitur nobis ad Antichristi tempora respicere quod in apokalipsi Iohannis scriptum est de bestia ascendente de terra, quod faciat homines adorare bestiam primam et ut faciant imaginem bestiae, cuius curata est plaga mortis, — fatemur quidem sic scriptum esse, sed in libro obscuritatibus parabolicis pleno, de quo ante nos dictum

Act. 12, 22. 23.
Matth. 24, 15.
Marc. 13, 14.
Apoc. 13, 11. 12.
Ioh. 18, 40.
Ib. 19, 15.
Matth. 24, 15.
2. Thess. 2, 3.
Apoc. 13, 12.

a) quemadm̃ c. b) praemonet *vix recte emendare vult Mühlbacher.* c) assueverat c. d) [illegible]

1) *De legatione ad Caium, Opp. (Francofurti 1691) p.* 1040. 2) *Bellum Iud. II, 9, 2 (Iosephi Opp. ed. Niese, t. VI (1894), p.* 187. 3) *Comment. in Matth. l. IV, c. 24 (Opp. VII, col.* 194.

est, quia tot habeat sacramenta quot verba, immo quod in singulis verbis multiplices Ps. 5, 7. lateant intelligentiae. Et quia scriptum de eiusdem filii perditionis astutia sit: *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus,* non arbitramur bestiam illam tantae fatuitatis existere, ut putet homines ab unius Dei cultu, quo iam olim assuefacti sunt, ad apertum scelus idolatriae posse detrahere, siquidem et gentes multe, super quas necdum nomen Christi invocatum est, simulacra manufacta abdicarunt; sed tota res, ut estimo, sub specie pietatis peragetur, virtute tamen eius abnegata, quomodo si in aliquo scismate generali vel heresi excommunicato, que et reges auctores seu defensores habeat, minores erroris discipuli maioribus erroris magistris reverentia parent et exhibeant faciantque suae perversitatis discipulos, terram videlicet inhabitantes ac terrena plus quam celestia amantes, heresiarchis illis seu scismatis principibus obedire ac sacramenta per eos et eorum pseudosacerdotes ministrata suscipere. Hoc namque est imaginem bestiae facere ipsamque immo in ipsa diabolum adorare. Sicut enim verissime Matth. 10, 40. dicit veritas discipulis suis: *Qui vos audit me audit et qui vos recipit me recipit, qui autem me recipit, recipit eum qui me misit,* sic et filio perditionis vel cuilibet heresiarche seu scismatis principi[a] discipulis suis verum dicere erit: 'Qui vos recipit me recipit et qui me recipit, recipit patrem mendacii diabolum, qui me misit'. Et sicut Iudei ib. 27, 21. non minore, sed utique maiore impietatis scelere reprobato Christo petierunt sibi Barrab-3. Reg. 12, 28. ban, quam[b] olim decem tribus reprobato regno David et unius Dei cultu fecerunt sibi vitulos aureos: sic utique etiam nunc maiori impietate abdicat quisque catholicam 1. Reg. 15, 23. fidem seu pacem et sequitur heresiarcham vel scismatis auctorem; siquidem *peccatum ariolandi est non obedire ac scelus idolatriae nolle acquiescere.* Et utique maius est in celo sedentem contempnere et pro Christo Antichristum recipere, quam fuerit Iudeis humilem et inter homines ambulantem reprobasse et Barabban latronem seu cesorem elegisse, sicut utique dementius esset in montem meridię quam in lapidem nocte offendere.

Tale vero simulacrum in loco sancto stare est mendatium catholice veritati contrarium seu sectam catholice unitati adversam cum suo auctore locum catholice veritatis vel unitatis falsi nominis specie obtinere, quomodo si heresiarcha vel scismatis auctor, qui se papam vel regem catholicum nominet falsitate nimirum per speciem pie-Matth. 24, 16. tatis colorata. Tunc his, qui in Iudea sunt, fugere in montes est veritatis confessoribus ad sanctorum antiquorum vita et doctrina eminentium dicta vel exempla se transferre, ne in convallibus vitae seu doctrinae animalis remanentes publici erroris nebulis in-*p. 13. volvantur, sicque generalis iudicii calamitate quasi communi excidio perversae *civitatis dispereant.

Oppositio[c]. Sed tu quivis manufacti templi et materialis in eo sessionis Antichristi vel imaginis eius in eo collocandae assertor huic meae estimationi resistis et dicis: 'Quomodo templum Dei vel sanctus locus recte vocabitur congregatio hominum quasi lapidum vivorum, in quibus sedes est satanae vel Antichristi sive eius imaginis per communionem vel susceptionem alicuius excommunicate hereseos vel scismatis?' Ad quod Solutio[c]. accipe: Sicut olim apud Iudeos templum Dei dicebatur esse mendaciter quod idem Iudei affirmante veritate fecerant speluncam latronum, unde propheta Ysaias inclamat Ier. 7, 4. eis in verbo Domini dicens: *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes templum Domini, templum Domini, templum Domini est* et cetera: ita mendaciter templum Domini vel ecclesia Dei dicitur congregatio hominum scismati vel heresi excommunicate com-De spirituali templo et abominatione spirituali in ipso. municantium, cum in veritate spelunca latronum sit. In his ergo dum sedem sibi filius perditionis collocat utique abhominatio desolationis in loco nominetenus sancto stare videtur, cum sit talium, ut diximus, hominum commansio in veritate non templum vel ecclesia Dei, sed spelunca latronum et sinagoga satanae. Quibus et hoc ad cumulum

a) principidiscipulis *c.* b) quoniam *minus recte Mühlb. proposuit.* c) *min. scr. in marg. c.*

dampnationis est, quod christianitatis vel religionis alicuius professionis nomine censentur, cum vere christiani et religiosi non sint, sed potius membra sint Antichristi. In quorum numero sunt omnes[1] in sacerdotio, que[a] sua sunt querentes, non que Iesu Christi, simoniaci et in sacris ordinibus incontinenter viventes et insuper contra interdictum sacrificantes et ministrantes et generaliter sanctae professionis, cui ascripti sunt, normam non sequentes. Huc accedit, quod sicut in civitate templum, ita in populo vita debet esse religiosorum. Sed dum professionem sublimem vita [illegible] terrena, dum qui nomine et quaestu sunt clerici, habitu milites, vita neutrum sunt, dum non solum sicut populus sic sacerdos, sed multo deterior a conversatione plebis vita sacerdotis est, haud dubium quod debuit esse templum extat spelunca latronum, vanitatis conventiculum, volutabrum vitiorum. Nam quilibet ex populo uno legitimo thoro contentus est aut in deterius proruens nisi resipuerit[b] pro ethnico reputabitur et publicano: hoc vero clericorum biforme genus ypocentauris simile[2], quasi latro certa sede carens de domo in domum transiliens, dum legitimum non potest habere matrimonium, numerosa sectatur pene impune contubernia feminarum.

5. De spectaculis theatricis in ecclesia Dei exhibitis[3].

Et sacerdotes, qui dicuntur, iam non ecclesie vel altaris ministerio dediti[c] sunt, sed exerciciis avariciae, vanitatum et spectaculorum, adeo ut ecclesias ipsas, videlicet orationum domus, in theatra commutent ac mimicis ludorum spectaculis impleant. Inter que nimirum spectacula, astantibus ac spectantibus ipsorum feminis, interdum et Antichristi, de quo nobis sermo est, non, ut ipsi estimant, imaginariam similitudinem exhibent, sed in veritate, ut credi potest, iniquitatis ipsius misterium pro parte sua implent. Quidni enim diabolus abutatur in serium rebus sibi exhibitis in vanitatis ludicrum, sicut dominus quoque Iesus convertens in seria ludibria, quibus apud Iudeos vel Pilatum in passione sua affectus est? Inde enim nunc regius honor, prophetalis vel sacerdotalis reverentia, insuper et divinus honor ei merito exhibetur, cum quia natus ex Deo, quin et secundum carnem ex regali ac sacerdotali prosapia omnia hec iure paterno hereditavit; tum etiam quia eadem per spinee coronae sceptrique[d] simulati vel purpure gestationem per adorationis ei exhibite simulationem, per albe vestis indutionem, per prophetandi a quo percussus fuisset exactionem dici et esse rex regum, Deus quoque sacerdos et propheta magnus commeruit. Per hec enim, que dicta sunt, ut palam est, regia in eo sublimitas divinitatis maiestas, sacerdotalis ac prophetalis dignitas irrisa sunt, sed ipse, qui est veritas, irrisionibus eorum in veritatis serium usus est. Quid ergo mirum, si et isti nunc Antichristum[4] vel Herodem[5] in suis ludis simulantes[6] eosdem non, ut eis intentioni est, ludicro mentiuntur, sed in veritate exhibent, utpote quorum vita ab Antichristi laxa conversatione non longe abest? Horum enim locum

a) qui *nescio qua de causa Mühlbacher emendandum censet.* b) respuerit *c.* c) debiti *c.* d) ceptrique *c.*

1) *Eosdem aggreditur c.* 22. 43. 50. *multis aliis locis; cf. K. Sturmhöfel, 'Gerhoh v. Reichersberg' (Leipzig* 1888), *p.* 5, *n.* 27. 2) *Cf. Comm. in ps.* 64, *c.* 29. 44; *cf. Isidor. Etym. I, c.* 40, *ed. Arevalus III, p.* 71. 3) *De hoc capite fusius egit K. Sturmhöfel, 'Der geschichtliche Inhalt von Gerhohs v. Reichersberg I. Buche: Ueber die Erforschung des Antichrists' I (Progr. Programm der Thomasschule in Leipzig* 1887), *p.* 9 *sqq. Edidit iam Stulz l. l. p.* 130 *sq.* 4) *Mysterium simile de Antichristo, nisi idem quod Gerhoh in animo habet, ed. W. Meyer ex cod. Tegernseensi in 'Sitzungsber. der philos.-philol. Classe der Münchener Akad. der Wissensch.'* (1882) *I, ubi cf. p.* 15. 5) *Talem ludum ed. Th. Wright, 'Early mysteries and other Latin poems' (London* 1838), *p.* 23—28. 6) *Cf. Comm. in ps.* 133, *Migne t.* 194, *col.* 890.

quidem sanctum et vitam sanctitati contrariam si adtendas, quasi alienigenas[a] in arce et abominationem desolationis videre te suspicaberis in loco sancto stantem. Contigit, ut comperimus, aliquando apud tales, ut eum, quem inter ludicra sua quasi mortuum ab Heliseo[1] propheta suscitandum[2] exhiberent, peracta simulatione mortuum invenirent. Alius item Antichristo suo quasi suscitandus oblatus intra VII dies vere mortuus, ut comperimus, et sepultus est. Et quis scire potest, an et cetera simulata, Antichristi scilicet effigiem, demonum larvas[3], Herodianam insaniam in veritate non exhibeant? Eccl. 21, 30. Sicut enim in veritate a sapiente dicitur, quia *maledicens impius diabolum maledicit se ipsum,* ita consequenter dici ab eadem veritate potest, quod impius effigians diabolum vel eius membrum effigiat vel exhibet se ipsum. Exhibent preterea imaginaliter et Salvatoris infantiae cunabula, parvuli vagitum, puerpere virginis matronalem habitum, stelle quasi sidus flammigerum[4], infantum necem, maternum Rachelis ploratum[5]. Sed Ps. 39, 5. divinitas insuper et matura facies ecclesiae abhorret spectacula theatralia, non respicit in vanitates et insanias falsas, immo non falsas, sed iam veras insanias, in quibus viri totos se frangunt in feminas, quasi pudeat eos, quod viri sunt, clerici in milites, homines se in demonum larvas transfigurant. Dumque huiusmodi vanitates et insanie sacramentorum demoniacorum[b] celebrandorum locis et temporibus se ingerunt, quasi abominationem desolationis in loco sancto videre est. Paulo minus enim turpe est faciem ecclesiae talibus vanitatum spectaculis christianos fedare, quam olim in templo fuerit imagines Gai cesaris gentiles intulisse vel Pilatum. At si quis parietem hanc fodiat et lucernam euangelice animadversionis admoveat, videbit certe abominationes maiores cf. Num. 25, 3. his. Nam dum in semetipsis templum Dei violant, dum membra sua Deo dicata Beelfegor consecrant, dum misterium sacerdotale et leviticum per contubernia feminarum polluunt, dum questum pietatem existimant, dum stipendiis Dei ministerio deputatis vanitatibus et non Deo militant, dum pauperum victualia in luxurias transferunt, quid *p. 15. nisi *abominationem desolationis semetipsos in loco sancto constituunt? Et cum sint in cetu talium nonnulli genere clari, litterarum scientia illustres, diviciis ampli, corporis et vestium cultu splendidi, ut tale quid de eis ab admirantibus etiam discipulis dici Marc. 13. 1. Domino vel cuilibet eius vicario possit: *magister aspice quales lapides et quales structure* magistro celesti non faciem rerum, sed corda intuenti non est nec esse debet cura de talium structura lapidum, qui ab apostolice edificationis dissident fundamento, dicet- Matth. 24. 2. Luc. 21. 6. que de his: *Amen dico vobis, non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.* Bonum quippe est male edificata primo bene destrui, ut melior edificatio de isdem subsequi valeat lapidibus et impendiis.

6. De templo manufacto quociens post primam edificationem destructum et reparatum sit.

Venit nunc in mentem, quod olim circa templi fabricam Ierosolimis accidit. Herodes funestus, parvulorum nece cruentus, proprie uxoris ac filiorum parricida viro- cf. 2. Esdr. 2, 5. rumque per omnia sanguinanus[c], templum ipsum olim a Salemone CXX cubitorum altitudinis fabricatum, cum destructum a Chaldeis sub ducibus Zorobabel et Neemia filii captivitatis adortantibus prophetis LX[ta] cubitorum altitudinis reedificassent, dolens is, quem describimus, Herodes altitudinis ei, qua per Salomonem primo constructum fuerat, mediam partem deesse, ad solum dirui precepit, quod etiam in pristinam sub Salomone

a) alienienas c. b) demoniacum c. c) sanguinarius *legendum?*

1) *Immo Elia et Enoch.* 2) *Cf. W. Meyer l. l. p.* 16. 3) *Sunt hypocrisis et heresis.* 4) *In ludo, quo de Herode et adoratione magorum agitur apud Wright l. l. p.* 24. 5) *Cf. 'Interfectio puerorum', quem ludum ed. Wright l. l. p.* 29 *sqq.*

dispositam altitudinem intra unius anni et V mensium spacium reformavit, arbitrans forte obsequium se prestare Deo, immo quod est verius, suae vane consulens gloriae seque stulte preferens sanctorum studio patrum ac prophetarum in celeritate operis et impendiis sumptuum. [illegible]

Addo etiam idem ipsum templum a filiis transmigrationis, ut dictum est, reedificatum, rex Grecorum Antiochus profanare non timuit; sed obsistentibus ei Machabeis ac pro patriis legibus pugnantibus in manibus eorum opus, Domino cooperante, prosperatum est et civitate ac templo receptis denuo ab eis templum consecratum et coronis aureis perornatum est. Post que omnia funestus, ut premissum est, Herodes manum apposuit, idemque templum ad solum diruens in duplam altitudinem reformavit ex tam politis et pergrandibus lapidibus, ut, quod supra quoque commemoratum est, admirantes discipuli dicerent Domini: *Magister, aspice quales lapides et quales structure!* Quibus et quod notum est Dominus respondit: *Amen*, inquiens, *dico vobis: non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.* 1 Macc. 1 2 Macc. 10 Marc. 13, 1 13, 2

7. De spirituali intelligentia dimensionum templi.

Sed quorsum ista? Nimirum quia opere precium scire est ea que in templi illius manufacti fabrica typice precesserunt, nunc in aecclesia, que verum Dei templum est, in veritate actitari et ad nostra usque tempora esse actitata. Verus namque Salemon, id est pacificus dominus noster Iesus Christus, qui est pax nostra et spiritus eius verum et vivum Dei vivi templum ecclesiam sanctam ex vivis lapidibus construxit, cuius etiam dimensiones ad instar illius templi manufacti, quod huius veritatis velut umbra precesserat, procuravit. Eph. 2, 14

8. Longitudo.

Longitudo siquidem illius templi manufacti LX cubitorum una cum oraculo extitit. Nam XX cubitos oraculum tam in longitudine quam in latitudine simul et altitudine, id est quadrati cubici speciem tenuit, quo sanctorum et spiritualium in ecclesia perfectio significata est, quos nec prospera extollunt nec adversa deiciunt, sed semper equalis sunt animi *spe gaudentes, in tribulatione pacientes, necessitatibus sanctorum communicantes.* In his namque tribus sanctorum et perfectorum quasi quasdam, immo vere, spirituales dimensiones tenes; nam quod spe gaudent altitudinis est, quod in tribulatione pacientes longitudinis, quod necessitatibus sanctorum communicant latitudinis est; caritate namque ad proximum tendi spiritualiter dilatari est. Longitudo vero domus pro foribus oraculi XL cubitorum extitit, quo nimirum numero passiones huius vitae significantur, in qua aecclesia pro Christi fide persecutionibus et passionibus atterenda est, quo videlicet sacramento Moyses et Helyas pro suis pariter et populi peccatis[b] XL diebus ab omni cibo abstinuerunt. Ipse quoque Dominus item XL dierum ieiunio abstinens pro nostris iniquitatibus quasi quadraginta plagis legalibus vapulavit. Quia enim mundus ex quatuor elementis subsistit et quatuor decurrit temporibus, cuius amorem Conditoris amori[c] prehabentes decalogum legis violavimus, iure quater decies vapulamus, id est patientiam nostrae longanimitatis per omnia presentis vitae temptamenta extendimus, affirmante nimirum apostolo: *Quoniam non sunt condigne passiones huius temporis ad superventuram gloriam, que revelabitur in nobis.* Cui misterio et illud concinit, quod tota templi longitudo LX cubitorum tendebatur. Quia enim homo sexto die conditus est totique visibilium creature prelatus, qui et ipse amori Creatoris se ipsum prehabuit nimioque sui amore naturalis legis in se decalogum corrupit, iure etiam longitudo pacientiae eius sexies denaria esse debet, ut, quicquid creatura [illegible] Rom. 12, 12 Rom. 8, 18

a) [illegible] in marg. [illegible] b) peccati [illegible] c) [illegible]

diebus condita homini temptamentorum[a] inferre valet, omnia pro Christo et lege ipsius ferre paratus sit. Divisit autem Domini pietas ipsa contra ecclesiam temptamenta (Iob. 38, 24.) surgentia, sicut dictum est ad Iob: *Dividitur estus super terram,* ut cum omnia temptamentorum genera percurrere habeat nullumque ei tempus a temptamentis liberum transeat, raro tamen vel nunquam contra eam, nisi forte in ultima Antichristi persecutione (Matth. 24, 22.) simul universa consurgant. Sed breviavit Dominus etiam dies illos. *Qui nisi fuissent breviati, non fieret salva omnis caro, fidelis namque Deus, qui non patietur* ecclesiam (I. Cor. 10, 13.) suam sicut nec ullum aecclesiae membrum, quod predestinavit in gloriam, *temptari supra quam potest, sed faciet cum temptatione etiam proventum, ut possit sustinere.* Et (Ps. 9, 19.) inde est, quod *pacientia sanctorum non peribit in finem,* que, ut diximus, pacientia pro Dei legibus usque ad mortem habita decies senaria vel sexies dena templi non manufacti, quod est ecclesia, longitudo est.

9. De latitudine.

Latitudo quoque templi huius, quod ecclesiam intelligimus, ad instar illius manufacti templi vicenis cubitis tenditur; qui numerus binarius decenus est, latitudinem (*p. 17.) caritatis significans, que ad proximum tenditur minusque quam inter *duos haberi non potest. Oportet autem, ut et decena sit, quatenus legis decalogum non transgrediatur (Ps. 10, 6.) alioquin faciens et diligens iniquitatem odisset animam suam sicque nec proximum tanquam se ipsum diligere posset, cum utique nec se ipsum diligeret. Qui autem ordinate se ipsum diligit primo ac pre omnibus suum principium, quod est Deus, diligit; diligens vero Deum eius, quem diligit, mandata custodit. Sicque secure se ad proximum caritas tendit Dei ac suimet dilectione formata et obedit iam ordinate precepto (Matth. 22, 39.) dicentis: *Diliges proximum tuum sicut et ipsum,* in quo nimirum uno sermone omne completur mandatum. Sit ergo decena caritas, ut primo se ipsum homo secundum Deum et[b] eius mandata diligat. Denarius vero hic duplicetur, ut se ad proximum tendat. Dumque primo quod tibi fieri legaliter non vis nec proximo facis, que utique caritas initialis est; ac deinde quod tibi fieri legaliter vis etiam proximo impendis, quod perfectionis est, templi utique sancti, in quo inhabitat Deus, bis denorum cubitorum latitudinem implesti. Templum enim Dei sancta hec decet latitudo in longitudine dierum, in qua binarius se ad proximum tenderit et decalogum legis non excedit.

10. De altitudine templi.

(cf. 3. Reg. 6, 2.) Templi sane altitudo, quae secundum regum volumen tricenis cubitis tenditur, se- (cf. 2. Paral. 3, 4.) cundum paralipomenon CXX cubitorum fuisse dicitur. At, ne sacra hec testimonia alterutrum adversari videantur, recte intelligitur ea que triginta cubitorum extitit ad inferius tabulatum pertingere, ea vero que CXX cubitorum ad summum usque templi fastigium[c] pertendere. Tria enim cenacula domus continebat, infimum, medium et supremum, per que tres aecclesiae ordines, id est coniugatos, continentes et doctores prefiguratos agnoscimus, qui et per tres viros Noe, Daniel et Iob in prophetia Ezechielis presignati sunt. Sive autem in triginta sive in CXX cubitorum altitudine dignum scitu subesse misterium nequaquam dubitaverim. In triginta namque cubitorum altitudine spei nostrae, quae secundum fidem est, sublimitas innuitur. Sicut enim nunc in patrem Deum omnipotentem et in eius Filium unigenitum atque in sanctum amborum Spiritum credimus, ita nos eiusdem sanctae Trinitatis visione beatificandos speramus. Quam utique spei nostrae celsitudinem Iohannes nobis apostolus commendat (I. Ioh. 3, 2.) dicens: *Karissimi, nunc filii Dei sumus et nondum apparuit quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus, videbimus enim eum sicuti est.* Altitudo sane

a) teptam. c. b) ut c. c) fastidium c.

CXX cubitorum ad summum templi usque pinnaculum pertingens summe numeri electorum mihi videtur congruere, in quos in initio surgentis ecclesiae, veri scilicet Dei templi, gratia Spiritus sancti effusa est. *Erat enim*, ut Lucas ait, *turba hominum simul fere CXX*. Quare autem vel in templi manufacti Domino sanctificandi altitudine vel in electorum summa Spiritus sancti adventu consecranda Deo hic numerus complacuerit requirendum existimo, non enim magno vacare crediderim mysterio, quod iteratur in facto. Etenim ipsum de quo loquimur templum manufactum in eandem CXX cubitorum altitudinem non sine Dei nutu licet per funestum Herodem, ut prediximus, reformatum est, antequam Dominus in ipso cum oblatione a parentibus presentaretur, que maxima erat eiusdem templi sanctificatio et gloria, unde et per prophetam predictum est, quia *maior erit gloria domus huius novissimae plus quam primae*, sicut electorum quoque summa non ante Spiritu sancto consecrata Deo in templum est, quam ad numerum hunc a Deo prefinitum pervenit. Igitur pro nostra mediocritate huius sacrati ac Deo complaciti numeri scrutemur sacramentum.

11. Septem[a] et octo partes.

Omnibus sacrae scripture studiosis cognitum, numerum quindecim propter duas partes ipsius commendabilem existere, que sunt VII et octo. Nam dicente Salomone: *Da partes VII necnon et octo* VII partes damus, dum secundum legem mandati veteris spiritualiter sabbatizantes a viciis feriamus; octo vero partes damus, dum secundum novae legis lationem nos per octo virtutum gradus exercentes ad octonariam beatitudinis tendimus remunerationem. Propter hoc et octavus dies dominica resurrectione consecratus est. Octonarius primus in numeris cubicus est, eternae beatitudinis nobis in anima et corpore stabilitatem simul et soliditatem designans, sicut septenarius quoque nobis non solum sabbati spiritualis feriationem indicit, sed et septem sancti Spiritus donorum, per que ad virtutes fecundamur, participationem promittit. Has itaque duas quindenarii partes, septem videlicet et octo, in nostrae pio conversationis studio in unum coniungimus et quasi quindecim graduum canticum Deo accepte canimus, dum feriantes a viciis, septem quoque spirituum donis ditati, per octo virtutum exercicia ad octonarium beatitudinum culmen Christo conresurgentes pertingimus. Sed quid hec, inquies, ad numerum CXX, cuius misterium queritur, pertinent? Multum per omnem modum. Nam si ab uno incipiens et eo numero, qui apud aritmeticos aggregativus dicitur, numerando ad quindecim usque procedas, CXX in summa complesti. Qui etiam numerus in plano dispositus formam trianguli exhibet, cuius tres extreme lineę invicem reductae equalis extent longitudinis, qualibet earum quindecim in se unitates retinente. Et quid huius misterio numeri pulcrius, in quo et trianguli species fidem sanctae Trinitatis informat et quindenarius in extremis finibus triangulae figure tripliciter occurrens in duabus partibus suis, septenario videlicet et octonario, mores instruit, insuper et beatitudinis per immutabilem statum fidelibus repromittit? Propter hoc, ut estimo, et originali mundo, qui per aquas periit, iste annorum numerus, id est CXX ad penitentiam indultus est dicente Domino ad Noe: *Eruntque dies hominis CXX anni*, ut sciret homo euangelicus per Spiritum a Deo doctus hanc ipsi Deo gratam esse atque sufficientem ad placandum penitentiam, que et in fide sancte Trinitatis agitur et quam feriatio a viciis studiumque virtutum comitatur. Qui enim sic per septenarium et octonarium penitet, quasi per centum viginti annos Deo satisfaciens, non solum sabbatizans a viciis, eternae et extremae ultionis evadit supplicium, sed et culmen virtutum atque beatitudinis eternae consequetur octonarium dicente Domino: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum* et cetera.

a) *nigro atram. in marg.* c.

12. De dimensionibus recapitulacio et spirituali ornatu templi.

Iste itaque dimensiones. Hec longitudo fidelis pacientiae ac fidei omnia propter Deum sustinentis; hec amplitudo caritatis se ad proximum in Deo et propter Deum dilatantis; hec sublimitas celestis conversationis et spei se in Deum erigentis gratum Deo templum, sanctam eius aecclesiam, efficiunt LX in longum, XX in latum, XXX vel etiam CXX in altum spirituales cubitos obtinentem. Huius templi aurum divinitatis noticia, cultus et amor est; argentum eius in divinis rebus eloquentia; preciosi lapides eius virtutum margarite sunt; thimiama eius bonae opinionis fragrantia; thus lucidissimum eius conscientiae puritas et orationum incensa sunt; altare thimiamatis eius Christus Iesus sanctorum preces et orationes excipiens; altare quoque holocausti et sacrificiorum et victimarum idem Christus est poenitentiam conversorum et vota quoque fidelium non repellens. Singuli templi huius lapides quique fideles; tabulata auro affigendo preparata pietas cordium, devotio mentium est. Non nobis vacat nec propositum est per singula spirituales templi huius structuras vel ornatus perstringere, sed ad ista intulisse sufficiat, quatenus sciamus Deo fabricatori eius maiorem de hoc templo quam de quolibet manufacto quantumlibet ornato vel amplo curam existere. Nam cetera omnia manufacta Dei templa propter istud facta sunt et fiunt; ista vero domus pro suimetipsius precio a domino Iesu Christo propriae predicationis labore, immo et mortis eius impendio fabricata Spirituque sancto de celo misso consecrata est. Itaque quantum hec domus omni templo prestat manufacto tanto eius profanatio abominabilior Deoque et hominibus detestabilior est et esse debet. Quod vero in rebus detestabilius Christoque magis contrarium est hoc sibi vendicare Antichristum dubitari non potest.

13. Adaptacio ad ecclesiam eorum quae in templo illo facta sunt.

Ea propter quanta malignatus est inimicus in hoc sancto Dei templo, quod est aecclesia, insuper vero et in illo Ierosolimis in huius typum facto, quanta item nimirum in figura passionum et agonum aecclesiae Domino permittente idem inimicus malignatus sit, perstringere atque invicem sibi veritatem et umbram conferre, Deo favente, curabo, ut de abominatione quoque desolationis, qualis et in quo templo querenda sit, a bono rerum estimatore[a] sciri possit. Illud namque templum a David et Salomone regibus divino instinctu fabricatum per regem Babilonis igni combustum et ad solum dirutum est. Ecclesiam quoque a vero David, domino nostro Iesu Christo, atque ab
*p. 20. eius Spiritu tanquam Salemone vero constructam et dedicatam *item Babilonicus rex,
1. Petr. 5,13. id est imperator urbis Romae, quam tropice Petrus Babiloniam nominat, Nero videlicet
et quilibet eius potentie simul et impietatis successor persecutionibus, proscriptionibus et omnis generis tormentorum cruciatibus contra eam deseviens, quantum in ipso erat destruxit atque incendit, quin et totum mundum Babilonie caminum effecit, in quo, ut superius quoque memoratum est, sanctae Trinitatis cultores, quasi tres pueri sancto certamine desudarunt, qua in tempestate innumera sanctorum milia ab unius Dei cultu nolentium transire ad culturam creature illustre martirium duxerunt. Sed Dominus in eadem temptatione sanctis suis affuit eosque vel in passione confortans vel passiones, ut tolerari possent, mitigans, flammam ignis de fornace excussit; insuper vero consolationibus eos sui spiritus refovens medium fornacis fecit eis quasi ventum roris flantem, unde et post fornacem passionum vivere se miraculis multipliciter protestati sunt, demonibus ex obsessis hominibus ad eorum sepulcra fugientibus et qualibet infirmitate detentis consolationem recipientibus.

a) estimare *c.*

14. De hereticis reedificacionem ecclesie impedientibus.

Deinde Cyro Persarum rege captivitatem Iudeorum relaxante, templum quoque et civitas Ierusalem, ut reedificarentur, permittente, itemque Dario et Artaxerse, Persarum et Medorum regibus, idem concedentibus, opus diu dilatum est, impedientibus [illegible]rum vicinis viris potentibus eosque in manu et robore prohibentibus. Interdum vero et in dolo simul edificare idem vicini promittebant, sed admissi non sunt, utpote homines aliene fidei atque in multis comprobati inimici. At vero Zorobabel, dux filiorum Iuda, et Nehemias sacerdos perstabant in opere, donec eandem domum Dei ad consummationem perducerent. Et hoc edificationis tempus per XL et VI annos protelatum est, nimirum adversariis iam dictis eidem operi obnitentibus. Unde Iudei obloquentes Domino: *XL*, inquiunt, *et VI annis edificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud!*

Que utique tempora temporibus heresium videntur mihi congruere, quando regio culmine ad fidem inclinato, legibus quoque malis ablatis, bone leges pro ecclesia late sunt. Tunc enim per Arrium[1], Sabellium et Fotinum aliosque quam plurimos hereses diverse contra ecclesiam pullularunt, qui eius edificationem impedientes tanto nocentiores hostes extiterant, quanto quasi e vicino habitantes in multis nobiscum erant. Quin et regum animos in suae perversitatis dogma trahentes contra ecclesiam concitabant. Unde Constantius, Constantini filius, multa sanctis Dei mala intulit[2]. Sed et Gotorum reges Arriani multas et graves sanctis Dei, maxime autem sacerdotibus, per totam Affricam persecutiones intulerunt, quae omnia suis locis digesta inveniuntur, nos quoque, prout opportunitas poscet[a], memorabimus. At vero sancti Dei confessores et doctores Hylarius, Ambrosius, Augustinus aliique illustres viri pro fide catholica murum se opponentes tamdiu mendatio restiterunt, donec dampnatis heresibus iudicium eorum ad victoriam pervenit.

15. De actis Anthiochi Epifanes, cui statui ecclesie tipice conveniant.

Tercio per Antiochum Epifanen eadem domus Dei manufacta[b] illato in eam statunculo Iovis contaminata est talisque abominatio desolationis in loco sancto per tres annos stetit, cum et civitas Ierusalem per VI annos vastata iaceret, quo tempore, ut liber Machabeorum continet, pastoforia templi diruta et in atriis virgulta nata sunt, cum et impudice mulieres sacris se edibus ultro ingerebant introferentes que fas non est et templum commessationibus plenum fuit, hoc precipiente tunc et tormentis exigente Antiocho, ut Iudei a patriis translati legibus ad ritum gentilium transirent, quatenus omnis populus esset populus unus. Cui impietati Iudas restitit Machabeus et fratres eius et protegente eos Domino in manibus eorum opus prosperatum est, ita ut, cum essent pauci, de magnis regibus ac de multitudine hostium triumpharent sicque tandem civitatem et templum reciperent. Quo in tempore sacerdotium quoque venale apud regem factum est. Nam Iason proprium fratrem Oniam virum optimum datis ac promissis pecuniis cum subplantasset atque in captivitate[c] detineret idem Iason a Menelao subplantatus est, superponente sibi argenti talenta trecenta. Sed cum pecunias promissas solvere neglexisset, et ipse sacerdotio deturbatur succedente sibi Lisi

a) posset c. b) manufacti c. c) captivitatem c.

1 *Cf. Widonis epist., Libelli I. p. 7.* 2 *Cf. Sulpic. Sever. Chron. II,* [illegible] *Halm p.* 93; *cf. Bernaldi Libellus X, Libelli II. p.* 130. 3 *Cf. Humberti adversus simoniacos l. III. c.* 18, *Libelli I. p.* 220. 221.

. Macc. 4, 32. macho fratre. Rursum Menelaus sacerdotium reambiens aurea quedam vasa, quae fura-
ib. 34. tus fuerat in templo, dedit Andronico. Pro qua re dum argueretur ab Onia, dedit
consilium Andronico, quatenus Oniam interficeret, sicque factum est, et Menelaus per
fraudulentiam simul et violentiam in potestate permansit. Et hec tercia templo illi
manufacto tribulatio fuit. Cui rei mihi simile videtur illud malum, quod item tercio
loco, post ea quae praedicta sunt, in ecclesia et contra ecclesiam Dei actitari machi-
nante diabolo cepit.

16. De statu ecclesie temporibus Heinrici IIII[ti], quomodo temporibus et actis Antiochi congruat.

Postquam enim per sanctos et illustres viros devictis heresibus ecclesia victoriam
et pacem obtinuit, cum interim quoque diviciis et honoribus regalibus eadem ecclesia
per reges et principes aucta simul et cumulata est, ambiciosorum pervicatia quasi in-
testino bello eam vastare cepit. Siquidem et reges a temporibus Caroli Magni ex
concessione quorundam Romanorum pontificum, videlicet Leonis tercii et Adriani se-
cundi[1], ecclesiasticarum sibi dignitatum investituras vendicabant et persepe in ecclesia
p. 22. Dei non quos volebat[a], sed quos volebant in episcopalium sedium *apicem exaltabant
et quos volebant humiliabant. Quorum tamen regum nonnulli circa huius cladis prin-
cipia modestius se in his atque temperantius agebant nimirum electionibus aecclesia-
sticis in concedendis honoribus deferendo, ipsasque dignitates non ad gratiam seu
pecuniae precium, quin potius ad morum et scientiae prerogativam largiendo[b]. At vero
Exod. 2, 8. ubi ad reges ventum est, qui ignorabant Ioseph, ecclesia, que erat domina, facta est
Iud. 18, 1. ancilla et sicut, quando tribus Dan cepit sibi querere possessionem, cum iam non esset
rex in Israel, sed unusquisque quod bonum sibi videbatur hoc faciebat, cum iam in
ib. 13 sqq. ecclesia Dei vel in domo Michae cepit esse idolum et sacerdos conducticius, non electio
cleri, non consensus honoratorum, non petitio populi in ordinandis episcopis quereba-
tur, non sanctitati vitae, non scientiae illustriori delatum est, sed quicumque volebat
implebat manum suam et factus est sacerdos non iam Domini, sed mammonae ac prin-
Matth. 4, 9. cipis huius mundi dicentis: *Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Quid enim
1. Ioh. 5, 19. erat nisi diaboli principis huius mundi in maligno positi adoratio, principum, in quibus
superbie et avaricie spiritus habitabat, ad hoc clientele deservire, ut quisque illis fami-
liarius deserviens dignitatis ecclesiastice alicuius apicem cicius consequi potuisset; cum
taliter aliunde videlicet ascendentes non ad aliud nisi, ut essent heretici promoveren-
tur? Nam et ipsi talium ordinatores dicti episcopi, cum essent indubitati simoniaci
iam olim in suo auctore a magno Symone Petro aliisque successoribus eius legittimis
predamnati, nichil preter dampnationem[2], quam habuerunt suis ordinatis, conferre
potuerunt; ipsique talium ordinati per eorum manus impositionem vulneratum ab
eis caput reportaverunt. Quid sponsam Christi, sanctam ecclesiam non periculi vel
mali sub talibus pronubis et sodalibus sponsi passam arbitremur, irruentibus nimi-
rum ad eam passim et, ut dictum est, aliunde ascendentibus quibuslibet vel pecu-
niosis iam ad omne vicium exercitatis vel a descendentibus nobilibus ad omne vicium
cereis, ad quos monendos vel arguendos quilibet accessisset velut a spinis et tri-
bulis convulsus et dilaceratus abiisset? Tales namque ad sponse Domini castitatem

a) volebat *c.* b) larigendo *c.*

1) *Cf. Wido Ferrar. de scismate Hildebr., Libelli I, p.* 565: Hanc concessionem Adrianus apostolicus Karolo, Leo tercius Ludoico . . . confirmaverunt. *Adriani I. et Leonis VIII. ficta in animo habet; cf. E. Bernheim, 'Forsch. z. D. Gesch.' t. XV, p.* 635; *cf. infra c.* 85. 2) *Cf. Humberti adv. simoniacos l. II, c.* 26, *Libelli I, p.* 170—172.

nemine prohibente libere irruerunt, non ut fratri defuncto [illegible], sed ut [illegible] suae vesanie cecas cupiditates explerent. Quis ad eiusmodi arguendos prosiliret, quos et imperialis tuebatur auctoritas, diviciarum quoque facultas et amicorum vel cognatorum potentia, clientum *officiositas et multitudo similium defendebat? Cum a capite, [illegible] imperatore videlicet, non bene sano et a pontificibus lepre huius contagio [illegible], per totum fere cleri corpus pestis se diffuderat. Nam dum episcopus [illegible] marcarum quot centenariis coemisset, quam non ipse sibi subiectam dignitatem ad resarciendum dampnum suum venderet? Sic ergo ab eo abbates, prepositi, archipresbyteri, archidiacones ac presbyteri constituti quid non et ipsi ecclesiasticarum administrationum usque ad sepulturae locum et officium venale haberent, quatenus et ipsi vel divicias cumularent vel saltem marsupia exinanita replerent? Parum vero dixi vel ad gratiam vel ad pecunie aut obsequii exhibitionem honores ecclesiasticos laica manu fuisse adolescentibus collatos, quin insuper ad impietatis et miseriarum augmentum hi facilius eosdem consequebantur honores, qui obstinatissimi[a] in flagiciis extitissent et hoc maxime Hainrico IIII[to] imperium tenente, qui et ipse omnes usque ad sua tempora reges vel augustos immo, ut credi potest, omnes homines in flagiciis preibat. Nam secundum quod dictum est Iohanni in sua apocalipsi divini concessione iudicii: *Qui nocet noceat adhuc et qui in sordibus est sordescat adhuc*, ego cum huius hominis sordes mente aversa recolo, quas publicus abhorret auditus, id quod dictum est, sordescat adhuc, id est ultra vel amplius, ego in hoc homine finaliter completum existimem, cui in sordibus parem, ne dicam superiorem, inveniri posse non putaverim. Nam si mihi recolas Iovem adulterum, si Neronem spurcum simul et facinorosum, si Maximinum et ipsum simul crudelem et flagiciosum: ego adhuc isti in flagitiis palmam dederim, qui et equalis eis aut etiam superior in flagiciis esse potuit et in augmentum sceleris eadem flagitia sub titulo christianitatis peregit. Nam *si inimicus meus*, ait propheta in persona Domini, *maledixisset mihi*, verbi gratia Iudeus vel paganus, *sustinuissem utique, tu vero homo* christiane *unanimis dux meus et notus meus* subauditur mala mihi inferendo non eris sustinendus. Erat in eius contubernio impudicorum grex ex clericis et laicis illustrioris prosapie congregatus. Erat ei item adunata iuvencularum et matronarum tanta multitudo quantam nec sine querela regiae domus mansio vel profectio sustinere potuisset, quarum tamen plereque a propriis viris abstracte invite et captive ad opus nefarium ducebantur[1]. Per horum commixtionem preter cottidianas spurcicias diabolo vespere et mane et meridie sacrificatas cum Beelfegor Deo suo sollempnius sacrificare voluisset, in propria eos caminata in unum coire faciebat, ipse medius eorum in sacris nefandis consistens, ubi et luminibus, ut dicitur, extinctis quantum valuit arte procuravit, ut frater cum sorore vel quilibet *proximi sanguinis, qui se in tenebris dinoscere non poterant, convenirent. Dumque omnibus viris moris ac pene naturale sit proprias celare[b] coniuges, ne cum alienis conveniant, ipse econtra suam, que ei fuerat forma et nobilitate ac morum honestate, decenter dicam an indecenter, sociata, cum ei ex nutu vel significatione demonum id placuisset, in publico illo impudicorum conventu more scenico prostituit[2], unde aliquando contigit, ut illa suae illusionis tempus presciens pariter et locum implorato civitatis, in qua res agebatur, episcopi Dei zelum habentis auxilio, armata manu exemplo Finees sacerdotis de medio impudicorum eriperetur, ubi, ut fertur, nexibus quoque ad opus nefarium aptata inventa est.

Apoc. 22, 11.
Ps. 54, 13.
Num. 25, 8.

a) oppinatissimi c. b) scelare c.

1) *Bruno de bello Saxon. c. 6, ed. W. Wattenbach p. 5. Verba:* Erat in eius [illegible] *in Ann. Reichersb. a.* 1067, *SS. XVII, p.* 446. 2) *Helmoldi Cron. Slav. I, c.* 28, *SS. XXI p.* 32; *Ann. S. Disibodi a.* 1093, *SS. XVII, p.* 14.

17. Abhominationes maxime.

Dan. 9, 27. Et quia de abominatione desolationis in loco sancto statuta[a] loquimur, abominandi non erimus, si adhuc loquamur abominationes maiores his. Nox erat sacrosancta natalis Domini, in qua sollempnes agere, ut notum est, vigilias interpositis quoque missarum sollempniis universa Christi consuevit ecclesia. In hac ei sollempnes agere diabolo vigilias christianis vigiliis omnino contrarias ex daemonum haut dubie suasu complacuit, in quibus et sacrificium christiano sacrificio penitus contrarium loco misse inseruit. Aderat ibi impudicorum grex ex clericis et laicis adunatus singulis, ut fertur, psalmis et lectionibus scorta interserens. Ubi vero ad misse et sacrificii locum ventum est, omnia inverse et perverse ac sanctitati contraria gerebantur, ita ut pro osculis sacerdos profanus et ministri sacrilegi altare posteriore corporis parte nudata contingerent. Quae ibi spurce delibationes oblate sint parco dicere, ne dicentem lector una cum sacrificio detestetur. Omnia tamen feruntur spermate humano fuisse fedata. Vidi ego ipse episcopalem illam capellam in civitate Ratispona pro tali sacrificio merito Num. 25,1.3. profanatam. Et quid de hoc omnium flagitiosorum preposito existimem, nisi Beelfegor per ipsum esse consummatum, quem legitur, quoniam[b] filii Israel in deserto cum filiabus Madian sunt iniciati. Nam quamvis omnia hec et plura his, quantum fieri poterat, abscondite agebantur, per eas tamen matronas, quae invite et captive adhibebantur sacris nefariis, perque uxoris proprie publicas tandem querimonias detecta sunt. Etenim post unius uxoris[1] obitum, ex qua et liberos adhuc circa principia regni sui, ut fertur, honestior honeste susceperat[2], quam Dominus a facie huius iniquitatis gementem et dolentem misericorditer abstulit, aliam regis Ruteni filiam, nomine Gisilam[3], matrimonio huius misterii iniquitatis ignaram accepit. Que ubi impietatis cultum primo in aliis *p. 25. tandemque in *semetipsa per impudicos admissos experta est, post muliebris verecundie aliquamdiu servata silentia, quando iam patientiam matronalem vicit magnitudo scelerum primo fidelibus Christi episcopis et sacerdotibus rem pandit fugeque ac separationis occulte oportunitatem queritat. Instabat inter hec regia profectio de Cisalpinis[c] partibus in Longobardiam destinata, quo et regine commeatus ab imperatore querebatur; dumque illa pro causis quidem secretioribus, obtensa vero pregnantis, ut erat, infirmitate laborem vie detrectaret, episcopi vero regine, ut erat regi placitum[d], profectionem suaderent, illa inter cetera dixisse perhibetur iusto se moerore contabescere viamque merito detrectare, que a proprio marito ita prostituta sit, ut scire non possit, ex quo prolem conceperit. Profecta tamen est atque in ipsa via quorundam Deum timentium auxilio fugam arripuit. Dumque, ubi poterat, delitesceret missis ad episcopos Germaniae litteris causas fugae ac separationis publica manifestat querimonia sicque iniquitatis misterium, quod prius dicebatur in tenebris, cepit in luce et publico dici, quantum tamen publicus auditus poterat admittere. Regina vero in proprio et mariti videlicet dimissi regno latendi securitatem non inveniens primo ad Ungaricum regnum, ubi quosdam parentes habebat, fuga devenit. Dumque et inde eam imperator missis nuntiis retrahere destinasset, in Ruteniam, ad patrium videlicet regnum, repedavit, ubi reliquum vitae tempus in sancta viduitate peregit. Rex vero et ipse in suae obscenitatis et impietatis nequitia perseveravit venditans episcopatus et quibuslibet turpibus nonnumquam ob ipsius turpitudinis precium ecclesiasticos largiens honores, ita ut in stratis quoque lectulorum inter scorta et inter ipsos turpitudinum socios ac socias lasciviens dicatur cuidam episcopatus investituram per anulum, ut erat turpis, turpis-

a) statura c. b) qm̄ c. c) cisalpis c. d) placidum c.; *em. Sch.*

1) *Bertae.* 2) *V. sequentia verba assumta in Ann. Reichersberg. a.* 1067, *SS. XVII, p.* 446. 3) *Adelheidis vel Praxedis alibi rectius dicitur.*

simo scemate non dicendo porrexisse. Quam rem vel similem eius quidam scolasticus tunc temporis subsannans irrisit hoc modo[1]:

Abbatissarum reginarumque subactor
Propter adulterium sumsit episcopium.
Mundi Roma caput si non abscinditur illud,
Quod caput orbis erat, cauda sit et pereat.

18. De civitate Gabaa et uxore Israelitis constuprata adaptatio ad illius temporis statum.

Eo in tempore miserrimus erat status et facies ecclesiae, ita ut non facile occurrat, cui loco scripturarum decenter possit assimilari. Venit tamen in mentem de uxore Israelite temporibus iudicum a viris civitatis Gabaa usque ad mortem tota nocte illusa[a]. Iud. 19. Quam vir suus mane in limine domus protensis manibus mortuam inveniens ac domum asino impositam revehens in duodecim frusta concidit sicque missis partibus in duodecim tribus Israel omnes ad miserationem et vindicte zelum commovit. Iud. 20. Pro qua re etiam ab universis in unum congregatis acriter semel ac secundo cum multa suorum strage pro iusticia contra viros urbis Gabaa ex precepto Domini dimicatum est, tandemque tercio congressu obtenta victoria et ita universi viri civitatis Gabaa cum fratribus suis Beniamine tribus viris deleti sunt, quorum et civitates everterunt mulieribus simul et parvulis extinctis, ita ut ad reparandam tribum reliquie vix reperte sint.

Que enim est hec mulier dimisso patre Israeliti sociata nisi sancta aecclesia relicto patre diabolo vel mundo Christo in coniugium copulata? Quae tociens viro deserto ad patrem regreditur, quotiens ecclesia refrigescente in se caritate Christi huic Matth. 24, 12. mundo vel principi eius diabolo infidelitatis vel prave conversationis contubernio sociatur, sed eam vir suus Christo tociens revocat, quotiens per ora pastorum et doctorum suique spiritus infusione dilectionis suae in ea calorem resuscitat, tale quid blande dicens ei: *Audi, filia, et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum[b] tuum et* Ps. 44, 11. 12. *domum patris tui et concupiscet rex decorem tuum.* Sed dum in hac vita inter superbos ac pestilentes homines ecclesia graditur eorundem superborum ac pestilentium tamquam virorum civitatis Gabaa, quod interpretatur 'sublimis'[2], perversae doctrinae vel morum pravitate corrumpitur. Quod cum multociens ecclesia ab iniquis et pravis hominibus passa sit, numquam, ut mihi videtur, fedius corruptioni subiacuit quam modo, cum simoniacorum caterva laxatis habenis ad eius castitatem suas cupiditates expletura irrupit. Denique sicut de naviculis euangelicis scribitur, quoniam implete sunt, ita ut[c] mergerentur, non quod merse sint, sed quod ad mersionem usque periclitate: ita et de cf. Luc. 5, 7. ecclesia dicere possumus, quod eiusmodi corruptoribus tota ei nocte, hora videlicet tenebrarum, illudentibus mortua, id est morti proxima, effecta est. Immo vero et in pluribus ecclesiis vitalis sacramentorum calor, ex quo vitam habere poterant, penitus extinctus est, quomodo et ignis altaris Domini, qui per tot annos captivitatis Babilonicae servatus fuerat, Iasone ac Menelao ementibus sacerdotium fuisse perhibetur extinctus.

19. De Gregorio VII^mo et eius optimo zelo.

Nunc vir mulieris huius Christus per suum vicarium, Petri successorem, Gregorium VII. tunc Rome urbis episcopum quid gesserit qualemve pro uxoris adulterate

a) illuse c. b) p. t. et d. p. t. *abbrev. c.* c) *deest c.*

1) *Ed. Wattenbach, 'Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit'* 1873 *XX, p.* 101. *Cf. eundem 'N. Arch.' XIV,* 448; *v. supra p.* 300. 2) *Cf. Hieron. de nominib. Hebraeor. Opp. III. col.* 49: Gabatha collis sive sublimis.

morte zelum ostenderit tacendum non arbitror. Dignum est enim temporis illius luctuosam tragediam *certamenque ecclesiae contra pravorum pervicatiam in noticiam extendi futurorum. Enimvero iam dictus papa Gregorius VII. septiformis Spiritus gratia donatus post multas et fortes commonitiones iam dicto imperatori eius consiliariis per nuncios ac litteras directas [mandavit[a]], quatenus vitae propriae enormes excessus corrigeret, precipue vero ut ab honoribus ecclesiasticis, quos venditabat, cuiquam conferendis penitus abstineret, quippe quod eius officii non esset, cum regum non sit ecclesiasticas, sed laicas tantum[b] dispensare dignitates, ad episcopalem vero apicem vite meritis et electione cleri precedente per episcopalis manus impositionem veniendum sicut predecessor quoque eius papa Nicolaus strennue ceperat, ecclesias et ecclesiastica officia eorumque ordinationes sacerdotibus et ecclesiasticis personis vendicare. Post[1] multas igitur, inquam, fortes ammonitiones gravesque correptiones, post fomenta blande instructionis et exortationis adhibita, cum nihil his omnibus profecisset, ferro tandem precisionis usus est tradens eiusmodi sathane in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret in die[c] Domini. Itaque dicente Domino: *Non veni pacem mittere, sed gladium* misit et ipse velut alter Machabaeus gladium, quo etsi non corrigeret, saltem perturbaret iniquos, ne forte gladio verbi Dei parcens tacendo consensisse videretur et libere grassaretur iniquitas. Quam vero non preceps aut levis, immo vero modestus in danda in eum excommunicationis sententia idem Gregorius papa VII. extiterit, ipsius testatur apollogetica epistola episcopis ac principibus aliisque fidelibus in regno Teutonico constitutis directa, quam etiam huic opusculo nostro non superfluum duximus inserere. Contextus ita se habet[2]:

(Margin notes: *p. 27. — 1. Cor. 5, 5. — Matth. 10, 34.)

Epistola[d] Gregorii VII[mi].

Gregorius episcopus, servus servorum Dei. Omnibus episcopis, ducibus, comitibus ceterisque fidelibus in regno Teutonicorum christianam fidem defendentibus salutem et apostolicam benedictionem.

1076. *Audivimus quosdam inter vos de excommunicatione, quam in regem fecimus, dubitare ac quaerere, utrum iuste excommunicatus sit et si nostra sententia ex auctoritate legalis censurae ea[e] qua debuit deliberatione egressa sit. Quapropter qualiter ad excommunicandum illum adducti sumus[f], prout verius potuimus teste conscientia nostra, oculis et intellectibus omnium patefacere curavimus, non tam, ut singulas causas, quae heu nimium note sunt, quasi nostro clamore proiciamus in publicum, quam ut eorum opinionibus satisfaciamus, qui putant nos spiritualem gladium temere et magis motu animi nostri quam divino metu et iusticiae zelo arripuisse. Cum adhuc in diaconatus officio positi essemus, perlata ad nos de regis actionibus sinistra et multum inhonesta fama, propter imperialem dignitatem et reverentiam patris et matris eius necnon propter spem et desiderium correctionis suae sepe eum per literas et *nuntios ammonuimus, ut a pravitate sua desisteret et memor clarissimi generis ac dignitatis suae vitam suam moribus, quibus regem et futurum, Deo donante, deceret imperium[g] destitueret[h]. Postquam autem ad pontificatus apicem indigni[i] venimus et illius etas[k] cresceret et iniquitas, intelligentes Deum omnipotentem tanto districtius de manu nostra animam illius requisiturum, quanto nobis ad increpandum illum pre cunctis libertas data fuisset et auctoritas, multo sollicitius eum modis omnibus arguendo, obsecrando, increpando ad emendationem vitae suae hortati sumus. Qui cum sepe nobis devotas salutationes[l] et literas mitteret, excusans se, tum[m] ex etate, quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab his, in quorum manibus curia*

(Margin notes: *p. 28. — 2. Tim. 4, 2.)

a) *om. c.; suppl. Sch.* b) tū *c.?* c) diem *c.* d) *minio in marg. c.* e) *deest c.* f) simus *Gr.* g) imperatorem *Gr.* h) instituerat *Gr.* i) licet *add. Gr.* k) pariter *add. Gr.* l) salut̄ *c.* m) cum *Gr.*

1) *Cf. Ann. Reich. a.* 1073, *SS. XVII, p.* 446. 2) *Jaffé, Bibl. rer. Germ. II, p.* 535. *Eandem epistolam Manegoldus in libro ad Gebehardum c.* 28 *(Libelli I, p.* 359*) inseruit.*

erat, multociens sibi male suasum[a], monita nostra de die in di[illegible] rum verbis quidem promiserat[1], ceterum re et exaggeratione [illegible]. Inter hec quosdam[c] familiares suos, quorum consiliis et machinationi[illegible] multa monasteria, inductis per pretium lupis pro pastoribus, [illegible] ad penitenciam vocavimus, quatenus et bona ecclesiarum, que per [illegible] rati commertii sacrilega manu susceperant venerabilibus locis ad que perti[illegible] adhuc locus esset emendandi, redderent et ipsi de perpetrata iniquitate per lamenta [illegible] tudinis Deo satisfacerent. Quos cum ad hec[d] exequenda datas inducia[illegible] consueta nequicia pertinaciter stare cognovimus, sicut dignum erat [illegible] ac membra diaboli a communione et corpore tocius ecclesiae separavimus et re[illegible] a domo sua, a consiliis et omni communione sicut excommunicatos expelleret, admon[illegible]. Verum quanti ipse aut scripta aut per legatos missa nostra verba fecerit, eius facta declarant. Qui indigne ferens se a quoquam reprehendi aut corripi, non solum a perpetratis ad emendationem revocari non potuit, sed ampliori conscientiae suae [illegible] non prius cessavit, donec omnes[e] pene episcopos in Italia, in Teutonicis vero partibus quotquot potuit circa fidem Christi naufragare coegit[f], dum eos debitam beato P[illegible] apostolice sedi obedientiam et honorem a domino nostro Iesu Christo [illegible] subegit. Cum igitur iniquitatem eius ad summum prodiisse vidimus pro his causis videlicet primum, quod ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu symoniacae heresis excommunicati sunt, se abstinere noluit; deinde, quod criminosis actibus vitae suae penitentiam non dico suscipere, sed nec promittere quidem voluit, mentita ea penitentia[g], quam in manus legatorum nostrorum promiserat, necnon quod corpus Christi, id est unitatem sanctae ecclesiae, scindere non expavit: pro his, inquam, culpis synodali iudicio eum excommunicavimus, ut quem mites non potuimus, vel severi ad viam salutis, Deo adiuvante, revocare valeamus. Aut si, quod absit, nec districtionis quidem censuram *pertimuerit, *[illegible] nostra saltem anima negligentiae aut timoris discrimini non succumbat[h]. Si quis igitur hanc sententiam iniustam[i] vel irrationabiliter prolatam esse putaverit, si talis est, ut sacris regulis intelligentiae sensum prebere velit, nobiscum inde agat et non[g] quod[k] nos, sed quid divina auctoritas doceat, quid decernat, quid consona sanctorum patrum vox iudicet[l] patienter[m] acquiescat. Nos tamen non estimamus quemquam fidelium, qui ecclesiastica statuta noverit, hoc errore teneri, ut non hoc, etsi publice affirmare non audeat, vel in corde suo recte factum esse perhibeat. Quamquam etsi nos, quod Deus avertat, non satis gravi de causa aut minus ordinate eum huiusmodi vinculo ligaverimus, sicut sancti patres asserunt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio communi[n] humilitate querenda. Vos autem dilectissimi, qui iusticiam Dei nunc[o] pro regia indignatione, [illegible] pro aliquo periculo deserere voluistis, fatuitatem eorum, qui de execratione et mendacio annunciabuntur in consummatione parvipendentes, viriliter state et confortamini in Domino, scientes, quod illius partem defenditis qui insuperabilis rex et semper magnificus triumphator iudicaturus est vivos et mortuos reddens unicuique secundum opus suum. De [illegible] cuius multimoda retributione et vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles et inconcussi in eius veritate persistiteritis. Propter quod et nos incessanter rogamus Deum pro vobis, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius et convertat cor regis ad penitentiam, ut et ipse aliquando cognoscat nos et vos multo verius amare eum, quam qui nunc suis iniquitatibus obsecuntur et favent. Qui si Deo inspirante

a) sit *add. Gr.* b) promisit *Gr.* c) quorundam *c.* d) adhuc *c.* e) episcopos pene omnes *Gr.* f) fecit *Gr.* g) *deest c.* h) succumbant *c.* i) iniuste *Gr.* k) quid *Gr.* l) videlicet *c.* m) audiens *add. Gr.* n) cum omni *Gr.* o) non *Gr.* p) nec *Gr.*

1) *Multa omisit: cf. Jaffé II. p.* 537. 538.

voluerit resipiscere quidquid contra nos moliebatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra nobis caritas consuluerit, paratos inveniet.

Ita modeste simul et strennue G[regorius[a]] VII. officio suo contra Hainrici quarti pravitatem usus est, quemadmodum epistola eius apollogetica prescripta docet. Quem-
Ex. 8, 9. admodum vero de Pharaone scriptum est, quoniam *induratum est cor eius* et alia scrip-
Iob 41, 15. tura dicit de leviathan: *Cor eius induratur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris*
ib. 19. *incus* et quia *non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides funde:* ita et ille fortis Feacus, ut corriperetur a Domino, verbi Dei gladium plagamque suam, qua plagatus est, in nichilum reputans non solum ad penitentiam contristatus non est, sed ab unitate corporis precisus foris quasi aliam fabricare aecclesiam molitus est.

1080. Wigwertus[b] superponitur Gregorio.
Unde[1] quasi papam alium Wigbertum quendam Gregorio superponens eumque Clementem nominans idolum potius erexisse quam papam ordinasse estimandus est. Nam qui post unum secundus esse voluerit, iam non secundus, sed nullus erit. Hoc
1080. Iun. 25. ergo simulachro non papa in civitate Brixina, ubi idem iam non dicendus rex, sed
*p. 30. 1084. Mart. 24. tyrannus natale fecerat, erecto ad urbem Romam tendit *indeque proturbato Gregorio summo pontifice hunc suum non papam, sed simulacrum in sede beati Petri collocavit. Gregorius vero exulans in regnum devenit Franciae[2] indeque litteris directis[3] fideles, quos novit ecclesiae, contra iniquitatem roborat commonens, ne communicando scismati catholicae pacis unitatem ac sanctitatem commacularent. Hainricus vero, iam non rex, sed tyrannus, episcopos aliosque fideles ecclesiae suae parti non communicantes de propriis sedibus proturbat eisque alios non episcopos, sed scismaticos et hereticos superponit, vixque in regno suo episcopatus inveniebatur, in quo dualitatis huius scissura non esset. Hinc iam cedes, hinc membrorum in laicis et clericis truncationes et oculorum effossiones, hinc publice civium contra cives congressiones aliis[c] pro pastoribus legittimis, aliis vero contra pastores dimicantibus.

Ex eo tempore a multis fidelibus ac prudentibus impletum atque impleri ceptum
Apoc. 20, 7. creditur, quod in apocalipsi Iohannis sic prophetatum est: *Cum consummati fuerint mille anni, solvetur sathanas de carcere suo et exibit et seducet gentes multas, quae sunt super IIII angulos terrae Gog et Magog* et cetera. Usque ad illud namque tempus per
cf. 20, 1-3. angelum magni consilii idem sathanas, sicut ibidem in precedentibus dicitur, in abisso nimirum cordium iniquorum ac profundae suae maliciae catena magna ligatus fuerat et clausum erat atque *signatum super eum per annos mille, ut non seduceret amplius gentes, donec consummarentur mille anni.* Nam *post haec,* ut ait eadem scriptura, *oportet eum solvi modico tempore.* At eo tempore, quo diabolus per iam dictum et adhuc dicendum regem Hainricum quasi solutus, immo vere solutus tyrannizare cepit, iam mille anni a dominica passione transierant qua diabolus, ut iam dictum est, in carcerem missus fuerat et signatum super eum est. Ex eo namque dualitas illa cepit papatus et discordia inter sacerdotium et regnum, que profecto profecerunt ad solutionem sathanae. Quamdiu enim sacerdotium per unitatis bonum et religionis cultum in suo vigore stabat lucens et ardens, regnum quoque quandiu, cooperante sibi sacerdotio, in bono viguit timori existens non boni operis, sed mali, duobus his luminaribus[4] sathanas et ministri eius mali homines tamquam bestie ex presentia Dei intra sua latibula tenebantur inclusi. Ex quo vero duo hec luminaria contra invicem turbata sunt et in re-

a) GG. c. b) *in marg. min. c.* c) alii *c.*

1) *Cf. Ann. Reich. a.* 1073, *SS. XVII, p.* 445. 2) *Error.* 3) *Cf. Epist. a.* 1080, *Sept.* 22 *(Reg. VIII, 9), Jaffé II, p.* 438. 4) *Cf. Hugo Floriac. I, c.* 13 *(Libelli II, p.* 482*):* quibus *scil. duabus potestatibus* etiam post Deum sic inlustrari cognoscitur sicut duobus magnis luminaribus, sole videlicet et luna *et cetera; cf. De ordine donorum sancti Spiritus supra p.* 282.

ligionis cultu tepuerunt, ex quo quasi papa contra papam stetit, hoc solvere temptans quod ille ligaret et e converso, ex quo per simoniae malum et incontinentiae pravitatem lino fumiganti sacerdotium simile factum est, siquidem et ipsum existens in pluribus timori non mali operis, sed boni, dum episcopus quicumque raro volens clerum suum corrigere timore Romanae, quam dicunt, curiae non auderet, quippe apud quam etiam iniqui suffragium per pecuniam invenirent, ex eo solutus est sathanas, siquidem *facta est nox*, in qua pertransierunt *omnes bestie silve, catuli leonum rugientes, ut rapiant et querant a Deo escam sibi*, quodam nimirum colore pietatis causam suam fucantes, ut id, quod nequiter et bestialiter agunt, Deo auctore agere videantur, hoc est, ut querant a Deo escam sibi.

Auxit vero et hoc noctis illius tenebras, quod in illa tempestate Gregorius papa VII. Romanis pecuniae multae sponsor factus est[1], quatenus ei defensionis auxilium ferrent[a] contra regis Heinrici quarti tirannidem. Qua semel promissione illecti et promissa accepta pecunia etiam cessante necessitate, pro qua eadem pecunia promissa est, numquam ab accipiendo cessare voluerunt, quin semper ab eo, qui papa esset institutus, eandem quantitatem pecuniae exposcerent exactores importuni. Cuius necessitatis occasione auri et argenti sacra fames[2] adeo eidem curiae aucta est, ut a toto orbe tantum nequeat inferri, quantum illi exhaurire parati sunt[3]. Et hec mihi videntur maxime esse cause, quibus solutus sathanas, dum principes sive ecclesiastici sive seculares timori esse ceperunt non mali operis, sed boni et honores ecclesiastici flagitiosis deferri ac venales haberi et illa diutina et implacabilis dissensio sacerdotii et regni, per quam et sacerdotium una cum ecclesia scissum est, quamvis aecclesia nisi una et sacerdotium nisi unum esse non possit. Sed faciat Dominus iuxta promissum suum, ut solutio illa sathane modico duret tempore: *Oportet enim*, inquit, *eum solvi modico tempore*. Apoc. 20, 3. *Nisi* enim *breviati fuerint dies illi, non fieret salva omnis caro, sed propter electos*, ait, *breviabuntur dies illi*. Matth. 24, 22. Satis sit iam per septuaginta fere annos ecclesiam Christi in illius temporis tenebris laborasse, quibus solutus est satanas, in quibus et pertranseunt *omnes bestie silvae, catuli leonum rugientes, ut rapiant et querant a Deo escam sibi*. Ps. 103, 20-24. *Oriatur* nunc *sol*, sicut consequenter scriptum est, *et congregentur* he bestie atque *in cubilibus suis collocentur. Et exeat homo ad opus suum et ad operationem suam usque ad vesperam* dicatque: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine, omnia in sapientia fecisti* et cetera. Nunc unde digressi sumus redeamus idque quod reliquum est tyrannidis Heinrici annotemus.

20. De Hainrici IIIIti ab imperio[b] deiectione et Rudolfi atque Heremani[c] substitucione, simul et occisione.

Videntes[4] namque fideles Hæinricum sub nomine regis contra ecclesiam Christi tirannidem agere idque malum augeri in dies, usi pape Gregorii consilio in unum [illegible] convenjunt et unum ex principibus, Rudolfum nomine, regem constituunt Hæinrici tirannidi obviare cupientes, [5]interposito sane firmissimo pacto, ne unquam sibi idem Rudolfus in ecclesiasticis dignitatibus ordinandis ullam potestatem vendicaret[5]. Quo comperto Hein-

a) ferret c.; em. Sch. b) imperii c. c) hereniani c.

1) *Cf. Wenrici Trevir. epist. c. 2, Libelli I, p. 286; Petri Crassi carmen l. l. p. 454; Defensio Heinrici IV. l. l. p. 438. 439. 441. 449; Wido Ferrar. I, c. 20, l. l. p. 548; II, p. 555. 556; cf. Sturmhöfel, 'Gerhoh'* (1888) *p. 30, n. 147.* 2) *Aen. III, 57:* Auri sacra fames. 3) *De quarta vigilia noctis ed. Scheibelberger, 'Oesterr. Vierteljahrschrift für kath. Theologie'* X (1871), *p. 579 sq. 589 sq.* 4) *Cf. Ann. Reich. a. 1073. l. l.* 5) *In* [illegible]. 6) *Bruno de bello Saxonico c. 91, ed. W. Wattenbach p. 67.*

ricus non iam rex, sed tirannus copiis instructis contra eundem Ruodolfum regem bello 1080. Oct. 15. se parat, cui et Růdolfus rex occurit in manu valida, Saxonum maxime fretus auxiliis, commissaque pugna prope fluvium Unstrůth[1] in loco, qui Welfesholz dicitur, ubi hinc inde multorum facta strage contigit, quo Deus novit iudicio, illum in bello ruere, qui pro ecclesia Christi atque iusticia bellum inierat. At Růdolfo occiso non multo post 1081. tempore fideles ecclesiae alium ex principibus, Heremannum nomine, in regem eligunt, qui et ipse non unius[2] integri anni spacio regno potitus ab fautoribus Heinrici per insidias occisus est, ut similitudo quoque certaminis, quam supra de muliere constuprata intulimus in ecclesiae certamine non deesset. Sicut enim illic adversarii equitatis bis superiores effecti sunt, ita et in hoc certamine duobus regibus in defensione iusticiae occisis bis adversarii victoria potiti sunt. Si vero et mulieris in frusta concise in presenti causa similitudo queritur, hoc fuerit legitimo viro Christo vel eius vicario, verbi causa Gregorio VII. mulierem ex bono zelo in frusta concidisse, conscissam per scismaticos et dilaceratam ecclesiam demonstrasse, quatenus fidelium animos ad vindictam tanti sceleris per conscissionis demonstrationem provocaret. Eo sane locutionis genere dici potest mulierem conscindere, hoc esse conscissam demonstrare, quo et Dominus ad Gen. 22, 12. Abraham loquens, *nunc,* inquit, *cognovi,* hoc est cognitum feci, *quod timeas Dominum.* Qui videlicet locutionis modus efficiens pro effecto vel e converso ponens apud grammaticos 'metonomia' dici solet.

122. 21. Victor papa Gregorio, Victori Urbanus succedit.

Interim sane, dum hec circa Rodolfum et Hermannum reges geruntur, decedente 1085. Mai. 25. in exilio[3] Gregorio VII° substituitur Victor; Victori quoque Urbanus succedit, adhuc 1088. Mart. 12. urbe Roma Wigberto, quem Clementem dixerant, Petri sedem occupante[4]. Hic videlicet Urbanus sicut in dignitate, ita quoque in virtute Gregorii VII, immo et ipsius Petri legitimum se successorem exhibuit. Huius in tempore Franci per eius exorta- 1099. Iul. 15. tionem provocati civitatem Ierosolimam, locum videlicet sepulchri Domini, de manu paganorum virtute potenti, angelorum quoque visibili ministerio adiuti eripiunt, sicut proprius inde contextus libellus[5] edocet. In qua etiam civitate[6] per clerum eodem commigrantem vite communis ea formula refloruit[7], que primitus per apostolos ibidem cepta dinoscitur, iudicantibus eis nimirum iustissime non aliam se illi civitatem debere normam vivendi inducere, quam que primae institutionis apostolicae fundamentis congrueret. Hec siquidem plantatio legitimi germinis in civitate illa sancta[a] resuscitata palmites suos inde iam late extendit, bonorum cordium glebis id facile ac libenter recipientibus, quod primitus ab ipsa dextera Domini in propriae coloniae agello plantatum sit. Persecutio quoque huic bono cooperata est. Nam dum a civitatibus meliores clerici, eo quod excommunicato principi eiusque fautoribus[b] et communicatoribus suam subtraherent communionem, pellerentur, in silvis et suburbanis agellis cohabitantes, ubi eos, quibus Deus inspiravit, fideles ac potentes quidam tutati sunt, ea ceperunt conversationis norma degere, quam Christo, pro quo et persecutionem sustinebant, maxime

a) refloruit tunc temporis et palmites *perg. Ann. Reichersb.* b) fauctoribus *c.*

1) *Falso; pugna, qua Rudolfus cecidit, apud Elsteram fl. in loco Hohen-Mölsen commissa est.* 2) *Falsissime; a.* 1088, *Sept.* 28. *interfectus est; cf. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' III, p.* 626. 3) *Salerni.* 4) *Cf. Köhncke, 'Wibert v. Ravenna' p.* 75. 5) *Id est epistola cruciferorum, Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, p.* 176—180, *ut E. Mühlbacher (Gerhohi Opp. ed. Scheibelberger II, p.* 381*) monet.* 6) *Vide sequentia verba in Ann. Reichersberg. a.* 1098, *p.* 450: In hac ipsa civitate Antiochia. 7) *Quod falsum esse Sturmhöfel, 'Gerhoh v. Reichersberg' (Progr. d. Thomasschule in Leipzig* 1888*) p.* 5. *ostendit.*

complacitam agnovissent. Sicque in clero et in monachatu apostolice institutionis vita, que primo in desertis ac silvosis locis reviruit, paulatim etiam antiqua et suburbana cenobia revisit eiectis inde malis colonis vel in melius commutatis, sicut scriptum est: *Pinguescent speciosa deserti et exultatione colles accingentur.* Alia quoque scriptura dicit: *Et vineam suam locabit aliis agricolis.* Eodem quoque tempore canones antiqui de continentia ministrorum sacri altaris innovari novis accedentibus precepti ceperunt, alioquin incontinenter viventium, simoniacorum quoque et conducticiorum missas audire populo indubitanter scienti prohibitum est, tribus his Romanis pontificibus Nicolao, Gregorio atque isto, de quo loquimur, Urbano eadem successim[a] quasi ex uno ore contestantibus atque precipientibus, quatenus in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. [illegible]

Et[1] Urbano[c] quidem contigit, ut in manus adversariorum fraudulenter adductus in una turrium urbis Rome aliquandiu captivus teneretur, sed inde eum divina clementia eripuit per manum Rudberti, cognomento Wischardi, magna regione urbis incendio conflagrata turrique interim expugnata, dum populus ad incendia festinans illic occupatus teneretur[2]. Itaque Domino cooperante[d] liberatus in Franciam rediit ibique confidenter agens que apostolici[e] erant officii in Heinricum excommunicationis sententiam renovat[3], literis et legationibus fideles ad standum et agendum pro ecclesia confortat. Ipsos[4] namque Francigenas[f] inter se pro terris et terrenis litigantes ad pacem revocat, suadens eis et urbano inter eos ore perorans, ut, si eis ocium displiceret ac terra propria angusta videretur, ad terras Orientis contenderent ibique pro receptione sancte civitatis ac sepulchri Domini de manu gentilium ereptione satagerent, ubi eis aut gloriose cum[g] Domino triumphare contingeret aut gloriosius esset mori pro Christo felicesque[h] fore, qui aut Christo vincerent aut pro Christo morerentur. Et verbum eius ad victoriam pervenit, Domino cooperante et sermonem effectui mancipante sequentibus signis et adiuvantibus virtutibus angelicis atque, ut supra dictum est, visibiliter presentiam suam exhibentibus. In Urbe vero Wigbertus, quem Clementem dicebant, satis agebat pro sectae suae pariter ac Heinricianе tirannidis principatu exhibens nimirum se ipsum veram abhominationis desolationem, de qua nobis nunc sermo est, stantem in loco sancto, in sede videlicet beati Petri simulacrum pontificis residens abominandum. Super qua re quidam quasi dialogi specie scolastice lusit verbis amborum alternantibus hoc modo[5]:

Diceris Urbanus, cum sis proiectus ab Urbe,
Vel muta nomen vel regrediaris in Urbem.

Item:

Nomen habes Clemens, sed clemens non potes esse,
Cum tibi solvendi sit tradita nulla potestas.

22. Hainricus levatur in regem contra patrem.

Interea[6] quam plurimis ex principibus aliisque viris virtutis sententiam excommunicationis formidantibus et cum ecclesia ac pro ecclesia sentientibus Urbani quoque

a) suscessim c. b) in marg. rubro col. c) Urban⁹ c. d) cooperantae c. e) apostolici c. f) Francienas c. g) deest c. h) filicesque c.

1) Cf. Ann. Reichersberg. Cod. 1. 2. 4 a. 1091, SS. XVII. p. 449. 2) Hec Gregorii VII. tempore acciderunt; cf. Wido Ferrar. I, c. 20, Libelli I, p. 549. 3) [illegible] in conciliis Claromontano et Turonensi; cf. Köhncke l. l. p. 90; iam a. 1089. Apr. 18 Heinricum excommunicaverat; cf. Mühlbacher l. l. p. 381. 4) Cf. Ann. Reichersberg. a. 1092 Cod. 1. 2. 4, SS. XVII. p. 449. 5) Altercatio inter Urbanum et Clementem, LdL II. p. 170 [illegible] 6) Ann. Reichersberg. Cod. Admont. a. 1092, p. 449; Cod. 1. 2. 4 (1104) a. 1104 p. 450.

pape ortatu accedente complacuit, quatenus Heinricum, filium Heinrici, levarent in
regem[1]; sperantes se per filium legitime regnantem posse patris tirannidi resistere,
1105. quod et factum est. Levato sane filio in regem et in civitatem Ratisponam tendenti
pater cum multitudine armatorum, duce Boemico[2] et marchione[3] superioris Pannoniae
ipsi auxilium ferentibus, occurrit, sed pugne congressus fluvio, qui Regin dicitur, inter-
ceptus est. Dum vero mora interponitur, principes iam dicti quibusdam sponsionibus
acceptis de parte patris ad filium concedunt, atque ex tunc pater H[einricus] fugaba-
tur, inpingebatur, minuebatur, ita ut principum penitus destitutus auxilio filio tandem
preces atque supplicationes porrigeret, quatenus ei private vivendi securitas concede-
retur; factumque est[4], ut in celebri quoque curia coronam imperialem resignaret petens
ab excommunicatione, qua tenebatur, absolvi et ecclesiastice communioni restitui[5]. Sed
peticionis effectum consecutus non est, timentibus nimirum et caventibus catholicis, ne
forte absolutus aliqua ecclesiae vel imperio contraria moliretur. Unde et absque com-
munione servatur in quodam castro[6] in tantum abominabilis effectus, ut reliquias cibo-
rum eius pro communione videlicet ecclesiae conservanda etiam gartiones[7] ac minimi
pueri non contingerent, sed canibus ipso vidente proicerent. Testatur hec epistola ab
eo ad principes[8] missa de ipsa qua tenebatur custodia, in qua et hoc inter cetera
Dec. 25. lamentando conqueritur: quod 'in sancta natalis dominici nocte omnibus christianis ad
ecclesias festinantibus et sacra misteria participantibus Christus, qui omnibus ad salu-
tem est natus, sibi soli sit negatus[a]'. Iusto equidem Dei iudicio; nam qui multos
episcopos et sacerdotes propriis sedibus expulerat iuste et ipso regno privatus est, qui
et alios iniuste in vincula coniecerat vinctus et custodie mancipatus est, et qui sacra
misteria sacratissima natalis dominici nocte polluerat, iustissime et ipse eorundem mi-
1106. Aug. 7. steriorum indignus et expers habitus est. Et penitentia illius qualis extiterit dominus
viderit; absque communione vero aecclesiae vitam finivit.

23. De Hainrico V^to^ et eius tyrannide.

25. p. [illegible]

Filius itaque confirmatus[9] in regno, primo modeste agere, affabilem se exhibere, iura ecclesiasticae libertati conservare [cepit[b]]. At simulata pro affectato regno et imperio pietas velut auri superinducta species, ubi paululum usu dominandi detrita est, cepit apparere qualis apud se intus fuerit. Qualem vero se in causis seculi exhibuerit, dicere nichil nostra interest, sed in causis ecclesiae qualis detectus sit perstringere non ab re arbitramur, si forte abominationem desolationis in loco sancto stantem, de qua nobis inquisitio est, etiam in eius actibus invenire valeamus.

24. Wicbertus abicitur.

26.

Interim[10] dum inter duos Henricos, patrem et filium, hec, que dicta sunt, geruntur,
1096 ex. deturbato et abiecto ex consensu Henrici iunioris Wicberto, qui Clemens dicebatur,
1099. Urbanus papa ad Urbem rediit; quo et ipso diem obeunte Pascalis succedit obtimus
et ipse legis Dei ac paternarum traditionum seu libertatis ecclesiastice emulator exi-
stens. At vero et Henricus rex per[11] abrupta paternae callis ingrediens regno et im-
perio suo maximum detrimentum reputabat, si episcopatuum investituras liberas, sicut

a) naegatus c. b) deest c.; legitur in Ann. Reichersb.

1) *Hoc imperator a.* 1099. *ipse sua sponte fecit, Giesebrecht III, p.* 681. 2) *Boriwoio II.* 3) *Liutpoldo.* 4) *Abhinc usque ad* proicerent *in Ann. Reichersb. a.* 1105, *p.* 450. 5) *Cf. Giesebrecht III, p.* 744. 6) *Boeckelheim.* 7) *Gallice 'garçons'.* 8) *Immo in epistola ad Philippum I. regem Franciae data (Cod. Udalr. nr.* 129*), Jaffé, Bibl. V, p.* 244. 9) *Ann. Reichersb.* (*Cod.* 1. 2. 4) *a.* 1106, *p.* 451. 10) *Cf. Ann. Reichersb. a.* 1104, *p.* 450. 11) *Abhinc Ann. Reichersb.* (*C.* 1. 2. 4) *a.* 1106, *p.* 451.

in sua sublimatione promiserat, permisisset, omnem videlicet gloriam regni sui velut alter Aman nichil reputans, nisi Mardocheus, ordo scilicet sacerdotalis, curam gereret aecclesiae sponsae regalis ei pro adipiscendis honoribus ecclesiasticis flecteret genu. Cepit igitur et ipse obeuntibus episcopis electiones legitimas in substituendis aliis vel prevenire vel factas nichili pendere, episcopatus ad gratiam personarum, ad pecuniae quoque vel obsequii acceptionem conferre. Dumque[1] ad eum Pascalis papa paterna monita dirigeret, quibus eum ad viam revocabat, quatenus iusticia regni sui contentus pontificalia sibi non usurparet, ecclesie Dei, matri vidilicet suae, honorem deferret, libertatem eius, quam in eligendis sacerdotibus habere deberet, non temeraret, bona verba et que rationabilia videri poterant reddidit[a], nisi sub lingua eius labor et dolor latuissent. Dixit namque et scripsit[2] ad electionis episcopalis concedendam libertatem, ad investituras etiam resignandas, ad decimas quoque remittendas ecclesiis paratum se esse, siquidem domnus apostolicus omnia regalia, videlicet ducatus, marchias, comitatus, hominia[3] cum beneficiis, monetas, teloneas, munitiones per universum regnum suum imperio reddere voluisset. Hec sane promittens sciebat non consensum iri ab episcopis precipue Germaniae et Gallie atque Saxonie multas regales divitias et honores ex antiqua regum et imperatorum donatione possidentibus, sed per promissa speciem quandam pietatis habentia ad perceptionem imperialis coronae per benedictionem Romani pontificis sibi imponende nitebatur. Dominus papa quoque his promissionibus acceptis rescripsit ei qualia postulaverat de impositione videlicet imperialis coronae et restitutione omnium regalium, siquidem rex promissa sua de aecclesiae libertate compleret. Et hec paucis arbitris inter regem et Romanum pontificem gerebantur, nimirum episcopis, solo cancellario[4] imperatoris excepto, aliisque aecclesiae et imperii principibus promissa hinc inde facta penitus ignorantibus. Igitur talibus hinc inde promissis datis et acceptis rex[5] cum multo episcoporum aliorumque principum comitatu ad Urbem tendit[b], quam etiam veniens ingreditur prestitis ante iuramentis ac data fide de pace Romano pontifici atque Urbi integre conservanda.

25. Pascalis papa a rege Heinrico captivatur.

Iamque ventum erat in medium ecclesie beati Petri, ubi de iusticiis hinc inde conservandis ac tenore concordie inter sacerdotium et regnum tractare convenit. Cum sellis hinc inde prolatis consessum est circumstante confertim corona armatorum. Proferuntur in medium litere de parte imperatoris[c] ad Romanum pontificem directe et quesitum per cancellarium domni papae a domno imperatore eiusque cancellario, an eas suas et a se missas recognoscerent. Cumque responsum fuisset, ab eis etiam eedem in palam litere lectae sunt, promissa domni regis ad domnum papam continentes. Similiter et ex parte domni regis literis, que a domno papa directae fuerant, in medium prolatis quesitum et responsum est itemque litere in publico recitate, que domni papae ad domnum regem promissa continebant. Dumque promissa eatenus inaudita episcoporum aures percellerent cognoscentes se et ecclesias suas, occasione[d] imperialis coronae regis capiti imponende, spoliandos antiquis possessionibus, quasi ex uno ore contradicebant, aientes, se regi coronam imperialem tanto suarum ecclesiarum detrimento emere nolle. Cumque et armati circumstantes eos minis et terroribus perurge-

a) reddit c. b) ad acceptionem imperialis coronae add. Ann. Reichersb. c) regis Ann. Reichersb.
d) occasionem c.

1) Abhinc — ignorantibus assumta in Ann. Reichersb. Cod. 1. 2. 4. a. 1109, l. l. p. 451.
2) Jaffé, Bibl. V, p. 271. 3) hominia cum beneficiis in textu conventionis desunt, ut iam Mühlbacher monuit. 4) Adalberto electo Moguntino; cf. Giesebrecht III, p. 806. 5) Abhinc — assumta in Ann. Reichersb. a. 1111, l. l.

rent, quasi iam interficiendos nisi consensissent[a] Chûradus Iuvavensis archiepiscopus[b, 1] etiam caput potius[c] amputandum porrexit, quam ut ad ea, que petebantur, consensum preberet. Et dum clamor hinc inde confusus aliquandiu percrebruisset, rex cum indignatione et motu animi surgens abire cepit. Sed et domnus papa ex precepto militum cum rege et post regem abire compulsus est. Hinc preda crassatur, hinc cedes civium Romanorum pro pastore suo, quem liberare recupiebant, morientium; captivi
*p. 37. quoque domni cardinales trahuntur aliusque clerus intra *ambitum ecclesie beati Petri inventus. Omnia siquidem ostia ecclesie observata fuerant, ne quis libere effugere potuisset. Episcopi videntes que fiebant gemere ac facinus detestari, sacrilegium clamitare. Multa vero et inenarrabili cede in cives perpetrata rex abit et domnus papa Pascalis cum eo, sed cinctus ab alio et ductus quo nolebat. Erat videre miseria. Cardinales aliique clerici tenere educati funibus trahebantur ab equitibus, quos illi, ut poterant, sequebantur per plateas luto profundo ac tenaci vix emergentes. Dumque pedites equitibus coambulare non possent, astis transversis eorum dorsum et latera pungentes ad currendum cogebant, ita ut aliqui inter manus trahentium vitam exalarent. Qui vero supervixissent hos per nocturna tempora vel saccis inclusos vel catenis aut aliis vinculis, ne fuga laberentur, astrictos servabant, donec forte eis[d] pecunias, quas vel per se vel amicos[e] habere poterant, extorsissent. Nec mirum hoc de vivis, siquidem et cadavera victis civibus mortua pro captivis redimendis pleraque etiam pro pecuniae precio venditaverant. Et papa quidem ducebatur ac servabatur in custodia, honorabant vero eum nichilominus episcopi aliique timentes Deum. Ea sane intentione a rege ducebatur captivus, quatenus captivitatis fune benedictionem ei imperialem extorqueret sicque una cum benedictione vel investituras episcopatuum obtineret vel re-
1111. Apr. 13. galia omnia ad imperium retraheret[2]. Non dimittam te, inquiens, nisi taliter bene-
cf. Gen. 32, 26. dixeris mihi; sed multum dissimilis ab illo, qui hec prior dicebat. Nam ille humilitate, fletu ac precibus ab angelo benedictionem obtinuit, sicut de eo scriptum est, quoniam in fortitudine sua directus est cum angelo, invaluit ad angelum, flevit et rogavit eum; iste vero captivitate, minis ac terroribus multisque sacrilegiis corone imperialis benedictionem dicam an maledictionem, qualiter desiderabat, extorsit. Et ille quidem pa-
ib. 25, 31. triarcha, videlicet Iacob, ab angelo benedictus marcido femoris nervo uno claudicabat pede, maior videlicet in spiritualibus, in quibus per benedictionem excreverat, ac minor in temporalibus existens, quod proprium est claudicantis, ut uno pede fortior, altero infirmior incedat. Iste vero iam imperatoria benedictione percepta equalem potestatem sibi in spiritualibus ac temporalibus vendicabat. Nam spretis electionibus is apud eum dignior ceteris episcopatus honore habitus est, qui ei vel familiarior extitisset vel plus obsequii aut pecunie obtulisset. Et obtinuerat quidem in ipsis tentoriis privilegium de retrahendis omnibus regalibus ad imperium, quale voluit ab ipso, quem mirantibus
*p. 38. seculis et indignantibus secum ducebat, papa, quasi suum[f] captivum, ipso *nimirum domno papa optime callido ac sciente privilegium, quod in tentoriis a captivo daretur, nullas vires habiturum. Pro qua re universi pene Francie episcopi consilium inierant, quatenus excommunicarent ipsum papam Pascalem, tamquam ecclesiae hostem et destructorem nisi privilegium idem ipse qui dedit damnavisset[3]. Quod et factum est.

a) consensisset *c.* b) quasi signifer inter episcopos, utpote nobilior et honoratior ceteris *add. Ann. Reichersb.* c) totius *c.* d) *inter* eis *et* pecunias *hoc signum* ꝑ *postea add. c.* e) amicas *c.* f) suem *c.*

1) *Cf. Otto Fris. Chron. l. VII, c.* 4, *SS. XX, p.* 255; *Vita Chuonradi c.* 9, *SS. XI, p.* 68; *cf. W. Ribbeck, 'Forsch. z. D. Gesch.' XXIV, p.* 12, *n.* 1. 2) *Jaffé, Bibl. V, p.* 276. 3) *Cf. W. Schum, 'Die Politik Papst Paschalis II. gegen Kaiser Heinrich V.' (Erfurt* 1877) *p.* 26 *sq.*

Nam idem Pascalis concilio[1] residens astipulantibus ei episcoporum multitudine cum domnis cardinalibus idem privilegium, immo verius dicendum pravilegium[2], quod ei captivitate fuerat extortum, dampnavit[3] omnibus regibus eodem privilegio ad dehonestandam vel apporiandam ecclesiam abutentibus maledictionem pro benedictione indicens. 1112 Mart. 18.

26. Pascali Gelasius succedit, cui Burdinus a rege superponitur.

Non multo post tempore Pascali papa viam universe carnis ingresso Gelasius[a] in pontificatu succedit, optimus et ipse legis Dei ac libertatis ecclesiasticae emulator, cuius post ordinationem die XL. Heinricus imperator Urbem ingressus bestiam quandam nomine Burdinum[4] superintrusit, Gelasio papa ab Urbe deturbato[5]. Iterum videre erat abominationem desolationis stantem in loco sancto *filiumque perditionis in templo Dei*, quod est ecclesia, *sedentem seque super omne, quod dicitur Deus aut quod colitur, extollentem* Gelasio papa exulante et Burdino sedem beati Petri, immo vero et Christi sedem, occupante. De quo eiusque similibus iure dixerim, quod super omne quod dicitur Deus aut quod colitur se extulerit, siquidem non solum veris Christi sacerdotibus, de quibus a Domino dicitur: *Ego dixi, dii estis et filii excelsi omnes*, sed et Christo, preter quem alius non est Deus, se qui eiusmodi sunt preferre nituntur, dum ipso spreto et abiecto, qui verus ecclesiae sponsus est, eius locum adulterino ausu pervadunt. 1118 Ian. 24.

27. Contentio inter regnum et sacerdocium.

Et Burdinus quidem sedem beati Petri occupans satisagebat pro iniquitatis complendo misterio. Gelasius vero exulans quasi pater filium regem Heinricum ad correctionem invitat[6], quatenus videlicet ecclesie in electionibus episcoporum suam libertatem dimitteret, et statuam, quam in sancto loco contra Deum erexerat, deponere festinaret. Econtra vero imperator obsistebat dicens: aut velle se omnia regalia ad imperium retrahere aut in episcopis constituendis consuetudinem antiquam retinere. Quod si placeret aecclesiae libera episcopos eligendi facultas, imperio que sua sunt redderent et sic libera electione potirentur. Episcopi sane ex regalibus divites contra nitebantur dicentes, episcoporum electionem secundum regulas canonum omnino liberas esse debere, non esse autem equum ecclesias regales divitias aut honores perdere, que illis a regum liberalitate fuissent libere collate, immo vero par esse aiebant, ut, quia sancti Dei martires a regibus paganis non solum tormenta, sed et contumelias sustinuerint, nunc pro contumelia perpessa gloria et honore a regibus sublimentur. Atque huius rei, tam videlicet glorie quam contumelie, typum precessisse aiunt in Ioseph, qui de carcere regis Egypti, quem inique perpessus est, in currum Pharaonis secundum sublimatus regio insuper anulo decoratus sit; idque esse quod in Canticis canticorum sponse a sponso dicitur: *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea.* Nec vero, inquiunt, non idcirco non est amica et dilecta Christo ecclesia, quod in curribus Pharaonis equitatui Christi in Ioseph typice sublimati assimilata sit, sicut idem Ioseph non iccirco dilectus Deo et hominibus patriarcha esse desiit, quod in curru Pharaonis consederit, siquidem cum currus Pharaonis non obtrivit vel extinxit, aiunt, sed exaltavit. Sic ergo, inquiunt, et papa urbis Rome Silvester non iccirco Deo et hominibus dilectus pontifex esse desiit, quod eum Constantinus augustus regali equo et selle im- Cant. 1, 8

a) Hispanum episcopum *add. Ann. Reichersb.*

1) *Lateranensi a.* 1112. *Mart.* 18. 2) *Cf. Acta concil. Lateran., Const. tom. I, p.* 572 *et Opusculum de edificio Dei supra p.* 190. 3) *Cf. Lib. de ordine donorum sancti Spiritus supra p.* 279. 4) *Sequentia iterum excerpta in Ann. Reichersb. a.* 1115, *SS. XVII, p.* 452. 5) *Cf. Epist. Gelasii II. ad Cunonem Praenestinum episc. a.* 1118, *Apr.* 13. *datam, Jaffé, Ep. V,* 522; *Vitam Gelasii II. ap. Duchesne, Liber pontif. II. p.* 316 *sqq.* 6) *Falsum; cf. MG. SS. ... p.* 482.

positum regalibus quibusdam insuper insignibus decoravit, cui ad honoris cumulum etiam ipse Constantinus tenens frenum per civitatem stratoris officium exhibuit[1]. Unde usque hodie amborum, pii videlicet principis Constantini itemque beati Silvestri Romani pontificis, memoria in benedictione est et futuris semper debet esse temporibus.

Adiciunt quoque et dicunt: Hoc de ecclesia sentiendum est, quod et in Christo Iesu. Nam sicut in Christo Iesu distincta inveniuntur tempora passionis et glorie: passionis [Ioh. 19,30.] videlicet preterite cum accepto aceto dixit: *Consummatum est:* glorie vero incipientis [Act. 10,42.] apud homines ex quo resurgens a mortuis *constitutus est a Deo iudex vivorum et mor-* [Matth. 28,18.] *tuorum,* unde et ipse resurgens a mortuis ait: *Data est mihi omnis potestas in celo et* [Ps. 8, 6—8.] *in terra* et psalmista de ipso utrumque uno versu complectens: *Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius:* ita et in ecclesia distincta inveniuntur passionis et gloriae tempora. Nam tempora passionis ei extiterunt que et persecutionis, quando per imperatorum gentilium edicta crudelia sanguis martirum effusus est usque ad tempora pii principis Constantini, cum videlicet ecclesia gloriosa fuit apud Deum tantum et non apud homines, ex tunc vero etiam ipsa gloria et honore ac divitiis regalibus aucta cepit esse gloriosa non solum apud Deum, sed etiam apud homines, inclinatis nimirum ad eam regibus ac regnorum culminibus et sanctorum confessiones pro ignominia priore in edificiis et prediorum donationibus magnifice glorificantibus, inter que etiam regales ei quidam honores collati sunt, ut ipsi, sicut premisimus, dici [Cant. 1, 8.] conveniat a sponso suo Christo, quod equitatui eius in curribus Pharaonis assimilata sit amica eius. Cuius rei typus, aiunt, in tribus quoque pueris et quarto socio eorum, [Dan. 3, 6.] Daniele, precessit. Illi namque fornace Babilonie superata incliti postmodum apud regem habiti et magistratus honore in provintia Babilonie functi sunt; Daniel quoque post regalium solutionem somniorum, post scripturae etiam in pariete aule regalis contra [Ib. 5, 29.] [*p. 10.] candelabrum scripte lectionem simul et interpretationem et *ipse torque aureo coronari et tercius in regno Baltasar haberi meruit, sicut in regno quoque Nabuchodonosor inclitus extiterat, ut in illis tribus videlicet pueris martirum laborem et subsequentem gloriam, in Daniele vero sanctorum confessorum atque doctorum vigilantiam[a] et ligatorum solvendi peritiam itemque subsequentem gloriam temporalem simul et eternam typice prefulsisse manifestum sit. Horum etiam trium id est martirum atque confessionis vel secretorum solvendi peritie ac secuture pro utroque apud Deum et homines gloriae in uno Ioseph typus manifestus prefulsit. Nam in typo martirii innocens carcerem sustinuit, in typo confessionis vel doctrinae somnia regis dissolvit, in typum [Gen. 41, 40.] gloriae secuturae etiam ipse gloriosus et post regem Pharaonem secundus in regno eius habitus est. Igitur, aiunt, sicut in premissis veteris instrumenti prefulsit imaginibus indecens videri non debet, immo vero dignum et iustum sanctam ecclesiam pro consolatione laboris ignominiarumque preteritarum non solum sumptibus adiuvari necessariis, sed regalibus quoque insuper honoribus atque divitiis honorumque insignibus decorari. Hec etsi tunc temporis omnia forte ab episcopis aliisque ex clero in defensionem aecclesiasticae sublimitatis [dicta[b]] non[c] sunt, tamen secundum scripture sanctae auctoritatem dici potuerunt. At vero, qui pro parte erant regis sufficere aiebant ecclesiis debere decimas et oblationes[2] liberas, id est nullo regali vel imperiali servitio ob-

a) vigilantia *c.* b) *deest c.; suppl. Sch.* c) non — potuerunt *in marg. add. c.*

1) *Constitutum Constantini ed. Zeumer* § 16; *cf. De ordine donorum S. Spiritus supra p.* 283. 2) *Cf. Placidum Nonantul. liber de honore eccl. c.* 43, *Lib. II, p.* 587; *Kayser, Placidus v. Nonantula (Kiel* 1888*) p.* 17, *n.* 5.

noxias. Eas vero, que sic ecclesiis ab imperatoribus collate sunt, ut regibus ab episcopis easdem possidentibus famulatus debeatur, oportere aut imperio restitui aut ab eorum possessoribus episcopis consueta hominia ac servitia regibus exhiberi, maxime precipiente hoc Domino ac dicente: *Reddite que sunt cesaris cesari, et que sunt Dei Deo.* Dum vero et apostolus Paulus, in quo Christus loquebatur, dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit*[a] etc., inquiunt, apparet sacerdotes regibus se per hominia obligantes Deo pro sui officii gradu sufficienter placere non posse, unde ut ei placeant, cui se probaverunt, miliciam et cetera, pro quibus hominia regibus debentur, regno libera relinquant, et ipsi vacent orationibus ovibusque Christi pascendis invigilent, ad quod instituti sunt, dicente Domino ad Petrum: *Pasce agnos meos*, ac tercio: *Pasce oves meas*. Unde et ipse Petrus pro sui officii ministerio legitime sollicitus: *Non est*, ait, *equum relinquere nos verbum Dei et ministrare mensis*. Item ipse in ordinatione Clementis[1]: *Non vult te*, inquit, *Christus ordinare ... iudicem secularium aut litium forensium cognitorem fieri* et cetera. Quod si aiunt: 'Non est equum sacerdotem Domini relicto verbo Dei ministrare mensis aut litium secularium fieri cognitorem, quanto minus equum est eiusmodi relicto verbo Dei ductare miliciam, castris interesse regalibus, aggerem comportare subvertendis urbibus, struere, per que et homicidia frequenter fiunt, que si pro parte regum imperantium interdum iuste gerantur, sacerdotem Dei talibus vel interesse fas non est, ne sancti violentur [illegible] obtutus, nisi forte pro defensione patrie ab alienienis ad cives coortandos eius presentiam ad tempus necessitas expostulet, aut pro divinis rebus in castris regalibus agendis et consiliis salutaribus ministrandis sacerdotem Domini comeatum pergere necesse sit. Dum igitur', inquiunt, 'hec divinissima euangelii precipiat auctoritas, ratio consentiat, necessitas expostulet: dimitantur cesari que cesaris sunt, ne talibus implicati episcopi reddere non possint Deo, que Dei sunt. Nam valde', aiunt, 'sibi opposita vacare Deo et seculo militare. Aut si episcopi', aiunt, 'retentis regalibus Deo simul et imperio militare satagunt seque ad utrumque posse sufficere arbitrantur, oportet', aiunt, 'imperatores in ipsis quoque episcopis ordinandis ac substituendis primum habere locum. Non enim', aiunt, 'imperio condecet, ut aliquis in principem regni nisi ab ipso imperatore ex consilio aliorum principum assumatur'.

Hec et his similia, que in illa contentione hinc inde ad alteriusutriusque partis confirmationem vel infirmationem dicta sunt vel dici potuerunt, longum esset retexere vel que nuncii medii tulerunt ac retulerunt. Gelasio[2] nanque papa Remis celebrante concilium, imperatore vero Heinrico Verduni[3] manente per mediatores nuncios res agebatur. Hoc ad presens negotium scire satis est, imperatorem tunc temporis obdurasse cor suum, ne dimitteret aecclesiis electiones liberas, episcopos quoque faciem suam obfirmasse, ne imperio regalia remitteret. Magis vero, dicebant, que semel sanctificata erant Domino, a sanctorum dicione abalienari non posse, dicente quoque lege divina, quod si quis id, quod sanctificatum est Domino, mutare voluerit, utrumque esse Domini, scilicet id quod mutatum est et pro quo mutatum est. Pro ipsis sane regalibus imperio fatebantur consueta se debita recognoscere regique servire ad defensionem coronae suae paratos esse, quantum cum integritate et observatione sui officii possibile foret, sicque se cesari reddituros esse que cesaris sunt, et Deo que Dei sunt. Utrumnam vero per hominia et iuramenta regibus obligari id secularibus implicari sit negotiis, quod in apostoli Pauli verbis reprehensum in sacerdotibus est, ipsi Domini sacerdotes et episcopi viderint.

a) reprobavit *c.; em. Sch.*

1) *Cf. Clementis epist. I. c. 4, Hinschius p. 32.* 2) *Concilium Remense a.* 1119. *non Gelasius, sed Calixtus II. celebravit.* 3) *Legatos papae regi inter Verdunum et Mosonium occurrisse Hessonis relatio de concilio Remensi narrat, supra p. 2..*

de quorum factis iudicare supra nos est. Possunt autem etiam sic implicati nonnumquam tempus ad vacandum orationibus et lectionibus pecuniis redimere, ut quamvis implicati, fere liberi sint. Utrum vero etiam talis implicatio et regalium possessio ac pro ipsis regalis servitii obligatio eiusdem servitii redditio vel redemptio ecclesiam Dei plus levet an gravet, Dominus viderit et tandem aecclesiae suae sanctae congruam libertatem provideat.

28. De excommunicatione Hainrici V^ti.

(30). Interim Heinricus iam dictus imperator ecclesiae Dei electiones et investituras
p. 42. nolens dimittere magisque cor suum adversum salutaria monita indurans et bestiam, Burdinum dico, sedi beati Petri superintrusam defendens ac manutenens tamquam scismaticus et adversus Dominum rebellis ab ecclesia Dei per Gelasium Romanum pontificem multorum in Remensi civitate commanentium episcoporum astipulatione separatus est[1] sicque ab utrisque discessum. At Heinricus tamquam bestia vulnerata sevior effectus, dum recedentem ac civitates quasdam[2] regni sui ingressum, clerus non solito favore ac laudibus exciperet, nonnullis videlicet ab eius receptione se subtrahentibus, quasi in rebelles imperio vindictam exercet, domus eorum subverti precipiens. Non multo[3] post Gelasio obeunte Calixtus succedit, cuius in[4] tempore tandem ecclesia ad eligendos sibi episcopos libertate donata est, cui et investiturae per anulum et baculum, virgam videlicet pastoralem, in episcoporum consecrationem faciendae recognite sunt[5]. Videns namque imperator aecclesiae graves manus super se ac metuens, ne forte in iniquitate sua per celos racionales, videlicet episcopos et sanctos Dei, revelata etiam terra, terreni scilicet principes, adversus eum consurgerent sicque etiam ipse, quemadmodum patri contigit, regno privaretur, collecta curia in loco, qui Lŏbwise dicitur[6], ubi et legati Romane sedis aderant, electiones, ut prediximus, atque investituras liberas ecclesiae remisit, ita ut electus vel consecratus de manu imperatoris vel regis regalia per ceptrum acciperet, facto sibi hominio et fidelitate iurata et ita ablato Burdino de medio et in monasterium, quod Cauea[7] dicitur, misso, imperatore quoque a vinculo anathematis absoluto pax ecclesie Dei reddita est[8].

(31). 29. De abhominacione desolacionis.

Nunc reducendum in memoriam ad quid hec de Heinrico quarto et quinto ysto-
Marc. 13, 14. rico scribendi modo prosecuti simus. De abominatione quippe desolationis loco sancto
2. Thess. 2, 3, 4. stante itemque filio perditionis in templo Dei sedente vel sessuro nobis inquisitio est. Sed nec aliud esse abominationem desolationis in loco sancto stantem, quam ipsum esse filium[a] perditionis in templo Dei sedentem existimem. Superior autem nostri sermonis ordinatio sic processit, ut templo Dei manufacto, quod erat in Ierosolimis, nimirum in typum aecclesiae fabricatum et his, que circa ipsum gesta sunt, nobis admotis

a) *super lineam suppl. c.*

1) *Hessonis relatio supra p.* 28. 2) *Cf. Ann. Reichersb. a.* 1116, *SS. XVII, p.* 453. 3) *Immo iam a.* 1119, *Febr.* 2. 4) *Abhinc usque ad finem capituli assumta in Ann. Reichersb. a.* 1119 *(Cod.* 1. 2. 4*), SS. XVII, p.* 453. 5) *In pacto Wormatiensi a.* 1122, *Sept.* 23, *Jaffé V, p.* 387 *sq.* 6) *Ann. Reichersberg. l. l. pergunt:* videlicet Lambertus Ostiensis tunc episcopus, qui postea factus est papa dictus Honorius, et Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli, qui etiam postea factus est papa dictus Innocentius, et Saxo presbyter, *quae verba Scheffer-Boichorst, Annales Patherbrunnenses p.* 195 *in textu nostro excidisse existimat. Annalistam nomina legatorum ex Comment. in ps.* 133 *(infra) sumsisse mihi quidem persuadere malim. V. Falk, 'Forsch. z. D. Gesch.' XIII, p.* 398; *cf. Wattenbach, 'D. GQ.' II (ed. VI), p.* 312, *n.* 2. 7) *La Cava prope Salernum sita abbatia; cf. Annales Romani ap. Duchesne, Liber pontif. II, p.* 345; *Bosonis V. Calixti II. ib. p.* 377. 8) *Cf. supra p.* 279 *sq.*

pro speculo vel quasi auguriandi scipho ea, que usque ad [illegible] tempora [illegible] aecclesiam Dei gesta sunt, cum illis conferamus[a], si forsitan ex eorum ad [illegible] nobis innotescat, ex quo tempore abominatio desolationis in templo Dei, quod est aecclesia, misterialiter stare ceperit. Nempe opus Salomonis templum [illegible] Christi conferre operibus ecclesiam suam predicatione, miraculis ad extremum pa[illegible] quoque proprie *impendiis construentis satis usitatum est. Mortuus est enim dominus [illegible] Iesus redemptioni nostre, resurrexit iustificationi[b] nostrae, [illegible] nostrae, spiritum quoque sanctum remisit sanctificationi et confirmationi nostrae, qui templum sanctum eius esse debemus et sumus. At rex Babilonis [illegible] diabolus templum hoc Dei sanctum, quod est ecclesia, quietum [illegible] concitans adversus illud Romanos imperatores velut alterius Babilonis principes, per quos idem templum sanctum evertere ac fidem labefactare molitus est. Romam quippe, ut supra quoque docuimus, Petrus tropice nomine Babilonis propter morum similitudinem denotat: *Salutat*, inquiens, *vos aecclesia in Babilonie collecta.* Hanc enim epistolam scribsit tempore Claudii cesaris Romae constitutus Marco discipulo eius secum illic commorante. Quanta vero inimicus in hoc sancto Dei templo, quod est ecclesia, evertendo simul et in illo manufacto per utriusque Babilonis principes malignatus est, ut supra quoque commemoravimus, nostra demonstratione non indiget: nam et libri regum templi manufacti eversionem continent et aecclesie agones, martirum gesta inhumanissime crudelitatis plena testantur, que auribus nostris cottidiana ingeruntur lectione. De utraque siquidem domo, de illa videlicet manufacta et de ista, que est aecclesia Dei, recte illa conquestio intelligitur, quam ecclesiae voces depromunt psallendo dicentis: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilium celi carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. Effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu eius, et non erat qui sepeliret* et cetera.

30. Collacio persecucionis christiane fidei per reges gentiles ad fornacem Babilonicam.

Itaque tempora persecutionis per Romanos principes aecclesiae illate temporibus eversionis templi per Babilonios principes facte rectissime respondent. Illic enim, sicut supra quoque monstrare ceperamus, statuam auream adorare tormentis cogebantur; hic ad simulacra gentium argentea et aurea adoranda innumeris tormentorum compellebantur generibus. Illic una fornax contemptoribus regalis precepti parabatur; hic totus mundus ad neces sanctorum inflammatus, quasi una fornax martiribus erat. Illic tres pueri unius regis, hic Trinitatis cultores, multa videlicet milia martirum, iniusta regum imperia spreverunt. Illic per tres pueros et quartum Danielem bestiale cor regis Nabuchodonosor tantum humanitatis induit, ut verum Deum eiusque filium confessus sit dicens: *Vere Deus vester Deus deorum est et dominus regum revelans misteria, quia tu potuisti aperire sacramentum hoc.* Item: *Ecce ego video viros solutos quatuor et nichil corruptionis in eis est et species quarti similis filio Dei.* Et in subsequentibus: *Benedictus*, ait, *Deus eorum Sidrach, Misach et Abdenago, qui *misit angelum suum et eruit servos suos, quia crediderunt in eo et verbum regis immutaverunt et tradiderunt corpora sua, ne servirent et ne adorarent omnem Deum excepto Deo suo. A me ergo propositum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus et lingua, que locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach et Abdenago dispereat et domus eius vastetur.* Et consequenter scriptura annectit dicens: *Tunc rex Nabuchodonosor promovit Sidrach, Misach et Abdenago in provinciam Babilonis. Nabuchodonosor rex omnibus populis, gentibus et linguis.*

Dan. 2, 47

*p. 44

a) conferrimus c. b) institicaoni c. c) [illegible]

que habitant terram in universa terra: Pax vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi predicare signa eius, quia magna sunt, et mirabilia eius, quia fortia et regnum eius regnum sempiternum et potestas eius in generationem et generationem. Sic, ut diximus, tres pueri cum socio ipsorum Daniele cor regis bestiale in humanum permutatum ad cognitionem et confessionem adduxerunt unius et solius veri Dei. Similiter et sanctorum martirum quasi trium puerorum ex uno ore sanctam Trinitatem confitentium perseverantia ad hoc profecit, ut bestia illa Dan. 7, 7. terribilis secundum visionem Danielis dentes ferreos habens comedens et comminuens ac reliqua pedibus suis conculcans, Romanum videlicet imperium, bestiale ac terribile humana[a] se mente induerit et Dominum maiestatis agnoscens vera se illi humilitate subdiderit.

(33). 31. Cessacio persecucionis per Romanos principes et reges Babilonicos itemque meliora decreta hinc inde statuta conferuntur.

Dan. 3, 96. Quod vero decreto statuit, ut si quis loqueretur blasphemiam[b] contra Deum Sidrach, Misach et Abdenago disperiret et domus eius vastaretur, typus extitit per iam dictos Romanos imperatores meliora prioribus pro ecclesia Dei decreta esse statuenda. Sed huius rei in subsequentibus regnis et regibus tipus clarior efulsit, nimirum Cyro et Dario atque Artaxerse Persarum et Medorum regibus captivitatem relaxantibus et 1. Esdr. 6, 14. vasa domus Domini restituentibus domusque ipsa, ut reedificaretur, concedentibus, in eius edificationem sumptus prebentibus. Hoc enim preclare illius rei typus extitit, que postmodum in Romano imperio per pium principem Constantinum completa est, quando ipso videlicet iam dicto principe fidem accedente male per eum leges ablate ac meliores pro ecclesie catholice pace ac provectione constitute sunt, sicut scriptum est: Ps. 23, 9. *Tollite portas principes vestras et elevamini porte eternales et introibit rex glorie.* Principum namque porte auferende male ipsorum leges fuerunt contra ecclesiam aliquando etiam in ereis tabulis proposite. Porte vero eternales bone pro ecclesia leges extiterunt, que tunc elevatae sunt, quando, sicut iam dictum est, pius princeps Constantinus necnon et alii post eum imperatores optimas pro ecclesia Dei leges statuerunt. In *p. 45. tantum namque iam dictus princeps ecclesiae Dei paci, provectioni ac *sublimationi Ion. 3, 6. intendit, ut sicut scriptum est de rege Ninive, quod audita verbi Dei predicatione per prophetam Ionam surrexerit de solio suo et indutus sit sacco: ita et iste princeps Constantinus, cuius memoria in benedictione est, prioris ignorantie penitudinem gerens locum solii sui, urbem videlicet Romam, principi apostolorum eiusque successoribus Romanis pontificibus concesserit ac intra palatium Lateranense, quod erat omnibus palatiis sublimius, ecclesiam in honore salvatoris domini nostri Iesu Christi consecrari fecerit, ipse sibi sedem imperii in partibus Orientis, optimo videlicet terre solo, Bizantium consecrans, nimirum equum esse non arbitrans, ut principatum sacerdotii in vicario Petri sedemque imperialem unius civitatis ambitus concluderet[1]. Et ita veritas novorum cum typo antiquitatis congruit, ut concessiones pie per Constantinum principem ecclesiis Dei facte concessionibus de reedificatione templi per Cyrum, Artaxersen et Darium factis concinnanter respondeant.

(34). 32. Impedimentum reedificationis templi et hereticorum molimina conferuntur.

Sane quod captivitate per Cirum relaxata vasisque sanctis de Babilonia in Ierusalem revectis, fundamentis quoque templi iactis opus impeditum est per principes, qui 1. Esdr. 4, 7. 24. erant trans flumen in regionibus Samarie, quorum nomina sunt hec: Reum, Beel, Theeman

a) humane c. b) blasphenia̅ c.

1) *Constitutum Constantini ed. Zeumer* § 15. 16.

et Samsai scriba et ceteri consiliarii eorum, qui etiam epistolam accusationis miserant adversus Iudeos ad regem Artaxersen primo, deinde quoque ad Darium, quod per hos, inquam, opus impeditum est usque ad secundum annum Darii regis Persarum et Medorum, hoc in hereticorum tipum diabolus contra domum Dei manufactam molitus est, sicut turrim quoque illam in campo Dura in positionem domus Dei et in typum futurarum heresium prior ipse edificare temptavit per homines, qui ab Oriente, id est ab amore veri Dei cognitione et dilectione, moti sunt; sicut decem quoque tribus per vitulos aureos a domo Dei scidit, non solum illi domui Dei manufacte invidens, sed et future contra ecclesiam scissioni hereticorum intendens. Et hominum quidem iam dictorum opus impedientium molimen ad hoc valuit, quatenus ad suggestionem eorum rex Artaxerses preciperet, ne sinerent idem opus fieri, donec forte super hoc regis preceptum aliud iubentis agnoscerent; cuius impedimenti tempus simul cum eo quo edificatum est computantes Iudei: *Quadraginta*, inquiunt, *et sex annis edificatum est templum hoc, et tu in tribus diebus excitabis illud*, cum Dominus, cui hec dicebant struentes calumpniam, non de templo illo manufacto, sed de templo corporis sui dixisset: *Solvite*, inquiens, *templum hoc et post triduum excitabo illud.* Sanaballath quoque Oronites et Tobias Ammonites et Gosen Arabs reedificantibus domum eandem Domini fortiter restiterunt, qui et adduxerunt contra eos Aminites et Arabas atque Azozios prohibentes eos in manu et robore aliquando vero et pacem simulantes in dolo eis coedificandi adiutorium obtulerunt, sed admissi [a] non sunt, utpote homines dolosi atque fidei aliene. Quid autem horum vel aperte inimicicie vel fraudulenta societas rectius intelligitur, quam hereticorum contra ecclesiam nunc manifesta crudelitas, nunc dolosa concordia! *In multis* enim, inquit, *erant mecum.* Sed *homo*, ait, *pacis meae, in quo sperabam et qui edebat panes meos ampliavit adversum me supplantationem.* Quis non novit Maniheorum Circumcelliones, qui nimirum cellas circueundo dolum sanctis Dei moliebantur, quibus et neces innumeras manibus usi crudelibus quasi zelantes zelum Dei inferebant? Quis Arrianorum ignoret pervicatiam, nunc eandem nobiscum fidem fuco verborum simulantium, nunc apertas contra Christum blasphemias evomentium, insuper vero et reges suae pravitatis dogmata infectos contra ecclesiam concitantium, per quos et aperta sevitia ecclesiis catholicorum clausis episcopos eorum exiliis detruserunt, ipsi sue secte episcopos civitatibus subrogantes, magis vero simulacra quedam episcoporum fabricantes? Que nimirum maximum cuncta non solum impedimentum, sed et detrimentum domui Dei, que est ecclesia, extiterunt reedificande. Nam primum, sicut predictum est, eadem domus per Christum verum Salomonem edificata est, per reges vero ac principes persecutores quasi Babilonios destructa, deinde regum [b] concessione per filios transmigrationis reedificata est, quibus iam dicti viri in hereticorum typum edificantibus restiterunt. Nec incongrue typum eis hereticorum assignem. In regionibus namque Samarie habitantes libros etiam legis Dei habebant, de quibus scrutabantur similitudines simulacrorum [c] suorum. Dumque victimas immolarent Domino, etiam simulacris suis sacrificabant. Quid horum conversationis reatu [d] hereticis similius, qui, cum libros nobiscum veteris pariter ac novi testamenti reciperent dumque in unius Dei professione nobiscum essent, tamen aureolam heresium suarum, mendatia monstruosa, non deserebant? Quarum heresium vel catalogum proponere, nedum contra singulas disceptare huius opusculi non requirit intentio, nec admittit brevitas, sed id nosse satis sit, maliciam hominum opus reedificationis impedientium pensatis omnibus, que circa templi fabricam vel statum gesta sunt, maxime typum pretulisse hereticorum, qui et ipsi aecclesiae Dei post persecutorum tirannidem quasi post Babilonicam captivitatem reedificande maximum extiterunt impedimentum.

a admisi [illegible]. b regnum [illegible]. c simulacrorum [illegible]. d [illegible].

35. 33. De Aman hoste Iudeorum, in quo tipum hereticorum teneat.

Sed et illud ad figuram hereticorum nonnichil facit, quod in eodem regno Medorum per Aman hostem Iudeorum contra eandem gentem diabolus machinatus est regem circumveniens Assuerum, quatenus et Mardochaeum cruci affigeret et tota gens Iudeo- [*p. 47.] rum una die perimeretur. Sed *interventu reginae Hester dolus et dolor eius in caput ipsius conversus est et in verticem ipsius iniquitas eius descendit. Nam in patibulo[a], [cf. Esth. 7, 10. 9, 14.] quod paraverat Mardocheo, ipse suspensus est itemque decem filii eius in patibulis affixi, insuper et omnes, qui se ad necem Iudeorum paraverant, versa vice a Iudeis [Esth. 10, 7.] interfecti sunt. Sed et hoc quod Mardocheus somnium suum exponens: *Duo,* inquit, *dracones ego sum et Aman,* non solum hereticorum astuciam, sed et sanctorum patrum misticat prudentiam. Nam sicut in malo, ita et in bono serpens vel draco nonnum- [Exod. 7, 12.] quam in scripturis accipitur. Unde est illud quod virga Moysi versa in draconem dracones magorum devoravit, nimirum in typum heresium per prudentiam iustorum annichilandarum. Sicut itaque per manum Moysi draco dracones devoravit et quomodo in somnio Mardochei draco a dracone victus est, ita et certamine inter hereticorum [cf. Sap. 8, 1.] astuciam et sanctorum prudentiam commoto sapientia vicit malitiam attingens a fine usque ad finem fortiter, disponens omnia suaviter. Quod item in apocalipsi Iohannis mirabili visione premonstratum est. Nam sicut illic draco, quem diabolum intelligimus, [Apoc. 12, 15.] emisit de ore suo, quod nimirum os erat Arrius vesanus, aquam tamquam flumen, id est doctrinam hereticam, ut mulierem videlicet ecclesiam, que per fidem suam pepererat masculum, Christum, trahi faceret a flumine, sed terra, nimirum ecclesia, in Niceno concilio congregata aperuit os suum et absorbuit flumen, damnando videlicet pestiferum Arrii dogma: ita et Aman velut quidam Arrii preambulus pessimum de corde et ore suo emisit consilium contra eandem gentem, de qua masculus ille recturus gentes sperabatur futurus, quatenus ea extincta Christi impediretur adventus, sed et tunc quasi terra os suum aperuit, quando[b] regina Hester primo ad Deum orationibus, deinde quoque apud regem intercedendo egit, quatenus consilium Aman pessimum in caput ipsius redundaret et gens illa unica vel arbor, de qua fructus salutis exspectabatur, salva permaneret. Et ibi quidem gladii ad Iudeorum neces corporales parabantur, hic vero lingue hereticorum, macherae nimirum acute, ad interficiendas animas exerebantur. Et sicut legimus reges quosdam ex consilio hereticorum depravatos contra ecclesiam deseviisse, ita econtra legimus sapientia vincente maliciam hereticos regum animadversione dampnatos, quod, ut diximus, in Aman malicias simul et damnatione et in regine Hester prudentia ac Mardochei sollicitudine congrue prefiguratum est.

36. 34. De dimensionibus templi.

Interim vero pensanti mihi dimensiones templi, que a regibus Cyro et Dario captivitatem relaxantibus constitute sunt, suspectus est in altitudine ac latitudine sexagenorum cubitorum numerus. Sic enim ipsa Ciri concessio scripta continet inter cetera: [1. Esth. 6, 3.] *et ut ponant fundamenta subportantia altitudinem cubitorum LX et latitudinem cubitorum LX.* Nam cum templum, ut estimari potest, ad prioris instar etiam longitudine factum [*p. 48.] unacum oraculo LX cubitos habuerit undique versum in dimensionibus *senarius decenus occurrit, qui mihi forte non inmerito, ut dixi, suspectus est, nimirum pro simili- [Dan. 3, 1.] tudine illius Babylonice statue auree, quam erexerat Nabuchodonosor rex, etiam ipsam habentem in altitudine cubitos LX et in latitudine cubitos sex. Sed et in apocalipsi [Apoc. 13, 18.] Iohannis numerum bestiae, que utique Antichristus intelligitur, invenimus sexcentos LXVI, de quo videlicet bestie numero postmodum tractandum erit. Interim vero sciendum, quod senarius creaturae solum et non creatoris numerus est. VI namque diebus

a) patibolo *c.* b) quande *c.*

mundum Deus condidit, VII° quasi fatigatus post laborem VI dierum ab omni opere suo requievit. Quid vero septimus iste dies requietionis Dei intelligitur, nisi requies eius, que non est aliud quam ipse? Deus namque, qui spiritus est, certum est quod in creatura insensibili, qualis est terra inanimata, requiem sibi non querat. Sed nec animantia irracionabilia Deo in se requiem exhibere possunt. Sola racionalis creatura requiei Domini apta condita fuerat, qualis est angelus et homo. Sed dum angelo per [illegible] superbie venit, hominem quoque superbientem manus peccatoris movit, expulsique sunt nec potuerunt stare, divinitas in eis requiem sibi non invenit, que non nisi super humilem et quietum ac trementem ad sermones Dei spiritum requiescit. Sed nec angeli boni, cum nondum in humilitate ita perfecte solidati fuissent, ut eis nichil defuerit, sine superbie vel casus sui periculo totum divinitatis se inundantis pondus sustinere valuissent. Quanto minus hominum quisquam extitit preter unicum filium Dei, qui Deus ab eterno existens etiam homo predestinatus est, preter hunc, inquam, nullus inveniri potuit, qui cum summis virtutibus arcem quoque simul repente humilitatis apprehenderit, ita ut Domino in eius dictis aut factis laborandum non esset. Itaque solus Filius, in quo Pater sibi per omnia complacuit, quique Patri in se ac de se nullum umquam laborem prebuit, solus, inquam, ipse est, in quo Pater plene requiem invenit. Unde et ipse rectissime dies ille septimus intelligitur, in quo pater Deus ab omni opere suo requievit. Igitur, ut dicere cepimus, sicut senarius creature ita septenarius creatoris numerus est ac perinde statua illa aurea recte in sui altitudine ac latitudine senarium non excessit, siquidem diabolus eam ad serviendum creature potius, quam creatori erexit.

35. De regalibus diviciis a regibus ecclesiis collatis ad sexagenorum cubitorum altitudinem templi collatio.

Itaque dum et templi altitudo ac latitudo ex concessione regum gentilium per sexagenos cubitos tenditur, non immerito idem sexagenarius anime consideranti suspectus est, ne forte illius rei portentum extiterit, in qua iam diu laboravit ecclesia, ex quo regalia, que in se laborem senarii optinent pontificalibus ex concessione regum adiuncta sunt, ut hoc sit, templum sexagenos in altum et latum cubitos ex concessione regum accepisse primordialis nimirum altitudinis, que ducentorum viginti erat cubitorum, medietate sublata pontifices regibus ex eisdem regalibus obnoxios existere. Pontificalia namque pastoralia sunt et ipsa suam requiem obtinentia. Unde sponsa in canticis canticorum sponsum suum sub cemate pastoris alloquitur dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie*, significans in ipso pascendi studio requietionis spiritualis accubitum non deesse. Regalia vero laboris ut curarum temporalium plena sunt, que requiem spiritualem vix aut nullatenus admittunt. Unde et curie regum a curis vel a cruore dicte sunt[1]. Quod patriarcha Iacob unus pastorum notissimus perpendens fratris Esau regum typum preferentis consilium admittere noluit dicentis: *Gradiamur simul et ero sotius itineris tui.* Respondens namque ait illi: *Nosti, domine mi, quod parvulos habeo teneros et oves ac boves fetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.* Sed nec de populo, qui erat cum Esau, viros secum retinere voluit, ex quorum comitatu plus gravaminis quam subsidii se putabat habiturum. Dominus quoque in euangelio easdem ab alterutrum potestates distinguens dicentibus discipulis: *Ecce gladii duo hic* respondit: *Satis est.* In harum siquidem figuram etiam in principio duo magna luminaria condidit: *Luminare maius ut preesset diei, luminare minus ut preesset nocti.* Sed et sapientissimus rex Salemon duas in earundem potestatum presignandarum distinctionem in templo columnas

1) *Cf. Comm. in ps. 64. prol. infra.*

statuit, quarum unam vocavit Iachin id est firmitas, alteram Booz hoc est in robore[1]. At nunc videmus quiddam tercium ex duarum potestatum permixtione confectum, dum quibusdam episcopis solio iudicii residentibus crux dominica, pontificatus vel christiane humilitatis insigne, ac simul vexillum ducis videlicet ad vindictam malefactorum a rege missi signum preferuntur. Quod mihi pro mea estimatione monstruosum potius videtur, quam, ut putem, ratione subnixum posse demonstrari. An forte zema[a] vel habitum cf. Math. 28, 3. illius angeli, qui resurrectionis Christi testis in fulgureo vultu atque in niveo vestium candore apparuit, hii, qui eiusmodi sunt, nituntur imitari, ut hinc terribiles iniustis, hinc blandi appareant iustis? Sed terribiles esse iniustis sacerdotes Domini concesserim terroremque habere super animantia et bestias terrae, super animales videlicet ac bestiales homines, non autem terribiles esse ex gladio vel asta et ligno lanceato, ex Matth. 26, 52. quo Dominus Petro dixit: *Converte gladium tuum in vaginam.* Nam antea Domini sacerdotibus in gladio percutere licitum fuerat, quando adhuc gens illa Iudaica, velut arbor, ex qua fructus vitae sperabatur, a gentibus inimicis defensanda fuerat. At nunc ex quo fructum vitae ex eadem gente dominum Iesum Christum in carne venientem suscepimus sacerdotibus Christi in gladio percutere licitum non est. Quod et signanter Luc. 22, 51. Dominus expressit: *Sinite,* inquiens, *usque huc.* Quasi dixisset 'usque huc' sacerdotibus Domini gladio materiali pugnare licuit[b], at nunc 'sinite', morem illum pugnandi mundo *p. 50. relinquite; vos pro me in gladio tantum oris et linguae *pugnate. Atque ad eviden- Matth. 26, 53. tiam causae: *An putas,* inquit, *non possum rogare patrem meum et exhibebit mihi plus quam duodecim legiones angelorum?*

38). 36. Iniqua confusio duorum gladiorum.

Hoc Paulus advertens non lanceam vel gladium, sed virgam tantum pastoralem 1. Cor. 4, 21. discipulis inobedientibus minatus est, dicens: *Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in caritate spirituque mansuetudinis?* Sed dicitur mihi, quoniam ex pietatis consilio placuit regibus, quatenus interdum ex ducatus vel marchiae aut comitatus reditibus episcopatum instituerent vel ampliarent iam dictis potestatibus in dicionem et ius episcopale translatis, ita ut episcopi potestatem habeant per minores sub se et a se ordinatas potestates ipsarum, quas diximus, potestatum tractare iudicia ac perinde ad huius rei conservandam noticiam, aiunt, presto esse oportere coram episcopo iudicia sinodalia tractante utriusque potestatis insignia. At ego existimaverim melius et rectius horum memoriam in instrumentis ac scriniis conservandam et ad posteritatis noticiam transmittendam, quam ut in unam personam potestates tam oppositas convenisse insignia tam contraria non sine scandalo intuentium loquerentur maxime in sinodo[c], que ad ecclesiasticas causas tractandas convocata est. Addo etiam laudandos esse reges pro tante pietatis gratia, qua taliter ecclesiam Dei sublimare illis complacuit, sed maiori eos laude et coram Deo remuneratione ampliore dignos putaverim, si quemadmodum recte obtulerunt, ita etiam recte divisissent, retenta nimirum sibi vindictarum, que sanguinis effusionem poscunt, potestate, quando eis de impendiis ducatus vel comitatus ecclesias quasdam fundare vel ampliare pie complacuit.

39). 37. Forma divisionis et distinctionis duorum gladiorum.

Huius namque divisionis laudande formam sumere a sancta Romana ecclesia in promptu est. Siquidem et ipsam multa et magna regalia ex donatione regum possidere manifestum est. Ibi etenim prefectus Urbis[2] accepta a Romano pontifice super

a) *ita c.* b) licuerit *c.; em. Sch.* c) sinado *c.*

1) *Cf. Hieron. de nom. Hebr., Opp. III, col.* 61. 2) *De praefecto Urbis cf. etiam Comm. in ps.* 64, *prol.*

causas civiles iudicandi potestate simul cum beneficiis vel stipendio [illegible] pertinente, vindictarum, que sanguinis dumtaxat effusionem poscunt, faciendarum potestatem ab imperatore per gladium evaginatum accipit, quod suum est utrique potestati recognoscens. At in regnis Francorum, ubi hac distinctione [illegible] episcopus a rege per ceptrum regalibus acceptis[1] ipse continuo sub se vicarias potestates ordinat, que mox ordinate indifferenter iudicia etiam sanguinis tractant exercentque vindictas; videant ipsi iam dicti vicarii, a quo potestatem vindicte in sanguine faciendi acceperint. Nam si eas a semetipsis usurpant rei sanguinis etiam noxiorum effusi efficientur. Si vero eiusmodi potestatem a dominis suis episcopis se dixerint accepisse, sciant idem gravem se dominis suis episcopis inferre calumpniam, quos vel noxiorum sanguinis effusi auctores suo arbitratu constituunt. Episcopalis namque vel sacerdotalis manus divinissimis sacramentis conficiendis sanctificata potestatis sanguinis effundendi legitime capax non est[2], nam et sanguine respersa reproba ad eadem celestia sacramenta conficienda efficitur, dicente Domino ad David: *Non edificabis mihi domum, quia vir bellator es et plurimum sanguinem effudisti,* apostolo quoque percussorem episcopum reprobante. Sed et canones sacri eum qui militaverit vel postulaverit aut minister sanguinis effusi extiterit a sacerdotio repellunt. Unde, ut dixi, gravem dominis suis episcopis irrogant iniuriam forensium iudices litium vel causarum, si sanguinis effundendi potestatem se a manu pontificali dixerint accepisse. Aut vero si episcopi hoc de se dici non pro iniuria reputant, nec falsam suspicionem a se repellunt, magis vero et pro gloria eis est, quod potestatem puniendi in sanguine, quam a regibus acceperint, in potestates subiectas ipsi transponant, videant qualiter manus suas a sanguine immunes exhibeant; nam ego manum sanguinis effundendi mediatricem vel internuntiam nescio quomodo a sanguine excusem. Neque vero ipsi episcoporum subiudices manibus propriis fures vel latrones deprehensos occidunt, sed occidendos lictoribus tradunt; nec tamen per hoc, quod ipsi non occidunt, quantum ad sacerdotii spectat puritatem, sanguinis reatum effugiunt. Quod si obicitur nobis de sancto Iohanne apostolo, quod legitur in ecclesiasticis ystoriis[3], homicidam illum, quem de latrocinio revocavit, post peractam penitentiam ecclesie regende prefecisse, nos quod sentimus respondemus: scripturam illam, que fabule, non fabulae, titulum optinet[4], non tam constantis esse auctoritatis, ut per eam quis cogi valeat. Aut etiam si de tanti nobis constaret actu apostoli in primordiis ecclesiae per tale forte factum remedia penitentiae quid valeant sancire[a] volentis, neque sic ad sentiendum adduci possemus contra regulas aecclesiasticas homicidas a sacerdotio repellentes. Nam privilegia singulorum legem communem non faciunt.

38. Non bona similitudo de militibus gladium cingentibus.

Sed nec illud ad excusationem huius facti proficit, quod dicunt aliqui: sic a sacerdote posse minorem potestatem legitime ordinari, quae in vita et sanguine puniat nocentes, sicut reges quoque a sacerdotibus ordinantur et novi milites non sine sacerdotali benedictione ense precinguntur, nec tamen sanguis a rege vel militibus effusus sacerdotibus imputatur. Hoc, inquam, ad causam non facit. Nam neque episcopi reges creant vel ordinant, sed principum ac populi electione et acclamatione creatis aut ex genere prodeuntibus episcopi benedicunt et cum benedictione coronam capitibus eorum

a) serre c.; significare em. Sch.

1) Cf. Hessonis relat., supra p. 22; c. [illegible] epist. ad [illegible] II [illegible]. 2) Cf. L. de aedificio Dei c. 96, supra p. 179. 3) Euseb. Hist. [illegible] III, c. 23 [illegible] Eusebii Opp. Basileae 1542 III, p. 50. 4) Cf. Euseb. [illegible] Rufino [illegible] fabulam et non fabulam, sed rem gestam etc.

imponunt; neque militibus novis sacerdotes ensem tribuunt vel eos ense accingunt, sed
cf. Rom. 13,1. accipientibus et precingentibus benedicunt, docentes eos, quod sui est officii, potestatibus sublimioribus subditos esse debere. Unde et apostolus reges et duces non Dei vel deorum — quod intelligi posset sacerdotum — sed hominum creaturam appellat
1. Petr. 2, 13. 14. dicens: *Subiecti estote omni humane creature propter Deum.* Nam quod creaturam appellat humanam evidenter expressit continuo subiungens: *Sive regi quasi precellenti*
*p. 52. **sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Ex quibus verbis apparet, reges ac duces per sacerdotum benedictionem non creari, sed ex divina ordinatione per humanam electionem et acclamationem creatis, ut predictum est, sacerdotes Domini benedicunt, ut officium, ad quod divina ordinatione assumpti sunt, sacerdotali benedictione prosequente congruentius exequantur. Nam dum se sacerdotum manibus regis benedicendi humiliant, ipso humilitatis merito gratiam, quam pie postulant, per sacerdotum Deo placentium orationes consecuntur.

(41). 39. Distinctio sacerdocii veteris et novi.

Aut si dabis sacerdotem benedictione vel unctione sancti olei reges pro sua esti-
1. Reg. 10, 1. matione creantem, qualis in veteri testamento extitit Samuel, qui lenticula olei primo
1. 16, 13. Saulem, deinde pleno cornu in regem unxit David, Sadoch quoque sacerdos et Nathan
3. Reg. 1, 39. propheta Salomonem aliique alios, quos enumerare necesse non est, quamquam alia sit
cf. Matth. 26, 52. ratio sacerdotum veteris testamenti atque alia novi — nam illis in gladio percutere licuit, quod istis Domino vetante licitum non est —: da tamen sacerdotem sacerdotali benedictione vel unctione reges creantem talem[a] videlicet, quod inter cetera orationum et benedictionum verba dicendo: 'Accipe gladium sanctum, munus a Deo, in quo deicias adversarios populi mei Israel', da, inquam, talem sacerdotem benedictione reges ex precepto Domini creantem vel mutantem, qualem tamen ego super terram non invenio, et nescio an in eum, qui eiusmodi est, quicquam sinistrum de respersione humani sanguinis debeam suspicari, quamquam in veteri testamento etiam tales inveniam occisores hominum sine vituperio quidem appellatos. Sic namque inter cetera ad Elyam
3. Reg. 19, 17. de Elyseo dictum est: *Et erit quicumque gladium fugerit Azahel, occidet eum Iheu, et qui fugerit gladium Iheu, occidet eum Elyseus.* Quomodo enim hoc impletum est? Videlicet quicumque de domo Achab fugit gladium Azahel, qui Syrie princeps erat et rex futurus iam a Domino decretus erat, occidit eum Iheu, delevit enim universam domum Achab. Quis autem effugit gladium Iheu nisi Syria? Nempe Iheu, si perfecte in viis Domini ambulasset et, sicut delevit Baal de Israel, ita et vitulos Iheroboam dereliquisset et delevisset, sicut percusserat domum Achab, ita Syriam quoque percutere meruisset. At ille a peccatis Ieroboam non recessit et per hoc Siria gla-
4. Reg. 13, 14-19. dium eius effugit. Percussit eum Heliseus. Quomodo? Infra scriptum est: *Heliseus egrotabat in infirmitate, qua et mortuus est. Descenditque ad eum Ioas rex Israel et flebat coram eo dicebatque: 'Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga eius'. Et ait illi Heliseus: 'Affer arcum et sagittas'. Cumque attulisset arcum et sagittas dixit ad regem Israel: 'Pone manum tuam super arcum'. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Heliseus manus suas manibus regis et ait: 'Aperi fenestram orientalem'. Cumque aperuisset, dixit Heliseus: 'Iace sagittam'. Et iecit. Et ait Heliseus: 'Sagitta*
*p. 53. *salutis Domini et sagitta salutis contra Syriam. Percutiesque Syriam in Afech, *donec consumas eam'. Et ait: 'Tolle sagittam'. Qui cum tulisset rursum dixit ei: 'Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus et stetisset, iratus est vir Dei contra eum et ait: 'Si percussisses quinquies aut sexies aut septies, percussisses Syriam usque ad consumationem, nunc autem tribus vicibus percucies eam'.* Ecce si pro talibus causis

a) [illegible]

occisio Syrorum prophete, licet inculpabiliter, imputatur, sacerdot[illegible] perpendant, quanta se diligentia servare debeant a [illegible] sed etiam quaestione. At plerique minus hec perpendentes [illegible] tudinis inducti vel potestatis sublimioris desiderio attracti ducatum sanguinis, utique negotio obnoxium, vel aliam dignitatem eiusmodi regalem [illegible] eandemque ipsi nichilominus laicaliter impertiunt vel certe in mi[illegible] tiunt benedictione sacerdotali interim quiescente. Quid igitur de tali [illegible] mandum est, si, ut supra docuimus, manus prophete [illegible] non solum a sanguine Syrorum effuso aliena non est, sed ei vel [illegible] pro illius temporis ratione inculpabiliter imputatur? Verum quod pr[illegible] ratione in sacerdotibus Domini non solum inculpabile, sed et laudabile fuit videlic[illegible] gladio percutere, in christinianismi sacerdotio culpa etiam sacerdotii perempt[illegible] non arbitror.

40. Augmentum scandali et de nece Arnoldi

Auget vero et hoc scandalum pusillis Christi, quod idem iam dicti nostri temporis episcopi decimas aliasque oblationes fidelium in usum Deo servientium et maxime vitam communem degentium nec non aliorum pauperum ecclesiae Dei traditas ipsi sub usibus divinis alienantes laicale beneficium faciunt et, unde minimi Christi ac Deo militantes iuvari debuerant, ut nemo in eis egens inveniretur, inde mundo militantes ac pauperum oppressores ditant[1]. Quod utique voluntarie facientes, quid aliud quam desolationem pauperibus Christi Deo militantibus inducunt sicque abominationem desolationis, quod deesse videbatur, implere pro sua portione satagunt? Nam quod episcopi regibus hominia faciunt et ab aliis accipiunt, quodque pro regalibus obtinendis negotiis se secularibus implicant et ad commeatum ducendo miliciam pergunt et cetera eiusmodi regalibus obediendo preceptis exequntur, quantumlibet inculpabiliter et innocenter eadem exequi studeant, ego ad senariam immo et sexagenariam illam cubitorum altitudinem pertinere arbitror, ad quam templum ex regum Persarum et Medorum concessione a Iesu sacerdote magno et Zorobabel duce Iuda fabricatum est, videlicet media parte prioris illius celsitudinis ex regum institutione ablata. Siquidem omnis ista ex regalium concessione ecclesiae Dei proveniens celsitudo ad senarii decuplati laborem pertinet parum aut prope nichil de spirituali sabbatismo in plerisque sacerdotibus superesse sinens mediamque partem spiritualis illius celsitudinis detruncans, que per CXX cubitos prioris templi altitudinis, ut supra exposuimus, significata est.

At vero senarii hec mysterialis quantitas in domo Dei, que est ecclesia, non ad hoc proficit, ut domus Dei taliter ordinata domus Dei non sit, sed presules earum non sint episcopi, quemadmodum quidam nostro tempore, Arnoldus nomine[2], docmatizare ausus est, plebes a talium episcoporum obedientia deortans. Pro qua etiam doctrina non solum ab ecclesia Dei anathematis mucrone separatus insuper etiam suspendio neci traditus, quin et post mortem incendio crematus atque in Tybrim fluvium proiectus est, ne videlicet Romanus populus, quem sua doctrina illexerat, sibi eum martyrem dedicaret. Quem ego vellem pro tali doctrina sua quamvis prava vel exilio vel carcere aut alia pena preter mortem punitum esse vel saltim taliter occisum, ut Romana ecclesia seu curia eius necis questione careret. Nam si, ut aiunt, absque ipsorum scienti[illegible] consensu a prefecto urbis[3] Romae de sub eorum custodia, in qua tenebatur, ereptus ac pro speciali causa occisus ab eius servis est, maximam siquidem cladem ex [illegible] sione eiusdem doctrinae idem prefectus a Romanis civibus perpessus fuerat [illegible]

1) De edificio Dei c. 15 sqq., supra p. 145 sqq. 2) Cf. [illegible] c. 28, SS. XX. p. 403 sq. 3) Cf. Ott. Frising. l. l.

non saltem ab occisi crematione ac submersione eius occisores metuerunt, quatenus a 2 Reg. 3,37. domo sacerdotali sanguinis questio remota esset, sicut David quondam honestas Abner exequias providit atque ante ipsas flevit, ut sanguinem fraudulenter effusum a domo ac throno suo removeret? Sed de his ipsi viderint. Nihil enim super his nostra interest, nisi cuperem matri nostre sancte Romanae aecclesiae id quod bonum, iustum et honestum est. Sane de doctrina et nece Arnoldi idcirco inserere presenti loco volui, cf. Rom. 10,2. ne vel doctrine eius prave, que etsi zelo forte bono, sed minori scientia prolata est, vel neci eius perperam acte videar assensum prebere. Non enim condempno ecclesiam Dei vel ecclesiarum presules regalia possidentes et eis licite ac modeste utentes, licet laboriosas eorum curas et occupationes molestas sexagenarie illi domus Dei celsitudini assimilare mihi visum sit. Quod vero plerique sacerdotes vel episcopi toto se studio secularibus negotiis vel actibus impendunt, obliti que sacerdotii sunt, quod deposito gladio spirituali proprias gladio materiali ultum iri parant iniurias, quod vindicantes se lesiones in corporibus aut rebus eis quos inimicos existimant preter legitimas potestates machinantur, quod currus sibi et equites ex decimis aliisque fidelium oblationibus multiplicant, ut terribiliores adversariis sint, quodque equitatus numero sublevati populum seculariter vivendo in Egyptum reducunt: hec et cetera his similia vel *p. 55. deteriora ad desolationis abominationem in loco *sancto stantem pertinere non dubitem. Quanto enim Christi patientiae et mansuetudini dissimilia sunt, tanto ad similitudinem Antichristi accedunt.

13). 41. De LX cubitis altitudinis templi ad clerum collacio.

Nec vero solum in episcopis plerisque sexagenorum cubitorum typicam illam, que iam dicta est, celsitudinem, sed et in reliquo clero videre est, maxime tamen in his qui cathedrales tenent ecclesias. Hi enim cum neque canonum neque cenobitali regule subiecti sint, cuiusdam regulae, quam Ludwici regis[1] dicunt, professores se perhibent. Que nimirum regula, si tamen regula et non potius pravitatis ac perversitatis doctrina dicenda est, in curia regali per aulicos et curiales clericos fabricata inter plurima perfectionis precepta undique in unum ex patrum dictis bene et utiliter congesta hoc unum quasi venenum retinet, quod euangelica perfectio, de qua gloriatur Matth. 19,27. Petrus dicens Domino: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te* et de qua Domi- Luc. 14,33. nus: *Nisi quis,* inquit, *renunciaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus* ad solos monachos, non etiam ad cleros pertineat. Quod quam falsitatis plenum sit vel ex eo omnibus scire volentibus liquet, quod primi huius precepti executores cum ex precepti ipsius obedientia omnem euangelicam perfectionem executi fuerint, qua maior nulla est, de mundo videlicet electi et celesti magisterio instituti ex apostolatus officio insuper non solum clerici, sed et clericorum principes ac magistri primi extiterunt. Quibus ipse celestis magister Christus non ante apostolatus vel clericatus officium imposuit, donec eos in mundialium rerum despectu suique amoris perfectione Ioh. 21, 15–17. probatos invenit. Unde uni eorum cum dixisset tercio: *Amas me?* eidem tercio amorem confitenti tunc demum post singulas amoris confessiones pascendorum agnorum et ovium curam iniunxit.

14) 42. Urbanus papa.

Urbanum quoque papam ac martyrem id ipsum de cleri perfectione sapere ex decretis eius generalibus palam est, quorum exordium tale est[2]: *Urbanus papa et martyr omnibus christianis in sanctificatione Spiritus et aspersione sanguinis Christi salutem* et

1) *Cf. Opusc. de edificio Dei c. 50, supra p. 165; Epistolam ad Innocentium papam, supra p.* 207. 2) *Urbani I. epist. c.* 1, *Hinschius p.* 143.

cetera: *Scimus eos non ignorare, quia ... [illegible] viguit et adhuc gratia Dei viget et maxime inter eos, qui [illegible] clericos, sicut legitur in actibus apostolorum: 'Multitudinis [illegible] [illegible] anima una, nec quisquam eorum que possidebat aliquid [illegible], sed erant illis omnia communia. Quotquot erant possessores agrorum aut domorum [illegible] afferebant precia eorum, que vendebant, et ponebant ante pedes ap*[illegible] *autem singulis, prout cuique opus erat'* et cetera. Cum itaque manifestum sit [illegible] ac pluribus veteris ac novi testamenti paginis necnon et patrum [illegible] in quibus vir illustris Ieronimus ac pater Augustinus eminentiores sunt, clerum per maxime euangelica perfectione debere esse decoratum, siquidem testante [illegible] Augustino perfectus monachus vix clericum perfectum efficiat, videlicet si cum vitae sanctitate assit eruditio sufficiens. Quisquis aliter [b]doceet, non Christi discipulus, sed Antichristi preco est. Proinde congregationes secundum iam dictam regalem Ludewici regis, quam dicunt, regulam institute, quoniam apostolice perfectionis culmine carent in suis privatis domibus, deserta communi domo, victitantes etiam ipse ad sexagenorum cubitorum altitudinem typicam mundialis laboris plenam disposite mihi videntur, etiamsi probari possit eas pro illa maneria hominum in ieiuniis, elemosinis et castimonia vitam ducere laudabilem. At vero quoniam maior ex eis numerus viciis libere inservit, divicias sibi de rebus pauperum multiplicantes et gratiam Dei in luxuriam transferentes, fornicantes et insuper sacrificantes et quasi manducantes de idolotico, — idolatrie enim scelus dixerim immo, et scriptura dicit nolle acquiescere et contra interdictum sacrificare presumere —: ego talem congregationem, in qua vicia regnum obtinent, recte dicam sinagogam satanae et abominationi desolationis magis quam Christo in semet locum prebere; quamvis non negem in eis aliquos, qui velut Loth in Sodomis vicia et viciosorum consortia atque communionem maxime in officiis interdictis declinantes odia sibi perdite viventium monendo et arguendo consciscunt. Hi ergo tamquam cives Ierusalem in Babilone sunt, sicut e contra fieri potest et fit, ut in bene ordinatis cenobiis tam quam in Ierusalem cives Babilonis non desint. Sed Deo favente libere illic agere et dominari non possunt. Alioquin talis domus Iherusalem esse desineret, in qua vicia et viciosi libertate vel dominio potirentur. 1. R[illegible]

43. De abominacione desolacionis, quando [in[a]] templo materiali et spirituali stare ceperit.

Et quia multa de sexagenorum cubitorum altitudine templi sub regalium cum ecclesiasticis permixtione simulque regalis illius regule contra euangelicam perfectionem adulterina superordinatione locuti sumus, quibus nimirum abominationi desolationis locus in ecclesia Dei preparatus est, nunc diligentius pervidendum, quando abominatio desolationis, que dicta est a Daniele propheta in loco sancto stare ceperit, primo videlicet in templo materiali positione idoli materialis, sed typica deinde in templo spirituali, quod est ecclesia spiritualiter per heresium ac scismatum auctores, quorum abominande persone in abominationem desolationis reputande sunt ad consummationem misterii iniquitatis. Palam quippe est Antiochum Epifanen primo abominandum desolationis idolum manufactum in templo Ierosolimis collocasse, quod etiam ibi per tres integros durasse annos ex cronicis[1] colligitur. Unde vir illustris Ieronimus exponens illud apud Danielem[2]: *Usque ad vesperam et mane dies duo milia* [illegible] *sanctuarium: 'Legamus,* ait, *Machabeorum libros et Iosephi hystoriam, ibi*[illegible]

a) deest c; suppl. Sch. b) [illegible]

1 *Ios. Antiqu. XII.* c. 8. § 6. *ed. Dindorf I.* p. 464 sq. 2 [illegible] c. 18. *ed. Vallarsi V.* col. 675.

reperiemus centesimo quadragesimo tercio anno a Seleuco, qui primus regnavit in Siria post Alexandrum ingressum Antiochum Ierosolimam universa vastasse reversumque anno
*p. 57. *tercio in templo posuisse statuam Iovis et usque ad Iudam* **Machabeum, id est usque ad annum centesimum XLVIII, per annos vastitatis Ierusalem VI, contaminationis autem templi tres duo milia trecentos dies et III menses esse completos, post quos templum purgatum est. Quidam pro duobus milibus CCC duo milia CC legunt, ne sex annis tres menses superesse videantur. Hunc locum,* ait idem Ieronimus, *plerique nostrorum ad Antichristum referunt et quod sub Antiocho in typo factum est sub illo in veritate dicunt*
Dan. 8, 14. *esse complendum. Quod autem infert: 'Mundabitur sanctuarium', Iude Machabei significat tempora, qui de vico Modin, fratribus ac propinquis secum annitentibus et multis de populo Iudeorum, Antiochi duces superat iuxta Emmaus, que nunc Nicopolis dicitur'.* Hec sanctus Ieronimus. At Porfirius, inimicus fidei nostrae, hec eadem et cetera, que de Antiocho principe per eundem Danielem prophetata sunt, ita de Antiocho interpretari nititur[1] cum prophetia res gestas conferendo, ut penitus, quantum in ipso est, intellectum ecclesiae de Antichristo evacuet, sicut prophetiam quoque de Christo in aliis completam esse contendit. Nos vero credimus domino Iesu longe post Antiochi mortem dicenti prophetiam Danielis de abominatione desolationis adhuc in futurum fuisse complendam. Ait enim discipulis de temporibus et signis destruende civitatis Ierusa-
Matth. 24, 15. lem et consummationis seculi inquirentibus: *Cum videritis abominationem desolationis, que dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto* et interposito *qui legit intelligat*
ib. 16. de temporibus obsidionis subiunxit dicens: *Tunc, qui in Iudea sunt, fugiant in montes* et cetera. Itaque secundum hanc non solum Danielis, sed et domini Iesu prophetiam abominatio desolationis secundo per idolum manufactum in templo Ierosolimis stetit, quando, ut longe supra a nobis dictum est, Gaius cesar imaginibus suis illatis templum
Philo a. profanari iussit. Unde Philo scribit, quod et supra inseruimus[2] et nunc iterare non piget: *Multa,* inquit, *in Gaio ingenii pravitas, qua erga omnes homines, tum precipue erga Iudeorum gentem ferebatur, et speciali quadam sevitia loca eorum, que divinis habent supplicationibus consecrata, incipiens ab Alexandria diripi et contra religionem moremque gentis profanari iubet statuis suis et signis ea atque imaginibus replens. Templum quoque sanctae civitatis, quod solum manebat totius profane contagionis intactum et a maioribus perduraverat asilum, commutare in templum proprii nominis ausus est, ut*
Iosephus a. *edes Iovis et nobilissimi novi dei Gaii vocaretur.* Iosephus quoque, quod idem supra memoravimus[2], in secundo Iudaici belli libro Iuda Philoni scribens dicit: *Is autem, qui missus est a Tiberio in Iudeam procurator Pilatus, noctu velatas introferri Ierosolime imagines cesaris iubet ac statui. Quod ubi dies exortus est magnam perturbationem populis excitavit Iudeorum stupentibus et perturbatis ad novam faciem rerum.* Hec secunda idoli in templo materiali positio ad impletionem prophetie Danielis ac verborum
*p. 58. Domini sufficere videri posset, nisi *abominationem desolationis in templo staturam
Matth. 24, 15. predicens parabolice se loqui innueret in eo, quod interposuit: *Qui legit,* inquiens, *intelligat.* Hoc enim cum dicit sicut alias cum aures audiendi requirit verbis parabolicis quedam subesse digna scitu misteria innuit. De qualibus item ipse consequenter re-
Luc. 8, 10. quisitus ait discipulis: *Vobis datum est nosse misterium regni Dei, ceteris autem in parabolis.*

(47). 44. De Hircano et Aristobolo fratribus germanis.

Itaque sicut misteria regni Dei sanctis inquirere ad fidei confirmationem utile ac delectabile est, ita et misteria operationis satane pro veritate scripturarum demon-

a) [illegible] *in marg. c.*

1) *Nescio ubi.* 2) *Cf. supra c. 4, p. 313.*

stranda inquirere et impleta demonstrare, etsi [illegible] nihil tamen fidei, spei et caritati, que in Deum est, affert edificationis dicente Domino: *His autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Veruntamen scire oportet, quod ante hanc secundam idoli positionem in templo duobus germanis fratribus Hircano et Aristobolo, qui ex [illegible] stirpe descenderant, de sacerdotio et regno contendentibus ac civitatem et provinciam intestino bello vexantibus locus regnandi parabatur Herodi funesto, qui ex patre Idumeo et matre ortus Arabica primus alienigena regnum Iudeae provinciae [illegible] concessione Romanorum obtinuit, ut impleretur illud patriarche Iacob [illegible] dicentis: *Non auferetur sceptrum*[a] *de Iuda et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.* Is ergo Herodes, ut supra prestrinximus, postquam regnum obtinuit, templum illud, quod a Zorobabel duce Iuda et a filiis transmigrationis de Babilonia[b] reversis reedificatum fuerat, LX nimirum cubitorum altitudinem habens iuxta Cyri regis Persarum concessionem, hoc, inquam, templum is de quo loquimur [illegible] Herodes ad terram deposuit et aliud condidit, maius quidem et duplum altitudinis habens templi quod fecerant filii transmigrationis; sed hoc fecit gloriam querens suam non Dei.

Bene, inquit[1], *nostis, quod istud maximo Deo templum nostri patres edificaverunt, cum de Babilonia remeassent, et quia desunt ei ad magnitudinem in altum cubiti sexaginta secundum instar illius, quod Salomon construxerat, nemo negligentiam pietatis patrum nostrorum accusat. Non culpa illorum factum est minus templum, sed Cyrus et Darius huiusmodi mensuram edificationis fieri preceperunt.* 'Nostri patres et parentum nostrorum' dixit, quia videlicet Iudaici, cum non esset, generis se volebat haberi. Subsecutus et hoc ait: *Nunc autem quoniam nutu Dei principatui meo pax largita concessa est et divitiarum possessio et multitudo redituum et, quod maximum est, amicitia favorque Romanorum, qui omnium rerum domini existunt, ea nos studebimus [illegible] necessitate servitutis tempore opus corrigere et integram Deo [illegible] pro beneficiis eius in meo regno collatis!* Hec dicens properavit templumque in uno anno et mensibus quinque peractum est. Nonne homo ille, immo bestia, sic loquens et sic properanter faciens, David fideli et pacifico Salemoni regibus legitimis, regibus de tribu Iuda, sese conferre aut etiam preferre contendit? At ille, videlicet fidelis David, nulli quicquam rapuit nec de rapinis domum nomini Domini edificari instituit, sed: *Ecce ego*, inquit, *in paupertacula mea paravi impensas domus Domini, auri talenta centum milia et argenti mille milia, eris vero et ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine, ligna et lapides preparari ad universa impendia.* Hec dicens etiam dedit Salemoni filio suo descriptionem templi et cuiusque operis et: *Hec omnia*, inquit, *venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris.* Quod illum dicentem cum legimus vel audivimus, numquit tibi non eum quoque, cum esset propheta, huiusmodi ostensionem vidisse arbitremur, ut diceretur ei, quomodo dictum est et Moysi de tabernaculo faciendo: *Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est?* Salemon quoque aurum et argentum non ex rapinis, sed ex Dei dono habuit. Numquid talibus ac tantis Herodes nebulo sese[c] conferre debuit? Voluntatis tamen Dei fuit, ut templum illud manufactum vel per talem hominem in [illegible] statum perduceretur ante adventum eius in carne, quatenus ipse parvulus manibus parentum ac virginis matris in templo non dimidiato, sed perfecte ac divinitus inst[illegible]

a) [illegible]
b) babilonia [illegible]
c) Voluntatis [illegible]

1) *Ioseph. Antiq. Iud.* l. XV c. 11, § 1, ed. Dindorf I, p. 610.

Agg. 2, 10. altitudinis offerretur, impleta quoque prophetia Zacharie dicentis: *Quoniam maior erit gloria domus huius novissime plus quam prime.* Que tamen gloria non in eo completa est, quod Herodes funestus eandem domum in antiquum statum perduxit, sed quia Dominus maiestatis in eodem templo oblatus sit, qua gloria maior illius templi esse non potuit, de qua sancto prophetie spiritui cura esse debuerit. Si enim, ut apostolus 1 Cor. 9, 9. testatur, de bubus, videlicet quantum ad rationem precepti, Deo cura non est nec esse debet, quanto minus de lapidibus, rebus videlicet inanimatis, ad quam mensuram componerentur Deo vel sancto Spiritui prophetie cura esse debuit, ut ex eorum molibus vel magnifica structura gloriam domus sue estimaret, nisi misteriorum ratio digna Deo ib. 15, 46. precipienti sublateret? Nam quia, ut iam dictus testatur apostolus: *Non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale* non sine causa domum, in qua ipse offerri voluit, primo per Salemonem ad altitudinem CXX cubitorum fieri voluit ac deinde post sacrati numeri ac mensurarum completionem dedicari Deo ac benedici, sed quia previdit in apostolos plebemque credentium ad eiusdem numeri sacrati quantitatem congregatos Spiritum sanctum, qui est vera benedictio et sanctificatio, effusum iri, similiter et eandem domum cum LX tantum cubitorum secundum preceptum Cyri et Darii regum reedificata fuisset, noluit in tali imperfectione permanere, sed in antiquum CXX cubitorum statum et altitudinem restaurari, quod per Herodem funestum factum est, sicque in eadem domo Christus presentatus est, hoc nimirum per hec materialia sancto intendente sapientiae Spiritu, quod [ante[a]] ultimum quoque Christi adventum aecclesia, que est vera et viva domus Dei viventis in his, qui spirituales dicuntur et esse debent, ad antiquam apostolice perfectionis institutionem reformanda sit, ad hoc annitentibus qualibuscumque principibus et Herodi similibus. Hec enim apostolice institutionis perfectio tanquam nichil habendi et omnia possidendi recte per CXX cubitorum altitudinem, ut superius partim docuimus, significata est.

Nunc autem et illud iungimus, quod in CXX duodenarius decies multiplicatus est. Duodenarius vero numerus quid sacri misterii contineat, ecclesiasticae scole didascolis notum est. Sciunt enim hunc numerum ex partibus septenarii, que sunt tria et quatuor, in se multiplicatis construi, nam ter quatuor vel quater tria duodecim faciunt. Et cui non palam est in ternario fidei, que in sanctam Trinitatem est, in quaternario vero perfecte operationis commendari mysterium, nimirum propter solidam perfectionem quatuor virtutum cardinalium? Et hec tria videlicet et quatuor partes septenarii sunt, quia qui fidei sanctae perfectam operationem sociat, utique sancto septiformi Spiritui in se locum parat, cuius qui vere compos extiterit, ad veram sabbatismi eterni requiem perveniet, insuper vero et in hac vita feriatus a vitiis in sancto sapientie spiritu requiescit docilis nimirum huius verbi factus, quod ipsa Dei sapientia degens in carne elocuta est: Matth. 11, 29. *Discite,* inquiens, *a me, quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris.* Duodenarius vero hic in mensura altitudinis templi decies multiplicatur[b] et CXX cubitos perficit, ut noverimus ordinem ecclesiasticum, qui sic in populo, quemadmodum in civitate, templum est et in quo velut in templo sancta sanctorum sunt, videlicet corporis dominici consecratio et sacri crismatis sanctificatio vel unctio ac peccatorum remissio, hunc, inquam, sciamus ordinem ad consummationem sanctorum divinitus institutum non ex qualibet profana seu populari conversatione in ecclesia multiplicari debere, sed ex his solum hominibus, qui et secundum legis decalogum sine querela conversati maxime post baptismum sint ac deinde ad apostolicam perfectionem, quae in duodenario significatur, profecerint. Hoc est enim duodenarium decies multi- Act. 1, 15. plicari, ut CXX sint, quot nimirum homines primo Spiritus sanctus ad dilatandam et regendam ecclesiam consecravit, quibus et linguis omnium gentium loqui donavit, signi-

a) *deest c.; suppl. Sch.* b) multiplicantur *c.*

ficans in omnes gentes dilatandum edificium ex tam paucis personis [illegible] illa civitate, de qua scriptum erat: *Quia de Syon exibit lex et verbum Domini de Ierusalem.*

45. Quid differat in spiritualibus altitudo illa templi, que per Salomonem constructa est ab ea, que per Cyrum reedificata est.

Quod alios, videlicet extra euangelicam et legalem perfectionem conversantes, ecclesia Dei super se in regimine sustinet et aliquamdiu sustinuit, hanc ergo formam non ad CXX, sed ad LX cubitorum altitudinem arbitror pertinere. Que nimirum altitudinis mensura, quia minus Deo placita est, ad hoc significandum non in illo LX cubitorum, quod secundum Cyri et Darii regum concessionem factum fuerat, sed in illo, quod Herodes, licet impius, ad CXX cubitorum altitudinem perfecerat, Christus offerri parvulus atque adultus conversari, docere atque signa facere curavit, de quo etiam, non autem ex illo priore, vendentes et ementes eiecit. Nisi enim ad euangelicam cum legali institutione ordo ecclesiasticus se gesserit nec divina presentatione nec doctrinae auctoritate aut miraculorum spiritualium gratia sufficienter idoneus existet, sed nec foro venalitatis perfecte purgabitur, in his duntaxat personis, qui nondum pro amore discipulatus Christi possessionibus terrenis et mundi cupiditatibus renuntiarunt. At econtra templum illud CXX cubitorum in omnibus his illustre comparuit maiorque facta est gloria domus huius novissimae plus quam prime, ut noverimus in ecclesia apostolice institutionis fundamenta ac formam tenente gratam et ex propria institutione Deo acceptam esse corporis sui consecrationem, doctrine eruditionem ac peccatorum remissionem. Non enim quibuslibet popularis conversationis hominibus, sed his solum, qui ab ipso didicerant omnia propter euangelium relinquere eiusque discipulatui adherere, ipse potestatem corporis ac sanguinis conficiendi potestatem tradidit dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quibus item et in eis eorum[a] pedissequis ipse dixit: *Quecumque ligaveritis super terram ligata erunt et in celo et quecumque solveritis super terram soluta erunt et in celis.* Item ipsis eorumque sequacibus et non aliis ipse dixit: *Euntes docete* et cetera. Unde hos solos legitimos verbi ministros dixerim, qui cum apostolis dicere Christo possunt: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te* sicut mensurae illae[b] templi sole complacuerunt Domino, de quibus ait David: *Omnia*, inquit, *scripta venerunt ad me.* At vero quomodo et illud brevius templum usque ad tempus correctionis a Domino toleratum est et que in eo offerebantur hostiae non reprobate: ita et nunc per Christi et ecclesie tolerantiam admittuntur ad altaris ministerium etiam hi, qui citra euangelicam perfectionem se gerunt, videlicet propria retinentes, insuper vero cupidi et avari ac de hereditate pauperis Christi divicias congregantes magisque in ipso ministerio que sua sunt, quam que Iesu Christi, querentes, et per tales administrata sacramenta virtutem suam obtinere non negamus, maxime si in heresi excommunicata aut in cismate non sunt vel ipsi pro suis sceleribus excommunicati atque interdicti sacramenta divina celebrare non presumunt, alioquin extra catholicam ecclesiam veri sacrificii locus non est[1] et Spiritus sanctus discipline fugiet fictum et sacrilegis, ne dicam idolatris, manibus videlicet contra interdictum sacrificantibus Spiritus sanctus cooperator non erit, quoniam peccatum ariolandi est non obedire et quasi scelus ydolatrie nolle acquiescere. Item ad brevius illud templum pertinere putatur celsitudo illa secularis pompe ac regalium cum ecclesiasticis coniunctio vel permixtio, maxime Sap. 1, 5.

a) earum c. b) illi c.

1) Cf. Prosperi l. sententiar. ex Augustino XV (Prosperi opp. Paris. 1711 col. [illegible]).

ubi per sacerdotes laudabiliter vel tolerabiliter utentes in obsequium euangelii rediguntur, ita ut pastorale officium comitentur vel subsequantur, non etiam precedant nec obruant vel extinguant, de quibus et superius tractatum est.

50. 46. Quod in utroque templo, id est non solum in breviore, sed etiam in altiore abominacio desolacionis steterit materialiter[a] et sic in ecclesia spiritualiter.

Horum sane omnium tempora correctionis sicut extremi quoque iudicii diem nostrum scire non est, que pater posuit in sua potestate. Veniente tamen etiam om-
Matth. 13, 41. nium horum correctionis tempore saltem tunc, quando *filius hominis mittet angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala,* cum et domus Dei, quae est ecclesia, in antique celsitudinis statum reparabitur. Interim vero Domino permittente stare habet abominatio desolationis in loco sancto, maxime autem in templo breviore LX cubitorum altitudinis, id est in his, qui[b] animales sunt de ecclesia vel in ecclesia et non secundum euangelicam perfectionem ordinati, ex quorum numerosa multitudine, cum sint quidam in veritate sinagoga satane, per forensem tamen fidei professionem et
Ps. 143, 12. quendam iusticie cultum, sine quo in ecclesia portari non possent, circumornati sunt ut similitudo templi. Sed nec hi, qui apostolicam vitam profitentur in ecclesia ab hac, de qua loquimur, abominatione desolationis perfecte immunes existunt, cum sint et inter tales vel ex talibus Iude proditori, Nicolao fornicatori, Ananiae quoque ac Saphirae similes, qui cum apostolicae vitae magis quedam purgamenta extiterunt, quam ex cor-
1. Ioh. 2, 19. pore sacri illius collegii fuisse comprobentur, de qualibus et Iohannes apostolus *ex nobis,* inquit, *exierunt, sed non erant ex nobis,* non mirum, si et in talibus nostro quoque tempore abominatio desolationis locum invenitur. Sic enim in huius monstruosi mali figuram olim abominandum Iovis idolum non solum in illo breviori templo per Antiochum Epifanen collocatum[c] est, quod ibidem per tres integros stetisse annos[d] refert hystoria, sed et in ipso, quod postmodum in integrum celsitudinis statum per Herodem reparatum est, eadem abominatio desolationis ex Gai cesaris precepto illata est, ita ut in eodem ipso templo et Dominus presentatus sit infans atque adultus docuerit et abominatio quoque desolationis steterit. Sic ergo et in ecclesia Dei non
cf. Iob 1, 6. mirum, si et optimis pessima permixta sunt, sicut dicit scriptura, quoniam, *cum venissent filii Dei, ut assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam satan.*

51 47. Culpatur dualitas sacerdocii non solum in christianismo, sed etiam in antiquo populo.

Sed nec illas ab impietatis misterio divisiones vacasse crediderim, que post Herodis alieniene in regno Iudaico sublimationem sacerdocii pariter et illius regni facte sunt. Nempe sacerdotii pontificalis apex, qui a temporibus Aaron unicuilibet filiorum eius usque ad ea tempora successim indivisus ex auctoritate Dei precipientis provenerat, ut unus apud eos summus sacerdos vel princeps sacerdotum diceretur et esset, abhinc pro humano alieniene regis arbitrio in duos summos dictos sacerdotes distributus est. Unde
Luc. 3, 4. et illud Luce euangeliste testimonium, quoniam *sub principibus sacerdotum Anna et Caipha factum est verbum Domini super Iohannem Zacharie filium in deserto.* Ad quos etiam utrosque primo videlicet ad Annan, deinde ad Caiphan dominus Iesus in passione sua adductus coram eis irrisus, sputis illitus et exalapatus est atque ab eis ad
*p. 63. Pilatum vinctus adductus. Cuius divisionis in *ecclesia et contra ecclesiam Christi complere misterium ex longo iam tempore sathanas molitus est. In qua molitione sua a temporibus Nicolai pape secundi magis prosperatus est. Ex tunc enim, ut supra

a) mat c. b) que c. c) collatum c.; *em. Sch.* d) in nos c.; *em. Sch.*

dictum est, Gregorio VII. Wicbertus, Gelasio Burdinus a regibus Herodiane malicie consortibus superintrusi sunt. Contra Innocentium quoque secundum Petrus Leonis Urbem tenuit, quoad vixit in urbe, papa nominatus, sed orbe et universa ecclesia propter electionis et eligentium potiorem partem in Innocentium consentiente. Similiter et Wicbertus atque Burdinus facile a catholicis et ab universitate reprobati sunt, existentibus nimirum causis manifestis intrusionis, pro quibus reprobabiles extiterunt. Sic et in ceteris usque ad Cornelium papam, cui preferre se nitebatur Novatus, quotienscumque divisio et quasi dualitas vel etiam pluralitas Romanorum pontificum per quascunque[a] causas vel occasiones emersit, facile fuit ecclesie reprobare malum et eligere bonum, habenti nimirum causas in promptu quibus id facere posset. Et ita non remanente lapide super lapidem, qui non destrueretur, unitas in ecclesia sua et maxime in sede illa principali Deo valde complacita inviolata ac tunica illa inconsutilis inconscissa permansit. Nam quod unum in sede illa prima sedere, immo et unum illum toti ecclesie preesse Christus diligat, ex eo palam est, quod uni Petro non solum cum ceteris, sed etiam pre ceteris ac super ceteros claves regni tradidit: *Tibi dabo claves regni coelorum et quodcumque ligaveris super terram* et cetera. Nam dum ei a Domino 'quodcumque solveris' dicitur, in universitatem ei potestas traditur. Sane in universitate etiam apostolorum chorus includitur. Unde item ei dictum est a Domino: *Tu autem aliquando conversus confirma fratres tuos.* Bona et legitima potestas in fratres, quam non in destructionem, sed in edificationem et confirmationem ipsorum accepit, ne vel fratres infirmare vel hostes confortare sibi a Domino concessum, quilibet eius successor arbitraretur. Sed nec ipsam solvendi et ligandi potestatem indifferenter et pro libitu exercendam accepisse arbitrandus est, sed ut solveret que solvenda essent et liganda ligaret. Quod etsi in verbis Domini ad Petrum determinatum non invenitur, procul dubio tamen sub tali determinatione data ei ligandi solvendique potestas recte intelligitur. Hoc vero et verba Petri testantur in ordinatione Clementis dicentis hoc modo[1]: *Trado ipsi Clementi traditam mihi a Domino potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris decretum sit et in celis. Ligabit enim, que oportet ligari, et solvet que expedit solvi, tamquam qui ad liquidum ecclesie regulam noverit.*

48. De abusione potestatis ecclesiastice.

Itaque dum potestatem sibi traditam tradens non absolute vel ut libet, sed determinate tradit sub eadem determinatione se accepisse patenter innuit. Alioquin si absolute acceptam ipse determinate traderet, iam non eadem potestas integraliter esset. Iam vero et potestas quelibet pro libitu solvendi et ligandi tradita magis regibus gentium, quam discipulatui Christi foret congrua. Nam de rege Babilonico hoc scriptum est dicente Daniele regi Balthasar: *Pater tuus quos volebat interficiebat et quos volebat percutiebat; quos volebat exaltabat et quos volebat humiliabat.* Quos volebat, inquit, non quos debebat. Dominus vero in euangelio longe aliam discipulis suis principandi formam tradidit. Nam premisso: *Reges gentium dominantur earum et qui potestatem habent super eos benefici vocantur* legem eis dominandi vel principandi prescribens: *Vos autem,* inquit, *non sic, sed qui maior in vobis est fiat sicut iunior, et qui precessor est, sicut ministrator.*

Miror[2] nostri temporis Romanos pontifices Petri successores, in qua potestate eas ne dicam personas, sed ecclesias, quas volunt, interventu quoque, ut dicitur, pecuniae, exaltent et quas volunt humilient, episcopatus archiepiscopis, episcopis abba-

a) quoscumque c.

1) *Cf. Clementis I. epist. I, c. 2, Hinschius p.* 31. 2) *Cf. locos quos Mühlbacher l. l. p.* 383. *adnotavit.*

tias vel canonias[a] subtrahant et suo speciali obedientiae, ut datis privilegiis vendicent, quod iam de plerisque factum est et adhuc factitari non desiit, nimirum superbia et avaricia huius negotiationis fomitem ministrante et ad effectum perducente. Dum enim quilibet abbatum suo subesse fastidiens episcopo tale privilegium a sede apostolica reportaverit et sui episcopi se obedientiae[b] subtraxerit, hinc iam curritur ab utrisque, tam ab his videlicet, qui iniuriam passi sunt, quam ab his, qui se inique episcoporum regimini subtraxerunt, curritur, inquam, ab utrisque ad sedem apostolicam, haud dubium, quin maiore fidutia ab his, qui iniuriam inferentes speciales se apostolice sedis filios gloriantur. Sed nec illi diffidunt, qui cum iusta causa maiora quoque forte donaria adportaverint. Hinc spoliantur et depauperantur ecclesiae, hinc perpetue inter subditos et prelatos, inter facientes et pacientes iniurias inimicicie et, quod est execrabile simul et miserabile, publice calamitates in rebus et mentibus multarum personarum et ecclesiarum in lucra cedunt paucorum, ut puta duodecim seu decem aut octo hominum cancellariorum, cardinalium et cartulariorum, quorum implentur marsupia, farcinantur mantice, cumulantur quot centenariis vel milibus marcarum entece. Et esset utcumque malum tolerabile, si taliter congesta pecunia vel bene expenderetur in sanctos videlicet et ecclesiasticos usus, nimirum quomodo loculorum dominicorum pecunia bifariam sancte expensa est, qua vel aliquid in diem festum emebatur ex ea vel egenis dabatur, sicut beati quoque papae Gregorii[1] pecunia sancte et pie expensa est, de qua Rome tria milia virginum pascebantur sub regula exceptis Dei famulis longe vel prope positis. Si, inquam, taliter expenderetur pecunia curie utcumque illata, esset malum tolerabile et gementes taceremus; nunc autem ex ea exaltantur et ditantur cognati vel
Matth. 6, 20. dum in maiorem dignitatem oportunius expendenda servatur erugine consumitur vel fures eam et effractores furantur aut certe alienis relinquitur.

49. De avaricia Romanorum civium.

At Romano pontifici aliislibet sibi thesaurizantibus liberam vel quietam suam habere entecam non conceditur. Vix enim tantum in eam totus orbis congerit, quantum ex ea sumere Romanorum civium avaricia concupiscit[2], et est puteus ille inexple-
*p. 65. bilis plus illis exhaurientibus, quam de toto orbe *manus afferentium infundant. Excepto enim eo, quod Romanus pontifex recens ordinatus, dum ei fidelitatem iurant, circa XI milia talentorum Lucensis monete quasi loco beneficii expendit, novas ei parrochiani sui Romani causas pene semper dandi et sibi accipiendi exquirunt. Propter hoc vicinas civitates quasi beato Petro adversarias bello temptant, sopitas et inveteratas iniurias suscitant, intra ipsam civitatem vel pro papa vel contra papam aliquas pene semper motiones excogitant, ut dum semper eorum quasi auxilio indigeat semper et ipse expendat ac semper ipsi accipiant. Dumque enteca, quod frequenter contingit, penitus exhausta fuerit, bene ei facere volunt pecunias accomodantes, quas idem ipsi ab eo recipiant. Quod si inter hec contentio inter duas ecclesias predivites de primatu vel archiepiscopali[c] sede, aut etiam de terminis emersa fuerit, non mirum, si hi, a quibus multa exiguntur et qui forte ere alieno obligati[d] sunt, ampliorem retia sua laxabuntur in auri et argenti capturam? Contigit tamen aliquando pie memorie papa

a) canonicas c. b) obedientia c.; em. Sch. c) archiepalim c. d) abligati c.

1) *Cf. supra p.* 175. 2) *Cf. Epist.* 17 *(l. l. col.* 568*):* Cum essem Viterbii apud sanctae recordationis papam Eugenium et ille familiari alloquio mihi retulisset de sua vexatione, in qua Tiburtinis contra cives Romanos favens multas pecunias expenderat et tandem satis miseram pacis compositionem fecisset, ego respondi. . . . *Aliud exemplum praebet pactum, quod papa et Ianuenses iurarunt, SS. XVIII, p.* 356; *cf. Mühlbacher, 'Die streitige Papstwahl des Jahres* 1130' *(Innsbruck* 1876) *p.* 60.

Eugenio presidente, ut sagmarii duorum predivitum archiepiscoporum, videlicet Coloniensis[1] et Mogontini[2], onusti redirent a Roma. Quorum unus, videlicet Coloniensis, quoniam deteriorem causam habuit, pro qua et depositus est, ab eius pecunia abstentum est. Alter vero, scilicet Mogontinus, in misericordia[a] emendatus est, sed ne acceptione pecunie delata in eum clementia videretur, dictum est ei illi: 'Cum quali veste introisti, cum tali exeas'[3]. Sed hoc factum quanto rarius illic ubi, tanto in sancto viro papa Eugenio preclarius et iure non parvi miraculi optinet dignitatem, ita ut in eius laudem vere dici possit: *Beatus vir, qui post aurum non abiit nec speravit in pecunie thesauris. Quis est hic et laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita sua. Qui potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit.* At hoc, ut dixi, quia valde rarum et pro raritate[b] miraculi obtinet dignitatem maiori usui plurimorum hoc singulare opus unius viri non preiudicat, quominus avaricia apud eos in capite sit.

50. De fastu legatorum Romanae ecclesiae.

Hoc nempe testantur et legati eorum etsi non dictis, factis tamen evidentibus. Etenim cum domi manentes se mediocriter transigant paucisque pro facultatis modo ministris contenti sint, mox ut cuique talium in terras extraneas legatio iniuncta fuerit, statim adscitis sibi undecumque personis et conquisitis equitaturis curiam ordinat, alios dapiferos, alios pincernas, alios camerarios, marscalchos instituens; qui dum et ipsi necessarios sibi clientes et servos subordinant, fit equitatus non modicus vix circiter quadraginta aut eo amplius equos se moderans, ut ne dicam pauperiora vel mediocria cenobia, sed ne predivitia[c] quidem, vix autem episcopi et principes eorum multitudini ad voluntatem servire sufficiant. Quod si minus laute et accurate et non per omnia ad placitum eis servitum fuerit, pro modico defectu, forte luminis aut annonae equorum minus sufficienter ad eorum placitum ministratorum persepe patrem cenobii aut in ultimo loco collocant aut amministrationem *ei regiminis interdicunt, donec modicum *p. 6[illegible] detrimentum vel defectum pondere centuplicato recompenset sicque in gratiam revertatur[4]. Quod si eis moram in aliqua civitatum facere contigerit, dum proxima et civitati adiacentia claustra datis servitiis exhausta fuerint, per nuncios remotiora invisunt, ita ut circumiacentes quoque episcopatus nec solum conterminos, sed etiam remotiores eorumque cenobia usque per octo dietas visitare non pigritentur, ipsi quoque visitationes mutuas episcoporum et abbatum per se ipsos vel per nuncios exigentes aut, si facte non fuerint, cum omni auctoritate et imperio arguentes et in aliquos officiorum suspensione usque ad satisfactionem vindicantes. Omnia hec oculis nostris perspeximus et auribus audivimus et regiones nostre perpesse sunt de verbo fastus et avaricie Romanorum legatorum euntium et redeuntium vel moras agentium[5].

a) midia c. b) reditate c. c) pdicia c.

1) *Arnoldi I.* 2) *Heinrici.* 3) *Epist.* 17. *ad Alexandrum III.* [illegible] *col.* 569: 'Novit hoc tota Germania, in qua duos magnos archiepiscopos humiliavit, Moguntinum videlicet et Coloniensem, pecunia eorum spreta et reprobata: ideo in diebus eius requies data fuit ecclesie Romanae' *etc.; Bernardi de consideratione l. III, c.* 3 (*Opp. ed. Mabillon I, col.* 437): 'Duo venerant ambo locupletes et ambo rei, siquidem unus Moguntinus, Coloniensis alter; alteri gratis gratia reddita est; alter indignus, credo, cui gratia redderetur, audivit: 'Cum quali veste intrasti, cum tali regredieris'. *Gerhoh Bernhardi opere certe usus est, quod* [illegible] 66 [illegible]. *Cf. Ann. Colon. Maximi I. et II. a.* 1150, *SS. XVII, p.* 763; *cf. Bernhardi, 'Konrad III'* *II, p.* 807; *Giesebrecht* V, *p.* 28; *Sturmhöfel, 'Gerhoh'* (1888) *p.* 35. 4) [illegible] *rei affert Gerhoh in libro de quarta rigilia noctis c.* 12, *'Oesterr. Vierteljahrsschrift für kath. Theologie'* X (*Wien* 1871), *p.* 585. 5) *Cf. Iohannes Saresber. Policraticus* V, c. 16 (*ed. Giles III, p.* 828. *Oxonii* 1848): 'Sed nec legati sedis apostolicae manus suas excutiunt' [illegible]

51. De modestia quorundam legatorum Deo et hominibus acceptorum.

Et hic quidem fastus legatorum modernis accrevit temporibus. Nam vidi ego
temporibus adolescentie meae maiores de curia, cardinales Gerhardum sanctae Crucis[1],
qui postea Lucius papa factus est, itemque Martinum[2] beate memorie singulos novem
tantum[a] aut circa decem equos in comitatu suo habentes, qui tanquam vere cives
sanctorum et domestici Dei portantes pacem et illuminantes patriam gaudium civitati-
bus ac cenobiis venientes invexerunt et benedictionem reliquerunt abeuntes. Sed quoti
fuerunt hi suo tempore aut hodie similes eorum, quot arbitrabimur reperiri, ad multi-
Phil. 2, 21. tudinem aliorum, que sua sunt querentium, non que Iesu Christi! Quod eo minus
miramur, siquidem et apostolus Paulus paucos habuit Timotheo similes, videlicet tam
ib. 20. sibi unanimes, qui sincera affectione pro ovibus solliciti fuissent, multos vero quere-
2. Cor. 11, 13. batur *subdolos transfigurantes se in apostolos Christi* et ministros iusticie, cum ministri
Phil. 3, 18. fuissent sathane, *inimicos crucis Christi, quorum Deus venter erat et gloria in confusione
ipsorum, qui terrena sapiebant.* Ipsorum quoque discipulorum Domini cum multi ab-
issent retro pauci admodum, soli videlicet XII, cum eo relicti sunt, ex quibus adhuc
unus diabolus erat, dominicorum locorum fur ac Salvatoris omnium traditor. Similiter
cf. 3. Reg. 18, 19. et Helias propheta solum se ex prophetis Domini relictum queritur, cum prophete Baal
quadringenti quinquaginta itemque prophete lucorum quadringenti fuissent de mensa
Iezabel panem comedentes. Quid ergo mirum, si et nostro in tempore tam in Urbe,
quam in orbe paucitas est verorum Christi discipulorum, qui apostolis et antiquis illis
veris Christi discipulis sicut officio, ita et moribus ac pastoralis cure vigilantia, succes-
Phil. 2, 20. serint, sincera pro ovibus affectione solliciti? Sane multitudo invenitur eorum, qui
magis preesse, quam prodesse, magis pastores dici, quam esse curent. Qualibus dici
Ioh. 6, 26. conveniat a Domino: *Venistis ad me, non quia signa vidistis, sed quia manducastis de
panibus meis.* Talibus amicis mense committi ecclesiam, cum ubique dampnosum sit,
*p. 67. in *Urbe, quae caput est orbis, tanto dampnosius, quanto ad eius sedis antistitem ab
omnibus ecclesiis appellare licitum est et quasi ad asilum ex toto orbe oppressos
confugere.

(56). 52. De appellacionum abusione[3] atque abusivis appellacionibus.

Videamus autem, in quem[b] perversum usum etiam appellationis remedium derivatum est. Appellant namque flagitiosi et facinorosi, si forte pulsati fuerint, non quod se inique gravatos sentiant, sed ut peccandi sibi vel ad tempus inpunitatem redimant; appellant quique volunt, ante auditam vel datam sententiam, scientes appellationem

a) tamen *c.* b) quam *c.*

munere, qui interdum in provinciis ita debacchantur, acsi ad ecclesiam flagellandam egressus sit sathan a facie Domini. Concutiunt angulos domus, ut prosternant filios et filias eius, qui languores et dolores animarum curavit in cruce, *alios fontes, quos affert Mühlbacher, 'Die streitige Papstwahl' p.* 79. *Praeterea cf. Epist. I,* 21. *Gotfridi Vindoc. ad Girardum episc. Engolism., sedis apost. legatum, Opp. ed. Sirmond* 1610, *p.* 39 *ff.; Sturmhöfel, 'Gerhoh' (*1888*) p.* 40*; Mühlbacher in edit. Scheibelbergeri p.* 383. 1) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' I,* 358*; Gerhardo libellum De ordine donorum spiritus misit; cf. supra p.* 274. 2) *V. infra c.* 82*; De quarta vigilia noctis c.* 12, *l. l. p.* 585*; cf. Bernhardi Clarevall. l. de consideratione IV, c.* 5, *Opp. ed. Mabillon I, col.* 447*; Mühlbacher, 'Die streitige Papstwahl' p.* 71*; Sturmhöfel l. l. p.* 43. 3) *De eadem re egit Bernardus Clarevall. in l. de consideratione III, c.* 2, *Opp. ed. Mabillon I, col.* 434 *sqq.; Conradi III. epist. ad. Eugenium III. a.* 1150, *Febr. (Wibaldi epist. nr.* 231*), Jaffé, Bibl. I, p.* 351: Etenim tam temerariae provocationes totam aecclesiasticam disciplinam subvertunt et omnem iuris ordinem confundunt.

qualitercumque ad sedem apostolicam factam Romanis non esse [illegible]. Nec satis iam est appellationis interpositione quosque sibi peccandi tempus redimere, [illegible] et contra adversum eos, a quibus pulsati fuerint vel etiam contra iudices, [illegible] pulsantur, erigunt sub falsa quadam appellationis imagine eos ad apostolicam sedem provocantes. 'Appello', inquiunt, 'te ad Romanum pontificem, ut illo vel illa die coram eo mihi de iniuria illata respondeas'. Que verba eis scripta porrigunt, ut maiorem terrorem suis appellatis incutiant, ad instar videlicet aselli pavidam [illegible] pelle leonis territantis. Ita non satis est, appellationem iniquis et malefactoribus ad male agendum patrocinari, nisi et cogant apellationis imaginaria specie proprios [illegible] et episcopos, et quotquot graves personas iudicio cooperantes, grandi via laborare. Si enim quasi apellati plerique non supersident, non quoniam eis falsas apellationes spernendi prudentia desit, sed quia timent in se a Romanis pontificibus velut in contemptores vindicari, quod et sepe factum est. Ita appellationum non solum usus in contrarium versus est, sed etiam nomen ipsum in alienam significationem violenter detortum. Nam cum dicere liceat gravatis audita vel data sententia, quia sentio me gravari tali sententia, illum vel illum iudicem appello, sicut Paulus coram iudice Festo et rege Agrippa timens donari Iudeis: *Cesarem*, inquit, *apello*, quod ego non aliud esse putaverim quam dixisset: 'Cesarem in causa mea nomino, coram illo et non alias responsurus, nihil enim est aliud apello quam nomino', cum, inquam, pro incerta gravationis causa et legibus prescripta verborum formula et verborum significatione antiquitus instituta liceat appellare: isti pro nulla causa formula quoque verborum neglecta[a], quin etiam verbis in alium usum transsumptis, non tam appellant quam appellasse videri volunt, ut eis, quos suos dicunt, appellatos et dispendia rerum et fatigationem corporum aut, quod est gravius, Romani pontificis indignationem supersedentibus inducant. O vos contempnendi iudiciorum iustorum contemptores et iniqui appellatores, quis vobis ausus, que licentia verba de usu proprie significationis in alienam significationem transferendi? Sic enim intelligi et hoc significare vultis dicentes: 'Appello te ad iudicem illum', quomodo si diceretis: 'Provoco te ad illum'. In quibus, queso, grammaticorum vel rethorum scolis hunc tropum didicistis, ut pro verbo, quod est 'provoco', 'appello' ponatis, aut quale huic tropo nomen ponitis, quem ignorandi et ignorantes contra omnem latinitatis usum, contra legistarum omnium doctrinam de corde vestro ceco et fatuo confinxistis? Aut vos Romani, qua fronte in talium pseudoappellationum contemptores vindicatis, quas, si confiteri velitis, penitus spernendas esse cognoscitis? Numquid simplicium ignorantia ac timidorum inconstantia vestraque potestate in malum vobismetipsis abutimini, ut comedatis agnum de grege, immo vero ut aurum et argentum vobis multiplicetis et Dominus videns hec non iudicabit? Iudicabit plane iusticias, sed cum acceperit tempus, videlicet cum vestre iniquitates fuerint complete. Quas ego vel iam completas vel de proximo completum iri arbitror. Gravatur enim iam ecce universa terra, fastum et avariciam Romanorum ferre non sustinens.

53. De exortu novi scismatis.

Unde mihi videtur hoc ipsum esse de iudicio Dei ultra iniquitates ipsorum sustinere non valentis, quod nostro in tempore in Romana ecclesia talia erumpunt scismata, qualia non sunt audita nec visa in illa presertim ecclesia, ex quo christiani esse ceperunt. Non nunc de heresibus loquor, que catholicam impugnaverunt actenus veritatem, sed de scismatibus, que catholicam dissipant unitatem. In quolibet autem scismate, quod ad nostra usque tempora catholicam scindere moliebatur unitatem, facile, quod supra quoque docuimus, erat discernere, quenam pars in catholicam [illegible]

a neggleta c.

siam et que in heresim reputanda, existentibus nimirum causis manifestis, pro quibus hec cuilibet catholico acceptanda, altera vero detestabilis existeret, sicut in Wicpertiniano eodemque Henriciano et Burdiniano etiam ipso Henriciano, nec non in Petrileonino scismate[1] advertere promptum est. At nunc in scismate de electione Romani pontificis exorto, quod iam non solum Urbem, sed et Romanum vexat orbem, ita contentiose invicem partes utraeque convertant[a], tantaque se multitudine hinc inde muniunt, ut, cum duo sint Romani pontifices dicti et consecrati, non facile nisi a valde prudentibus viris et nichil in causam preter veritatem querentibus adverti possit, quis inter duos electos et consecratos pro papa catholico assumendus et diligendus et quis pro scismatico odiendus aut saltem quis e duobus sustinendus quisve contempnendus sit[2].

1159. Sept. 1. Etenim obeunte papa Adriano cum ad eligendum Romanum pontificem episcopi
Sept. 7. ac presbyteri, diacones aliique sancte Romane ecclesie cardinales convenissent et singulorum voluntates secreto ab his, quibus id iniunctum fuerat, requisite fuissent idque quod inventum et scripto notatum fuerat in medium idem ipsi protulissent[3]: maior et potior apparuit numerus cardinalium, qui in cancellarii Růlandi electionem consenserant. Nam paucis valde in electionem Octaviani, aliquibus etiam in magistrum Bernhardum[4] eligendum placuit. Dumque ageretur cum eis, quatenus se ad maiorem nume-
*p. 69. rum cardinalium colligerent, eo quod *tres pape esse non possent, hi qui magistrum Bernhardum nominaverant ab eius nominatione recesserunt et ex eis aliqui se in electionem cancellarii iunxerunt, aliqui vero etiam ambigue se ad Octaviani et cancellarii electionem habuerunt, ita ut ad utrumque devotionem suam ostenderent, quilibet ex his duobus salva pace et unitate eligi potuisset. Et iam numerus cardinalium, qui in Octavianum sive omnino sive cum tali ambiguitate consenserant usque ad septem[5] excrevit, sed nimia erat etiam in his paucitas comparatione numeri eorum, qui in electionem Růlandi cancellarii consenserant. Igitur et cum his agi studiose cepit, quatenus a parte illa sua modica recedentes ad universitatem se colligerent et obtentum est usque ad tres, quorum unus erat Iohannes Pisanus[6], alter Guido Cremensis[7], qui contentiosius aiebant et instabant dicentes se nunquam ab Octaviani electione recessuros. His tercius adhesit Tusculanus[8]. Et hi tres quartum Octavianum papam facere moliti sunt. At universitas cardinalium tres istos nec partem dici posse reputantes, suum electum, cancellarium videlicet Růlandum, in papam elevare temptaverunt oblato[9] ei, ut mos est, per archidiaconum manto, rubea videlicet illa cappa, quae insigne papale est. Quam[10] ille vestem aliquamdiu pro humilitate sua renueret suscipere, tandem vero precibus fratrum exoratus animum et caput ad suscipiendum inclinaret, Octavianus manibus uti cepit, rapiens mantum de manibus offerentium et desuper collo et capite eius, qui fuerat induendus et sic inter manus hinc inde trahen-

a) *an concertant legendum?*

1) *Cf. Epist. ad Innocentium papam supra p.* 227. 2) *Cf. praef. II, supra p.* 308. 3) *Cf. pactum quod cardinales ante electionem inierunt, Rahewini Gesta Friderici IV, c.* 52, *p.* 473. 4) *Episc. Portuensem.* 5) *Novem secundum epistolam cardinalium Victoris IV, ap. Rahew. l. l. p.* 473; *Epist. Eberhardi Bamberg. l. l. p.* 454. 6) *Cardin. tit. S. Silvestri et Martini; cf. Romualdi Ann. SS. XIX. p.* 430. 7) *Cardin. tit. S. Calixti.* 8) *Ymarus episcopus; cf. Rahew. Gesta Frider. IV, c.* 52; *Encyclica concil. Pap., Const. imp. I, p.* 267; *in Vita Alexandri III. et in epistolis Alexandri hic non nominatur.* 9) *Cf. Alexandri III. epist. ad Gerhardum ap. Rahewin. Gesta Frider. IV, c.* 51, *p.* 471, *e qua Gerhoh sine dubio hausit (Jaffé nr.* 10587*).* 10) *Gerhohum hic epist. Alexandri ad Eberhardum archiep. Salzburg. in usum vocasse ostendit M. Mayer, 'Die Wahl Alexanders III. und Victors IV.' (Göttingen* 1871*) p.* 56 *sq.*

tium mantus discissus est. Ipse vero Octavianus [illegible] ac preparatum offerente sibi suo capellano vestitus est [illegible] dens locum clerum advocat, qui semotus in parte [illegible] ex pectabat, ut quem electio sublimasset ei ipse debita reverentia [illegible] clerus accurrens, ubi Octavianum in rubea cappa vidit, electum unanimi [illegible] credidit et ei velut electo acclamavit. Sed et fores basilice [illegible] cives Romani, ut erant armati, etiam ipsi Octaviani electioni acclamare ceperunt omnia putantes esse peracta in pace[1]. At vero domini cardinales [illegible] que fiebant in partem se receperunt sanctuarii, deinde intra [illegible][2] [illegible] supra sanctuarium, se incluserunt ibidem per novem dies[3] expectantes, donec tandem [illegible] securitate accepta per cives Romanos extra urbem educti sunt[4], ubi [illegible] electum suum levaverunt et eum papam Alexandrum nominaverunt, quem et mos [illegible], quorum id iuris ac privilegii[a] erat, cooperante sibi frequentia dominorum cardinalium cum omni solempnitate consecraverunt, qui etiam consecratus Octavianum [illegible] scismaticum cum suis principalibus fautoribus excommunicavit. At vero Octavianus [illegible] datam in se spernens sententiam, cum non haberet legitimos consecratores, a [illegible] lano, quem solum habuit ex cardinalibus, et ab aliis duobus ex provincia conquisitis manus sibi tandem post mensem fecit imponi, quo facto suos etiam ipsos excommunicatores excommunicare presumpsit.

Et quis sapiens, veritatem et iudicium in hac controversia querens, non facile deprehenderet causam Alexandri esse meliorem? Sed eversor pietatis et iusticie diabolus per suos satellites ad callida argumenta convertitur, excogitans qualiter lucem tenebras ac tenebras lucem poneret, qualiter partem Alexandri infirmaret ac [illegible] robur aquireret eaque esset ei utilitas, ut ecclesia Christi scinderetur. Quia enim in electionis et consecrationis ratione pars Octaviani se vidit et agnovit inferiorem quibusdam adinventionum cuniculis, partem Alexandri cepit infamare, non iam electioni eius derogans vel consecrationem profanans, que suis rationibus secundum canones constabant, sed personas electi et eligentium apud augustale imperium reos maiestatis sugillans, quatenus et sibi imperii clementiam conciliaret et adverse parti maiestatem offensam redderet. Unde et primo musitare, deinde vero apertis vocibus clamare ceperunt ac dicere numerum de parte Alexandri cardinalium spernendum esse propter conspirationis notam, qua se notabiles ipsi reddiderint. Duplicem autem eis conspirationem vel coniurationem obiciunt, unam qua contra augustale imperium Friderici imperatoris et contra laudamentum in verbo Domini factum, adhuc vivente papa Adriano, cum Siculo Willehelmo[5] et Mediolanensibus aliisque inimicis imperii federati sint; secundam qua, ut easdem contra imperium conceptas inimicicias ad finem usque destinatum perducerent, inter se sacramenti firmitudine convenerint decedente papa Adriano non alium se in papam electuros, nisi qui eiusdem coniurationis consors [illegible] titisset[6]. Verbum autem conspirationis pecunia Siculi et Mediolanensium coemptum

a) privilegi c.

1) *Cf. epist. cardin. Victoris l. l. p.* 474. 2) In castrum beati Petri [illegible] *p.* 474; *cf. epist. Alexandri l. l. p.* 471. 3) per dies octo [illegible] novem diebus continuis, *epist. Alex. III. p.* 471. 4) [illegible] extra Urbem secesserunt, *ep. Vict. l. l.* 5) *Cf.* [illegible] *Frider. IV, c.* 52. *SS. XX. p.* 473; *Sigeberti* [illegible] *Friderici I. ad Eberhardum archiep. Salzburg.* (1160, *Febr.* 14) *ap.* [illegible] *p.* 481; *cf.* [illegible] *t.* 47. *p.* 463. 468. 6) *Epist. cardin. Victoris IV* [illegible] *Encyclica Concil. Pap., Const. imp. I. p.* 267: [illegible]

hoc esse dicunt: quatenus imperatorem Fridericum excommunicarent et absque consilio Willehelmi Siculi et Mediolanensium numquam absolverent[1]. At cum dicunt eis hi qui nondum in hanc vel illam partem accesserunt, quatenus probent que dicunt, respondentes: 'Quomodo', inquiunt, 'contra eos probare quid possumus, qui omnem aecclesiae audientiam subterfugiunt vel exagitati male stimulo conscientiae vel fastu decepti
Ioh. 3, 20. superbie? Nam sicut *qui male agit odit lucem, [ut[a]] non arguantur opera eius,* ita,
Ps. 73, 23. inquiunt, etiam istorum *superbia odientium* veritatem *ascendit semper,* ut male agentes ipsi proprii facti arbitri esse velint. Numquid, inquiunt, non superbiam spirat, quod invitati ad sinodum Papie episcoporum aliorumque ecclesiae prelatorum, quos imperatoris Friderici ecclesiastica ac pia diligentia congregaverat, non solum non venerunt,
*p. 71. sed et respondentes superbie dixerunt se, quorum esset *de omnibus iudicare, nullorum mortalium iudicium subire velle aut debere[2]? At noster, inquiunt, papa Victor agnus mansuetus ad concilium episcoporum venit et causam suam examinandam iudicio ecclesie commisit, ubi et ordine electionis et qualiter in ecclesia beati Petri ipse nullus alius inmantatus et intronizatus est diligenter exposito, videlicet sub iurisiurandi probabilium sacerdotum et aliorum qui interfuere clericorum attestatione, semota omni laica violentia seu iudicio, in papam catholicum ecclesiae catholicae a quinquaginta episcopis et aliis religiosis patribus, qui eidem interfuere concilio, agnitus et confirmatus est.
Sept. 18. Ubi et ille, inquiunt[3], scismaticus Růlandus, qui XII^{mo} post pape Victoris electionem et inmantationem die apud Cisternas intrusus est, ab ipso Victore papa et universo concilio, tribus dumtaxat se subtrahentibus episcopis, excommunicatus est'. Hec dicunt simul et litteras quasdam pridem a papa Adriano, alias etiam postmodum ab Alexandro ad inimicos imperii quasi directas in testimonium facte contra imperium conspirationis proferunt[4]. Facte autem eiusmodi conspirationis etiam se ipsos testes proferunt duo illi cardinales, qui Octaviane partis sunt, utpote qui, sicut ipsi fatentur, eiusdem conspirationis socii exstiterint et participes illius male date et accepte pecunie inpunitatem sibi super hoc ipso apud imperium promittentes, eo quod legibus imperatorum in crimine lese maiestatis[5] proditoribus etiam sociis criminum non solum impunitas promittitur, sed etiam ad testificandum contra socios[b] criminum admittuntur. Sed non sic ecclesiastice leges censent, que apud clerum potiorem locum optinent, utpote que nemini de se confesso super alieno crimine credendum esse iudicant. At illi contenebrati et leges ecclesiasticas minoris habentes in suo destinato permanent ac dicunt etiam non fuisse liberam nec puram in Alexandrum factam electionem, que inter solos duodecim cardinales coniurationis socios non sine precii interventu coarctata sit, etiamsi prior extitisset.

[illegible] 54. Quid pars Alexandri contra Octavianum dicat?

At vero hi qui de parte Alexandri sunt magnas etiam ipsi et graves causas electioni in Octavianum facte obponunt. Primo videlicet de manto, quod Růlando

a) *deest c.* b) socias *c.*

eligerent, qui eadem coniuratione teneretur; *cf. Orationem advocati Victoris, ib. p.* 259; *Encycl. imp. ib. p.* 263 *sq.* 1) *Cf. Gesta Friderici I. imp. in Lombardia (Ann. Mediolan. mai.) ed. Holder-Egger* 1892 *p.* 39: Papa quoque e converso idem convenit cum eis, et convenit, quod ab illa die usque ad XL dies excommunicaret imperatorem. 2) *Cf. Responsum Alexandri III, Constit. imp. I, p.* 257. 3) *Cf. Epist. cardin. Victoris l. l. p.* 474; *Encycl. conc. Pap., l. l. p.* 266. 4) *Encycl. conc. Pap. l. l. p.* 267: Praeterea coniurationem inter Rollandum et suos sequaces cardinales cum Mediolanensibus et Siculo nefandissime perpetratam et per ipsos coniuratores, et per litteras Rollandi Mediolanensibus directas et aliis manifestissimis argumentis deprehendimus et cognovimus. 5) *Cf. Decreta Iulii c.* 12, *Hinschius p.* 469; *Grat. Decr. c. XV, qu.* 3, *c.* 5; *Epist. Gerhohi ad cardin., 'Archiv f. österr. Gesch.'* 47, *p.* 369.

canonice electo a Romane ecclesie archidiacono obleam [illegible] ac tandem consentiens indui ceperit Octavianus propriis [illegible] legus rapuerit, quodque alio manto de domo sua allato ipse a propriis capellanis ausu sacrilego[a] vestitus sit[1]. Aiunt preterea, quod a duobus solis cardinalibus, per spiritum contentionis assumptus, legitimos consecratores et antiquitus [illegible] institutos non habuerit, sed post consecracionem Alexandri per legitimos factam episcopus ipse integro fere mense interposito a duobus solis [illegible] emendicatis non tam consecratus, quam dissecratus sit. At hi qui de parte Octaviani sunt, pro duobus solis, quod eis obicitur, cardinalibus electoribus [illegible] etiam quamvis pauciores numero saniorem fatentur partem[2], eo quod a conspiratione illa, quam dicunt, inmunes libertatem electionis habuerint, aliorum vero cardinalium numerum nullum reputant, quos nota[b] eiusce conspirationis vel coniurationis respuerit, quos eadem quoque coniuratio libertatem et puritatem in eligendo habere [illegible] non sit, sed eos, ut dicunt, ad unum de solis coniuratis vel confederatis eligendum constrinxerit.

55. De magnitudine parcium.

Ita hinc inde partes et cause vere seu ficte confligunt coram summo rege Christo ac si videas duas mulieres unam veram et alteram falsam matrem coram rege Salomone de puero contendentes[3], quarum una dicat: *Filius tuus mortuus est et filius meus [illegible] vivit* et altera respondeat: *Mentiris, filius quippe meus vivit et filius tuus est mortuus.* Et continet se rex noster verus Salemon super his et peccatis nostris exigentibus nondum manifestum vel rebus ipsis vel per ora fidelium suorum fecit aut protulit iudicium, ita ut dixerit: *Date huic infantem vivum et non occidatur, hec est enim mater eius,* sed adhuc usque rebus quasi loquitur et dicit: *Dividite infantem vivum et date dimidiam partem uni et dimidiam partem alteri.* Videmus enim iam orbem in una fide catholica, Romane aecclesie filium, quae nunc peccatis nostris exigentibus quasi in duas matres divisa est, etiam ipsum incipientem dividi et in duas partes conscindi, iamque dimidiam partem uni et dimidiam partem alteri matrum obtingere, ita ut neque hic neque illic Christus integer constanter inveniri aut teneri valeat. Quarum divisionum partes si invicem quasi in statera penses, ut eam que maior vel potior inveniatur, pro catholica teneas utrobique regna et regiones atque provincias et reges partium tutores invenies, utrobique metropolitanos et episcoporum aliorumque patrum multitudinem agnosces. Et cum magni ponderis sit et esse debeat apostolicarum sedium iudicium in omni controversia ecclesiasticorum iudiciorum atque causarum dubiarum, earum presertim que universitatem contingunt et in quibus de catholica veritate vel unitate disceptatur, unde ait pater Augustinus[4], quoniam quisque catholicus securus illam partem detestatur, cui catholicam ecclesiam apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit. Cum igitur, ut dictum est, apostolicarum sedium, que sunt Antiocena, in qua primo sedit Petrus apostolus, et Ierosolimitana, cui prefuit Iacobus apostolus, magni ponderis sit et esse debeat in universalibus aecclesiae causis iudicium, tamen et aliarum ecclesiarum vel presulum iudicium aiunt, qui pro parte Octaviani sunt, ubi concordia suffragatur plurimorum, spernendum non est, qui quanto causas ipsas de viciniori noverunt, tanto de eis iudicium equius ferre possunt. Et hec dicunt pro eo vel

a) sacrilege c; em. Sch. b) notam c. c) [illegible]

1) *Alexandri III. epist. ad Gerhardum ap. Rahewini Gesta Frid.* IV [illegible] p. 471; *Jaffé nr.* 10587. 2) *Encycl. conc. Pap. l. l. p.* 266: ex quibus VIIII [illegible] coniuratione foederata. 3) *Cf. Gerhohi epist. ad cardinales* [illegible] p. 369 sq. 4) [illegible]

*p. 73. potius contra hoc, quod Antiocena et Ierosolimitana[1] ecclesie favere dicuntur *partibus Alexandri, que causas, ut aiunt, utriusque partis utpote transmarine de longinquo per internuncios et litteras noverunt aut forte unius solum partis maritima et portus tenentis allegationes per litteras agnoverunt, alterius minime. Sicut nos quoque, inquiunt, Victoris et eorum, qui cum eo sunt, allegationes ore ad os cognovimus et quasi manibus in Papiensi[a] concilio pertractavimus, aliorum vero allegationes per literas tantum, et ipsas aliis directas, agnovimus eo, quod invitatis utrisque partibus ab imperatoria maiestate ad concilium Papiense, semoto omni seculari iudicio, celebrandum una, Alexandri videlicet, pars se concilio subtraxit, non quin sufficiens ei securitas veniendi et asserendi que vellet data de parte imperatoris fuisset, sed quia sibi, ut aiunt, sufficiens in se visa est et que cum de omnibus haberet iudicare concilii subire non deberet iudicium.

De[b] eo quod Dominus se iudiciis hominum optulit.

Non sic Dominus, non sic. Qui cum de resurrectione dubitaretur a discipulis, apud quos etiam verba mulierum resurrectioni eius attestantium quasi deliramenta visa sunt, non, inquam, sic Dominus discipulorum conventui in infidelitate prostrato presentiam suam subduxit, sed stans in medio eorum omnibus eis se ipsum non solum
Luc. 24, 39. videndum, sed et palpandum exhibuit dicens: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere.* Qui et se in via discipulis duobus ambulantibus
cf. ib. 28. iunxit, coram quibus, etsi se longius ad tempus finxit ire, intravit tamen cum illis et
Ioh. 20, 27. in fractione panis agnitus est. Sed neque unum discipulorum Thomam in infidelitate relinquere voluit, quin potius vulnerum suorum cicatrices ei palpandas offerens infidelitatis non solum illius, sed nostre quoque dubietatis in eo vulnus sanavit. Cur igitur non eum Alexander imitari voluit, cuius dum papatus phantasticus non sit, quare se ecclesie in concilio adunatae videndum et palpandum non prebuit, dicens: 'Palpate et videte, quia electio papatus mei carnem et ossa habet, ossa nimirum in spiritualium
cf. Ioh. 10, 12. collaudatione, carnes vero in populi Romani acclamatione?' Quare videns lupum fugit, qui se pastorem legitimum, alium vero lupum agnovit? Quare non potius Paulum apostolum imitatus est veniendo vel idoneos legatos ad concilium et causam suam ex-
cf. Gal. 2, 2. ponendo, sicut ille ascendit Ierosolimam ad apostolos et contulit cum eis euangelium, quod predicabat in gentibus, ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset? Cur non imitatus est Petrum principem apostolorum, submittendo se iudicio inferiorum archiepiscoporum, videlicet et episcoporum aliorumque ecclesie patrum, siquidem ille, ubi non
cf. ib. 11. recte ambulavit, ad veritatem euangelii non recusabat de se iudicium se arguentis Pauli apostolorum minimi?[2] Quod si causa eius, electio videlicet in eum facta, coram concilio allegatione convenienti exposita ab eodem concilio probata et confirmata fuisset, gaudium provenisset aecclesiae universae, pax et unitas et concordia scismate penitus excluso. Sic enim Victor ad concilium venit, ut causam suam episcoporum iudicio
*p. 74. absque retractione submitteret. *Quod si Alexander idem fecisset, quid nisi unitas scismate submoto provenisset? Insuper vero et hoc temporalis emolumenti commodum subsecutum fuisset, quod quilibet e duobus in papam ab episcopis recognitus et ab imperatore notificantibus episcopis fuisset receptus mox et in patrimonia beati Petri tanquam sponsus legitimus in sponse bona fuisset introductus vel intromissus, ut non necesse haberet stipendia papatus sui vel gladiis pugnando vel undecumque mutuando et expiscando conquirere, aut certe, quod est durius, licet secundum Deum tutius, in nomine et dignitate sublimi victu cotidiano destitui et ad ultimam immo et infra ulti-

a) papapiensi *c.* b) *minio in marg. c.*

1) *Cf. Helmoldi Chron. Slav. I, c. 90, SS. XXI, p. 82; Wilh. Tyrii Hist. Hierosolym. XVIII, 29, ed. P. Paris, Paris 1880, II, p. 241 sq.* 2) *Cf. Epist. ad cardin. l. l. p. 370.*

mam mendicitatem redigi: *Melior est enim pauper, [illegible] quam [illegible] gloriosus et indigens pane.* Immo vero pater Augustinus [illegible], melius est minus egere quam plus habere[1]. Que sententia si in omni genere hominum vera, ideoque quia generaliter vera est, quanto melius et rectius in homine Christi sacerdote est minus egere vel habere, quam stipendia sacerdotii sui et debita gladiis non legitimis, sed usurpate atque extraneae potestatis pugnando vendicare? Hoc enim vel maxime in Alexandro ex his, que ad faciem sunt, reprehensioni ducitur, quod suis vel illis Siculi Willehelmi predia beati Petri expugnare sibique vendicare perhibetur. Nam verbum nefandi illius pacti, quod cum eodem Willehelmo et Mediolanensibus in occulto contractum dicitur, non facile de tam sapientibus viris credendum est, maxime si id, quod aecclesiam Christi super eodem verbo scandalizat quodque principum iram provocat, pro aecclesiae pace reformanda sollempni negatione a se propellere non dedignentur.

Sane quod beati Petri predia sibi vendicat, hoc facit, ut estimo, de [illegible] innocentia sua confidens, qua et confidentia sententiam concilii Papie celebrati[a] in irritum ducere videtur, in quo nimirum concilio electio in Octavianum facta confirmata est, maxime quod idem Octavianus eidem concilio presentiam suam exhibuerit et quia a sanioris, licet paucioris numeri parte cardinalium, ut aiebant, electus ac prior inmantatus atque intronizatus sit et a Romanis civibus papa clamatus necnon a maxima parte Romani cleri papaliter salutatus. Electio vero in Rulandum cancellarium facta in eodem concilio cassata est, maxime quia nec presentiam suam concilio exhibuit nec per legatos idoneos concilio ordinem electionis sue exponere curavit et quia notam infamiae super verbo illo conspirationis nec per se nec per legatos depulerit[2]. Aderant tamen satis vicini, in civitate scilicet Ianua, duo legati Romanae ecclesiae ab Alexandro et cardinalibus in hoc opus missi, sed illi, ut dicebatur, presentiam suam concilio exhibere noluerunt, nisi eis in eodem concilio locus presidendi concederetur, quod verbum a concilio receptum non est, maxime quia propria ipsorum causa erat in eodem concilio ventilanda[3]. Sed neque Octavianus consultationi concilii interfuit, sed quando in eius electionem a concilio, tribus exceptis episcopis, consensum est, tunc primo in 'concilium introgressus est.

56. De concilio apud Tolosam celebrato, ubi pars Octaviani dampnatur.

Interim[4] vero dum hec scribimus et ad preferendam partem Victoris pro reverentia maxime concilii Papie celebrati articulum iamiam fere inclinamus, eo quod eidem concilio Victor presentiam suam humiliter exhibuit, Alexander vero quasi iudicium humanum dedignans aut forte, quod est credibilius, suspectam imperatoris, quem ipse in aliquo offenderat, habens presentiam semetipsum causamque suam[5] eidem concilio credere noluit aut quia Octavianum, qui causam suam concilii cognitioni offerebat auditione, iuxta Nicolai pape statuta[6], indignum censebat atque idcirco ubi ille audiendus adventabat, illic se ipse subtrahebat, dum, inquam, pro causis prelibatis iamiam Victoris pars in mentis nostre trutina vincere ac preponderare inciperet, ecce alii ac novi rumores per certos internuncios advolitant, in occiduis partibus, regno videlicet

a) celebrate c.

1) *Regula S. Augustini* c. 5. *Opp. I, col.* 1009. 2) *Acta* [illegible] imp. I, p. 260 sqq.; SS. XX, p. 499 sq. ap. Rahewin. IV, c. 67; cf. V. Alexandri III [illegible] *pont. ed. Duchesne II, p.* 402. 3) *Cf. Giesebrecht, D. Kaiserzeit* V, p. 24[illegible] 4) [illegible] *brecht* V, p. 255. 5) *Epist. Frid. ad Eberhardum, Rahew. IV,* [illegible] 6) [illegible] *Nicolai II. de pontificum eligendo* [illegible]

11[illegible] Oct.? Francie, civitate Tolosa celebratum esse concilium[1], cui C patres[a], episcopi et abbates interfuerunt una cum regibus Francie[2] et Anglie[3], quorum studio iidem patres[b] convocati convenerunt, ubi et Octaviani, quem Victorem dicunt, simul et Alexandri pape atque imperatoris augusti Friderici necnon et regis Ispanie[4] legati aderant. Illic sane utriusque partis defensoribus sufficienter auditis eidem concilio tandem in Alexandrum complacuit[5]; Octavianus vero, qui et Victor, ab universo concilio cum[c] suis principalibus defensoribus excommunicatus est.

Atque utinam, sicut idem concilium celebratum ac tali fine terminatum certissime novimus, item in eodem concilio questionem de conspiratione, que electioni in Alexandrum facte ab adversariis appingitur, canonice succisam audiremus et sic esset soluta omnis dubitatio inter duos illos nemine ignorante partem Alexandri esse acceptandam, que cum esset a nota eiusmodi pura merito robur acciperet, cum de maiore numero cardinalium eligentium, tum etiam de legittimis personis ordinatorum, accedentibus quoque ad eius electionis consensum sedibus apostolicis, videlicet Antiocena et Ierosolimitana ecclesia[6], que sole una cum Romana apostolicas sedes simul et literas accipere meruerunt cum tanta multitudine capitum ecclesie ac sapientum in iam dicto concilio congregatorum. Oportuerat namque, ut conspirationis illius contra imperium, ut

Desiderium[d] concilii generalis.

dicitur, per pecuniam Siculi et Mediolanensium facte nota immanissima, sicut in alio concilio clamata ac diffamata fuerat, ita in isto subsequente fuisset expiata, ne cum cetera salva videantur, hoc solum relictum esset scandalum, pro quo non solum pusilli vel pauci, sed et magni ac magnorum et pusillorum non contempnenda multitudo ab electionis in Alexandrum facte atque ab huius concilii confirmatione resiliendum vel differendum existimant, exspectantes ac desiderantes adhuc generalius concilium ex unanimi consensu et convocatione regum in unum congregandum. Potens enim est Deus concordiam facere in sublimibus suis regibus ac principibus, sine quorum consensu ac

*p. 76. studio *unanimi in hoc tempore scismatis generale fieri concilium non posse manifestum est. Est etenim scandalum eiusdem conspirationis seu ficte seu facte tantum ac tale, ut nec secure a fidelibus contempni nec absque concilio generali tolli de medio posse videatur[7].

Nam si id soli inimici et adversarii Alexandri dicerent et ipsi contra quos dicitur, prout oportuerat, solempniter negarent aut certe factum suum iustificarent aut, quod iustificari non posset, mutarent seque ab amicicia Siculi et Mediolanensium, quibus contra imperium seu contra collaudamentum imperatori factum federati dicuntur, longe facerent[8], contempni possent ac deberent maledicorum calumpnie de simoniaca illa conspiratione. Nunc vero sicut Adrianum papam cum Siculo contra collaudamentum imperatori in verbo Domini factum certissime notum est esse federatum, quo inito

a) partes inter episcopos abbates *c.*; *ut supra em. Mühlbacher.* b) partes c. c) cum — de *loco raso c.* d) *in marg. minio c.*

1) *Concilium Tolosanum Giesebrecht, 'D. KZ.' V, p.* 264 *sq., a.* 1161, *Mart., Reuter, 'Alexander III.' t. I, p.* 500, *a.* 1160, *Oct. habitum esse putant. Howlett, 'Chronicles of the reigne of Stephan' etc. II, p. LI sqq. et Hirsch, 'Studien zur Geschichte Ludwigs VII.' p.* 102, *n.* 2. *Gerhohum solum concilii Tolosani mentionem facientem errorem commisisse arbitrantur, cum ab aliis auctoribus nonnisi conventus Belvacensis commemoretur: cui sententiae H. Boehmer, 'N. Arch.' XXI, p.* 679—684. *repugnat.* 2) *Ludovico VII.* 3) *Heinrico II.* 4) *Fernando.* 5) *Cf. V. Alexandri III. l. l. p.* 403. 6) *V. supra p.* 308. 7) *Gerhohi epist. ad cardin. l. l. p.* 369: Putabamus tamen conciliis universalibus et consiliis familiaribus litem hanc terminandam *etc.; cf. Comm. in ps.* 133, *Migne t.* 194, *col.* 892. 8) *Cf. Gerhohi epist. ad cardin. l. l.*

federe continuo non sine interventu, ut dicunt, pecunie [illegible] excommunicandi dominum imperatorem, que utique [illegible] sisset, nisi intentata sententia morte Adriani intercepta fuisset, ipso tamen imperatore parato stare ad omnem iusticiam sive ex iudicio principum [illegible] consilio paucorum ex placito hinc inde nominatorum et electorum, sicut, inquam, sub Adriano papa fedus cum hostibus imperii initum et excommunicatio domino imperatori intentata est, sic eandem excommunicationem idemque fedus iste, Alexander dico, [illegible] cum eisdem cardinalibus, qui eiusdem consilii tunc participes fuisse dicuntur, [illegible]ranter tenent, accidente tamen etiam nova causa, pro qua eis videatur domnus imperator excommunicandus, eo quod Victoris causam fovet ac manutenet. Quod utique multum auget questionis hinc inde difficultatem. Nam si iniqua [illegible] iuste convalescit contra imperatorem aliosque eius fautores excommunicationis sententia; si vero iusta, invenient unde sententiam inique prolatam propulsare vel annullare possint ac debeant.

Sed huius questionis nodus et absolutio in eo maxime consistit, si plene [illegible]verimus Alexandri causa iniusta iustane sit. Iustitia vero cause illius vel iniusticia in eo versatur, si, cum cetera sana vel potiora circa eius electionem et ordinationem sint, etiam de conspiratione illa mala contra imperium, que eius electioni appingitur, ipsa eius electio, si possibile est, pura demonstretur. Quis vero est qui sibi hoc assumere possit vel audeat, ut istud misterium iniquitatis exquirendo in lucem perducat, vel innocentiam eiusdem facti inveniat nisi generali concilio illud fiat? In cunctis enim fere, que egerint Romani, dici sibi nolunt: 'Cur ita facitis?' siquidem, ut aiunt, sedes illa soli celo debet innocentiam. Sciant vero unum et solum esse Deum, cui nemo dicere debet: 'Cur ita facis?' Nam et Petro dictum est a fidelibus ac disceptantibus Iudeis: *Quare introisti ad viros preputium habentes et manducasti cum eis?* et ipse requisitus facti sui humiliter rationem reddere *dedignatus non est. Similiter Paulo resistente ei in faciem refragatus non est, sed eum tamquam frater fratrem humiliter audivit et iuste arguenti acquievit. suorum Quin et dominus et magister omnium Iesus redargutionibus Iudeorum se obtulit dicens: *Quis ex vobis arguet me de peccato?*, dedignatusque non est ex ratione ostendere se peccatorem non esse qui venerat peccata laxare. Cur ergo se membrum supra verticem, discipulus super magistrum extollit, dedignans quodammodo esse sub capite cui assimilari non vult in reddenda ratione? Cur qui se dicit Petri vicarium non ita ambulet, sicut eum videt ambulare?

Sed opponitur nobis verbum Domini dicentis: *Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei, omnia que dicunt vobis* et cetera. Matth. Itemque illud Gregorii papae dicentis, quoniam *sententia pastoris sive iusta sive iniusta gregi timenda est*[1]. Et nos quoque eadem verba recipimus et sicut verba salutaria veneramur, maxime tamen de his, quorum cathedra in questione non est et de quorum pastorali officio non dubitatur. Hi enim qui sine questione cathedram tenent et pastores sunt, quamdiu secundum cathedram docent et pastoralia precipiunt, etiamsi iniuste ligant vel solvunt, contempnendi non sunt. Nam, ut ait idem papa Gregorius[1], *sive iuste sive ini[illegible] pastor, pastoris sententia gregi timenda est, ne is qui subest et cum iniust[illegible] ligatur ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur.* Premisit autem in eadem omelia ipse dicens, quoniam ligandi atque solvendi potestate se privat qui hanc pro suae voluntatis motibus et non pro subditorum moribus exercet. Itemque [illegible]

[illegible]

1 *In evang. l. II, hom. XXVI*, c. 6, *Opp. ed. [illegible]* I, [illegible] 1556. [illegible] *epist. de continentia clericorum, Lib. I*, p. 255; *Hug. Floriac. I*, c. 11, *Libelli II* [illegible]

dum, quod non ait sententia pastoris gregi 'tenenda', sed 'timenda' est. Is autem pastoris sententiam non contempnit, sed timet qui, ut sibi videtur, iniuste ligatus vel ad maiorem confugit audientiam vel, si maior audientia non est, totum et solum id quod potest facit eidem pastori et ecclesiae suam exponendo innocentiam. Sed hec et cetera eiusmodi, ut dictum est, de illo pastore sentienda sunt, cuius cathedra in questione non est. At nunc quando dicitur: 'Ecce hic est Christus aut ecce illic aut etiam neque hic neque illic', eo quod utriusque Christi cathedra in questione sit — nam iste, aiunt, per scismaticam conspirationem ac simoniacam irrepsit[a], alii vero de alio, iste tumultuarie irrupit, dum grande concilium huius, aliud vero eque grande vel grandius alterius, causam tuetur et eius, qui ex adverso est, improbat et dampnat dumque utriusque Romani vocati pontificis tanto facilius sententia contempnitur, quanto minori unitatis consensu vel causae certitudine roboratur: quis est in hac tumultuatione ac turbine atque incertitudine causarum latere valens qui non libenter latere debeat? Quis est qui se inter medium duorum conciliorum quasi duorum montium invicem pugnantium volens inserat, ut hunc vel illum montem transferat, alium stabiliat? Quis
*p. 78. illius vel illius causam defendendam *facile assumat quem tantum vel tantum concilium dampnat et profanat? Quis vero sapiens non refugiat pro illo mori vel persecutionem
cf. Rom. 5, 7. pati de cuius cause iusticia dubitat? Vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono
Ioh. 10, 1. forsitan quis audeat mori. Quis autem nesciat magnum esse sacrilegium in ovile Christi irrumpere violenter vel e diverso per simoniacam vel scismaticam conspirationem irrepsisse? Nam alter eorum, qui eiusmodi sunt, fur, alter vero et latro est, immo vero utrique talium fures sunt et latrones, nam et ille qui violenter irrupit oves furatur, mactat et perdit et qui pro accepta pecunia scindunt ecclesiam, non minus fure ac Iuda proditore detestabiles existunt. Scindunt vero ecclesiam, que est corpus Christi, si tamen ita est, ut dicitur, qui pro accepta pecunia domnum imperatorem, quem multitudinem sequi dubium non est, excommunicaturos se sacramenti firmitudine promiserunt et, ut eadem excommunicatio in futurum firma permaneret, ex eorundem compromitentium cetu papam sibi pro eadem compromissione scismatica ac simoniaca elegerunt. Hos ego, si qui tales sunt, scindere vel scidisse iudico ecclesiam nec Iudae proditori paulominus sceleratiores, maxime cum domnus imperator ad omnem iusticiam legum vel, certe si domno pape placuisset, ad consilium electarum hinc inde personarum stare paratus fuerit de his omnibus, super quibus impetebatur vel iam adhuc stare in eodem paratus sit, si sint qui nunc illud recipere debeant ac velint. Nam his qui eius christianitatem pro pecunia Siculi ac Mediolanensium vendidisse dicuntur, nisi super hoc verbo expurgatis, non se facile credere poterit. Sed dicitur mihi: 'Quis tu es, qui talia loqui presumas et quasi tibi assumere iudicium de tanta sublimitate vel personarum vel causarum?' Sed sciat qui me talia loquentem miratur, sciat, inquam, et intelligat non me iudicare sublimium dignitatum personas, sed eas, quas publica fama loquitur causas iniquas detestari, de quibus omni homini etiam infimo, qualium unus ego sum, ratione utenti licitum, immo et naturale est iudicare. Aut si et iudico personas in sublimitatis nomine constitutas vel etiam alias mihi commissas iudico eas iudicio discretionis, suspendens interim condemnationis iudicium, donec crimen cuiuslibet eorum vel ecclesiasticis vel publicis legibus condempnatum manifesta luce cogno-
Gal. 5, 19. vero. De qualibus apostolus: *Manifesta,* inquit, *sunt opera carnis, que sunt fornicatio* et cetera talia. Que etiam iudicio condempnationis iudicat, cum ipsis auctoribus sce-
ib. 21. lerum, *quoniam qui talia,* inquit, *agant regnum Dei non consequentur.* Item qui talia agunt digni sunt morte.

[a)] irripsit c.

57. De indicio discretionis et iudicio condempnationis.

Sane in hac dubietate causarum ac personarum sublimium, quis ego sum, qui iudicium mihi condempnationis vel confirmationis in hunc vel illum assumerem? Porro ex eo, quod homo sum et hoc non esse non possum, iudicio discretionis et ego cum ceteris hominibus iudicans, dum hec et talia de causis licet sublimibus non contempnendis clamoribus audio, dico, si [a]hec vel illa ita vel ita sunt, tantum ac tale malum esse idque ita vel sic omni homini christiano abhominandum et ita contra illud decertandum esse. Non autem dico vel iudico enuntiative hoc vel illud ita esse, nisi vel ex confessione seu convinctione aut etiam notoria manifestatione causarum valeam hoc vel illud evidenter demonstrare. Numquid vero in hac multitudine papantium iudicare non debeo et omnis homo christianus tempus esse non solum putationis, sed et amputationis, quatenus celestis agricola unum de palmitibus eiusmodi tollat, alium vero, si quid in eo purgandum est, purget, ut fructum plus afferat? Propter hoc enim desiderat electorum ecclesia generale concilium, in quo revelent celi iniquitatem Iude ac terra adversus eum consurgat, quisquis e duobus ille est et manifestum fiat peccatum illius. Non solum namque Deus vel angeli celum illud esse existimandum est, cui sedes illa beati Petri debeat innocentiam, sed et sanctorum hominum spiritualium et maxime ecclesie presidentium ecclesiam ego existimem illud esse celum, cui quilibet, etiam summus mortalium, debeat innocentiam, dicente vase electionis de se suisque similibus apostolis ac viris apostolicis, quoniam *spectaculum facti sumus* huic *mundo et angelis et hominibus.* Et profecto quibus spectaculum facti sumus, his etiam sine scandalo esse debemus dicente generaliter omnibus eodem apostolo Paulo: *Sine offensione estote Iudeis et Grecis*[b] *et ecclesiae Dei.* Nec solum magnis, sed etiam minimis summos ecclesiarum presules in hoc debitores existimem, ut videlicet summopere caveant, ne scandalizentur ab eis. Et hoc non ex me, sed ex verbo Domini presumo dicentis: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt* et cetera. Propter hoc sane scandalum scilicet precavendum ascendit Paulus Ierosolimam ad apostolos et contulit cum illis euangelium Christi, ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset, si ab aliorum apostolorum doctrina ipso in aliquo discordante scandalum super hoc pateretur ecclesia Christi. Propterea et laborabat operando manibus suis nichil accipiens a quibusdam ecclesiis, ne quid super hoc offendiculum pateretur euangelium, si sua quesiisse videri potuisset. Unde et cum dixisset: *Sine offensione estote Iudeis et Grecis et ecclesiae Christi,* semetipsum in huius precepti exemplum offerre potuit dicens: *Sicut et ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.*

Sane Marcellus[1] papa, quoniam sacrificando ydolis peccaverat in celum, scandalizando ecclesiam, que nimirum celum ac sedes Dei est, dictum est ei ab eodem celo, id est sanctorum patrum in urbe et ad urbem super hoc ipso collectorum unanimi concilio: 'Tu qui summus pontifex es a nemine debes iudicari. Tu collige causam tuam in sinu tuo, veruntamen presentibus hoc facias'. Et ipse cum peccatum suum, super quo infamatus erat, excusare non potuisset coram ecclesia, que super eodem exacerbata fuerat, in semet depositionis atque excommunicationis [a]sententiam dictavit, unde et misericordiam a Deo consecutus de catalogo Romanorum pontificum deletus non est, sed quoniam pro fide catholica postmodum illustre martyrium duxit, etiam in sanctorum martyrum cetu digne connumeratus est. Leo quoque iniuste infamatus, ne super eo scandalum pateretur ecclesia Dei, cui tamquam rationali celo debebat innocentiam,

a) *in marg. sin. scr. c.* b) gentibus *Vulg.*

1) *Immo Marcellinus; cf. Liber pontif. ed. Duchesne I, p. 162.* [illegible] *ad cardin. l. l. p. 370. 379; cf. Libelli de lite II, p. 650. 664.*

publice conscenso ambone coram rege[1] ac principibus omnique frequentia populi cum XII astipulatoribus episcopis famam suam iuramento purgavit. Cuius tenorem iuramenti in huius cause consimili negotio presenti loco non piguit inserere[2]: *Auditum est,* ait, *fratres karissimi, et divulgatum est per multa loca, qualiter homines mali adversum me insurrexerunt et debilitare voluerunt et miserunt super me gravia crimina. Propter quam causam iste clementissimus ac serenissimus domnus Karolus una cum sacerdotibus et optimatibus suis istam pervenit ad urbem. Quam ob rem ego Leo pontifex sanctae Romanae ecclesiae a nemine iudicatus neque coactus, sed spontanea mea voluntate, purifico me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius, qui conscientiam meam novit, et beato Petro principe apostolorum, in cuius conspectu consistimus, quia istas criminosas et sceleratas res, quas illi obiciunt mihi, nec perpetravi nec perpetrare iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudicium venturi sumus et in cuius conspectu consistimus de hoc propter suspiciones malas tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia successoribus meis et fratribus et coepiscopis nostris imponam, sed ut melius a vobis abscidatis rebelles cogitationes.*

Si sancti Romani pontifices alius in se sententiam depositionis et excommunicationis dictando, alius vero semetipsum humiliter purgando ab ecclesia Dei, cui tam-
1. Tim. 3, 7. quam celo rationabili debebant innocentiam, scandalum tulerunt. *Oportet enim episcopum habere testimonium bonum etiam apud eos,* ut ait apostolus, *qui foris sunt.* Quod si apud eos qui foris sunt, quanto magis apud domesticos fidei? Nam restat, ut ait[3] unus magnorum sacerdotum Gregorius nec se nec alios excipiens, ut cuius vita dispicitur etiam deprecatio contempnatur.

65. Et quid, ait quis, placuit dicere patribus beati Petri vicarium tantum celo[a] debere innocentiam? Sic enim ait Simmachus papa[4]: *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare; sacrosancte vero sedis Romane presulem suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit beati Petri successores celo tantum[b] debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam.* Quid, inquiunt, iste

Quid[c] sit celo debere innocenciam.

Romanus pontifex dicere vel scribere sic voluit, si, ut tu dicis, etiam ecclesie, que nimirum sedes Dei ac celum rationale est, a Romanis pontificibus innocentia debetur? Ad quod audiat, qui super his dubitat vel querendum putat, quoniam Simmacho maior
1. Cor. 10, 32. 1. Tim. 3, 7. est qui ait: *Sine offensione estote Iudeis et Grecis et ecclesiae Dei.* Item: *Oportet episcopum bonum habere testimonium apud eos qui foris sunt.* Et dominus Iesus adhuc
*p. 61. cf. Matth. 12, 42. maior ambobus *his, plus enim quam Salemon hic, immo et maior omnibus: *Qui scan-*
ib. 18, 6. *dalizaverit,* inquit, *unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei* et cetera quae
ib. 5, 28. dicere perhorreo. Ait etiam ipse: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et*
ib. 18, 7. *proice abs te.* Item: *Necesse est,* inquit, *ut veniant scandala, ve autem homini, per quem scandalum venit,* nec magnum excipiens nec minorem. Quibus manifestissimis dictis Salvatoris et apostolicis Simachum papam nequaquam crediderim sensisse contraria, sed id solum, quod nulli hominum fas est, in Romanum pontificem ferre condempnationis iudicium vel ad expurgationem sui cogere, sicut Marcellus a nemine iudicio condempnationis iudicatus est dicentibus ei fidelibus: 'Tu collige causam tuam in sinu tuo', ipse in se iudicium tulit dampnationis. Similiter et Leo a nemine ad expurgationem sui coactus est, sed summum celum ac celi habitator Deus, subtilissimus videlicet discussor et indagator, hoc in eius corde locutus est. Quod si valens de ecclesia Dei tollere

a) zelo c. b) tm c. c) minio in marg. scr. c.

1) *Scil. Karolo Magno.* 2) *Jaffé, Bibl. IV, p.* 378. 3) *Nescio ubi.* 4) *Ennodii libellus pro synodo, Opp. ed. Vogel. A.A. VII, p.* 61, *Hinschius, Decret. Pseudois. p.* 672; *C. IX, qu.* 3, *c.* 14.

scandalum de ipso habitum non abstulisset, utique [illegible] conscius apud ipsum nocens extitisset. Itaque [illegible] dagini et vivo Dei sermoni, qui est penetrabilior omni gladio ancipiti, compulsus quod potuit et interni arbitri iudicio debuit, hoc fecit semetipsum de crimine obiecto purgando et ab ecclesia Dei scandalum auferendo. Sicut item Marcellus[1], eodem divino in ecclesia ac per ecclesiam se compellente iudicio, libens in [illegible] dictavit, ne non solum divino iudicio, sed et apud ecclesiam [illegible] gehenne ignis reus existeret, sed redargutus ab ecclesia in semetipsum iudicium d[illegible]tionis non tulisset. Nunc vero quia iusticiam Dei, quasi celo per ecclesiam se arguente, cognovit et eidem iusticiae semetipsum dampnando acquievit, etiam in numero [illegible]rum inventus est. Sed et illud Simachi pape aliaque eiusmodi [illegible] Romanis pontificibus agere, qui et soli tenent cathedram et quorum introitus questione caret. Nam cum de duobus quasi cathedram tenentibus disceptatur, quis eorum apostolicus, quisve apostaticus sit, bene debent introitum suum ecclesie Dei exponere seque inter confratres et discipulos videndos ac palpandos exhibere, ut omni scandalo ac dubitatione sublatis noverit ecclesia Dei reprobare malum et eligere bonum. Sane dum illud Simachi annotamus his, qui et soli sedent et quorum cathedra questione caret, non destruimus que supra asseruimus, generaliter ve intentari omni homini, per quem scandalum venit, sive ille summus sive infimus mortalium sit, seu brevi tempore seu diu cathedram tenuerit. Quicumque vero se ipsum, arguente se celo id est ecclesia, iudicaverit non utique iudicabitur a Domino, sicut de quodam summo sacerdote per hominem Dei redarguto, sed non correcto legimus, quod divino iudicio de sella cadens retrorsum fractis cervicibus mortuus sit. Similiter autem et Romani quidam dicti pontifices, qui in malo pertinaces *usque in finem persiterunt, de catalogo pontificum iudicante ecclesia etiam post mortem sublati sunt, preter illud iudicium, quo a Domino sunt eternaliter iudicati. Qualium unus extitit Leo ille[2], qui contra Hylarium Pictavensem in concilio presumptuose locutus est. Quamvis ergo quispiam sit vel dicatur summus mortalium, non contempnat pusillorum de se scandalum. Nam si pena gehennali plectitur qui scandalizaverit unum de pusillis, quanto magis illis iudicium repositum est qui scandalizant ecclesiam Dei simul et regna.

Hinc enim, ut in presentiarum cernimus, vexatur et non modice turbatur ecclesia Dei permaxime super illius malae pactionis verbo, quo, sicut astruit is, qui ab eodem negotio se subtraxisse dicitur, videlicet Octavianus, quem Victorem dicunt, simul et illis cardinalibus, videlicet Iohanne Pisano et Gwidone Cremense, divulgatum est, qui eidem pessime conspirationi, ut fatentur, interfuerunt et male date et accepte pecunie, ut dicunt, participes facti sunt, ab his, inquam, divulgatum et, quod pro accepta Siculi et Mediolanensium pecunia domni imperatoris excommunicatio sub cautione sacramentali firmitudinis promissa fuerit, quo pacto etiam id firmatum dicitur, quatenus de illorum cetu, qui tale piaculum commiserint, unus in papam eligeretur post mortem Adriani, quam promissionem in electione[a] dicunt esse completam[3]. Quem sane tale piaculum non scandalizaret[b]? Quod utique si perpetratum constaret Iude traditoris crimine paulominus sceleratius esset. Nam illic discipulus magistrum, hic pater filium aecclesiae veste nudatum hostibus tradidisset; aut quia tantum facinus de tam sapientibus credi difficile est, quamvis et munera corda excecant sapientum, si liberam super hac infamia retinent conscientiam, ostendant etiam ecclesie Dei suam innocentiam piaculum

a) electionem c. b) [illegible]

1) *Immo Marcellinus; v. supra p. 369, n. 1.* 2) *Leo [illegible] habito praefuit, auctor in animo habuisse videtur.* 3) *Cf. supra p. 53[illegible]*

idem competenter negando et ab hostibus imperii soluto pacti federe auxilium et favorem suum longe faciendo, maxime cum domnus imperator super omnibus quae postulantur iusticiae seu consilio stare paratus fuerit, semper et adhuc Deo annuente, ut speramus, paratus erit, sicut esse debet, maxime si expiatis his piaculis de Romanorum erga imperium fidelitate constiterit. Propter hoc igitur a fidelibus ecclesiae et imperii generale desideratur concilium, ubi omnibus his in medium prolatis ac, Deo favente, expiatis unoque, adulterino videlicet, palmite exciso et alio purgato unitas fiat et pax inter regnum et sacerdotium, pax quoque reformaretur ecclesiae scandalis ablatis et excluso scismate.

(66). 58. Commemoracio veteris hystorie.

Talis namque pax inter sacerdotium et regnum etiam olim in dispositione castrorum Israelitici[a] populi prefigurata est, ubi ad Orientem ante faciem tabernaculi Moyses et Aaron simul castra metabantur, hoc significante Spiritu sancto eorundem ordinatore castrorum nimirum in umbram futurorum atque celestium, *nichil magis conducere ecclesiae Dei profectui, quam ut in unum habitent concorditer sacerdotium et regnum; sicut econtra eisdem ab invicem dissidentibus statui christiano nichil esse perniciosius umquam potuit ac poterit. Quod si dedignantur Romani, ut suam ecclesie innocentiam super iam dictis criminationibus exhibeant, utpote quorum sit de omnibus iudicare et a nemine, quicquid fecerint aut divulgatum de eis fuerit, iudicari, ita ut nemo eis dicat vel dicere debeat: 'Cur ita facitis?', parum vel nichil de scandalis ecclesie curantes, utpote quibus sit licitum quodlibet fuerit libitum, quid ultra expectabimus, nisi ut, si et hoc libuerit quicquid adhuc fastus et avaricia, duo scilicet mali consiliarii, suggesserint, qui raro in Urbe defuerunt, compleant etiam novas leges veteribus abolitis, ad placitum condant terminos episcopatuum, iam olim antiquatos omnes e medio tollant et novos pro consilio philargiriae limites statuant, de archiepiscopatibus omnibus suffraganias et de suffraganiis archiepiscopatus constituant inter hec omnia pinguiora et meliora sibi reservantes, cetera vero ad libre pondera statuentes; immo vero et si placuerit et mali illi consiliarii suggesserint, reliqua ovilia omnia in unum conducant, ut sit solum unum ovile et unus pastor solus Romanus pontifex; aut, si hoc difficile ac laboriosum visum fuerit, episcopos visitationes, quales volent, sibi iurare faciant, reges quoque a subiciendis sibi rebellibus et ecclesiarum ac civitatum vastatoribus prohibeant, dicentes: 'Huc usque venies et non procedes amplius', aut hec sua precepta transgredientes excommunicent, medios quoque se inter reges ac tirannos, inter civitates alterutrum infestantes interponant et quorum eis pecunia plus ponderaverit, eorum adversarios excommunicent eandemque excommunicationem dato precio absolutionis absolvant; iam vero et aliarum civitatum presules et quique ecclesie presidentes videntes libertatem ipsorum, in omnibus his libere etiam ipsi pro sua possibilitate vel loco ipsorum sequantur errores, turpe enim Romanis arguere in aliis, quod ipsi fecerint. Sintque iam omnes non discipuli veritatis, sed magistri simul ac discipuli erroris, sequentes etiam non Iesum Christum in hoc mundo pauperem vel Symonem Petrum aurum et argentum non habentem, sed Antichristum thesauris auri et argenti dominantem et Simonem magnum dona Dei pecuniis estimantem. Quales nimirum magistros ac discipulos Petrus apostolus in epistola sua detestatur dicens: *Cor exercitatum avaricia habentes, maledictionis filii; derelinquentes viam rectam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit.* De talibus vero et Iudas apostolus: *Ve*, inquit, *illis, qui in via Chain abierunt et errore Balaam mercede sunt effusi et in contradictione Chore perierunt.* Ve, inquit eis, nam quamvis *eiusmodi maledictionis filii Balaamite bene-

Margin notes: Num. 3, 38. — *p. 83. — Allusionum[b] multiplex inconvenientia. — Petri 2, 14. — Iud. 11. — *p. 84.

[illegible]

dictiones seu maledictiones quascumque cantitant [illegible] habentes, quamvis, inquam, estiment qui eiusmodi sunt benedictionem et maledictionem apud se solos esse repositam, solos esse benedictos, [illegible] in quos maledicta ad precium auri et argenti congesserint, [illegible] etiam ille rex Balach eiusque similes maledictionis emptores, quamvis, inquam, [illegible] ment se in hac via sua pessima usque in finem prosperari [illegible] fuerint prosperati, eicientur tamen tandem de ecclesia Dei flagello divinitus provi[illegible] forte a locis, in quibus benedictiones ac maledictiones [illegible] speluncam latronum ac domum negotiationis fecerant; sicut Iudei quoque fune captivitatis per Romanos a sancta illa civitate et templo, in quibus [illegible] stracti sunt. Ac nisi per has temporales calamitates conversi fuerint, gladium suum vibravit Dominus, arcum suum tetendit, ut eos a cetu iustorum separatos sagitta maledictionis tandem transfigat, dicturus talibus in fine: *Ite maledicti in* [illegible], sicut ille ariolus Balaam tandem gladio filiorum Israel occisus et a cetu viventium separatus atque inter Madianitarum cadavera deputatus est. Sed nec interim plene de vie sue prosperitate gaudebant, nam etsi propheta ariolus gladium angeli ad interfectionem sui paratum non videat, asina tamen videns interim sessorem suum quantumcumque se verberantem inquietabit et a via pessima declinans sedentis pedem obteret atque, ut ait Petrus, subiugale illud mutum humana voce loquens prophete insipientiam increpabit. Iuste enim laxantur ora subditorum quantumcumque brutorum seu mutorum ad increpationem eiusmodi presidentium avaricia cecatorum atque apertis occulis cadentium benedictionesque ac maledictiones venditancium, sicut totus iam mundus conqueritur de avaricia Romanorum estimans et fama divulgante, certum habens de auro et argento Siculi [et[b]] Mediolanensium hoc presens scisma[c] pullulasse, quod ecclesia inter duos illos Romanos vocatos pontifices errabunda disscissa est. Sed nec Mediolanenses legibus dampnati atque proscripti tanta pertinatia augustali imperio se opponere, ut creditur, auderent[d, 1], nisi Romanorum favore id facerent. Nam dum foris eos gladius imperialis et intus pavor excommunicationis vastaret, quomodo duobus illis gladiis in unum consentientibus non cederent? Sed in omnibus his thesaurizan[t] sibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii[e] Dei. Iam vero in homicidiorum ac vastationum reatu miror, quod non timent participium hi, qui eos animant ad rebellandum, maxime contra divinam ordinationem, a quo omnis potestas est ac Paulo apostolo precipiente principibus ac potestatibus subici debere. Sed quousque duos illos pessimos consiliarios avariciam et superbiam prosequendo prolabor? Quousque me impetus spiritus contra [f]fastum et questum loquentem impulit? Demittenda iam vela sunt, ne forte et in aspera loca incidamus, si ultra progressi fuerimus. Arguemur enim forte etiam super his, que dicta sunt, os in celum posuisse. At nos contra celum, quod sapientia inhabitat et quod sedes Dei est, nichil, ut estimo, diximus, sed nec contra celos rationales gloriam Dei enarrantes ac desuper rorantes, contra nubes, que pluunt iustum et iusticiam, nichil locuti sumus, sed si quidem est celum [illegible] pietatis terre subiecte claudens, de scandalis terre rationalis non curans aerugine[g] et rubigine terre virentia perurens fulmina et terrores contra innocentes iaciens, [illegible] vero ac rebelles iusticie fovens, si que sunt nubes sine aqua et [illegible] agitate ignis grandines et nives noxias emittentes contra se dicta cognoscant, si que duriora a nobis prolata sunt. Nos autem contra neminem personaliter sermonem direximus, sed consequentias quasdam causarum malarum precedentium et effectuum [illegible]

cf. Ro. 13, 1.

a) [illegible] b) *deest, suppl. Sch.* c) scisse[illegible] d) [illegible] e) [illegible] f) [illegible] g) aurugine [illegible]

1) *Haec igitur ante annum* 1162. *scripta sunt.*

morum contexuimus, quos partim vidimus, partim quoque adhuc futuras formidamus. Semel namque posito his, qui in ecclesia Dei episcopi vel episcoporum magistri ac patres positi sunt, de scandalis ecclesie non curare altum sapere nec humilibus consentire ac non secundum Iesum Christum dubitantibus et scandalizatis fratribus ac discipulis latus, manus ac pedes innocentie videndas ac palpandas demonstrare, cum et hi duo consiliarii pessimi, superbia et avaricia, penitus admissi fuerint, nichil malorum, que diximus, sequi dubitandum non est. Immo vero et discessionem de sub Romane aecclesiae obedientia per talem contemptum scandalorum parturiri timendum
2.Thess. 2, 3. est, sicut a Grecis quoque iam olim discessum est atque ita revelatum iri filium perditionis, si tamen hec vel talis est discessio, quam significat apostolus, dicens: *Nisi venerit discessio primum* et cetera.

67. 59. De expeditione illa Ierosolimitana tota calamitosa, quam avaricia suasit.

Videamus autem per unum ex his consiliariis, questum dico vel avariciam, quale quantumque malum, quanta clades et pernicies in totam ubique terrarum ecclesiam processit. Recens tenet memoria, nam ante annos XIIII gesta sunt que perstrinximus [1]. Exierunt [2] a civitate Ierosolima [3] frequentes nuntii, personae vultu et etate venerabiles, adiere curias regum ac principum, ipsum quoque pie memorie querimoniis suis papam sollicitabant Eugenium [4] necnon et abbatem [5] Clarevallis, columnam aecclesiae ac luminare fulgidum, episcopos ac episcoporum adiere concilia calamitates sancte illius civitatis lacrimabili querimonia deponentes, qualiter videlicet gentes finitime sanctum illum locum infestarent, qualiter illic omnia christianorum loca et habitationes cedibus et luctu complerent, incendiis ac preda vastarent, omnia iamque interesse quin congregate in unum sanctam civitatem et sepulchrum requietionis dominice occisis habitatori-
*p. 86. bus sibi tollerent, *nisi quantocius eis a regibus cismarinis et christianorum universitate exercitu quam copioso subveniretur. Cumque ista querimonia augeretur in dies, rex Romanorum Chunradus [6], rex quoque Francie Ludewicus [7] christianissima miseratione permoti laborem sibi tanti negotii tamque piissimi operis assumpserunt et cum
1147. Mai. infinito exercitu de omnibus terris christianorum ad eos confluente viam terraneam ingressi [8] sunt, preter eos [9] qui navibus per mare viam arripuerunt. Non fuit civitas, que multitudines, non villa seu vicus, que non saltim paucos emitteret, episcopi cum gregibus suae parrochie [a] sibi adunatis, duces quoque et comites aliique principes ac magnates singuli cum suis turmis incedebant, scuta, gladios et loricas aliaque belli vasa secum perferentes cum copiosa preparatione sumptuum ac tabernaculorum, que plaustris et equis innumeris subvehebant. Vix terrestris via simul et campi contigui per terram gradientes, vix Danubii decursus navium multitudines capiebat. Tam enim erat infinitus exercitus, quod, ex quo gentes esse ceperunt, numquam tantam hominum, equitum simul et peditum, multitudinem in unum congregatam estimaverim. Nulla eorum necessitatibus venalium rerum fora, vix ulli campi castris metandis sufficiebant. Unde vulgus innumerabile, cui plaustra et equi victualibus perferendis deerant, non post longum fame cepit laborare. Multitudo namque etiam rusticanorum ac servorum domi-

a) parrothice c.

1) *Scripsit igitur a.* 1161. 2) *De hoc loco cf. Kugler, 'Analecten zur Gesch. d. zweiten Kreuzzugs' p.* 16 *sqq., qui quid Gerhoh hac narratione voluerit recte exposuit.* 3) *Edessam captam belli sacri ansam praebuisse nemo est quin sciat; cf. Sturmhöfel, 'Der geschichtliche Inhalt' p.* 12, *quem tamen locus commentarii in psalm.* 39, *ubi Gerhoh rectius narrat, effugit.* 4) *III.* 5) *Bernhardum.* 6) *III.* 7) *VII.* 8) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' II. p.* 597. 9) *Lotharingos, ut Sturmhöfel p.* 13. *suspicatur.*

norum suorum relictis aratris ac servitiis ignorantibus quoque nonnulli vel [illegible] dominis, parum aut nichil auri vel argenti habentes, [illegible] longissimam arripuerant, sperantes in tam sancto negotio, [illegible] tarum populo vel pluente desuper celo vel undecumque [illegible] stranda fore victualia. Sed longe aliud quam sperabant [illegible] versitates eundem exercitum in eadem sancta via, ut [illegible]. Prima namque calamitatum eiusdem exercitus, quas relatu dignas arbitramur, hec fuit. Cum in finibus Greciae secus mare pergerent una dierum [illegible] magni admodum fluminis[1] mare influentis castra locaverant [illegible] pluvia, quam viderint, precedente, sed vel diruptione nubium desuper vel dimi[illegible] aquarum, quas humanum artificium aliquo obice structo[a] ad [illegible] cipulam retentaverit, idem fluvius granditer intumuit et desuper castra preceps veniens lateque ac vehementer exundans magnam partem exercitus cum [illegible] plaustris secum in mare traxit, ita ut quibuslibet plaustris vel utensilibus [illegible] vivi in profundum descenderent.

Deinde Constantinopolim laboriose satis a tanta multitudine ventum est. Ubi Romanorum rex a Grecis callide circumventus ac principibus quibusdam auro et argento illectis iter per desertum quoddam versus Iconium ingressus est, obsequium se arbitrans prestare Deo, si quascumque gentes christianis infestas subiugare Christo vel humiliare atque infirmare potuisset, sed Grecis, quorum id erat consilium, inimicorum suorum humiliationem [potius[b]], quam christiani nominis propagationem intendentibus. Igitur exercitibus in duo divisis[4] rex Romanorum cum suo exercitu versus Iconian viam ductu Grecorum ingressus est per desertum; rex vero Francie cum exercitu sibi adunato versus Antiochiam et Ierosolimam viam, ut ceperat, tenuit aliis per mare, aliis per terram tendentibus. Verum quantae utrique[c] exercitui calamitates obvenerint, quoniam enumerare impossibile foret, summatim maiora perstringemus. Exercitus[5] namque versus Iconium gradiens labore, fame ac siti in deserto confectus insuper di[illegible]teria gravissime ac pene universaliter fatigari cepit, cui nimirum infirmitati labor corporalis permaxime contrarius est. Igitur infirmitate et labore viae simulque inopia turba confecta morte consumi cepit, ita ut diatim multitudines fame ac morbo simul et labore depaste caderent. Transito tamen sic morbide ac laboriose deserto ventum tandem est ad terram hostibus habitatam, qui eos pugne occursibus et incursibus exceperunt, non tamen, ut eis cominus pugnandi facultatem darent, sed sagittis eos die noctuque incursando simul et fugitando eminus fatigabant, ita ut nec pugnae seu victoriae locus esset, nec tamen absque pugne incursibus ullo momento existerent.

Quod si nostri equites eos incursare voluissent fugientes illos nostri consequi non valebant, nimirum equis nostrorum labore et inedia fatigatis, illorum vero equis pinguibus et requietis. Sed et pauci [in[d]] nostro exercitu erant sagitarii, tota vero adversariorum multitudo arcubus munita hunc fere[e] solum pugnandi usum retentabant. Unde ex consilio rex noster cum exercitu divertit ab eis, tandem quam ierat viam per desertum repedando, non quod nostri bello ac victorie defuerint, sed quod [illegible] victoria fugerit ab eis. Nam si pugnare voluerant et ad bellum acies ordinaverant, nullus erat ex adverso adversariorum occursus; si vero se in castra recepissent, requies

a) [illegible] b) deest suppl. [illegible] c) utroque [illegible] d) [illegible] e) [illegible]

1) Melas. 2) iuxta oppidulum Cherevach [illegible] Ottonis Frising. Gesta I. c. 45; cf. Bernhardi l. l. p. 612. 3) [illegible] 4) Ab initio iam utrique exercitus separatim profecti sunt; cf. [illegible] Bernhardi l. l. p. 631 sqq.

eis non dabatur, sagittariis eos undique per circuitum die noctuque infestantibus. Igitur nostri loricis vestiti, ut dictum est, ab eis diverterunt per idem desertum, quo venerant, viam dirigentibus, quod alias divertendi locus non fuisset silvis aut paludibus hinc inde impedientibus. Sed et abeuntes adversarii per desertum et rara quedam silvestria hinc inde comitantes longum illum ordinem abeuntium sagittis a dextris et sinistris fatigabant. Qui dum a nostris fugabantur mox eadem levitate, qua fugerant, revolabant. Contigit autem [1], ut in quadam rupe magna pars nostrorum una se noctium recepisset, credens se illic ab adversariorum sagittis posse requiescere. Sed adversarii eadem rupe circumdata et expugnata omnem illam multitudinem vel gladiis peremerunt vel captivos abduxerunt, rege nostro eventum rei penitus ignorante, aliquantulum enim longius ipse processit et cum robore exercitus castra in loco sibi proviso locaverat. Mortuis [a] igitur et cadaveribus omnem illam deserti viam stratam relinquentes rex cum exercitus quibusdam reliquiis Constantinopolim rediit. Ubi cum aliquantis
*p. 88. *principibus aliisque magnatibus, quibus animus vel pecunia non defecerat, viam Ierosolimitanam per mare ingressus est.

(70). 60. Calamitates exercitus regis Francie.

Sed et regis Frantiae exercitum et quam plures ex Germanis, qui per viam terrestrem Ierosolimam tetenderant, infinite atque innumere calamitates comprehenderunt.
1147 ex. Nam cum ad loca montium angustiora devenissent, illic Turci dispositis armatis cum parte exercitus aperta manu congressi sunt, quos etiam a facie simul et a tergo atque a scopulis desuper impugnantes, maximam ex eis multitudinem peremerunt, ubi etiam comes Carinthiae [b] Bernhardus [2] occubuit. Illic etiam complures locorum angustiis simul et armatorum cuneis obsessi, cum quibus, ex quo congredi non poterant, relictis suis omnibus solas animas salvare cupientes per aspera et ardua montium fugam inierunt. Inter quos etiam frater regis Romanorum, Otto Frisingensis episcopus, non solum calceamentis, sed etiam pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus, ad quandam civitatem maritimam cum devenisset, miseratione civium refotus atque mutuo ab eis acceptis aliquibus etiam ipse per mare Ierosolimam tetendit. Similiter autem rex Frantie calamitatem non modicam incurrit. Nam cum Antiochiam devenisset nichilque illic, utpote inter compatriotas suos, suspicaretur mali, fraude simul et vi per principem civitatis proprie uxoris [3], quam secum duxerat, consortio privatus est. Que cum post tempus libertati reddita redire ad ipsum, utpote servate fidei matronalis sibi conscie, voluisset, admissa non est manetque inter eos hodieque divortium, sed aliis ex causis [4] ecclesiastice stabilitum. Nam et ille aliam [5] duxit et tenet uxorem et illa regis Anglie [6] matrimonio sociata est. Ventum tamen est tandem Ierosolimam ab utrisque regibus cum quibusdam reliquiis exercituum; nam regis Romanorum exercitus, qui deserti illius labores et tela hostium evaserat, ex maxima parte ad paternum solum remeaverat. Sed et alius ille exercitus regem Frantie comitatus ex parte inter montana
1148. Apr. illa perierat. Ventum tamen, inquam, tandem est Ierosolimam, quam adeo liberam ab hostium incursu invenerunt, sicut ore proprio rex Romanorum testatus est [7], quod numquam fere maiori pace potiri potuerunt, excepto quod sicut semper inter confinia

a) mortibus c. b) corinthie c.

1) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 635. 2) *De hoc Bernhardo comite de Trixen v. Bernhardi l. l. p.* 628. 651. 3) *Eleonorae, neptis Raimundi regis Antiochensis; cf. R. Hirsch, 'Studien zur Gesch. König Ludwigs* VII. *von Frankreich' Leipzig* 1892) *p.* 58 *sq.* 4) *Propter propiorem affinitatem.* 5) *Constantiam, filiam Alfonsi VIII. regis Castiliae.* 6) *Heinrico II.* 7) *Gerhoho ipso audiente?*

gentium diversarum excursus et prede agi solent tali quasi [illegible] potuit, quali etiam infestacione raro aut numquam caruerunt vel [illegible] adiacentes regiones ab eorum excursibus secure sunt vel erunt.

61. De obsidione Damasci fraudulenta.

Cum itaque consueta ac penitus secura pace agerent, qui tamen universum orbem quasi timore hostium sanctum locum tollere cupientium permovissent tandem, ne pro nichilo motus ille factus videretur, expeditionem et obsidionem contra Damascum moliti sunt. Ad quam obsidionem perficiendam rex Romanorum Chůnradus novum de multa pecunia, qui undecumque Ierosolimam adventaverat, conduxit *exercitum. Sicque ad obsidionem a regibus Romanorum et Franciae eorumque exercitibus, necnon a rege Ierosolime omnique Ierosolimitana militia itum est. Et rex quidem noster credens omnia simpliciter ac fideliter agi, pomeria civitatis irrumpens secus muros castra locavit rem, ut erat strenuus, strenue peracturus; alii vero alias locis facilioribus ac remotioribus castra disposuerunt. In hac denique obsidione claruit[1], qua intentione Ierosolimitani totum orbem in expeditionem permovissent, quodque tanto illo totius orbis motu laboriosissimo, tot mortibus christianorum, qui partim gentium gladiis et sagittis, partim fame ac frigore, partim dissenterie morbo ac fluminum incursu marisque tempestate perierant, non tam pacem sibi, siquidem eam integre possidebant, quam auri et argenti thesauros sibi multiplicare quesierint. Continuo namque, ut obsidione civitas cincta est, cives intra menia positi de pace et obsidione relaxanda cum Ierosolimitanis tractare ceperunt. Quibus etiam auri plurimum offerentes mox quod petierant impetrarunt. Conventione ita pacti clam firmata pecuniaque copiosa recepta Ierosolimitani persuaso rege Frantie ab obsidione recesserunt, regem Romanorum solum cum suis in obsidione relinquentes. Qui cum vidisset secum fraudulenter actum, etiam ipse quod reliquum erat ab obsidione recessit. Ecce quis finis! quis fructus, quanta rerum molimina subsecutus est! Quis non penset ex fine Ierosolimitani tanto rerum motu, tot mortibus christianorum, tanto rerum publicarum et cuiusque privatarum dispendiis quid intenderint? Nam quod fere solam pecunie acceptionem, sive ex oblationibus adventantium sive ex redemptione obsidionum, intenderint acceptae pecuniae finis probavit. Sed Deo interim etiam hic iuste iudicante non usquequaque de tantae pecuniae acceptione iniqua gavisi sunt. Nam qui multos deceperant, etiam ipsi in eadem pecunia data decepti sunt, siquidem ex maxima parte pro auro cuprum fucatum acceperunt, quatenus eos vel sero peniteret, quod tantum christianorum sanguinem tam vili precio vendidissent.

62. Inclamacio contra Ierusalem terrenam.

Ierusalem, Ierusalem, que occidisti olim prophetas et lapidasti eos, qui ad te missi fuerant, quid tibi visum est, ut nova christianorum homicidia veteribus adderes, nisi ut ista faciendo mensuram patrum tuorum semiplenam christianorum sanguine impleres! Aut quo usa consiliario es, ut id faceres, ut tantum sanguinem tam vili venderes [pretio[a]], nisi avaricia, qua suadente Iudas quoque in te omnium nostrum Dominum ac magistrum triginta vendidit argenteis? Et ille quidem argenteis in precium iusti sanguinis acceptis usus non est, quin potius eos in testimonium sue nequicie in templo proiecit dicens: *Peccavi tradens sanguinem iustum*; tu vero spe pecuniae accipiendae innumera christianorum milia in mortem adduxisti et tanti *sanguinis precium a Dama-

a) *deest, suppl. Sch.*

1) *V. Bernhardi l. l. p.* 675.

scenis acceptum insuper possedisti. At ubicumque est apud te aurum illud sive cuprum in cameris repositum vel in ollas fusum, in testimonium est contra te.

73). De scissione[a] domus hospitalis a patriarcha Ierosolimitano. cf. Ez. 5, 10.

Propter hoc namque Deo etiam in presenti iudicante in medio tui patres comedunt filios et filii comedunt patres suos, sicut in illa contentione Hospitalensium manifestum est, in qua male acceptam maleque servatam pecuniam iidem Hospitalenses male nichilominus effuderunt, dum spiritalem illum spiritalis filiationis et paternitatis inter se et patriarcham suum contractum, qui inconvulsus abusque temporibus apostolorum permanserat, ipsi eadem sive alia male servata vel accepta pecunia inique effusa dissolverunt, sibique contra patrem suum spiritualem perpetuas inimicicias et in malum emulationes coemerunt. Quod et si domus illa hospitalis, modernis utpote instituta temporibus, abusque temporibus apostolorum non fuit, nulla tamen domus illius civitatis ab exordio christianismi[b] preter hanc de obedientia illius urbis episcopi ac patriarche exempta umquam inveniri poterit. Quomodo ergo poterunt mater illa et pater, Ierosolima ecclesiarum mater eiusque antistes patriarcha, filiam hanc suam, sed ab utero aberrantem, non dolenter aspicere? Quomodo vero ab eius aspectu poterunt oculos dolentes avertere, quo sic tandem aliquando fieri forte possint immemores iniurie, quippe que in eadem civitate sita oculis eorum subiecta non esse non potest? Itaque sicut visio filie contemptricis continua semper est, ita et contemptus memoria cottidie patri matrique renovatur atque ex iugi contemptus memoria dolor continue innovatur. Similiter et tu, filia naturalis, affectus oblita, scripte quoque legis prevaricatrix patrem ac matrem honorare precipientis, quomodo poteris levare oculos tuos ad videndam faciem patris ac matris, quorum viscera vipereo dente lesisti, a quorum visceribus sauciatis et convulsis contra naturam violenta prorupisti? Non enim te excuset, quod Romanis data pecunia id fecisti, sed magis accusat, quod spiritalis paternitatis ac filiationis contractum data pecunia simoniace dissolvisti. Quam utique pecuniam quamvis plurimam si Petro apostolo obtulisses, quatenus data ea spiritalis obedientie iura dissolveres aut transferres, non aliud estimo, ab eo audisses, quam quod Simoni primo spiritualium forensi estimatori dictum ab eo est: *Pecunia tua tecum sit in perditione, quoniam estimasti donum Dei pecunia possideri*; aut certe, quod ait Dominus: *Auferte ista hinc et nolite facere domum Dei domum negotiationis.* Nec mirum.

Exod. 20, 12. — Act. 8, 20. — Ioh. 2, 16.

74). 63. Dispensaciones ecclesiasticas gratis fieri debere.

Matth. 10, 8. Audierat enim Petrus sibi cum ceteris coapostolis dictum a Domino: *Gratis accepistis, gratis date.* Aut igitur ostendant qui eiusmodi in domo negotiationes factitant, quantum auri vel argenti Petrus dederit, ut ovium Christi pastor fieret, et Clemens Petro quantum appenderit. In prima quoque ecclesiarum limitatione ostendant, quantum pecunie a singulis ecclesiis episcopalibus Romano *pontifici appensum sit, ut proprios singule limites acciperent, quatenus et ipsis exemplo priorum in transferendis, dilatandis et contrahendis ecclesiarum terminis idem factitare liberum sit. Simul et doceant, si possunt, magistratus et discipulatus ecclesiae spiritualia dona non esse, ut liberum sit ea more peculii ac terrene possessionis vendere aut si Petrus, ut pastor fieret, nichil terrenum dedit, quippe cui aurum et argentum non fuit, sed spiritualibus spiritualia comparans solo confessionis fidei et dilectionis precio, ut pastor fieret, emeruit, si Clementem ipse gratis successorem ob meritorum prerogativam elegit, si gratis a principio ecclesie limitate sunt, si olim Simon a Petro dampnatus ac precipitatus est, si eius quoque sequaces in crimine simul cum eiusdem piaculis criminis interventoribus a sanctis patribus abusque exordio aecclesiae predamnati et anathematizati sunt,

*p. 91. — Act. 3, 6.

a) *in marg.* c. b) christianissimi c.

unde isti novi Simones innocentes et innocui emer[illegible] vendentes et ementes boves et oves simul et columbas a templo flagello domini[illegible], nummulariorum effuso ere mensisque subversis idem nummularii foras pulsi, unde [illegible] novi boum atque ovium rationabilium, prelationum, dico, atque discipulatuum spiritualium venditores et emptores irruperunt; unde novi trapezite iste ad libre pondera spiritales magistratus et discipulatus ampliantes, minuentes, transferentes atque insuper anathema talibus dictatum non formidantes. Aut vero soli ipsi a communi lege evangelii simul et regulis ecclesiasticis exempti sunt, ut quicquid qualitercumque vel quibuslibet pro causis fecerint, sacrum debeat reputari? Non enim negamus eis dispensationem esse creditam, ubi id ecclesiastice necessitatis vel utilitatis ratio postulat [illegible] ad precium pecunie magistratus ecclesiae transferri, ampliari vel minui aut quocumque modo dispensari, magis vero dissipari, ego penitus estimo dampnabile ac simoniacum et puto idem veritatis esse iudicium.

64. De similibus ydem iudicium.

Dicant autem et ipsi mihi, obsecro, quorum est post Deum orbem terrae in equitate iudicare, iudicium quod eos interrogo.

Si inter duos episcopos mediante pecunia convenerit, ut quatuor aut V seu plures aut pauciores plebes ab unius parrochia descise alterius parrochie ascribantur, veneritque in questionem causa eadem apud ipsos, dicant, inquam, mihi simoniacamne pactionem actionemque talem iudicent, necne? Et puto eos aliud non iudicaturos, quam ut simoniaca sit. Nam si unius sacerdotis in unam plebem per pecuniam introitus iuste censetur dampnabilis ac simoniacus, quomodo non et episcopi talis, ut dictum est, ad plebes introitus non iudicabitur simoniacus; neque enim potior ordo levigat culpam, sed auget. Aut sacerdos plebanus si vicinum suum consacerdotem plebanum apud episcopum data pecunia supplantet, ut eius plebem proprie coniugat et fiat unum ovile et unus pastor, numquid non uterque simoniacus iuste censetur episcopus venditor et emptor plebanus? Quodsi et presbyter supplantatus a querimonia cedat pecunia conductus, nichilominus et ipse iudicabitur simoniacus? At si scire velint hi, de quibus sermo est, causa illorum istorum cause consimilis aut certe deterior est. *Arguam te*, Ps. 49 21 inquit Dominus, *et statuam contra faciem tuam* ei qui sermones eius retrorsum proiecerat. Ipsi namque, quorum erat aliorum errata corrigere, accepta ab Hospitalensibus pecunia Ierosolimitanum supplantaverunt episcopum eandem hospitalem domum illi subtrahendo sueque providentiae et obedientie speciali attitulando, suo episcopio ascribendo. Et quidem hi dissimile? Utique non aliud nisi quod alias in communicatione dati et accepti diversitas personarum consideratur, dum alius est qui pecuniam accipit atque alius dans, ad quem possessio, pro qua sumitur, transit. Hic vero idem ipsi sunt, qui pecuniam accipiunt, qui et rem, pro qua sumitur, ut ita dixerim, usu capiunt. Accipiunt, ut aliorum privilegia vel possessa ad alios transferant; accipiunt rursum ut ablata vel translata restituant; accipiunt, ut aliis auferant; accipiunt, ut ablata aliis sibi retineant. Accipiunt pecuniam, non ut de suo tribuant vel de suo iure cedant sicut inter vendentes et ementes mos est, sed accipiunt, ut accipiant, ut terminos episcopatus sui extendant, ut domum domui iungant et quasi soli ipsi habitant in terra. Accipiunt, inquam, ut accipiant; accipiunt, quia acceperunt. Sed dum omnia hec [illegible] imperium avariciae facta fuerint, adhuc accipiendi apud eos locus est. Non de omnibus tamen eis dico. Novit enim Dominus etiam apud eos, quos elegerit, novit qui sunt eius, et discedet ab iniquitate omnis qui invocat nomen Domini. Quod etiam signaculum eius firmum stabit. Novit in area triticum inter paleas, paleam cum tritico

a) hec

usque ad ventilabrum tolerare. At illud ventilabrum tunc instare palee valde formidandum est, quando ex crescente numero ac potentia perversorum in area Domini granorum tanta est paucitas et infirmitas, ut sint, quasi non sint et maxime cum usque ad celos, id est usque ad sacerdotes Domini, quorum erat aliorum errata corrigere ac pro delinquentibus exorare, peccata venalitatis excreverint. Unde vir illustris et notae [Ieronimus in Micheam.] scientiae ac fidei beatus Ieronimus locum illum in Michea pertractans[1]: [Mich. 3,11.12.] *Principes eius in muneribus iudicabant et sacerdotes eius in mercede docebant et prophete eius in pecunia divinabant et super Dominum requiescebant dicentes: 'Nunquid non Dominus in medio nostrum, non venient super nos mala propter hec causa nostri Syon quasi ager arabitur et Ierusalem quasi acervus lapidum erit et mons templi in excelsa silvarum,* hec inter [Act. 3,6.] cetera dicit: *Petrus apostolus: Argentum et aurum non habeo. Poterat utique Symoni mago vendere quod petebat, immo poterat simulare vendentem — Spiritus enim sanctus nec venundari nec emi potest —, sed oblatam pecuniam cum offerente damnavit. Nunc videas prophetas Ierusalem non habere in ore prophetiam et in Domino requiescere et* [*p. 93.] *dicere: non venient super nos mala. Quorum causa speculatorium Dei *hostili aratro dividitur et locus quondam pacis ruinis plenus fit et templum Domini in vepres spinasque convertitur et est habitaculum bestiarum.* Et post aliqua[2]: [Iterum de expedicione illa calamitosa quam suasit avaricia.] *Propter quod causa nostri qui tales sumus, qui Syon edificamus in sanguine et Ierusalem in iniquitate, qui iudicamus in muneribus, qui in mercedibus respondemus, qui in pecunia divinamus et super hoc fictam nobis sanctimoniam vendicantes dicimus: non venient super nos mala, audiamus sententiam Domini que sequatur. Syon et Ierusalem et mons templi speculatorium et visio pacis et templum Christi in consummatione, in fide, quando refriguerit caritas et rara fides fuerit, quasi ager arabitur et redigetur in tumulos et erit in excelsa silvarum, ut ubi ample quondam domus erant et absque numero acervi frugum, ibi vix parva sit casula servans speciem ciborum refectionem anime non habentium.*

76. Cum hec dicit, profecto scire nobis et dicere licet, quia causa future tribulationis tam magne peccatum est maxime graduum[a] ecclesiasticorum peccatum venalitatis et avaricie, quod nunc aspicimus et ubique regnare videmus, ambitione nimia cuncta devastante, avaricia pene universa reposita intus in ecclesiis devorante, ubi ubi[b] quia licet vivere, libet etiam ambire; unde tunc merito fiet, ut, quia non licebit vivere, etiam non libeat ambire. Sed quousque consiliarios istos pessimos, avariciam dico et superbiam, persequor? Nam, ab urbe Roma bestias has persequendo cepi, Ierosolimam devectus sum rursumque ab Ierosolimis Romam relatus. Et putaveram me Ierosolimis unam solam bestiam reperturum avariciam, contra quam esset dimicandum, sed ecce etiam illic alia socialis bestia, videlicet superbia, reperta est, quam dum sequi cepissem ad montem Libanum, ad Romanorum auctoritatem, confugit, sed Deo favente nec [Ps. 74,7.8.] illic tuta erit, comminante ei Spiritu sancto per os prophete David: *Quia neque ab Oriente neque ab Occidente neque a desertis montibus* erit locus refugii, *quoniam Deus iudex est.* Visne bestias ipsas ad lucem producam, ut facies earum ad solem videas quamque ecclesiae Dei simul et orbi cladem intulerit agnoscas? Sed unam earum, avariciam videlicet, iam vidisti; immo vero totus orbis vidit et agnovit, quam ei cladem expedicione illa mendaciis emendicata intulerit[c], nos quoque supra in brevi magis perstrinximus, quam digessimus.

Videamus vero etiam adhuc quedam, que super eadem calamitate minus a nobis dicta sunt. Nam, quia calamitatum ecclesie Dei ab exordio illatarum ista multorum ac magnorum virorum iudicio maxima sit, libet eam Ierosolimorum illo

a) gradnorum c. b) *ita c.:* quia ubi *Sch.* c) intulerint c.

1) *Comm. in Micheam I, c. 3, Opp. ed. Vallarsi VI, col.* 471. 2) *Ibid. l. l. col.* 473.

famoso excidio per Titum et Vespasianum facto conferre, ut ex collatione [illegible] tribulationis eiusdem pondus expressius agnoscatur. Nam illic ad diem festum tota provincie turba confluxerat, que simul intra ambitum civitatis obsidione cincta est, hic vero ex toto orbe christiano principum nobilium, mediocrium ac popularium multitudo innumera convenerat, magis ad victorias ac triumphorum solempnia sua estimatione festinans, quam ut sibi ullas gentes gladio posse resistere estimaret; sed subito, dum non credit, maximo tamen labore suo, in medium hostium adducta, [illegible] ab hostibus undique cincta est, *ut ei pro victualibus queritandis nullus relinqueretur egrediendi vel ingrediendi locus, haut secus quam si murorum ambitu simul et obsidione cincta fuisset. Immo vero et illic in obsidione videlicet Ierosolimorum muri ad tempus hostes arcebant, cives tuebantur, hic vero nec muris nec vallo obstantibus hostium sagittis undique versum patebat accessus. Et illi quidem validi adhuc corpore et animis obsidione cincti sunt, istos vero corpore simul et animis ex labore, fame simul et infirmitate hostilis incursio confractos invenit. Et illic fames multa horribilia persuasit, sed et hic tanta fames grassabatur in populo, ut equorum carnes ac pelles ovium etiam veteres detractis pilis modicum in lebetibus decoctas in cibos sumerent. Tam vero parce eedem carnes equine vendebantur, ut unus homo in uno cibo decem nummatas insumeret, octo grana fabae uno argenteo unusque panis CXL argenteis veniebat[1]. Et in Ierosolimis dum multitudo morientium facultatem sepulture vinceret trans muros cadavera proiecerunt, isti vero, dum et hic morientium multitudo facultatem sepeliendi excederet, mortuorum cadaveribus contra frigus imminens simul et contra Turcorum sagittas pro muris usi sunt. *p. 94

65. Numerus exercitus septuagies centum milia.

Et hoc dolendum simulque mirandum ac miserandum est, quod cum idem exercitus ad septuagies[2] centum milia computatus fuisset, de tanto exercitu vix quedam pauce reliquie redierunt nichilque victoriosum tanta molitione peractum est.

66. Conquestio abbatis Clarevallis super eadem expedicione.

Super qua re vir illustris abbas Clarevallis[3], quo annitente una cum sancte memorie Eugenio papa eadem expeditio promota est ad eundem papam Eugenium scribens quasi[a] lamentatur hoc modo[4]: *Incidimus,* inquit, *ut ipse nosti in tempus grave, quod et ipsi iam vivendi usui videbatur indicere cessationem, ne dum studiis, cum scilicet Dominus provocatus peccatis nostris ante tempus quodammodo visus sit iudicasse orbem terrae in equitate quidem, sed misericordie sue oblitus. Non pepercit populo suo, non suo nomini. Nonne dicunt in gentibus, ubi est Deus eorum? Nec mirum. Ecclesiae namque filii, qui et christiano nomine censentur, prostrati sunt in deserto aut interfecti gladio aut fame consumpti. Effusa est contentio super principes et[b] errare fecit eos in invio et non in via. Contricio et infelicitas in viis eorum, pavor et meror et confusio in penetralibus regum ipsorum. Quam confusi pedes annuntiantium pacem, annuntiantium bonum. Diximus pax, et non est pax. Promisimus bona, et ecce turbatio. Quasi vero temeritate in opere isto aut levitate usi sumus. Cucurrimus plane in eo, non quasi in incertum, sed*

a) quasi? c. b) dominus *add.* B.

1) *Cf. Sturmhöfel, 'Der geschichtliche Inhalt'* p. 17. 2) *Cf. Ann. Egmund. a.* 1146 *SS. XVI. p.* 456: Cuius exercitus tot milia fuerunt, quanta numquam in hystoriis [illegible] mundi leguntur convenisse, scilicet sedecies centum milia hominum; *Ann. S. Pauli Virdun. SS XVI. p.* 501: In quo itinere annumerata sunt DCL milia, quorum maxima pars periit fame et sagittis. 3) *Bernardus.* 4) *De consideratione l. II. c.* 1. § 1. *Opp. ed. Mabillon I col.* 421 *cf. Bernardi epist.* 288. *l. l. col.* 278.

*te iubente immo per te Deo. Quare ergo ieiunavimus et non aspexit? Humiliavimus
animas nostras et nescivit? Nam in his omnibus non est aversus furor eius, sed adhuc
manus eius extenta. Quam pacienter interim adhuc audit voces sacrilegas et Egyptios*
Ex. 32, 12. Ps. 18, 10. *plasphemantes, quia callide eos eduxit, ut occideret in deserto. Et quidem iudicia Domini*
cf. Ps. 35, 7. *p. 95. *vera, quis nesciat? At *iudicium hoc abyssus tanta, ut videar mihi non immerito pronunciare beatum, qui non scandalizatus fuerat in eo.*

Et[1] *quomodo tamen humana temeritas audet reprehendere quod minime valet comprehendere. Recordemur supernorum iudiciorum, que a seculo sunt, si forte sit conso-*
Ps. 118, 52. *latio. Nam quidam ita dixit: Memor fui iudiciorum tuorum a seculo*[a] *Domine et consolatus sum. Rem dico nemini ignotam et nunc nemini notam. Nempe sic se habent mortalium corda, quod scimus cum necesse non est, in necessitate nescimus. Moyses*
Ex. 3, 17. *educturus populum de terra Egypti meliorem illis pollicitus est terram. Nam quando ipsum aliter sequeretur populus solam sapiens terram? Eduxit, eductos tamen in terram, quam promiserat, non introduxit. Nec est, quod ducis temeritati imputari queat tristis et inopinatus eventus. Omnia faciebat Domino imperante, Domino cooperante et opus confirmante sequentibus signis. Sed populus ille, inquis, dure cervicis fuit, semper contentiose agens contra Dominum et Moysen servum eius. Bene. Increduli illi et rebelles. Hi autem quid? Ipsos interroga. Quid me dicere opus est, quod fatentur ipsi. Dico enim unum: Quid poterant proficere qui semper revertebantur, cum ambularent? Quando et isti per totam vitam non redierunt corde in Egyptum? Quod si ceciderunt illi et perierunt propter iniquitatem suam, miramur istos eadem facientes eadem passos? Sed numquid illorum casus adversus promissa Dei? Ergo nec istorum. Neque enim aliquando promissiones Dei iusticie Dei preiudicant. Et audi aliud. Peccavit*[2] *Beniamin, accinguntur relique tribus ad ultionem nec sine nutu Dei. Denique ipse designavit ducem preliaturis. Itaque preliantur freti et manu validiori et causa potentiori*[b] *et quod his*
Ps. 65, 5. *maius est favore divino. At quam terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Terga dedere sceleratis ultores sceleris, pautioribus plures. Sed recurrunt ad Dominum*
Iud. 20, 28. *et Dominus ad eos: Ascendite, inquit. Ascenderunt denuo, denuoque fusi et confusi sunt. Ita Deo primum quidem favente, secundo et iubente iusti iustum certamen ineunt et succumbunt. Sed quo certamine inferiores, eo fide superiores inventi sunt. Quid putas, facerent de me isti, si meo hortatu iterato ascenderent, iterato succumberent? Quando me audirent monentem tercio repetere iter, repetere opus, cum*[c] *semel iam et secundo frustrati*
Iud. 20. *forent? Et tamen Israelite unam et alteram non reputantes frustrationem tercio parent et superant. Sed dicunt forsitan isti: 'Unde scimus, quod a Domino sermo egressus sit? Que signa tu facis, ut credamus tibi?' Non est quod ipse ad ista respondeam, parcendum verecundiae meae. Responde tu pro me et pro te ipso et secundum ea, que audisti et vidisti aut certe secundum quod*[d] *inspiraverit Deus. Sed forte miraris me prosequi ista qui aliud proposueram. Facio non oblitus propositi, sed quod a proposito non iudicem alienum. Nempe de consideratione, ut memini, sermo mihi ad tuam dignationem est et sane magna ista res et egens consideratione non minima. Quod si res magnas a magnis considerari oportet, cui eque ut tibi*[e] *id studii competit, qui parem super terram non habes? Sed tu secundum sapientiam et potestatem datam tibi desuper facies*
*p. 96. *de hoc. Non est meae *humilitatis dictare tibi sic vel sic fieri quidquam; sufficit inti-*
cf. Ps. 62, 12. *masse oportere aliquid fieri unde et ecclesia letetur*[f] *et obstruatur os loquentium iniqua.*
Hec abbas Clarevallis super his.

a) s. D. et c. s. c. b) pontiori *B.* c) in quo *B.* d) tibi *add. B.* e) *ita B; deest c.* f) consoletur *c.*

1) *De consideratione l. II, c. 1, § 2.* 2) *Ibid.* § 3.

Sed et nos, quamvis Ierosolimorum super his [illegible] prorsus excusare non possimus. Nam quia sepe multumque [illegible] doctrina, quatenus sobrie ac iuste et pie viverent, [illegible] tatis, ut salvi fierent, ideo misit eis Deus operationem erroris [illegible] datio et indicarentur omnes qui non crediderant veritati, [illegible] tati. Nam et signa atque prodigia mendatia eodem tempore [illegible] Deo per quosdam illius tempestatis viros, per quosdam etiam illius [illegible] socios multiplicata sunt, ut eisdem mirabiliariis irruentibus [illegible] signa vel sanitates petentibus vix vacaret panem comedere. Quod ipse [illegible] meis, fictionem vero miraculorum[1] cui assignem ignoro, utrumnam his, per [illegible] dicebantur, an vero his, a quibus petebantur, certum non habeo, cum tamen fictio ipsa certissime in multis sit prodita. Adducebantur namque ceci vel semiceci et claudi et benedicebantur ab eis oratione facta super eos cum manus impositione. Dumque inter benedicentis verba requisiti ab ipsis violentis miraculorum exactoribus fuissent, an aliquid melius haberent illique proprie sanitatis cupidi aliqua dubie responderent, statim cum clamore sublimes rapiebantur et quasi sani inter manus vectantium ducebantur. Qui tandem sibi dimissi, non diu sanitatem potuerunt simulare, sed sue infirmitatis consueta subsidia, scamnella videlicet claudi ac ceci duces resumebant. Audivimus etiam de quibusdam, quod post veram curationem duobus vel tribus diebus interpositis pristina[a] ad eos redierit infirmitas. In civitate quoque Erbipoli[2] quendam ficti nominis et sanctitatis Theodoricum quasi martyrem efferebant, quem fingebant de numero eiusdem exercitus a Iudeis clam per fraudem occisum, ad cuius sepulchrum crebra valde fingebantur miracula, sed non post longum per eiusdem fabricatores mendatii tota fictio propalata est, ut mirum non sit, si filius ille perditionis, cuius est adventus secundum operationem Sathanae in omni virtute et signis ac prodigiis mendacibus inter hec[b] adventare vel advenisse putetur.

67. Precursorium signum tanti motus ventus turbinis maximus et insolitus.

Hunc sane motum maximum alius quidam motus terribilis valde itemque maximus in eius signum precesserat. Subito namque ventus quidam turbinis vehementissi- 1145.
mus[3], qualem numquam ante nec relatu nec experientia[c] novimus, a regnis Occidentis adveniens ac fere VIII horarum spacio durans eandem celi regionem[d] pertransiit, quam et postmodum exercitum pertransisse perspeximus. Huius venti tanta erat vehementia et impetus, ut domos firmissimas annosaque robora everteret[e] nec esset vicus aut civitas, in qua non menia fortissima diruisset, non domus, que lesionem eius evaderet, sicut scriptum est: *Terroresque de celo*, ut palam sit respectum irae desuper sicut in signo vehementis venti, ita et in terre motu infructuose, immo et perniciose, illius ex

a) pristinas c. b) he c. c) expergentia c. d) regione c. e) everterent c.

1) *Cf. W. Bernhardi, 'Jahrb. Konrads III.' II, p.* 527. [illegible] *G. Hüffer, 'Der heilige Bernhard von Clairvaux' I* (1886), *p.* 83. [illegible] *scil. Gerhoh* das Kreuzzugswirken Bernards, dieses "Pfeilers und Glanzgestirns der Kirche [illegible] sichtlich von den falschen Wunderzeichen andrer' *etc., cum de miraculis Bernardo adscriptis* [illegible] *noster nihil retulerit; cf. Sturmhöfel I, p.* 22; *Ann. S. Iac. Leod. a.* 1146: Visa et signa [illegible] dacii creduntur *SS. XVI, p.* 641; *Ann. Brunwillar. a.* 1145, *SS. VII, p.* 787. 2) *Cf.* [illegible] *Herbipol. a.* 1147, *SS. XVI, p.* 3, *ubi eadem res fusius describitur.* 3) *Cf. Ann.* [illegible] *a.* 1145, *SS. IX, p.* 503; *Contin. Admunt. rec. A. a.* 1145, [illegible] *p.* 581; *Ann. Herbipol. a.* 1145, *SS. XVI, p.* 3; *Auct. Lamban. a.* 1145, *SS. IX, p.* 555; *Ann.* [illegible] *a.* 1145, *SS. XVI, p.* [illegible]; *Ann. Rod. a.* 1145, *ib. p.* 718.

peditionis extitisse. Sed non ideo Ierosolimite motus eiusdem auctores extra culpam sunt, quod nostri talia pati meruerint. Alia quoque signa terribilia[1] de celo monstrata sunt, cometa[2] videlicet longe comas protendens, celum quoque totis noctibus sanguineo rubore perfusum, carnes quoque vise sunt de celo in modum imbrium defluxisse, que casu ipso dirumpebantur, calore quoque solis desiccate perierunt, sicut de tanto fuso humano sanguine tantaque strage christianorum nulla memoranda vel manifesta ecclesie Dei provenit utilitas. Ecce quales fructus de pessima radice Ierosolimitane avaricie prodierunt. Ecce fera, pessima[a] avaricia quanti sanguinis fusi rea inventa est. Sed et alia bestia, superbia videlicet domus illius hospitalis, sicut avaricia corporibus ita multorum animabus perniciem induxit. Hec patriarchae suo merorem, matri ecclesiarum dolorem, filiorum a patribus separationem odiique perpetui materiam invexit; hec de thesauris ecclesiae iura ecclesiastica subvertit, donorum magnitudine animos quoque sapientum evertit, ut aurum iusticiae preferrent, salutem animarum auro postponerent, aecclesiae Dei non modicam super eodem facto scandala inferrent. Hec subesse fastidiens ei, qui sibi divina ordinatione prelatus fuerat, eius pedissequa facta est, qui
Is. 14, 14. multis donis nature a Deo preditus in corde suo dixit: *Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo.* Huic Romana ecclesia, immo in hoc facto et similibus magis dicenda curia, quam ecclesia, in ratione dati et accepti communicavit aurum et argentum accipiens ab ea et ei in sua rebellione consensum et confirmationem impertiens.

(81). 68. In ecclesia fieri abhominabile et, quod nec legibus seculi conceditur fieri, ad acceptionem munerum magistratus ordinari.

Immo nec recte curiae nomen obtinet, dum hoc in ecclesiasticis admittit, quod in secularibus quoque seculi legibus prohibitum est. Non enim conceditur vel illic pro acceptione munerum mutari iudices vel iudicii sententiam vendi a iudice; sordidamque huiusmodi munerum acceptionem nuncupat, nos vero pro huius detestandi mercimonii primo auctore simoniam nominare solemus. Non ergo applaudant sibi Romani huius vel similiter datae pecuniae acceptores. Plus enim de precio pietatis et iusticiae apud omnes iustos rerum estimatores perdiderunt, quam eis lucelli in viginti scriniis illis argenti plenis accesserint. Non, inquam, adplaudant sibi super his. Ecce enim pro his similibus scandalis in ecclesia Romana occasione avariciae et superbiae subortis, ecclesia Dei, que una est et semper esse una debet, in duos quasi papatus
*p. 98. scinditur, aliis Victori, aliis Alexandro adherentibus, aliis huius *atque aliis alterius partem defendentibus, terciis vero nec uni nec alteri se parti secure committere audentibus. Habet enim in parte Victoris suspectam paucitatem cardinalium, in parte vero Alexandri simoniace, ut dicitur, ac cismatice conspirationis abhorrent munerum[b] acceptionem, nescientes plane cui se potius committant, quemve alteri preeligant, Victoremne, qui missis in orbem litteris confiteri non erubuit, prave consuetudinis fratrum suorum cardinalium in acceptione munerum se fuisse aliquando participem clioraque in futurum pollicentem, an certe Alexandrum, qui cum et ipse argentum Hospitalensium, ut palam est, argentum quoque vel aurum Siculi ac Mediolanensium,

a) *sic c., an* feracissima? b) numerum c.

1) *Cf. Ann. S. Petri Erphesfurd. a.* 1148, *SS. XVI, p.* 20; *Ann. Pegav. a.* 1147, *ibid. p.* 258: Eclipsis solis VII. Kal. Nov.; *Ann. S. Iacobi Leod. a.* 1147: VII. Kal. Nov., *SS. XVI, p.* 641; *Ann. Floreff. a.* 1145: Eclipsis solis, *SS. XVI, p.* 624; *Ann. Brunw. a.* 1147, *ibid. p.* 727. 2) *Ann. Stederburg. a.* 1146, *SS. XVI, p.* 207; *Ann. S. Iacobi Leod. a.* 1144, *ibid. p.* 640: Cometes ardet; *Ann. Rod. a.* 1145, *ibid. p.* 417; *Ann. Brunwillar. a.* 1145: m. Maio, a. 1147, *ibid. p.* 727.

ut imperium conqueritur ac publica fama loquitur [1], neque [illegible] ecclesiasticis cum ceteris acceperit nec penitenciam ostendit de preteritis nec satisfactionem promittit de futuro, quin potius, ut aiunt, et thesauros ab Hospitalariis pro dispensatione, immo vero dissipatione, ecclesiastici regiminis accepto[a] [illegible] super his capitulis, de quibus eius suspectus habetur introitus, ab ecclesia Dei scandala tollere dignatus est. Cuius tamen causa tum propter numerum cardinalium [illegible] in eius electionem concordantium, tum etiam propter ordinatores legitimos, immo etiam sedes apostolicas, Antiocenam dico et Ierosolimitanam, in eum consentientes [2], causae Victoris preponderaret in lance iusticiae, si exemplo usus dominico [3] [illegible] in medio fratrum suorum episcoporum dignaretur ostendere vel obiecta negando vel, que negari non possunt, iuste facta comprobando [4]. Quod quia nondum est factum, non solum bifariam, sed et trifariam scinditur ecclesia Dei, aliis, ut dictum est [5], Alexandro, aliis Victori faventibus, terciis vero neutrum accipientibus vel constanter reprobantibus, sed pleniorem adhuc cause utriusque discussionem sperantibus, quam absque concilio generali ex regum conniventia convocato fieri non posse arbitrantur.

Et sunt, ut dixi, tres partes unius ecclesie conscisse ac dilacerate, quemadmodum scriptum est in apocalipsi Iohannis, quoniam facta est civitas in tres partes. Siquidem et Ungaricum regnum in ea parte est hominum, qui nondum hunc vel illum receperunt, quia mortuo rege suo [6], qui susceperat Alexandrum [7], per hoc ab ipso Alexandro recesserunt, quod archiepiscopum per eius legatos firmatum[b] reprobaverunt, etiam rege novo [8] ibi creato nova molimina dicuntur mihi pari, que quorsum tendant adhuc ignoratur. Attamen quia rex ille novus per uxorem Grecam [9] Greco imperatori aliisque Grecis principibus affinitate iunctus est, hoc suspicandum relinquitur, quod sicut Greci a Romanis propter avariciam, ut dicunt, se alienaverunt, sic et Ungari se incipiunt alienare, ut magis magisque augeatur illa discessio, quam predixit apostolus, queque olim prefigurata est populo Israel discedente a domo David propter intolerabiles vexationes, quas eidem populo comminatus est Roboam rex Iuda, filius Salemonis, dicens: *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis, ego vero cedam vos scorpionibus.* Quid enim sunt nove Romanorum vexationes, maxime autem superflue appellationes et iuramentorum in datione palliorum nove et indebite iuramentorum exactiones, nisi quidam scorpiones, quibus non tam castigant, quam cruentant subiectos? Propter huiuscemodi mala etiam regnum Rome vicinum, videlicet Siculorum et ducatus Apulorum, eque ut Ungarorum regnum, se in tantum segregaverunt, ut in eis non recipiantur huiusmodi appellationes vel admittantur legationes cenobia et alia servientium Deo habitacula gravantes. Timentur vero ista gravamina ex parte utraque sic intendente papari. Sic se habet mala consuetudo inolita iam longo tempore avaricia potius, quam iusticia dominante inter ipsos Romanos, qui omnes diligunt munera, secuntur retributiones tam in parte una, quam in parte altera. Unde aliqui episcopi multique religiosi ac fideles ecclesiae Dei super utriusque partis imperfectione, super scandalis quoque et abusionibus hinc inde succrescentibus necnon abhominatione desolationis in loco sancto stante gementes, dolentes publiceque ac privatim meliorem super his finem orando exspectantes et optantes adhuc

a) *acceptis in marg. sec. c.* b) firmavit *c. em. Scheibelberger.*

1) *Cf. supra c. 53.* 2) *Cf. supra c. 55.* 3) *Idem postea Gerhohus in opere ad cardinales data, infra p. 402.* 4) *Supra p. 384.* 5) *Supra c. 56.* 6) *Geisa II qui mortuus est a.* 1161. *Mai.* 31. 7) *Cf. Prutz, 'Friedrich I' I, p.* 270. 8) *Stephano III qui Ladislao fratri a.* 1162. *Ian.* 14 *mortuo successit; cf. Giesebrecht V, p.* 379. 9) *Mariam Comnenam, Isaaci filiam.*

medium tenent. Putas, inquiunt, videbo, putas durabo, ut videam in sede Petri sequipedam Petri pecunias male oblatas contempnentem, iusticiam auro et topazio prehabentem, pastorem se ovium magis, quam dominum tirannorum seu regum recognoscentem? Putas, inquiunt, videbo tales in apostolica sede cardinales, qui vesti-
Phil. 2, 21. giis per omnia apostolicis inhereant, non in muneribus, sed iusticia iudicantes, non que sua sunt, sed que Iesu Christi querentes, Martino[1] illi nostro et Gerhardo[2], qui Lucius, similes? Quis nobis pro duobus istis unum dabit[a] Innocentium vel Eugenium et multa in hunc modum? Et he voces medie illius partis sunt nec Alexandri nec Victoris causam defendentis, nimirum propter scandala multaque perperam acta, que hinc inde alterutrum ab alterutris obiciuntur, quorum et similia vel peiora in futurum timentur.

Quod si querat quis a me, que istarum trium partium animo meo magis complaceat seu tutior mihi videatur minusque habere periculi, sciat me in rebus dubiis atque adhuc pendentibus diffinitivam nolle ferre sententiam. Verum si urgere non desinit, noverit tutius mihi interim videri mediorum illorum desiderium discussionem adhuc pleniorem partis utriusque exspectantium, eo quod a scismatis periculo pars illa tercia remotior sit. Nam quelibet duarum partium invicem se excommunicantium et ab alterutra excommunicatarum seu meliori adhuc interposita discussione seu universitatis cum apostolicis sedibus in se facta consensione victrix extiterit, contraria ei pars victa videlicet scismatice dampnationis periculo subiacebit. Ista vero media pars tutissima incedens[3]
cf. Matth. 26, 58. et quasi cum Petro a longe sequens, ut optatum sibi ac Deo placentem videat finem
*p. 100. a iudicio interim dampnationis inter ambas *partes se continens, iudicio vero discre-
cf. Is. 5, 20. tionis, quanta valet cautela, se dirigens, ne illud ve incidat dicentium bonum malum vel malum bonum, ponentium lucem tenebras et tenebras lucem, dulce in amarum et amarum in dulce; hec, inquam, pars quelibet duarum obtinuerit, libera, ut estimo, a scismatis periculo erit. Nam quem ecclesie maior unanimitas apostolicis sedibus roborata discussione precedente seu non precedente receperit, hunc et ipsa vel amando vel sustinendo recipiet. Sustinebit autem etiam si minus de obiectis purgatum minusque se ad apostolica seu dominica exempla gerentem; sustinebit, inquam, non etiam accipiet
Ioh. 5, 43. vel acceptum habebit, ne particeps illorum fiat quibus dicitur: *Ego veni in nomine patris mei et non accepistis me. Alius veniet in nomine suo, illum accipietis.* Amabit autem manus et latus discipulis exemplo dominico ostendentem, non solum ex opere avariciam, sed etiam ex calumnia proicientem seque et in ceteris ad exempla domi-
cf. Ioh. 20, 28. nica et apostolorum gerentem dicetque illi: Dominus meus et papa meus.

Visio huius scismatis significativa. Venit nunc in mentem visio cuidam prudenti et religioso viro preostensa hec[b] ipsa tempora periculosa portendens, quibus ecclesia, sicut dictum est, trifida scissione laborat. Videbat se quasi in ecclesia beati Petri Rome positum sursum aspicere, cum ecce in laqueari duo mire magnitudinis serpentes depicti unus argenteo, alius purpureo colore videbantur et in medio ipsorum arbor nimie altitudinis, videlicet a fine usque ad finem
Fantasma[c] dyaboli eiusdem rei significativa. laquearis pertingens, que inter ipsorum serpentum latitudinem quodammodo coangustata ramos extendere nullos valebat, sed gemmas tamen turgentes et folia quedam rara, sed pinguia preferebat, usque dum ipsos serpentes sua proceritate vicisset. Nam illic, in spacio videlicet a serpentibus vacuo, ramos arte pictoria deductos expandebat sicque vigilatum est. Visionem hanc quisque interpretetur ut volet, mihi vero huius portentuosi temporis signativa videtur. Nam mea estimatione duo illi serpentes sunt isti Romani vocati pontifices suae extensionis magnitudine totam fere amplitudinem ecclesie Dei Petro commissae implentes, per membra nimirum multitudinem sibi cohe-

a) dt c. b) hec c. c) *minio in marg. scr. c.*

1) *V. supra c. 51, p. 358.* 2) *Cardinali sanctae Crucis; cf. supra c. 51, p. 358.* 3) *Cf. Ov. Met. II, 136:* Medio tutissimus ibis.

rentium et causas utriusque partis defendentium. Quorum vero [illegible], [illegible] specimen prefert nitoris vel iusticiae patrum eloquiis conscripte; alterius vero color purpureus regalis potentiae, qua nititur, eminentiam presignabat. Nempe Alexandri papatus formam legitimam iuxta canones obtinet; alter vero, [illegible] Victor, [illegible] papa imperatoris nominatur. Verumtamen uterque causam suam nitore conscriptae iusticiae vel tuetur vel palliat, uterque defensione regali nitens quasi purpureum i[illegible] colorem ostentat. Nam Victor augustalis maiestatis defensione nititur, Alexander [illegible] etiam tyranni Siculi se potestate tuetur, cuius etiam fretus milicia castella [illegible] beati Petri expugnando sue subicit ditioni. Nec vero a ratione alienum est serpentum imaginaria visione sacerdotes seu bonos seu malos interpretari. Siquidem apud M[illegible] in serpentibus ex virgis magorum hereticorum astutia[a] insuper et gemina mors corporis et anime, in serpente vero ex virga Moysi etiam Christi mors seu prudentia[b] [illegible] christiana presignata est. Unde et discipulis suis Dominus ait: *Estote prudentes, sicut serpentes*, ut non absonum sit in serpentum figura sacerdotes seu bonos seu malos intelligi. Et Mardocheus somnium[c] interpretans: *Duo dracones*, inquit, *ego sum et Aman* [illegible]. At nos visionem hanc propter trifariae scissionis malum significandum intulimus, quod non iam in somnis, sed in aperta visione declaratur. Tercie namque partis illius medie, ut videtur, significativa media illa arbor extitit, que inter duos illos serpentes hinc inde porrectos medium tenuit. Que tandem quoque Deo favente superato dualitatis scismate spaciosa potietur unitatis libertatem.

Non solum sanctis revelationibus trifida hec scissio preostensa est, sed et diabolus eiusdem scissionis machinator eam suis ostensionibus ac verbis preludere ausus est. Cuidam namque puero super dictamine suo sollicito ipse in specie viri apparens hec verba scribenda et in scolis magistro suo reddenda commisit[d]:

Super rotam molendini
Duo sedent palatini,
Culmen tenent tres et trini
Laudatores matutini.

Et hec verba idem puer cum in scolis loco dictaminis, prout erat doctus, protulisset, multis miraculo extiterunt hodieque miraculo sunt eis, ad quos forte relatu perveniunt. Michi vero, sicut dicere cepi, duo illi palatini dualitatis hoc malum videntur portendere; rota molendini vel orbis vel aecclesiae universitas est, cui competit verbi Dei farinam molere, nunc vero tam in orbe, quam in Urbe simul et in universa fere ecclesia de duobus dictis Romanis pontificibus diversa molimina sunt. Sed inter hec, sicut semper ita et nunc tres, id est Pater et Filius et Spiritus sanctus, culmen tenent et cum eis trini laudatores matutini, videlicet ter terni ordines angelici vel etiam homines veri Trinitatis laudatores, non temere aut obstinate in hanc vel in illam partem declinantes, sed utrobique, quod perperam agitur vel agi dicitur, improbantes ac super his ecclesie universale concilium expectantes, interim vero ab apostolicarum sedium communione non recedentes. Et hec tercia pars culmen tenens, id est medium, in diaboli phantasmate sicut arbor in prememorata illa visione absque dubio potior est reliquis duabus per duos serpentes vel duos palatinos significatis. In qua simul tercia parte et nos interim esse cupientes divinam in ea et cum ea exoramus clementiam, quatenus vel ambos vel unum saltem e duobus istis serpentibus et palatinis tollat, ei vero, quem manere ipsum dignum duxerit tantum[e] columbine simplicitatis et sacerdotalis pietatis infundat, uti ne solus serpens vel palatini fastus in ipso bonis terrori sit, sed et columba et pontifex consolationi. Et sicut de palmitibus in euangelio [illegible]

a) astutio c. b) prudentes c. c) somnium c. d) comisit l. [illegible]

veritas promittit, unum e duobus istis palmitibus, insuper vero et omnem palmitem in *p. 102. se vitae fructum non ferentem, Pater celestis *agricola tollat; ferentem vero caritatis, unitatis, pietatis et iusticie fructum purget adhuc, ut fructum plus afferat.

69. Gravamina iniqua ecclesie.

Purget quoque primum introitum eius a multis et gravibus causis alterutris ab alterutrum obiectis, ut ingressus sine macula operetur iusticiam. Purget quoque sedem ipsam Petri, Romanam dico ecclesiam sive curiam, a nonnullis consuetudinibus ecclesiam Dei per orbem diffusam scandalizantibus, ut est illud, quod episcopi vel archiepiscopi consecrationem seu pallium accipientes iurare coguntur obedientias et obsequia, quedam debita, quedam etiam indebita. Nam venire vocatum ad synodum debita quidem obedientia est, quae non exhibita in negligentes vel rebelles, etiam non iurata, puniri potest secundum canones, visitationes vero ille subauditionem questus habentes sicut indebite ita et scandalo plenae sunt, nimirum beato Gregorio munus ab obsequio indebite impenso in ordinationibus ecclesiasticis simonie nota denotante[1]. Compescat quoque Deus populum Romanum, bestiam nimis inquietam, suoque pontifici occasione accipiendi nimium infestam. Alioquin stantibus adhuc et permanentibus[a] in ipsa, de qua loquimur ecclesia, sive ut illis placet dici, curia Romana prenotatis scandalis sustineri oportet interim iuxta preceptum Domini in cathedra Moysi vel Petri scribarum (Matth. 23, 2. 3.) et phariseorum similes qui dicunt et non faciunt, sustinendi quoque sunt in apostolorum catalogo Iudae mercatori pessimo similes, donec celi rationales revelent iniquitatem eorum et terra adversus eos consurgat et manifestum fiat peccatum eorum, sed hi qui secundum Deum inviti et non libenter eiusmodi sustinebunt, ne forte bruta eorum patientia redarguatur ab apostolo[b] dicente: *Libenter suffertis insipientes,* item: *Sustineretis enim, si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit.* (2. Cor. 11, 19. 20.) Sustinendus est populus ille Romanus inquietus et turbidus ac pastori suo avariciae occasione nimium infestus, quamdiu eum sustinet Dominus. At hi, qui secundum Deum sunt, non libenter eiusmodi sustinebunt, sed dolebunt et gemunt super his. Ubi enim omne caput languidum est, quomodo etiam omne cor merens sit? (Isai. 1, 5.) Quis vero cordatus non gemat et doleat super avariciam Romanorum quasi ex legitimo et instituto[c] pontificem suum vexante? Que dum ei, qui est caput ecclesie, inquietudinem ingerit, etiam corpus subiectum, quod est ecclesia Dei universa, quietum[d] esse non sinit. Unde enim illi, qui in Petri vicarium ex communi omnium consensu eligitur, unde, inquam, illi in primo ingressu suo undecim talentorum milia que expendat Romanis pro fidelitate sibi iuranda? Quorum complures melius esset non iurare quam iurata fidelitate infideles existere. Quare non ei ac domnis cardinalibus satis est fidem ab eis et obedientiam exigere, quam debent filii patri spirituali, plebes sacerdoti, grex animarum suarum *pastori. Nam qui ista vincula naturalia dirumpunt facile et iuramentum irritum ducunt. Quare non eis sufficit doctrina Domini dicentis: *Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo?* (Marc. 12, 17.) Quatenus discat ab eis populus reddere Deo et sacerdotibus eius in ecclesiasticis obedientiam et fidem, et regibus honorem? Ad extremum vero, quare non a populo potius expelli patiuntur, quam ut ipsi avariciae eorum servituti subiciantur? 'At', inquiunt, 'nos qui non solum sacerdotalia in decimis et oblationibus, sed et regalia multa ex regum donatione tenemus, quodammodo et reges et sacerdotes Domini sumus, ideoque a populo non solum obedientiam in ecclesiasticis, sed et fidelitatem nobis iurari exigimus ad defensionem videlicet regalium simul et pontificalium beati Petri. Quero autem a temporibus pii

a) permanentes c. b) applo c. c) instituta c. d) quieta c.

1) *Homil. in evang. l. I, h. 4, Opp. I. col. 1449. D.*

principis Constantini, qui primus regalia Romani pontificibus [illegible], [illegible] eadem regalia usque ad tempora Gregorii septimi defensa sunt. [illegible] nec fidelitatem iurare nec pecuniam tantam pro fidelitate iuranda expendere in populo Romano auditum fuit et tamen, ut notum est, eadem pontificalia simul et regalia [illegible] defensa sunt, ut beatus Gregorius[1] quam plures in diversis [illegible] et ex prediorum ecclesiasticorum redditibus Rome tria milia virginum [illegible] pasceret, exceptis aliis Dei famulis longe vel prope positis.

Sed dicunt, quoniam habuit ecclesia Romana et urbs illis in temporibus imperiali sede in partes Orientis translata, patricios ab imperatoribus [illegible] populo expetitos usque ad tempora pape Adriani primi et Leonis[2] pontificis, qui videlicet patricii pro sua possibilitate, ex quo, ut dictum est, imperialis sedes Constantinopolim translata est, pacem patriae similiter et regalia atque pontificalia beati Petri defenderunt; postquam autem invalescentibus contra civitatem Longobardis dignitas et officium patriciatus in sufficiens ad defendendum comparuit, etiam reges Francorum in defensionem patriae advocati sunt[3]. Quorum unus, Karolus videlicet primus, Desiderio rege Longobardorum capto patricius urbis appellatus est. Secundus vero Karolus imperator et augustus a toto populo, Grecis quoque, qui tunc Rome aderant, consentientibus acclamatus est, quin et imperialem coronam per benedictionem pontificalem adeptus[a], eo quod per ipsum patria urbs, videlicet Roma, ab infestatione Longobardorum occiso nimirum Egelulfo rege ipsorum liberata sit[4]. Quia vero et cives Romani in eligendis Romanis pontificibus graves inter se scissuras fecerant, que nisi maioris potestatis auctoritate sedari non possent, placuit etiam eiusdem temporis Romanis pontificibus, Adriano videlicet et Leoni, quatenus eisdem regibus Francorum iam imperatoribus factis Romanorum privilegiis confirmarent, quatenus in eligendis et ordinandis Romanis pontificibus ius et potestatem ipsi et successores eorum imperpetuum obtinerent[5], sed et per omnes [illegible] provincias imperii sui episcopos investiendi potestas eis tradita est, ita ut nisi eorum consensu electum per eos investitum nullus consecrandi facultatem haberet; sic tamen, ut electio simul et investicio atque consecratio absque precii interventu celebrarentur. Et hac quidem potestate sibi concessa idem imperatores ad tempus modeste usi sunt. Verum succedente tempore quia imperatores modum suum ignorantes non in numero consentientium, sed primi disturbantium, immo exterminantium esse ceperunt, aliquando etiam in symonie heresim ac scisma prolapsi, dum super his corriperentur catholice matris aecclesiae unitatem impugnare conati sunt, sanctorum patrum statuta adversus eos prodierunt, ut semet electioni non insererent, et quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret anathematis vinculo innodaretur. Postremo presentibus in Urbe legatis imperatorum et inconsultis electiones Romanorum pontificum leguntur celebrate. Conventi quoque imperatores religioso mentis affectu prefatis privilegiis renunciaverunt, multa insuper donaria ecclesiae conferentes.

70. Statuta Karoli et Ludowici.

Unde Karolus et Ludwicus gloriosi imperatores in primo libro capitulorum suorum statuerunt[6]: *Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine* [illegible]

a) indeptus *c.*

1) *Ioh. Diac. V. Greg. M. II, c. 27. 53, Opp. IV,* col. 53. 54. 2) *III.* 3) [illegible] *Bonizo in libro ad amicum III. Lib. I. p. 579.* 4) *Quae de* [illegible] *imperatore narrantur falsa esse non est quod moneam.* [illegible] *suspicor, qui l. V. l. l. p. 587. Karolum Magnum* [illegible] *ratorem legi contendit.* 5) *Cf. supra c. 16.* 6) [illegible] *Capit. ed. Boretius I, p. 274.*

liberius potiatur honore, assensum ordini ecclesiastico prebemus, ut scilicet episcopi per electionem cleri et populi secundum statuta canonum de propria diocesi, remota personarum et munerum acceptione, ob vite meritum et sapientie donum eligantur. Item pactum constitutionis primi Ludwici imperatoris cum Romanis pontificibus[1].

876. 71. Statutum Ludewici primi imperatoris.

Ego Ludwicus imperator augustus statuo et concedo per hoc pactum confirmationis nostre tibi, beato Petro principi apostolorum, et per te vicario Pascali summo pontifici et successoribus eius in perpetuum, sicut a predecessoribus vestris usque nunc in potestate vestra et dicione tenuistis et disposuistis civitatem Romanam cum ducatu suo et suburbanis atque viculis omnibus et territoriis eius montanis atque maritimis litoribus et portubus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac villis in Tuscie partibus. Idem[2]: *Quando divina vocatione huius sacratissime sedis pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex regno nostro aut Francorum aut Langobardus aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice aut privatim veniendi vel electionem faciendi, nullusque in civitatibus aut territoriis ad ecclesie beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquid malum propterea facere presumat, sed liceat Romanis cum omni veneratione et sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam et*
*p. 105. *et eum quem divina inspiratione *et beati Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad pontificatus ordinem elegerint sine qualibet ambiguitate et contradictione more canonico consecrare et dum consecratus fuerit, legati ad nos vel ad successores nostros reges Francorum dirigantur, qui inter nos et illum amiciciam et caritatem ac pacem socient.* Ex his, inquiunt Romani, augustorum concessionibus claret pietas ipsorum et obedientia in Dei legibus, siquidem concessione sibi contra ecclesiasticas regulas a Romanis pontificibus facta non solum abuti, sed nec uti voluerunt; quin potius privilegiis iniquis renuntiantes pontificales electiones canonice libertati restituerunt. At alii successores ipsorum aliter effecti pro concessione sibi semel facta contentiosius agere ceperunt, ita ut ecclesiam Romanam necnon et alias ecclesias libertate canonica in electione uti cupientes una cum episcopis electis suis pontificibus persequerentur[a] et affligerent ac de sedibus suis proturbarent; alios vero suos dictos pontifices superintruderent, sicut in Gregorio VII. atque Urbano per Gwibertum et Gwibertinos factum est in urbe, preter eas clades, quas electoribus et electis intulerunt in urbe suo dumtaxat imperio subiecto. Pro qua, inquiunt, causa compulsi sumus Romanorum procerum, sed et populi Romani flagitare auxilium, quatenus electos suos antistites contra tyrannicas imperatorum violentias defenderent, sicut beatus quoque Ambrosius contra imperatricis Iustinae, Valentiniani regis pueri matris[b], atroces violentias a civibus Mediolanensibus defensus legitur[3], ovibus nimirum pro suo pastore mori paratis. Hinc est, aiunt, hec expensa pecunie, quam nunc ex consueto populus sibi Romanus ab electo expostulat antistite. Neque enim aliter ad hanc suorum pontificum defensionem adduci potuerunt, nisi loco beneficiorum pecunias ab eis acciperent, pro quorum videlicet defensione una cum rebus animas quoque exponere periculis oporteret. Sicque factum est, ut iurantes fidelitatem ac defensionem Romano pontifici pecunias accipiant, quatenus ex duabus rebus, videlicet iurate fidelitatis[c] et acceptarum pecuniarum debito, quasi ex ratione dati et accepti eis obligati ex altero

a) persequeretur *c.* b) matre *c.* c) fidelitates *c.*

1) *Pactum Hludowici Pii cum Paschali pontifice a.* 817, *Cap. reg. Franc. I, p.* 353. 2) *Ib. p.* 354. 3) *Paulini V. S. Ambrosii* § 12. 13, *Opp. ed. Bened. II, App. col. IV.*

debeant, ex altero possint ipsorum defensioni non deesse. Et Romanorum quidem pontificum seu cardinalium super expensis pecuniarum defensio hec est. Sed [illegible] Romani, quod unquam emolumentum tanto molimine dignum per easdem abhominabiles expensas consecuti estis? Quin potius semel inescati pecuniis ecclesiarum cives Romani semper, ut supra quoque sumus questi, inquietudines vobis queritant, quarum [illegible] semper magis ac magis accipiant. Abhominabiles sane has expensas dixerim, pro quibus conquirendis ecclesie Dei vexantur, aporiantur, dimembrantur, nec tamen per eas pax vobis pecunias effundentibus conquiritur, siquidem a vobis accipientium avaricia non impletur. Mentior, si nuper sub Adriano papa ecclesia Ierosolimitana pro acceptione munerum demembrata non est. Taceo enim alias ecclesias idem papa [illegible], quas [illegible] memorare longum esset. Unum hoc, quoniam recens est, silentio non preteribo.

72. De causa Hospitalensium et avaricia ac fastu Romanorum.

Causa erat domno iam dicte aecclesiae patriarchae adversus fratres de hospitali, pro qua, dum ei satisfactionem idem fratres offerrent, domnus patriarcha, prout ipsis visum est, nimius causa propria exactor exstitit. Unde ad iam dictum papam Adrianum[1] appellatum et ventum est. Dumque causa utrorumque cognita iuste quod iustum inter episcopum et subiectam sibi domum iudicari debuisset, intervenit pecunia Hospitalensium, que illis multa vacabat idque plus quam tribus milibus marcarum puri argenti factum est, ut eadem domus de sub obedientia patriarche tolleretur[2], nemini quicquam obedientiae nisi Romano debens pontifici. Et sic iniquitas per pecuniam victrix exstitit et patriarcha dimembratus ac dolens ad sua, sed iam non sua, remeavit. Hoccine est unicum asilum ac civitas refugii, quo a toto orbe refugiendum et apellandum sit, ubi iniquitas victoriam et iusticia oppressionem invenit? Heccine est umbra Petri, sub qua non infirmi sanitatem recipiunt, sed sani venientes egrotare incipiunt, immo vero et mortem incurrunt? An vero mors multarum non est sanctam Romanam ecclesiam ecclesiarum matrem novercali odio propter avariciae detestabile malum odisse incipere, ex cuius uberibus vitale sumentes alimentum eam tamquam filii matrem diligere debuerant? An non mors multarum est animarum inter prelatos et eos, qui subiecti esse debuerant, impacabiles sevire discordias, siquidem et subiecti semel a Romanis pontificibus accepta resistendi audacia perseveranter cervicem contra suos ex antiqua ordinatione prelatos erigunt et idem prelati stante ipsorum superbia sueque truncationis detrimento perseverante non facile suae lesionis iniuriam oblivisci sinuntur? Ubi nunc Helyas magnus ille propheta iam olim promissus a Domino, ut huic iniquitati occurrat dicens: *Occidisti insuper et possedisti?* ubi, inquam, Helyas, ut supplens id quod in Romanis deest, *convertat cor patrum in filios et corda filiorum in patres eorum*, simul et ipsos instruens Romanos, quatenus sciant se non in destructionem, sed in edificationem ecclesiarum potestatem accepisse? Etenim ecclesie universe corpus cum sit unum, est tamen et in membra pulchra varietate subdistinctum, ita ut quedam ecclesie etiam membra de membro sint. Posuit namque Deus in ecclesia primo Romanum pontificem, deinde patriarchas et primates, tercio archipresules, deinde per civitates episcopos et sub episcopis presbyteros et reliquos[a] cleri ordines collocavit. Si ergo, quemadmodum de cesare a quodam dictum est, Romanus pontifex omnia, ubi corpus? Quid autem prodest quempiam civitatis illius aut illius episcopum dici et ei ab eiusdem civitatis domibus contradici?

a) reliquo c.

1) *Immo Anastasium IV.*, [illegible] *Hospitalensibus* [illegible] *a.* 1154 [illegible] *Jaffé nr.* 6815 *dedit; cf.* [illegible] *I. p.* 24. 2) *Cf. supra c.* 62 [illegible] *noctis c.* 11.

Non ego nunc contra novas quasdam ordinationes loquor, quibus ab ipsis fundatoribus quedam cenobia speciali Romani pontificis obedientiae assignantur, quamvis hoc ipsum non probem et inordinatum estimem, quemadmodum si manus ab aure non interposito brachio vel pes a femore sine interpositione cruris dependeat, non inquam contra has novas institutiones, sive equas sive iniquas loquor, sed bene antiquitus ordinata convelli per pecunias et ad perditionem animarum fovendo, videlicet superbiam rebellium in deteriusi nstitui ab his presertim, quorum intererat aliorum perperam acta corrigere et superborum intentioni obviare, ego abominandam desolationem dicere non dubitaverim et eam stantem in loco sancto, etiamsi absque interventu symoniace pravitatis hoc fieret, in deterius. Quis enim locus in terris sede beati Petri apostoli sanctior, in quo videlicet claves regni celorum repositi sunt? At iam dicte, superius quoque notate desolationes in eodem sancto loco iam ex aliquanto tempore steterunt. Et abominanda quidem fuerit desolatio in loco sancto in templo Ierosolimis imaginem cesaris vel aliquid aliud simulachrum manufactum stetisse [1], ego vero magis abominabile existimen in sede beati Petri
Col. 3, 5. avariciam, que est simulacrorum servitus, fronte aperta residere, in loco iudicii iniquitatem stare ac potestatem in sacerdotio exercentes beneficos insuper dici velle. Quin etiam, sicut aliquando cesares quedam pontificalia et ecclesiastica presumebant, ita isti de contra cum sacerdotio quoddam in se cesareum ac supercesareum imaginantur. Nam dum cesares hominio sibi obligari pingunt, locuntur et scribunt, dum eorum processus quousque veniant et ubi subsistant, quas contra civitates veniant, a quibus etiam imperio rebellibus abstineant prescribunt, quid nisi se imperatores et imperatorum dominos, porro imperatores suos vassaldos constituunt? Hoc autem quid est aliud,
Rom. 13, 2. quam potestatem a Deo constitutam destruere et ordinationi Dei resistere? Quomodo vero imperium destructum non erit, si civitas [2] quelibet aliarum civitatum vastatrix,
Propria [a] duarum potestatum, spiritualis ac terrene. iusticie atque imperio rebellis, tuitione domni pape, mirum si et absque interventu pecunie, manus imperatoris et omnem iusticie satisfactionem evadet? Ubi erunt duo illi euangelici gladii, si vel omnia apostolicus vel omnia cesar erit? Quasi enim unum de magnis duobus luminaribus e mundo tuleris, si vel imperium suo vel sacerdotium
cf. 3. Reg. 7, 21. suo vigore ac decore caruerit. Unam quoque de magnis duabus columnis a facie templi tulisti, si vel sacerdotio in spiritualibus vel regno in temporalibus sua iura ne-
*p. 108. gaveris. Melius utraque potestas suis erit terminis *contenta, ne aliena presumens de suo perdere mereatur. Timeat sacerdos pugnare in gladio materiali vel in ipso secu-
Matth. 26, 52. lares vindictas facere, ne argui cum Petro mereatur a Domino dicente: *Converte gladium tuum in locum suum;* tuum, inquit, non meum. Gladius enim ille iam Domini esse desinit, qui absque Dei ordinatione a sacerdote vibratur. Nam sicut que a Deo sunt ordinata sunt, ita e diverso que ordinata non sunt a Deo non sunt. Timeat in-
1. Par. 28, 3. super etiam repelli a sacerdotio dicente Domino: *Non edificabis mihi domum, quia vir sanguinum es.* Metuat quoque imperator aut rex sacerdotalia sibi vendicare, ne lepra
2. Par. 26, 20. Ozie percutiatur in fronte et extorris non solum a sacerdotio, sed etiam a regno fiat.
1. Reg. 15, 17. Caveat scindere pallium Samuelis, ne dicatur ei a propheta: *Scindet Dominus regnum*
Marc. 12, 17. *tuum a te.* Audiant pontifices precipientem sibi Dominum: *Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo,* ut, si regalia aecclesie a regibus tradita tenere volunt,
1. Petr. 2, 17. regibus inde iustum ac decentem honorem exhibeant. Audiant item apostolum: *Deum timete, regem honorificate.* Sane dum iustum ac decentem honorem regibus exhibendum a sacerdotibus regalia tenentibus censemus, hominii obligationem in illa honoris exhibi-
2. Tim. 2, 4. tione numerandam non putamus, videlicet ne apostolo contraria sentiamus dicenti: *Nemo*

a) *minio in marg. scr. c.*

1) *Cf. supra p.* 313. 2) *Mediolanum dicitur, sicut Scheibelberger recte monuit.*

militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Novae sunt istae consuetudines et ab institutionibus canonum alienae, nec a sanctis patribus exemplate nec ratione fultae nec auctoritate. Sufficere poterat ac debuerat regibus ab episcopis munitiones tenentibus sacramentum fidelitatis et coronae suae iustae defensionis, salvo videlicet ipsorum officio, suscipere. Hoc autem dico secundum indulgentiam nostrorum temporum abusionis non secundum iusticiam. Nam secundum evangelium seu canonum institucionem sacerdotum, nisi pro recta fide omnino iurare non est [illegible].

Audiat rex: *Honora patrem tuum et matrem, ut sis longaevus super terram,* quatenus sacerdotes tamquam patres et aecclesiam velut matrem honoret et diligat sicque regnum suum stabiliri sciat. Imitetur rex vel imperator humilitatem Constantini piissimi principis sacerdotes tamquam patres et dominos honorantem summoque pontifici etiam stratoris officium exhibentem [1]. Imitentur pontifices Silvestrum honorem eiusmodi non exigentem, sed ad honorem Dei et aecclesiae vix admittentem. Nam si eum Silvester quasi vel in eo exhibito vane gloriatus fuisset, ex debito exegisset, ab augusto utique licet piissimo velut superbus et insolens spretus iure fuisset. Nunc vero et ille, qui aecclesiae persecutor extiterat, tamquam pro ignorantiis prioribus satisfaciens humilitatis eiusmodi scema divinitus inspiratus exhibuit et sacerdos nichilominus humilis eiusmodi honorificentiam non suam, sed Dei, ut dictum est, querendo gloriam partim admisit, partim quoque, ut in gestis ecclesiasticis legitur [2], prudenti humilitate repulit, nam coronam ex auro fabrefactam corone clericali superponi passus non est. At nunc dum animosius talia sub nomine et officio marscalci exiguntur, non mirum, si a regibus et imperatoribus minori dignatione redduntur aut omnino negantur. Et quidem Constantinum eiusmodi humilitatem ex pie mentis complacito exhibuisse legimus [3], sed eum successoribus suis imperatoribus idem faciendi legem sanxisse aut etiam sancire potuisse vel successores eius Gratianum, Iovinianum, Theodosium exhibuisse nec scimus nec legimus. At vero dum imperium christianum bipartitum factum est, Constantinopolitano siquidem se non immerito imperatorem scribente ideo, quod imperialis sedes per Constantinum eo translata sit, Francorum quoque regibus ex merito suae beneficientiae ac laborum erga Romanam urbem et aecclesiam ex complacito Romanorum in imperium promotis, potuit in illo complacito ex conivencia utriusque partis etiam istud complacere, ut talis honorificentia de strepa seu freno tenendo Romanis pontificibus a regibus vel imperatoribus eisdem exhiberetur, sed quo fructu ipsi viderint. Nam mihi videtur talis obsequii exhibitio magis hinc superbie, hinc vero indignationis et odii fomitem ministrare, quam ut aliquis inde fructus salutaris proveniat [4]. Dum enim Romani occasione talis obsequii reges vel imperatores homines suos in cameris sive in publico pingunt, locuntur et scribunt [5], quid hoc spirat nisi superbiam aut quem fructum inde consecuntur nisi iram principum, indignationem et calumniam? Aut enim imperialem eis coronam cum nomine detrahant et sic eos sue ditioni subiciant vel hominio obligent, si est unde id facere possint et debeant atque uno carentes augustali imperio mille super se dominos sustineant, aut si eos imperiali corona et nomine honorant, quomodo eos versa vice hominii pictura et nomine dehonestant? [6] Non bene conveniunt, ut ait quidam, nec in una se morantur imperialis maiestas et hominii obligatio. Melius

1) *Cf. De quarta vigilia noctis c. 12: De ordine donationis S. Spiritus supra p.* 28[illegible]; *De investig. Antichristi I. c.* 27, *supra p.* 336. 2) *Nescio ubi. Cf. Constitutum Constantini c.* 16, *ed. Zeumer p.* 57. 3) *Cf. Melchiadis papae epist. II. c.* 11, *Hinschius p.* 248. 4) *Cf. Bosonis V. Adriani IV, Duchesne, Liber pontif. II. p.* 391 *sq.* 5) *Cf. supra p.* 392. 6) *Cf. Rahewini Gesta Friderici l. III. c.* 10, *SS. XX. p.* 421 *sq.; cf. Duchesne, Liber pontif. II p.* 384, *n.* 5; *cf. De quarta vigilia noctis c.* 12.

[Rom. 12, 10.] iuxta consilium apostolicum honore invicem prevenirent et alter alteri tamquam filius patri deserviret atque ille versa vice ipsum tamquam filium foveret ac diligeret eique tamquam filio gloriam et honorem thesaurizaret et esset pax inter duos illos, sicut a [Zach. 6, 13.] propheta Zacharia predictum est. Sic Constantinopolitanus imperator et patriarcha honore se invicem preveniunt, qui dum sibi invicem[a] sedentes equis forte occurrerint, ambo ad terras descendunt cumque se mutuae caritatis officio salutaverint, reascensis equis utrique viam destinatam pergunt et est pax atque caritas inter eos.

[89.] 73. Appologesis.

Sed dicet mihi forte quispiam: 'Quis, qualis vel quantus es tu, ut scribendo summis te rebus inseras, et quasi consiliarium te tantae maiestati interponas aut quid [Ps. 72, 9.] ad te pertinet, ne forte etiam in celum os tuum ponas? Nam et Romanus pontifex [*p. 110.] tantum celo debet, ut aiunt, innocentiam et imperatoria *maiestas talis homuntionis adiuvari consilio dedignatur'.

Ad quod audiat.

'Nichil', inquio, 'vel parum ad me pertineret loqui de huiusmodi vel conqueri, si non scandala talium occasione suborta turbarent ac scinderent ecclesiam, cuius ego membrum etsi infimum ac despicabile et sum et esse cupio. Qui dum inter ovilia Christi velut ovicula infirma delitesco, pastoribus meis, pastoribus animarum atque corporum post Christum summis invicem pro fastu vel questu conflictantibus talique conflictatione occupatis atque hinc inde post se turbas populorum trahentibus, ego interim mille periculis [cf. Matth. 23, 24.] expositus sum. Dicentibus namque aliis atque aliis: Ego sum Christus et ecce hic est Christus aut ecce illic, ecce hic papa et ecclesia aut ecce illic aut certe neque hic, ut aiunt, apostolica puritas est neque illic, — nam iste, aiunt, per compromissionem novam seu conspirationem iniquam irrepsit, ille vero violentus irrupit: ego dum inter multitudines pastorum dissidentium ignarus veritatis velut ovis errabunda discurro facillime lupi dentes aut cultrum furis mactanda incurro et incumbit mihi periculum, ne forte [Is. 5, 20.] pro veritate falsitatem recipiens maledictioni subiaceam dicentis: *Ve qui dicunt bonum malum et malum bonum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem, dulce in amarum et amarum in dulce.* Et hec sunt que mihi loquendi necessitatem indicunt etiam preter illas, que extrinsecus sunt, nobis persecutiones imminentes causa scismatis, quod ex occasione dissensionis summarum potestatum, sacerdotii videlicet ac regni subortum est. Unde ignoscendum mihi puto, si, saltem pro meae personae spirituali vel corporali periculo, balatum dedisse videar'.

[90.] 74. Digressionis excusatio et premissorum ad materie intentionem reductio.

Potest autem inter eiusmodi pseudochristos, quales nunc multos patimur, et ille [2. Thess. 2, 4.] filius perditionis venire ac revelari, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, quod est ecclesia, ostendens se [cf. Matth. 24, 15.] tamquam sit Deus sicque abominatio desolationis stet in loco sancto. Et propter hoc magis cuilibet christiano timendum est, ne forte inter tales pseudochristos, sacerdotes [Ioh. 5, 43.] videlicet ac reges Christo dissimiles, etiam illum recipiat, de quo ait Dominus: *Alius veniet in nomine suo, illum accipietis.* Etenim ut in premissis habundantius a nobis investigatum est, tempora per cesares Romanos illate persecutionis et martirii recte Babilonice fornaci conferuntur, in qua tres pueri tanquam Trinitatis cultores martyres missi sunt, templo quod erat Ierosolimis tunc igni conflagrato, sicut verum et vivum Dei templum, quod est ecclesia, igne tribulationis examinata est. Tempora quoque

a) in vice c.

reedificationis templi, maxime vero impedimenta reedificandi, que a vicinis, ut in libro Neemie legimus, 'facta sunt, necnon et mala, que genti Iudeorum per Aman impiissimum temporibus Persarum et Medorum sunt illata, temporibus heresum et pessimo studio hereticorum nostra investigatione assimilata sunt. At vero mala, que sub regno Grecorum eadem gens Iudeorum passa est, templi videlicet prophanatio, gymnasii sub ipsa arce Ierosolimis constructio, puerorum prostitutio, in ipso templo idoli abominandi positio et mulierum prophanarum habitatio, venalitas sacerdotii, ad ritum gentilem compulsio, multitudinis interemptio: hec, inquam, et cetera genti Iudeorum sub regno Grecorum mala illata periculoso consequenter huic tempori conferuntur, in quo simoniacorum principum et sacerdotum incontinentium pariter et que sua sunt, non que Iesu Christi, simoniace in ecclesia querentium, ecclesia Dei nunc tempestatem ac multitudinem incurrit. Nempe ad hoc pertinet illa digressio nostra prope ystorice descriptionis de pseudosacerdotibus[a] ac pseudoregibus, de contentione quoque regni ac sacerdotii, qua invicem utrumque alterius sibi iura vendicando actenus dimicarunt, in qua etiam contentione pseudochristi et pseudoprophete multi surrexerunt, ut tali quasi aggere a nobis late circumiecto intra eius ambitum bestie, que Antichristus dicitur, latibulum investigetur[b] sagatius. Sed quoniam in exquirendo abominationem desolationis, que dicta est a Daniele propheta, insuper vero et a domino nostro Iesu Christo in euangelio predicta, latius evagati ac diutius in extruendo eiusmodi bestialem indaginem immorati sumus, ea, que duce sancto Spiritu sagatiori investigationi reposita sunt, ab alio sumenda videntur exordio, cum primo ea, que Iesu Christi simul et ecclesie propria eatenus premiserimus, quatenus ad nostrae intentionis tenorem et Antichristi oppositionem spectare videntur.

Id sane in presenti libello interim investigatum esse sufficiat, quod res, de qua agitur, investigationem admittat. Nam sicut Babilonia, de qua nasciturus dicitur Antichristus, non solum illa metropolis Sirie, sed et Roma civitas tropice, insuper vero et mundi huius in maligno positi confusio recte valet intelligi et quemadmodum sanctus locus, in quo statura dicitur abominatio desolationis et templum, in quo sessurus filius perditionis ad duo equivocatur, ad templum videlicet quodlibet manufactum et ecclesiam, que est templum Dei vivi, columna et firmamentum veritatis, de quo nunc partim pro modulo nostro tractatum est: ita et Elye vel duorum testium adventus potest bifariam, id est vel corporalis vel spiritualis, intelligi, ut videlicet Elyas et Enoch aut certe Elyas et Moyses in propriis personis aut alii in eorum spiritu veniant. Similiter et occisio eorundem potest duobus modis, id est materialis et spiritualis, aut certe utroque modo accipi, nichil horum contradicente seu determinate asserente scriptura. Sed et 'de tribus regibus ab Antichristo superandis prophetico locutionis modo per Danielem sub typo Antiochi obscure dictum est, ita ut super singulis his, sed et super caractere ac nomine bestie investigatio non solum locum habeat, sed et valde pernecessaria sit, si forte inveniri possit, quid inter hec ambigua et obscura magis tenendum ratio suadeat, scriptura non contradicente. Sed hec favente Domino, cum ad id ventum fuerit, sequens investigatio attemptabit.

EXPLICIT[c] LIBER PRIMUS INVESTIGATIONIS ANTICHRISTI.

a) pseudo *in loco raso c.* b) investietur *c.* c) [illegible]

VIII.
EX OPUSCULO DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS.

Sequentis libelli pauca tantum seriei nostrae inserimus, scilicet eos locos, qui auctoris vitam commerciumque quod cum Romanis pontificibus habuerit respiciunt. Scripsit hortante Eberhardo archiepiscopo Salisburgensi eo tempore quo Gerhoh cum apud imperatorem, tum apud sedem apostolicam hereseos graviter accusaretur, scil. a. 1163, *schismate inter Alexandrum III. et Victorem IV. nondum diiudicato, iam ab illo litteras acciperet eiusque partes iam in dies magis amplecteretur*[1]. *Compositum est igitur opusculum de gloria et honore filii hominis non multo post Libellum de investigatione Antichristi, cuius prioris recensionis etiam in Libro de Fide brevi ante opusculum nostrum conscripto mentio facta est*[2].

Asservatum est in codice S. Petri Salisburg. a, VI, 33, 8°, *mbr., saec. XII, ubi epistola ad Hartmannum episc. Brixiensem praemissa f.* 1′—56. *legitur. Ex eodem codice a me iterum collato edidit Pez, Thes. anecd. I,* 2, *col.* 163 *sqq.; quam editionem iteravit Gallandius, Vet. Patr. Bibl. t. XIV, col.* 595 *sqq., hanc Migne, Patrol. lat. t.* 194, *col.* 1073 *sqq.*

Argentorati, a. 1896, *mense Maio.* *E. SACKUR.*

. . . .

INCIPIT OPUSCULUM DE GLORIA ET HONORE FILII HOMINIS[a].

. . . .

f. 2. Levit. 2, 1. Hoc ergo sermo divinus precipit, ut sacerdos, qui similam sic minutatim examinatam de manu offerentis accipit, lucide caritatis liquamine illam condire atque apud eos qui foris sunt bono testimonio commendare satagat. Fecit hoc sacerdos magnus, *f. 2′. qui in diebus suis placuit Deo, papa Eugenius, qui *acceptam de manu mea similam quam gratanter acceperit, quam lucido caritatis oculo illam aspexerit, cuiusque odoris apud illum fuerit, satis indicant eius littere, que ita se habent[3]:

1146. Mai. 16. *Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio G[erhoho] Reicherspergensi preposito salutem et apostolicam benedictionem.*

Scripta devotionis tue benigne recepimus et fervorem tue religionis ex eorum inspectione manifeste cognovimus, concaluit cor tuum intra te et in meditatione tua exardescet ignis; ignitum quoque eloquium tuum vehementer. Super hoc itaque, quod contra pessimas novitates, commociones quoque, que contra ecclesiam Dei oriuntur, te zelo caritatis exardescere cognoverimus, paterno affectu gaudemus et devocionem tuam in Domino collaudamus. Verum quia bonum est incipere, sed multo melius consummare, dilectionem tuam in Domino conmonemus, ut in bono proposito firmiter perseveres. Quia nos personam tuam, tanquam literatum et religiosum virum paterna caritate diligimus, et in quibus secundum Deum possumus, honorare et manutenere volumus. Data Sutrii XVII. Kal. Iunii.

a) *minio scriptum c.*

1) *V. infra p.* 397. 2) *Cf. infra p.* 397: nuperrime . . . dictavi . . . opusculum de Fide: *cf. supra p.* 304, *n.* 2. — *Liber de Fide legitur in Cod. Reichersb. VIII, f.* 23—82′; *cf. etiam Gerhohi epist.* 18, *Migne t.* 193, *col.* 570; *Magni Chron., SS. XVII, p.* 495; *Bach l. l. p.* 112; *cf. infra praefationem nostram ad Comm. in psalmos.* 3) *Eadem epistola (Jaffé nr.* 8922) *exstat in Comm. in ps.* 38 (*Migne t.* 193, *col.* 1378); *in ps.* 64, *c.* 176; *Gerhohi epist.* 17. *et* 21; *Liber de novitatibus huius temporis c.* 4, *supra p.* 293.

Post Eugenium vero non est inventus similis illi in ecclesia Romana pontifex, qui scriptis meis ita benigne arrideret, quique oleum superfunderet ac thus poneret, quia qui ei postea successerunt non ita me habuerunt notum, ut ille. Attamen scripta mea quasi similam diligentissime tritam pape Anastasio misi, quibus ille non respondit qua de causa non iudico. Similiter Adriano pape, cum esset Beneventi agens, illi de concordia inter se ac Siculum tyrannum, presentatus est libellus ad ipsum dictatus, in quo novitates huius temporis magna ex parte congessi[1], atque ab illo responsum petii: quo vel approbaret vel inprobaret que sensi et sencio, paratus illi per omnia consentire, quia nunquam in doctrina fidei a sancta Romana ecclesia dissentire volo. Cuius pontifices a beate memorie Calixto papa ad iam dictum papam Eugenium se me habuerunt notum et gratia sui gratum et carum, ut eorum caritas esset mihi pro liquamine olei dictis et scripturis meis ordinate superfusi, atque pro thure odorifero gratia eorum redoleret mihi sepe ad ipsos et sepius ad dominos cardinales aliqua scribenti. Sicut nuperrime ad dominum Heinricum cardinalem presbyterum sanctorum Nerei et Achillei dictavi ex eius peticione opusculum de Fide[2], illud exponens: *Mulierem fortem quis inveniet!*

Romanis autem pontificibus Anastasio et Adriano licet nonnulla scripserim[3], nullum potui responsum ad questiones meas extorquere: puto non ob aliud, nisi quia erant occupati et turbati erga plurima. Nuper autem suscepi scripta pape Alexandri spondentis, quod velit me habere in gratia sicut antecessores sui; gratias igitur habeo ipsi ad me scribenti, cum ego nichil adhuc scripserim ad eum[4], prepeditus per chaos magnum, quod est inter nos et ipsum; ita ut his, qui volunt hinc transire ad ipsum vel ab ipso ad nos, obsistat inpedimentum grande illius discordie, que inter sacerdocium et inperium suscitata est peccatis exigentibus, quia vita rectorum pro meritis disponitur subditorum. Dum itaque in sacrificio nostro sartaginis auditur sonitus et strepitus neque ad Romanum pontificem liber a nobis accessus patet: quasi loco ipsius tu, archiepiscope Iuvaviensis ecclesie, pro illo mihi es electus ex milibus: cuius etiam hortatu hec scribo, ut similia per me tibi oblata et minutatim examinata, ubi apparebit acceptabilis, tue caritatis oleo condiatur et thure odoriferi testimonii tui contra emulos defendatur.

. . . .

De hac adoratione aliisque nunc perstrictis questionibus tanta dicta sunt a nobis f. 27.
in opusculo ad papam Adrianum, ut eadem repetere videatur non necessarium, cum possint illic reperta satisfacere lectori benevolo, sicut perlecto eodem opusculo satisfactum est beate memorie domino Brunoni quondam Babenbergensi[5], quondam Argentinensi episcopo, prudenti viro valenter literato. Qui etiam ad lecta et intellecta scripta nostra benigne respondit per epistolam, cuius hoc est rescriptum:

a) multo pallidiore atramento scriptum c.

1) *Ed. supra p.* 288—304. 2) *De hoc v. Bach l. l. p.* 112. 3) *V. praef.* [illegible] *p.* 133. 4) *Cf. epist.* 20 *ad Alexandrum l. l. col.* 574: Scripta dignationis vestrae, quibus me ac fratres meos uterinos clementer salutastis per fratrem Witer monachum Morimundensem, gratantissime accepimus, gratias magnas agentes almitati vestrae, quod cum nihil adhuc scripserimus vobis, dignatus fuistis nos prevenire in benedictionibus dulcedinis, mihi specialiter promittendo, quod velitis me in gratia eadem habere, in qua me habuerunt antecessores vestri. [illegible] *Alexandri III. ad Gerhohum data non iam exstare videtur,* [illegible] *a.* 1164. [illegible] 22 *ap. Jaffé, Reg. nr.* 11012. *annotatum invenio.* 5) [illegible] *Babenberg., Jaffé, Bibl. V, p.* 559. *Obiit Bambergae a.* 1162, [illegible] *a.* 1131. *renunciato.*

Domino G[erhoho] preposito, viro religioso et erudito, B[runo] peccator edere de
Apoc. 2, 17. *manna abscondito. Inter pressuras graves et varios tumultus mundi labentis et suos*
dilectores secum volventis, quantum licuit, scripta vestra aspexi; zelum vestrum, studia
3. Reg. 10, 7. *vestra, agonem et erudicionem adverti; et quod regina austri de rege Salomone dixit de*
vobis veraciter et fiducialiter pronunciandum iudicavi. Videlicet quod minor est fama,
que de vestris laudibus loquitur, quam thesaurus sapiencie qui propius accedenti et alcius
Ioh. 1, 31. 32. *fodienti manifestatur. Iohannes baptista agnum Dei secundum aliquid sciebat et demon-*
strabat, et secundum aliquid nesciebat, quod per columbam descendentem et manentem super
eum cogniturus erat. Utique mihi tale aliquid circa vos accidit, quia vos cognoscebam,
sed nec talem nec totum. Scriptis igitur vestris quamvis raptim et in superficie gustatis
multo et ardenti desiderio exopto scriptorum vestrorum michi gratiam, pariter et vestram
presenciam dulcissimam exhiberi: ut que clausa sunt vel questionem afferre videntur mutua
*f. 28. *collacione et amica *collocucione quasi quibusdam clavibus aperiantur. Incolumitatem*
vestram et omnium vobiscum in Christo degencium memorem nostri omnipotens Deus longo
tueatur evo.

Hanc epistolam propter hoc inserui, ut exinde notum sit in ecclesia Babenbergensi, ubi nunc pulsamur questionibus [1], aliquando nos habuisse locum in diversorio ad quiescendum apud fidelissimum tunc dominum et amicum, cuius memoria in benedictione michi est: ut e regione illius memoria pluribus est in maledictione, qui nuper in eadem ecclesia scripta mendaciis et blasphemiis plena contra nos evomuit [2]. Que tamen illa nobilis ecclesia sprevit, sicut etiam Pataviensis episcopus [3] eadem sibi missa contempsit. Similiter cum in ecclesiam Salzburgensem suas misisset blasphemias ad dominum archiepiscopum [4], ad nichilum deductus est in conspectu illius ille malignus cum suis litteris litura dignis, utpote mendacia contra nos multa continentibus et etiam pervertentibus regulam fidei, qua docemur hominem Deum adorandum summe veneracionis adoracione una cum sua et in sua divinitate, qua homo ille non inter omnia, sed super omnia predicatur ab apostolo Deus benedictus in secula.

. . . .

f. 32. Ex his colligitur, quod in ecclesia sola corpus Christi presentatur, ubi a sacer-
dotibus catholicis missa ritu ecclesiastico celebratur. In quorum consorcio non repu-
tantur symoniaci et sub excommunicatione interdicti, Nycolaite videlicet sacerdotes et
reliqui altaris ministri manifeste incestuosi. Dicitur quippe incestus non solum cum
*f. 32'. consanguinea, sed etiam cum sacrata persona perpetrata *fornicatio. Taliter incestuo-
sorum et symoniacorum nimia numerositas facit hec tempora periculosa, in quibus
regnat immunditia et symonia, tanquam Iezabel inmunda iuxta nomen suum, quod
4. Reg. 11, 1. 2. interpretatur sterquilinium, seu fluxus sanguinis [4], et filia eius Athalia tyrannizans in
Iudea. Quia, sicut illa preter unum solum parvulum furtim subtractum interfecit omne
semen regium, ut regnaret ipsa sola in Iudea, sic et nunc symonia interimit regimen
legitimum, ut sola ipsa regnet in ecclesia, divina officia symoniace et ambita et obtenta
celebrantibus interdictis et anathematizantibus, quorum sacrificia Deus non respicit, quia
Num. 16, 15. de talibus Moyses Deo dixit: *Ne respicias sacrificia eorum.* Sicut ergo illiciti sacri-
ficatores tunc perierunt, sic et modo eorum similes peribunt, nisi penitenciam agant.

. . . .

f. 33'. Ignosce, lector, acriter loquenti et quasi multo sale fetentis erroris putredinem fricanti: neque putes oblitum, quod in exordio huius opusculi promisi, oleo sacrificium scriptorum meorum superfundendum. Cum enim sit oleum vera veritatis caritas, hec

1) *Cf. epist.* 13. *ad Eberhardum episc. Babenbergensem.* 2) *Scil. Folmarus de Trifenstein.* 3) *Conradus, qui a.* 1164. *Eberhardo mortuo archiepiscopus Salisburg. factus est.* 4) *Eberhardum.* 4) *Cf. Isid. Etymol. VII,* 6, 78, *Opp. ed. Arevalus III, p.* 325.

ipsa nunquam caret illa emulacione, de qua dicitur: *Fortis est ut mors dilectio, dura sicut* ***velut infernus emulacio.*** **Hac nimirum dura caritatis emulacione insectandus est** hereticus et quasi vulpes demoliens vineam, videlicet ecclesiam Wirzeburgensem, in qua latitat nectens trufas in loco, qui dicitur Trufenstain, pertrahendus est de foveis suis, **Domino volente, ad lucem, cum sancta Romana ecclesia, ut speramus, habebit pacem**[1]. Confidimus enim Christum, qui nunc dormire videtur, cito surrecturum et imperaturum ventis et navi, ut fiat tranquillitas magna. Tunc si Dominus voluerit, et si vixero, ipso **adiuvante, Romano pontifici hunc ipsum libellum vel per me vel per certum nuncium** presentabo. Interim vero semotis emulis meis hoc diffamantibus, quod ego in conflictu **Babenbergensi omnino defecerim**[2]**, quod falsum esse tu nosti, qui eidem conflictui pre**sens **affuisti, quique, ut offendicula quedam exemplo beati Augustini retractarem, post** conflictum illum rogasti, consulendo pocius quam precipiendo, idipsum consulente domino Babenbergense aliisque tunc, ut putavi, amicis, verum, sicut postea comperi, non plene amicantibus, quia per unum illorum libellus ille repudio dignus contra me scriptus, quem ego numquam vidi aut legi, missus est domno Petro Wiensi ad ampliacionem laceracionis fame meae, quam non debeo negligere, quia, ut ait Augustinus[3], *qui famam suam negligit, crudelis est.* Emissor itaque huius libelli quisquis ille est, non velut iudex **in scriptis nostris admittendus, sed quasi detractor cavendus est. Huiusmodi ergo emulis non quidem a lectione, sed a correctione scriptorum meorum sequestratis**[a]**, con**tentus ero iudicio tuo, venerande pater Eberharde, Iuvaviensis ecclesie archipresul, cui si quid racionabiliter displicuerit in hoc ipso tractatu meo, paratus ero, favente gratia **Dei, emendare in melius. Quomodo et in ceteris meis opusculis, que tibi displicere** cognosco vel cognovero, vel corrigere vel racionabili sensu dilucidare aut certe omnino **auferre non gravabor, salva in omnibus fide mea, qua per doctores orthodoxos didici** Christum exaltatum usque ad altissimi Dei patris consessum, iuxta sanctorum patrum **dicta subter annexa.**

. . . .

IX.

OPUSCULUM AD CARDINALES.

A. 1166. vel 1167. ineunte, cum Conrado archiepiscopo et Gerhoho nostro Paschalem III. repudiantibus Salisburgensis provincia ab adversariis, imperatoris militibus, invaderetur[4]*, Gerhoh, qui iam in opusculo de Antichristo postulaverat, ut Alexander papa eiusque asseclae de opprobrio coniurationis cum Siculis factae se purgarent, interea iamiamque ad Alexandri partes tractus, iterum instantiusque cardinales illius partis adiit, ut aut accusationes illas adversariorum refutarent aut quod fecissent iure factum esse probarent aut pactum cum Wilhelmo duce initum solverent. Pontifices Romanos saepius priora decreta retractasse exempla docere. Neque mirum, quod Gerhoh eodem* [illegible]

a) sequestrati s. (= sunt) c.

1) *Scil. cum Victore IV. ab imperatore repudiato Alexander universalis papa agnitus fuerit.* 2) *Cf. epist.* 13. *ad Eberhardum l. l.; epist.* 20. *ad Alexandrum III l. l.* 3) *Sermo* 355 *c.* 1, § 1. *Opp. V, col.* 1380: Qui fidens conscientiae negligit famam suam, crudelis est. 4) *Cf. infra p.* 403; *Mühlbacher in 'Archiv für österr. Geschichte' t.* 47 *p.* 360.

quo cum tota provincia ecclesia Reichersbergensis periclitaretur, pro certo habere vellet, an pro iusta causa periculis gravibus se suaque exponeret, quod desideraret, ut Alexander III. foedere Siculo abiecto in gratiam imperatoris rediret. Neque in epistola illa[1] *praetermisit, ut iterum de fide et dogmate christiano disputaret, quam expositionem omisimus.*

Epistolam ad cardinales infra edendam primus E. Mühlbacher in lucem traxit[2]*, commentario addito, quem grato animo in usus nostros ita vertimus, ut perpauca ex nostro addenda haberemus. Contulimus denuo codicem* Admuntensem *nr.* 434, *mbr., saec. XII,* 4⁰, *ubi opusculum f.* 260—276′. *scriptum est.*

Wratislaviae, a. 1895, *mense Septembri.* *E. SACKUR.*

Dominis[a] cardinalibus sancte Romane aecclesie frater G[erhohus] de Richersperg
Ps. 50, 19. sacrificium spiritus contribulati.
1 Cor. 13, 1. Si linguis hominum loquar et angelorum, non possum explicare ad plenum pericula, quibus exposita est aecclesia maxime in regno Teutonico. Maiora sunt periculis
cf. Dan. 3, 21. trium puerorum fornace ardente agonizantium, quia per angelum Domini excussa est flamma fornacis. At nobis anxiatis nulla venit consolatio stante abhominatione desolationis in loco sancto in urbe Roma, quae, quantum ad populum attinet, est altera Babilonia[3]. Ibi quippe aurea statua per illius populi sitim inextinguibilem[b] est erecta, qua sititur aurum et argentum undecunque colligendum ad mitigandum populum Romanum tumultuosum et supergressum in nequitia, illum populum, qui extorsit a sancto ponti-
cf. Exod. 32, 2. fice Aaron, ut faceret sibi sculptile de auro conflatum, quod coleret quasi Deum. Nam illi de auro suo fecerunt illud conflatile ablatis videlicet inauribus filiorum et filiarum
Eph. 5, 5. suarum atque conflatis in idolum; sed avaricia istorum, quae est idolorum servitus, de
*f. 260′. auro *conflatur alieno, dum Romanus pontifex conpellitur undecunque colligere, quod expendat in Romanos plus Crasso tyranno avaros[4], qui aurum, quod iugiter sitivit, moriens bibit et ita sitis eius extincta est[5]. Ast illi plus illo avari morte animae mortui adhuc aurum sitiunt.

Exod. 32, 20. Non autem potuit Aaron licet sanctus populo tumultuoso resistere aut idolum a se conflatum confringere, donec venit in adiutorium illi frater suus Moyses et princeps populi. Sic Romanus pontifex licet sanctus non poterit auferre consuetudinem Romanae avariciae sine auxilio principis legitimi, qui ad hoc opus esset
Eccli. 45, 22. invitandus et a levitis adiuvandus, nisi hoc scisma impediret, quo sequaces Dathan et Abiron se diviserunt a sequace pontificis Aaron, qui, ut ex fama conperimus et ex litteris domni cardinalis Iacincti[6] ad nos directis percepimus, non sibi sumpsit honorem, sed vocatus a Deo per electores legitimos et consecratus per ordinatores item legitimos iure optinet locum Petri, quantum attinet ad cathedram pontificalis officii,
*f. 261. etiamsi forte non sit aequalis meriti seu fidei. *Nam licet Petrus a Christo fuisset
Matth. 14, 31. redargutus modicae fidei, tamen comparatione minorum fuit in fide magnus, quia ora-
Luc. 22, 32. tum est pro illo, ne deficeret fides eius. Hinc est illa fides in successoribus eius, qui obviatur omnibus heresibus in toto mundo, sicut nuper est obviatum in Francia per

a) *initialis littera deest c.* b) inextinquibilem *c.*

1) *Hoc opusculum commemorat etiam Chron. Magni Reichersberg. SS. XVII, p.* 495. 2) *Gerhohi Reichersbergensis ad cardinales de schismate epistola l. l. p.* 357—382. 3) *Cf. De investigatione Antichristi I, c.* 3, *p.* 312. 4) *Cf. ibid. c.* 49, *supra p.* 356 *sq.* 5) *L. Annaei Flori Epit. rerum Rom. III, c.* 11; *Hist. misc. l. VI, c.* 31, *ed. Eyssenhardt p.* 152. 6) *Tit. S. Mariae in Cosmedin; epistola, quam dicit Gerhoh, v. apud Migne, Patrol. lat. t.* 193, *col.* 586.

domnum Alexandrum papam [1] illorum errori, qui cum Nestorio et Paulo Samosateno atque Fotino conati sunt astruere hominem verbo Dei unitum non esse Deum vel Dei naturalem filium. Contra hos et a nobis nonnulla sunt conscripta, quorum quaedam emisimus [2], quaedam adhuc intus apud nos habemus tempore suo emittenda, si fuerit necessarium.

Proinde fide Alexandri pape gustata et legitima forma promotionis eius considerata nos iam tercio pro illius papatu certavimus coram domno imperatore [3], qui visus est aliquo modo flecti potuisse, nisi quod eum duo turbant, unum de preterito, alterum de futuro. De preterito illa conspiratio [4], quae dicitur contra iusticiam facta cum hostibus regni, Guillehelmo Siculo et ceteris, de futuro ipsius conspirationis executio interveniente pecunia, ut dicitur, conpromissa. Cuius rei cum sparsa sit ubique terrarum feda opinio nullo negante vel contradicente, hostes inde roborantur et amici debilitantur.

'*Vix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan audeat quis mori.*' Cum igitur iusta sit causa pape Alexandri, quantum ad formam promotionis, quam nos tenemur contra Guidonis [5] erectionem, attamen, si non est bona quantum ad illam eius propositionem, qua, ut dicitur, regni honorem destruere proposuit iuxta cesaris querelam, piget multos pro ea certare, qui pro ea vellent usque ad sanguinem pugnare, si eis constaret ipsa causa tam bona in materia, quam iusta in forma. Unde cum nos defendimus formam pro electionis et consecrationis legitima regula servata, quae facit huius causae nomisma legitimum, solent obicere nobis qui stant ex adverso dicentes: 'Etsi forma, quam defenditis, est legitima et speciosa, tamen, quia metalli materia, cui est impressa, tota est falsata per scoriam scismaticae ac symoniacae conspirationis, huiusmodi nomisma constans ex prava materia et pulchra forma magis propter materiam est inprobandum, quam propter formam approbandum'. Ad hoc nobis dicentibus [a], quod incerta pro certis recipere non debeamus, cum de sola opinione ambigua dicantur talia, obponitur nobis, quod affirmante Augustino [6] peccatum 'cuiusque tamdiu est in aecclesia tolerandum, donec aut accusatorem inveniat aut pravam opinionem pertinaci animositate defendat. Pertinacem vero dicunt animositatem, qua de malis opinabiliter vulgatis nulla offertur negatio, tamquam debeat sine questione haberi pro iusto, quicquid collaudatum fuit a domno papa Adriano I. eo, quod Romanus pontifex nullius hominum iudicio subiaceat [7].

Quod quidem nos verum fatemur, ubi de his causis agitur, quae tangunt eius personam vel officium; sed ubi de agris limitandis vel dignitatibus huius mundi seculariter ordinandis agitur, alienum est a Romano vel quocunque pontifice de talibus ita velle iudicare, ut eius iudicio nemini liceat contradicere, quoniam, si in talibus eius iudicio aliquis gravatur contra legem sancti euangelii et contra leges etiam seculares, iuste quod contra leges presumptum cognoscitur, per leges dissolvi meretur, etiamsi a Romano pontifice per surreptionem fuerit aliquid actum, quod iustis legibus contrarium

a) *supra lin. scr.* c.

1) *Cf. Ann. Reichersberg. a.* 1164, *SS. XVII, p.* 471; *De quarta vigilia noctis c.* 7, 'Oesterr. *Vierteljahrschrift für kathol. Theol.'* (1871) *p.* 572; *cf. Gerhohi epist.* 18. 19. 21. 2) *Magni Chron. Reichersberg., SS. XVII, p.* 494. 3) *Mediolani a.* 1162, *Mart.; Norimbergae a.* 1163, *Aug.* ?; *Papiae a.* 1164, *Sept.*; *cf. supra praef. p.* 135. *Moguntiae vel Norimbergae a.* 1166, *Febr. Gerhohum pro Alexandro locutum esse suspicatur l. l. p.* 363. *Cf. epist.* 17. *ad Alexandrum III. Migne t.* 193, *col.* 566. 4) *Cf. De* [illegible] *l. c.* 57. 58. 5) *Paschalis III.* 6) *Cf. Serm.* 351, *Opp. ed.* [illegible] *Hic locus minime quadrat.* 7) *Capit. Angilramni c.* 51 [illegible] *p.* [illegible]: Neque praesul summus a quoquam iudicabitur.

deprehenditur. Unde ne de Romani pontificis iudicio nos temere iudicare iudicemur, de simili causa Romani pontificis audiamus iudicium. Dicit enim Leo IIII^us Lůdewico augusto[1]: *Nos si incompetenter[a] aliquid egimus et in subditis iustae legis tramitem non*
*f. 25v. *conservarimus, vestro ac missorum *vestrorum cuncta volumus emendare iudicio, quoniam, si nos, qui aliena debemus corrigere, peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed quod dolentes dicimus erimus pre caeteris erroris magistri.* Item Gregorius Felici episcopo[2]: *Si ea destruerem, quae antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed*
Matth. 12, 25. *eversor esse iuste comprobarer, testante veritatis voce, quae ait: Omne regnum in se ipsum divisum non stabit et domus[b] adversus se divisa destruetur.* Igitur si cum regni hostibus a Romano pontifice assentientibus domnis cardinalibus factum est qualecunque laudamentum, quia inde permotum est regnum et scissa est aecclesia, iustum est, congruum est, necessarium est ad medicinam tanti mali, ut aut negetur factum[3] aut iustum
ib. 18, 6. demonstretur, ne de opinione ambigua in aecclesia Dei non solum scandalizentur
ib. 18, 7. pusilli, sed et, si fieri potest, in errorem inducantur[c] etiam electi. Et quidem *necesse est, ut veniant scandala, sed ve homini, per quem scandalum venit.* Qui hoc dixit, non papam, non cardinalem, non episcopum, non imperatorem excepit, sed indifferenter inprecatus est: *Ve homini, per quem scandalum venit.* Caveat igitur domnus papa,
ib. cavete vos quoque, domni cardinales, ne per vestram taciturnitatem scandalum veniat,
*f. 26r. immo quia iam venit, ne diu maneat nullo ex vobis *negante aut iustificante illud conpromissionis pactum vel per nuntios idoneos vel per epistolas certas, cuius divulgatio peperit et dilatavit inminens scisma, quo et sacerdotium gravatur et regnum quassatur, quasi alterum per alterum sit destruendum, cum potius alterum altero sit fulciendum et neutrum alteri permiscendum. Unde Nicolaus papa Michaeli augusto scribens dicit inter cetera[4]: *Cum ad verum ventum est eundem regem atque pontificem, ultra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit nec pontifex nomen imperatorium usurpavit, quoniam idem mediator Dei et hominum, homo Iesus Christus, sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in inferno demergi, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro cursu temporalium[d] tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatinus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus et ideo militans Deo se*
2. Tim. 2, 4. *minime negociis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur.*

*f. 26v. Si hec regula in sede apostolica deprompta et apostoli Pauli testimonio *roborata servaretur, nunc in sede apostolica et in tota aecclesia sacerdotio et regno suis terminis contento pax esset, quam aecclesiam nunc turbat inminens scisma contentione crudeli, quasi vel sacerdotium a regno vel a sacerdotio regnum destrui vel obprimi valeat, ita ut alterum sine altero dominetur. Quod non ita erit, quia utrumque usque in finem seculi permanebit illo pontifice ac rege utrumque moderante ac
Is. 42, 3. servante, qui linum fumigans non extinguet et calamum quassatum non conteret, donec eiciat ad victoriam iudicium. Usque ad illud iudicium stabit in aecclesia sacer-
Matth. 5, 14. dotium licet fumigans et non ita luminosum, sicut fuit in illis, quibus dictum est: *Vos estis lux mundi.* Stabit et regnum licet commotum et calamo fragili et quassato assimilatum. Stabunt ambo hec rerum culmina, donec eiciat dominus ad victoriam iudicium supremum et extremum, nec est in beneplacito Dei, ut alterum destruatur ab altero.

a) incopetenter *c.* b) omnis scientia et lex *Ben.* c) *corr. ex* mittantur *c.* d) temperalium *c.*

1) *Coll. Brit. nr.* 41, *'N. Arch.' V, p.* 391; *Jaffé nr.* 2646; *Grat. C. II, qu.* 7, *c.* 41. 2) *Supposita epistola legitur Opp. ed. Bened. II, col.* 1278; *Hinschius p.* 749. *Cf. Grat. C. XXV, qu.* 2, *c.* 4. 3) *Cf. De investig. Antichristi I, c.* 52. 4) *Epist.* 8. *ad Michaelem, Mansi t. XV, col.* 214; *Jaffé nr.* 2796; *cf. De aedificio Dei supra p.* 147; *Libellus de ordine donorum p.* 278; *Comm. in ps.* 64. *infra.*

Cum hec ita se habeant, opere precium est, o domni cardinales, ut, si vultis aecclesiae membra divisa coadunare, notum faciatis regno et aecclesiae, quod non, sicut vulgatum est, intenditis ad destructionem regni vel imperii, pro cuius honore integraliter servando principes regni usque ad mortem certare decreverunt, qui cum sint multi et magni, pro parvo habent excommunicari, sed eorum excommunicatio scismatis ampliatio et confirmatio erit, nisi Deus avertat, quia, ut ait Augustinus[1], *ubi multitudo est in culpa, ibi consilia separationis inania sunt et perniciosa*[a], *quia impia et superba atque sacrilega, et plus turbant infirmos bonos, quam corrigant animosos malos*. Huc accedit, quod et illi suum, quem dicunt papam, paratum ad maledicendum habent, per quem in se maledicta extenuare solent. Quibus omnibus consideratis iuxta sapientiam vobis divinitus inspiratam cogitate, qualiter nobis misereminì saltem vos amici nostri et domini. Moveat pietatem vestram vexatio nostra et dispersio agnorum beato Petro commissorum, cui bis dictum est a Domino: *Pasce agnos meos* et semel: *Pasce oves meas,* ut videlicet pro tenellis agnis maiore cura vigilaret quam pro magnis ovibus, cum tamen et oves fetae indigeant illa discretione, qua usus est Iacob nolens greges ovium suarum nimiis laboribus in via vexare, cavens, ne morerentur uno die cuncti greges. Ecce nunc tempus est miserabile, quo pastores ovium iurant, ut pacem qualemcunque habeant per obedientiam Guidoni, quem Paschalem papam[2] dicunt, promissam vel iuratam. Verum qui nec iurare nec promittere volunt illi obedientiam, predonibus exponuntur et disperguntur, sicut in Salzburgensi aecclesia ex parte accidit, in qua initium dolorum preostensum ceteras aecclesias terruit considerantes, quod nec patruo suo, domno nostro archiepiscopo[3], domnus imperator vult parcere, nisi voluntati[b] suae acquiescat, sicut multi episcoporum iam fecerunt, qui etiam subiectos in idipsum trahunt non consentientes persequendo, consentientes perdendo[4]. Qui vero meliores inter eos videntur, non cogunt suos iurare, sed sibi tantummodo promittere obedientiam, quod et multi faciunt quibusdam in simplicitate, quibusdam in astucia sua deprehensis et illaqueatis, ita ut alii mortui absorbeantur, alii vivi. Nam qui simpliciter incedunt nescientes malum esse quod faciunt, mortui absorbentur; qui vero sciunt malum esse illi obedientiam promittere, quem non ignorant obedientiam perversam iurasse, vivi absorbentur. Sed aliqui eorum sic se palliant, ut obedientiam promittant secundum canones illi quem sciunt iurasse contra canones obedientiam. Aliqui vero promittunt obedientiam debitam ei, cui nullam debent obedientiam, eo quod sit extra Bethaniam, extra domum obedientiae[5], in qua sola placet obsequium Mariae ac Marthae, in qua placent lacrimae penitentium et unguentum odoriferum, cuius odore tota domus obedientiae impletur. Neque illud foras efferetur, sicut nec agni carnes in una domo edendae foras efferendae sunt, quia nec in scismate nec in heresi aliqua iamiam dampnata inveniri possunt[6].

Haec nobis asserentibus privatim ac publice, ut egressos reinvitemus, multi nobis contradicunt, qui nos scismaticos esse asserunt et se universalem aecclesiam propter sociam multitudinem. Unus autem ex illis, cum esset pontifex partis illius, dixit mihi Papiae domno imperatore curiam tenente illic, ubi et ego cum domno meo archyepiscopo affui[7]: 'Nonne indicatis hereticum et symoniacum, si

a) *ita corr. pro* periculosa c. b) *corr. ex* voluntate c.

1) *Contra epist. Parmeniani III, c. 14, Opp. IX, col.* 65. *M.* 2) *III.* 3) *Conrado II fratri Ottonis episc. Frising.; cf. Contin. Claustroneoburg. I, SS. XI, p.* 611. *M.* [illegible] *a.* 1166. *l. l.* 4) *Ann. Reichersberg. a.* 1165, *SS. XVII, p.* 472. 5) *Hieron.* [illegible] *Hebraic., Opp. III, col.* 518. 6) *Cf. quae Mühlbacher p.* 368 *ad* [illegible] 7) *A.* 1164. *Sept., Ann. Reichersberg. SS. XVII, p.* 471: Qui statim in mense S[illegible]

quis vendit benedictiones?' Et ego: 'Iudico', inquam. Et ille: 'Nonne', inquit, 'peius est vendere maledictiones?' Respondi: 'Vere peius et talis venditor sine dubio est hereticus et symoniacus'. His a me concessis ille intulit: 'Ergo symoniam gran- *f. 265'. dem commiserunt qui pro pecunia *Siculi et Mediolanensium conpromiserunt excommunicandum a se domnum imperatorem per occasiones aliquas et non absolvendum sine assensu[a] eorum, qui pecunias dederunt sub tali cautione, ut obeunte Adriano papa nullus in eius locum substitueretur, nisi qui eadem conpromissione teneretur'. Ad haec ego dixi: 'Quod si ita esset, conpromissio talis a symonia excusari non posset'. Addidi etiam: 'Sed absit ab omnium fidelium fide talia tam execrabilia de tantis viris credere, quos etiam non decet iudicari de sola opinione ambigua, cum illi nec ultro confessi neque iudicialiter convicti sunt neque in talibus contractibus manifesti'. Contra haec unus ex capellanis imperialibus: 'Immo', inquit, 'iam manifesti et per socios criminis manifestati'[1]. Ad haec ego: 'Non est', inquam, 'conveniens testimonium sociorum criminis, quia, ut sacris canonibus astruitur[2], *nemini de se confesso credendum*[b] *est super crimen alienum*'. Contra hoc ille: 'In hac', inquit, 'regula excipitur crimen lesae maiestatis, de quo credendum est etiam sociis ipsius criminis, qui hoc prodentes non ex crimine dampnandi, sed ex proditione talis culpe laudandi sunt. Fuit autem *f. 266. contra imperialis dignitatis maiestatem facere talem *conpromissionem, cuius observator[c] est reus maiestatis cuiusque proditores iudicantur inmunes ex legibus imperialibus'. Et ego: 'Habeto', inquam, 'tu tibi leges imperiales et secundum eas iudica in curia, quod spectat ad illas. Ecclesia vero habet canones illam tuam exceptionem non admittentes, immo a causis aecclesiasticis leges seculi excludentes[3], nisi ubi concordant sacris canonibus, quibus in ista controversia utendum est'[4].

Si omnia inter curiales mihi obiecta vellem replicare cum responsis, quibus ad ea, prout potui, respondi, fastidium esset legenti, sed istud pretermittere non possum, quod 3. Reg. 3, 22. multi mirantur longe lateque auditam esse vocem falsae matris dicentis: *Nec mihi, nec tibi* ib. 27. *sit, sed dividatur* et nusquam sonare vocem verę dicentis: *Date huic infantem vivum et nolite eum interficere*[5]. Nam si haec vox fuisset audita, Salomon verus iam terminasset litem, quae adhuc prolongatur, dum verę matris, cuius viscera moveantur super filio suo, affectus non sentitur. Et forsitan Deo disponente ideo gladio materiali sumus expositi, ut saltem horrore ac fulgore huius gladii viscera materna permoveantur et recognoscantur, quibus eatenus occultatis iudicium quoque Salomonis occultatur. Putabamus tamen *f. 266'. conciliis universalibus[6] vel consiliis *familiaribus litem hanc terminandam et ob hoc ipsi domno imperatori suggestum est a multis prudentibus, ut se committeret conciliorum vel consiliorum dispensationi. Quod cum fuisset ei persuasum a suis[7], domno papae dissuasum est a suis, et ita et diversis hinc inde consiliariis manet periculum scismatis, quod vel minui vel omnino auferri adhuc speramus per offendiculorum, quae presenti scripto insinuavimus, vel minorationem qualemcunque vel omnimodam, quod

a) *corr. ex* consensu *c.* b) credi potest *H.* c) *sequebatur* factus, *quod erasum c.*

imperatorem fratruelem suum pro regalibus ab eo suscipiendis Papiam profectus est cum prosecutione litterarum episcoporum suffraganeorum. Quo perveniens cum benigne ab imperatore susceptus esset, post multa quae ibi ab imperatore in secreto et in publico dicta sunt, quae et scripto comprehensa sunt a preposito Richerspergensi, qui cum episcopo venerat illuc. 1) *Cf. De investig. Antichristi I. c.* 55. 2) *Decreta Iulii papae c.* 12, *Hinschius p.* 769; *Grat. C. XV, qu.* 3. *c.* 5. *add.:* Nemini praeterquam de crimine lesae maiestatis) *etc. Corr. Rom. adnotant:* Haec exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, praeterquam apud Anselmum. 3) *Cf. Grat. Dist. X. c.* 1. 4) *Cf. De investig. Antichristi I. c.* 57. 5) *Cf. ibid. c.* 59. 6) *Cf. ibid. c.* 62. 7) *Cf. epist.* 17. *ad Alexandrum III. l. l.; epist.* 18. *l. l. col.* 570; *Comm. in ps.* 133. *infra.*

melius est, excusationem litteris comprehensam et eminentioribus in aecclesia [illegible] personis mittendam.

Porro si aliquid est inter ea, quod non potest veraciter excusari, nonne potest veraciter mutari et emendari secundum scriptum Leonis pape superius[1] allegatum, ut offendiculis hinc inde complanatis fiat unum ovile et unus pastor? Neque enim exemplo caret, si Romanus pontifex aliqua de suis vel dictis vel factis retractet. Nam beatus Petrus de sua simulatione, qua non recte ambulavit ad veritatem evangelii redargutus a coapostolo suo Paulo correxit factum suum. Marcellinus[2] papa, cum tamquam summus[a] pontifex a nemine iudicaretur, sed sibimet ipsi relinqueretur iudicandus, ore dampnavit proprio factum suum, quod nisi dampnasset, ipse utique dampnatus in dampnatione permansisset; quia vero ipse factum suum dampnabile iudicio iusto iudicavit, iniustum permansit in catalogo Romanorum pontificum per martyrium candidatus et sociatus beatis martyribus. Bonifacius papa II[3] [illegible] Vigilium diaconum sibi in pontificatu succedere, quod quia Romano clero visum est [illegible] versari, presente clero ab eodem subpositum est igni ante confessionem beati Petri apostoli. Recentiori quoque tempore beatae memoriae papa Paschalis dederat Hainrico imperatori quoddam privilegium[4], quod, ut cognovit aecclesiae displicere, ipse dampnavit[5]. Similiter Calixtus papa dederat quoddam privilegium Pisanis, quod, quia Romanis displicuit, ipse in Lateranensi concilio cassavit[6]. Quid igitur mirum, si Romanus pontifex Adrianus assencientibus sibi domnis cardinalibus angustiatis apud Beneventum promisit[7] aliqua non promittenda illi Siculo, sub cuius gladio tunc erant et fortasse aliter exire non poterant, sicut et predicto imperatori Hainrico, ut predictum est, Paschalis papa quaedam non promittenda promisit, quia de tentoriis eius, in quibus tenebatur, aliter exire non potuit. Sed quia de tali promissione iam scisma exortum vexat aecclesiam, vos domni cardinales, qui laudamento illi, qualecumque fuit, si tamen fuit, interfuistis et nunc sive de facto sive de ficto illo pacto mala multa exorta vidistis, unde adhuc maiora formidantur eventura, dignamini apostolo commonente vosmetipsos iudicare, ne iudicemini a Domino et sive negando sive iustificando sive mutando factum illud providete nobis angustiatis aliquod solatium, quos illud maxime turbat, quod de pacto illo nichil certi nobis constat. Quo si vel iustum vel nullum esse constaret aut si non bene gestum discretio apostolica mutaret causaeque tocius veritatem litteris vel nuntiis publicaret, multum faceret pro nobis vel pacem reformando vel ad passiones confortando.

Notum quoque facimus vobis, quod validissimum robur nostrae assertionis inter obloquentes hoc habuimus, quod dicit papa Pelagius[8]: *Ab aecclesiae visceribus divisus et ab apostolicis sedibus separatus execrat*[c], *non consecrat.* Item idem[9]: *Non est*, ait, *Christi corpus, quod scismaticus conficit.* Idem Viatori et Pangratio illu-

a) samus c. b) dapnavit c. c) *corr. ex* dissecrat c.

1) V. *supra p.* 370. 2) *Eadem exempla v. De investig. Antichr. I, c.* 57. 3) [illegible] *pontif. c.* 57, *ed. Duchesne I, p.* 281; *cf. De aedificio Dei c.* 155, *supra p.* 190. 4) [illegible] *tura, a.* 1111, *Apr.* 12; *cf. supra p.* 334. 5) *In concilio Lateranensi a.* 1112, [illegible] *supra p.* 335. 6) *A.* 1123, *Mart.* 27; *cf. Cafari Ann. SS. XVIII, p.* 16; *cf. Jaffé nr.* 7056. [illegible] 7) *Huius pacis a.* 1156. *factae chartae leguntur in Constit. imp. I, p.* 588–590; [illegible] *Antichr. I, c.* 53. 8) *Cf. Deusdedit, Coll. can. I, c.* 142, *p.* 103; *Coll. Brit. nr.* 11, *'N. Archiv'* *V, p.* 541; *Jaffé nr.* 983; *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 34; [illegible] *p.* 287. 9) *Coll. Brit. Pelagii epist.* 22. *ad Viatorem et Pancratium, 'N. Archiv' V, p.* 545; [illegible] *col.* 732; *Deusdedit Coll. can. I, c.* 143, *ed. Martinucci p.* 104; [illegible] *Libelli II, p.* 320. 321; *Grat. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 34.

stribus de scismaticis dicit inter cetera[1]: *Idipsum est, propter quod scismatici sunt,* *f. 268. *quod eos contra sedes apostolicas temere credentes *pessima divisit opinio. Quod scisma specialiter esse denuntiat beatus Augustinus dicens: 'Adversus auctoritatem illarum aecclesiarum, quae apostolicas sedes et epistolas accipere meruerunt, temere credendo inmanissimum crimen scismatis a se commissum propulsare non potuerunt'.* Item ad eosdem[2]: *Non autem vobis nunc illa questio est, utrum tolerare malos, sed utrum debeamus scismaticis sociari. Sed quia se ab universali aecclesia diviserunt, ut beatus Augustinus ait, omnis catholicus securus eam partem detestatur, cui universalem aecclesiam apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit.*

Hec[a] me pusillo inter disertos oratores proponente quesitum est a me, quas dicerem sedes apostolicas et ego ex verbis Augustini[b, 3] respondi: 'Apostolicas sedes illas dicimus, quae apostolicas sedes et epistolas recipere meruerunt. Inter quas principalis est Romana aecclesia, in qua sedit et passus est beatus Petrus princeps apostolorum quamque sua principali epistola illustravit Paulus apostolus, Antiochia etiam sedes apostolica est, in qua item sedit Petrus apostolus, ad quam etiam, sicut in Actibus apo- Act. 15, 23. stolorum legitur, missa est epistola insignis de onere legis Moysaice amovendo. Aecclesiam quoque Ierosolimitanam, in qua sedit Iacobus apostolus et quam suis epistolis[c] illustraverunt ipse Iacobus et Petrus et Paulus ad Hebreos, recte dicimus apostolicam sedem tempore primam, sed ordine terciam inter sedes apostolicas, quae tres tantummodo sunt. Nam cetere sedes licet patriarchales, ut Alexandria et Constantinopolis, non sunt sedes apostolicae, quia nec in eis aliquis apostolus tenuit sedem, nec ab aliquo apostolorum epistolas acceperunt. Aecclesias quoque illas, quae apostolicas acceperunt epistolas[d], ut Corinthiorum, Philippensium, Colosensium, Effesiorum, quia eas apostoli non per se, sed per episcopos rexerunt, apostolicae sedes dici non possunt, atque ideo precipue in illis tribus, quas ostendimus apostolicas, unitatis aecclesiasticae *f. 268'. consistit *auctoritas, ita ut, quicunque se ab illis diviserit, non in ecclesia, sed in scismate sit. Porro si aecclesia Romana in se ipsa divisa fuerit, ut in scismate quondam Novati et nuperrime in scismate Petri Leonis accidit, illa utique pars contempnenda est, cui a reliquis sedibus apostolicis non consentitur nec obeditur. Sic meminimus esse factum in diebus nostris, quando Petrus Leonis, dictus Anacletus, est ab aecclesia proiectus et papa Innocentius receptus rei veritate comperta de consensu apostolicarum sedium transmarinarum'[4]. Prosequente me talia contra inminens scisma, supervenit quidam abbas ab orientali aecclesia, ut ait, missus in Franciam natalem patriam suam, qui transiens per Greciam, Ungariam et Germaniam dixit multis et mihi quoque ore ad os locutus est, ecclesiam orientalem, in qua duae sunt sedes apostolicae, pacem et unitatem sic habere, ut neutrum papam respuat, quamquam plus faveat illi, quem receperunt Francigenae sui conpatriotae. Sic variante se fama necessarium esset, 1. Rom. 3,19. ut a duobus patriarchis apostolicarum sedium certitudo indubitabilis veniret, qua obstrueretur os loquentium vana et inania, de quibus non est modo dicendum per singula vobis potissimum, qui longe melius me nostis, quam sit utile propalari veritatem contra mendacia longe lateque disseminata, quae licet nobis in obedientia pape Alexandri stabilitis nullam faciant nebulam dubietatis, tamen inde poterunt scandalizari pusilli, 2. Tim. 2, 17. si nullo indubitanter contradicente serpit ut cancer sermo eorum, qui affirmant, quod

a) hoc *c.* b) augustinus *c.* c) *corr. ex* aplis *c.* d) *corr. ex* litteras *c.*

1) *Cf. Coll. Brit. nr.* 22, *'N. Arch.' V, p.* 545. *Idem locus apud Gratianum C. XXIV, qu.* 1, *c.* 34. 2) *V. n.* 1. 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *Cf. Ann. Reichersberg. a.* 1130. *l. l. p.* 454: Sedes quoque apostolicae Antiocena atque Hierosolimitana Petrum Leonis respuerunt, Innocentium vero approbaverunt *etc.*

verum putant aut se putare simulant, ne de sincera veritate [illegible], in quibus nos vident anxiari, eo quod nolumus scismaticis [illegible], licet ab hiis quasi addicti simus tamquam scismatici. Propter quod cogimur veritatem rerum gestarum et consensum sedium apostolicarum plene investigare, ut responsum certum demus hiis qui vel benigne vel maligne [a] interrogant nos.

Unde obsecramus in Domino, ut vos, domni cardinales, modicum quid insipientiae nostrae in hoc sustineatis, quod nos interrogati audemus vos interrogare, quoniam hec audatia[a] nostra non ex temeritate, sed ex necessitate est. Sicut enim olim [illegible] veros prophetas contra falsos et contra pseudoapostolos mitti, veros, ne invalescerent mendatia ex patre mendacii prodeuntia, ita et modo, quia non solus ille [illegible] abbas varia disseminavit, sed etiam fertur a nonnullis, qui dicuntur milites templi [illegible] milia disseminari, oportunum valde videtur, ut contra sermonem incertum, qui de duobus patriarchis exiit inter fratres, certitudo aliqua veniat, quae nutantes corroboret, falsa reprobando et vera confirmando atque paci reformandae viam parando, ita ut prava in directa et aspera in vias planas fiant. [illegible]

Sciatis autem, quia, quod nos pusilli desideramus et presenti scripto expetimus, multi religiosi nobiscum desiderant et votis cordium in suis precibus exoptant. Scimus quidem desiderare vos aecclesiae Dei tantam libertatem, ne ab ullo regum vel principum valeat subancillari posthac exemplo de vobis captato, si forte in aliquo ultra solitum vos humiliabitis, ut subveniatis nobis oppressis, quod tamen, sicut vestra novit sapientia, verendum non est, quia non est pro exemplo habendum, quod necessitas extorsit, nisi — quod Deus avertat — similis necessitas emerserit. Sic Paulus apostolus inminente sibi necessitate legalia sacrificia apostolo Iacobo monente obtulit, quae tamen [illegible] cessante necessitate velut stercus reprobavit. Sic idem causa urgente cesarem appellavit qui prius a cesare maluit interfici quam ad nutum eius flecti. Ib. 25, 11.

Non hec dicendo vos doctores nostros et tocius aecclesiae docere velle arbitrandi sumus, cum potius nos a vobis doceri optemus, quomodo in imminentibus periculis [illegible] provideamus parvulis nostris, maxime virginibus inclusis, quibus inminet periculosissima dispersio in his locis, ubi precepto augusti resistitur; nam ceteris pax promittitur, quia iam — proh dolor — multi abstracti et illecti sunt. Illud autem scitote, vos domni cardinales, quod in omnibus, in quibus erga nos compassionem et condescensionem flagitamus, hec ante omnia precaveri a vobis optamus, ne[b] sic exhibeatur nimia humilitas, ut regendi frangatur auctoritas, quae Romano pontifici divinitus collata est iuxta illud: *Ecce constitui te super gentes et super regna, ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et edifices et plantes.* [illegible] In quibus verbis, quia non fastus dominandi, sed actus agricolandi exprimitur, non est contra honorem regni vel imperii mandante Deo vicia et viciosos tamquam spinas et tribulos evelli, disperdi et dissipari atque virtutum germina plantari. [illegible] Item non est contra honorem imperialem Babiloniae muros destrui et muros Ierusalem peccatis exigentibus dirutos reedificari cooperantibus in idipsum Romano pontifice tamquam Iesu sacerdote magno et domno imperatore tamquam Zorobabel principe legitimo. [illegible] Domus quippe Dei per spiritalem Antiochum[1] profanata et polluta non poterit emundari, nisi cooperantibus in unum sacerdotibus Oniae pontifici similibus et principibus Iudae Machabeo similibus. Legitur quippe Onias pontifex [illegible] Iudae Machabeo in visione dedisse gladium aureum ad deiciendos adversarios populi Dei, cui et Ieremiam prophetam ostendit dicens: *Hic et fratrum amator et populi [illegible]* [illegible] et cetera usque *et universa sancta civitate Ierusalem.*

a) corr. ex interrogatio c. b) nec c; corr. M.

1 Cf. Prologum in Comment. in ps. 78: Spiritalis Antiochus [illegible]

[2. Macc. 15, 14.] Cum igitur Ieremiam regnante rege Babilonico et rege Israel Ierosolimitano iam captivo atque Ierusalem destructa olim defunctum constet pro populo Dei et universa civitate Ierusalem orasse multum, quis dubitet beatum Petrum regnante diabolo in Nerone tenente urbem Romam quasi alteram Babiloniam iam diu defunctum adhuc [*f. 270.] orare pro populo Dei et *universa civitate Ierusalem? Quam dolens a spiritali An- [Matth. 24, 12.] tiocho pollutam credendus est nunc vehementius orare habundante nimis iniquitate ac refrigescente caritate, quatenus illius orationibus adiuventur in sacerdotio et regno principantes, ut duo gladii, spiritalis et materialis, invicem se adiuvent neque alter alterum inpugnet vel impediat manente inter eos concordia, quae fuit inter Aaron pontificem et Moysen principem populi, inter Samuelem et David regem, inter Salomonem et Sadoch sacerdotem sive, ut ad nostra veniamus: qualis ad tempus fuit inter beatum Gregorium papam et imperatorem Mauricium ceterosque in apostolatu pie agricolantes et in imperio bene ac iuste dominantes[a] ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Qui, si non iuste dominari volunt, instruendi sunt, non destruendi, ut iure suo [Luc. 3, 14.] contenti nichil amplius faciant, quam constitutum illis, et iuxta doctrinam Iohannis baptistae neminem concutiant neque calumpniam faciant, sed contenti sint stipendiis suis, ne, si pretergressi fuerint suum ius, manu Dei conterantur, ut de predicto legitur Mauricio per Focam cesarem interfecto, non hoc optante, sed pro salute illius orante beato Gregorio[1].

Talia me secretius non semel tractante cum domno imperatore, firmissime contestatus est iure suo libentissime se contentum esse velle atque Romano pontifici hoc sibi non diminuenti humiliter favere ad regimen aecclesiae, suum vero ius diminuenti modis omnibus ac tocius regni viribus obniti velle maxime hac fidutia, quod non, sicut [1. Petr. 2, 17. *f. 270'.] aiebat, sit vere successor Petri dicentis: *Deum timete, regem *honorificate* vel imitator [Matth. 22, 21.] Christi dicentis: *Reddite quae sunt cesaris cesari, et quae sunt Dei, Deo,* quicunque sub nomine papali vellet non solum in clero, sed et in regno dominari questu fastuoso et fastu questuoso. In hunc modum verbis Teutonicis loquente domno imperatore atque in hoc suum papam commendante, quod ille non adversaretur imperio neque federatus esset cum hostibus regni neque ipse cuperet in regno regnare vel dominari, ego eundem papam suum sic repudiavi, ut Dei gratia me confortante dicerem nunquam me illi obediturum, qui a nullo cardinali episcopo esset consecratus, sed ab extraneo execratus et in cuius parte non esset corpus Domini, quod constat extra unitatem in scismate confici non posse. Hoc verbo audito commotio principum tanta fuit contra me, ut aliquis eorum comminaretur mihi suspendium, aliquis rapinam bonorum et alia huiusmodi mala, de quibus non est modo dicendum per singula, domno imperatore pacienter hec audiente neque tamen ad hec assensu malo[b] annuente, quia, si annuisset, vita et persona mea fuisset exposita multis periculis, quae protegente me Domino tunc evasi.

Quod autem sit mihi posthac futurum nescio atque ideo inter spem et metum fluctuans a sancta Romana aecclesia per latorem presentium consilium et auxilium peto et expectans expecto, prout Deo aspirante vestra prudentia prospexerit necessarium, non solum mihi, sed et aliis in hoc scismatis periculo anxiatis mihique in tribulatione sociatis. Quorum ne vos lateant angustiae, unius eorum litteras mihi missas pensare dignemini: *Domno G[erhoho] illustri et venerabili preposito de Richersberg frater, cuius nomen tacendum est, cum instantia orationum sincerae devotionis obsequium. Periculosus*

a) dnantes *supra linea, ubi* viventes *del.* b) *corr. ex* mala.

1) *Ioh. V. S. Gregorii IV, c.* 19, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 135. *M.*

modernorum temporum status, immo casus si [illegible] [illegible] valde est, ne instent forte dies illi, in quibus [illegible] tas multorum, iuxta quod promissum est et [illegible] satanas solutus tam [illegible] libertate contra Deum [illegible] terrenorum totis [illegible] videatur habenis, verum etiam [illegible] presumat et aecclesiasticae religionis et concordiae statum labef[illegible] que fiduciam, quod influat Iordanis in os eius. Huius [illegible] ex hoc elucet argumentum, quod nonnulli prelatorum, qui columnae [illegible] sub instanti persecutionis procella quasi harundo agitata disiecti et disturbat[illegible] rectitudinis et perfectae sinceritatis fundamento, ut iam de [illegible] doctrine ipsorum soliditate tamquam in harundineo confidendum sit baculo et innitendum [illegible]. Neque enim tunc corde creditur ad iusticiam, cum ore confessio fit ad [illegible] miniam. Vobis proinde non tamquam parieti inclinato condolendum et consulendum [illegible] velut columnae inmobili supra basim dignae firmitatis et firmae integ[illegible] omnimodis applaudendum censemus et, ut perseverare usque in finem nosque g[illegible] huius certaminis socios habere valeatis, assiduis precum votis propiciae divinitatis [illegible] pulsamus.

Ex[a] hac unius abbatis epistola considerate multorum pericula et anxietates, ex quibus plures imitantur illa VII milia, qui non curvaverunt genua sua ante Baal, si tamen se occultantes, ut eos etiam propheta Helias ignorans diceret: *Relictus sum eg[o] solus*, cui Dominus occulta sciens: *Reliqui*, ait, *mihi VII milia, qui non curvaverunt genua sua ante Baal*. Hos, ut dixi, plures imitantur detestantes malum scismatis, attamen occulti propter metum Iudeorum, scilicet falsorum christicolarum iudaizantium, et illos Iudeos imitantium, qui ne perderent locum et gentem, perdiderunt loci et gentis dominum, quorum tanta est multitudo et fortitudo, ut, si quis est Helie similis manifeste contradicens illis, compellatur fugere in solitudinem vel in exteras gentes, in hoc magis anxiatus quam Helias, quod promisso Dei certificatus non est, ubi vel a corvis in solitudine vel a vidua in civitate aliena sit pascendus.

Esto autem, ut fugiat solus in solitudinem, cui nulla est cura commissa gregis custodiendi, quid faciet pastor ovium, gregis custos, quem si deseruerit, lupo rapaci locum dabit? Huiusmodi pastoribus a me pusillo consilia querentibus quid consulam nescio, quia, licet mihi sit propositum potius pergrinari quam scismati sociari, tamen considerans infirmitates multorum cum VII presignatis milibus occultare se volentium, non audeo custodibus eorum consulere fugam corporalem, quibus tamen instanter consulo fugam spiritalem iuxta illud propheticum: *Fugite de medio Babilonis, exite inde, inmundum nolite tangere*. Alieno enim peccato non consentire, est inmundum non tangere, hoc idem verbis, prout convenit, arguere, est exire inde, sed quomodo in exitu Israel de Egypto domus Iacob de populo barbaro Egyptiorum persecutio excitata est, ita et nunc. Aliis enim aecclesiis habentibus qualemcunque pacem, nos miseri ad aecclesiam Salzburgensem pertinentes, quia quod corde credimus et sentimus ad iusticiam ore confitemur ad salutem, sumus expositi persecutionibus, quas Deo favente mitigandas tunc speravimus, quando ex prudentum consilio domnus imperator fuit paratus acquiescere vel conciliis vel consiliis ab utraque parte formatis. Nunc autem, quia idem iuravit simulque principes et multi episcopi cum eo iuraverunt, prout voluerunt, nisi vos petatis in conciliis vel in consiliis audientiam ad excusandam opinionem conspirationis de vobis vulgatam, desolationis abhominatio stans in loco sancto non auferetur, neque pax erit in diebus nostris causa discordiae non decisa, quae nimirum cautissime decideretur, si pactum illud, de quo est questio et conquestio, excusaretur.

a) [illegible] deest.

Neque vero exemplo caret excusatio, quam suademus, quoniam ipse dominus
noster Iesus Christus, cum diceretur habere demonium, dignatus est excusare se dicens:
Ioh. 8, 49. *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* Item cum de illo fuisset opi-
ib. 50. nio, quod mira faciens ac docens gloriam propriam quereret, excusavit se dicens: *Ego*
gloriam meam non quero, est qui querat et iudicet. Hunc nimirum imitantes ipsius
discipuli, cum putarentur et dicerentur musto pleni et ebrii, non fuerunt exacerbati,
Act. 2, 14. 15. sed excusati sunt dicente Petro apostolo: *Viri Iudei et qui habitatis Ierusalem universi,*
hoc vobis notum sit et auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos estimatis, hii
ebrii sunt, cum sit hora diei tercia et cetera. Item cum Paulo apostolo diceretur a
ib. 26, 24. 25. preside: *Insanis Paule, multae te litterae ad insaniam convertunt,* excusavit se dicens:
Non insanio, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba ego loquor. Idem, ne de
vicio levitatis notari potuisset quasi non servans quod promiserat, curavit excusare se
2. Cor. 1, 17. per epistolam dicens: *Numquid levitate usus sum, ut sit apud me et non?* Tales tam
humiles erant apostoli, ut non dedignarentur se Christi exemplo de opinionibus malis
*f. 272'. excusare. Hos imitati viri apostolici *fecerunt similiter, ne mala de illis opinio esset
Matth. 18, 6. in populo Dei scandalum pusillis, quorum scandala monente Christo quam cavenda,
non ignorat sapientia vestra, cum in aecclesia Romana huius cautionis multa sint
exempla. Nam ut ex multis pauca decerpam, sanctus papa Gregorius apud augustum
Mauricium sinistre delatus, quasi reus in morte Malchi episcopi, humiliter se curavit
excusare per epistolam eidem augusto missam[1]. Item cum quidam contra Sixtum
papam temptassent quedam mali rumoris obicere, ipse in concilio, cui Valentinianus
augustus intererat, se innocentem ostendit suumque criminatorem Bassum a predicto
augusto morti addictum suis manibus, ut legitur, sepelivit, quo facto monstravit se
odientem non odisse[2]. Leo etiam papa, qualiter semetipsum, ne iudicaretur, iudicavit,
verba eius melius quam nostra patefaciunt, quae ita se habent[3]: *Auditum est, fratres*
*f. 273. — — *cogitationes.*

Acta sunt hec a pontificibus Romanis non urgentibus causis magnis pro sola repulsa falsae opinionis et malae suspitionis. At nunc urget causa gravissima, scilicet aecclesiae scissura pernitiosa de opinionibus et suspitionibus oborta inter sacerdotium et regnum, quam sanare non posse timemus, nisi decisis causis, quas perstrinximus. Quibus autem principibus excusationes de preterito et iustas promissiones de futuro mitti conveniat, licet vestra sapientia per se valeat pensare, tamen quia mihi qualitas principum nota est magis quam vobis, non indignetur mihi pusillo sancta pietas vestra, quod vobis designo et suggero[4]. Gratiarum actiones solvimus pro litteris a domno apostolico michi ac pro me domno meo Salzburgensi missis[5], qui nimirum discretione apostolica usus recte cohibuit in suis litteris me atque adversarios meos a publicis disceptationibus[a] de fide catholica monens contentos nos esse antiquis terminis patrum Athanasii aliorumque sanctorum, ne occasione disceptationis publicae offendiculum fieret pusillis in fide. Quod autem sensu adversariorum meorum nondum plene cognito distulit iudicialem sententiam, placet mihi et placere debet amatoribus iusticiae optantibus una mecum, quatinus et meo et illorum sensu ad plenum cognito de throno apostolicae dignitatis procedant fulgores et voces et tonitrua contra falsiloquos ad corroborandum veridicos, ut iam ex parte audivimus factum in Francia[6], ubi, sicut fama refert, condempnatus est error negantium vel Deum hominem vel hominem Deum

a) corr. ex disputationibus c.

1) *Epist.* V, 6, *EE. I, p.* 286. 2) *Decreta Sixti III. ad omnes episc. Orient. ed. Hinschius p.* 562. 3) *LL. II, p.* 15; *Jaffé, Biblioth. IV, p.* 378. *Cf. hoc iusiurandum supra De invest. Antichr. c.* 57, *p.* 370. 4) *Cf. de hoc loco Mühlbacher l. l. p.* 360. 5) *Cf. Jaffé nr.* 11011. *et* 11012, *a.* 1164, *Mart.* 22. 6) *Cf. supra p.* 401, *n.* 1.

'essentialiter sive substantialiter dicendum itemque contendentium hominem a verbo Dei, Deo — in Deum assumptum non esse Dei patris naturalem filium, sed naturalis filii vestimentum et habitum, quorum utique condempnatio iusta est, quod etiam ex naturalibus evidenter probari potest[a]. . . . . .

Nolo autem sic estimari hoc scriptum meum vel cetera scripta mea quasi tubae clangorem de alta specula resonantem per talem doctorem, quali congruit illud in Ezechiele dictum: *Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel* et cetera, quia nec ego recognosco me talem nec teneo in aecclesia tam altam sedem, ut vel ego speculator vel sedes mea specula dici congruenter valeat. Attamen, quia in domo Dei mansiones multae sunt et caulae ovium diversae sub unius magni pastoris cura sunt in una aecclesia magna, in qua ego ut parva ovicula delitesco, congruum putavi, immo necessarium duxi, ut videns hinc inde ingruentia pericula bestiis undique frementibus, de quibus dictum est: *Ne tradas bestiis animam confitentem tibi*, balatum qualemcunque darem et pro posse meo exaltarem, quo etsi non longe lateque saltem alicubi audito mihi periclitanti succurratur vel a pontifice Romano vel ab imperatore christianissimo vel certe ab aliquo Dei servo seu, quod maxime opto, a pastore illo bono, qui dicit: *Ecce ego ipse requiram oves meas et visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum* quique animam suam posuit pro ovibus suis, quas ipse cognoscit quaeque illum cognoscunt et secuntur eum; *alienum autem non secuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum*, 'de quibus ipse pastor bonus conqueritur dicens: *Alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.* Contingat mihi pauperculo ex affectu et sententia canere, quod sequitur: *Ecce enim Deus adiuvat me et Dominus susceptor est animae meae. Averte mala inimicis meis* et cetera usque in finem psalmi.

X.

EX COMMENTARIO IN PSALMOS.

Commentarium in psalmos, quo Gerhoh per multa decennia occupatus erat, Magno presbytero Reichersbergensi testante[1], auctoritate Romanorum pontificum et domnorum cardinalium et aliorum plurimorum patrum . . . in octo voluminibus *fecit. Etiamnunc octo Commentarii codices asservati sunt. Continet enim:*

1) *Cod. Reichersberg. I, f.* 9' *sqq., psalmos* 1—20.
2) *Cod. Reichersberg. II, ps.* 21—30.
3) *Cod. Monacensis nr.* 16012 (*S. Nicol.* 21), *ps.* 31—37.
4) *Cod. Reichersberg. IV, ps.* 38—43.
5) *Cod. Reichersberg. VI, ps.* 51—64.
6) *Cod. Reichersberg. VII, ps.* 65—74.
7) *Cod. Reichersberg. VIII, f.* 1—33, *ps.* 75. *et* 76; *f.* 53, *ps.* 77; *f.* 79—95, *brevem expositionem ps.* 78—117.
8) *Cod. Reichersberg. IX, ps.* 118—150[2].

Periit autem codex Reichersbergensis V, qui expositionem in ps. 44—50 *continebatur*[3], *unde nescio, utrum Magnus erraverit, an duo codices olim unum formaverint, an alio modo discrepantia rerum et verborum dissolvenda sit.*

a) *fusius disserit de christologicis rebus, quae Mahilacherum* [illegible]

1) *SS. t. XVII. p.* 494. 2) *Quos codd. omnes, saec. XII.* [illegible] *contuli.* 3) *Rev. P. Konrado Meindl decano Reichersberg.* [illegible] *'Gerhoh I. v. Reichersberg', 'Oesterr. Vierteljahrschrift f. kath. Theologie'* IV [illegible] 111.

De tempore quo singulae partes compositae sint, eruere haec licuit. Commentarium in ps. 23. *Lothario regnante*[1], *in ps.* 24. *inter a.* 1144 *ex. et a.* 1146 *in.*[2] *scriptum esse videtur. expositio in ps.* 31. *ante a.* 1147[3], *in ps.* 38. *post a.* 1146. *neque vero post mortem Eugenii III. papae, qui a.* 1153. *obiit*[4], *commentarium in ps.* 39. *a.* 1148[5]. *Paulo post auctor praeter ordinem ps.* 64. *longiore tractatu exposuit, quem Eugenio III. a.* 1151, *nisi fallor, ipse Romae obtulit*[6]. *Eundem Heinrico cardinali a.* 1158, *Iunio mense Augustae traditum esse arbitror*[7]. *Qui psalmus corruptum ecclesiae statum describendi ansam praebuit, qua de causa commentarius ille inter omnes primum locum tenet. Hic quoque solus duobus codicibus legitur: praeter cod. Reichersberg. VI (A)*[8], *ubi seriei ceterorum psalmorum adiunctus est, in cod. Parisino* 4236 *(Colbert.* 4841) *(B)*[9], *ubi in prologo iam litterae Heinrico cardinali missae assumptae sunt. Haec de expositione in ps.* 64, *quae, ut diximus, paulo post a.* 1148. *eodem fere tempore quo ps.* 39. *et sequentes confecta est. Ps.* 54. *labore diu interrupto a.* 1151. *Roma reversus, nisi fallor, interpretari coepit*[10]. *Ps.* 65. *Hadriano IV. iam sedente, id est post a.* 1154, *commentatus est*[11]. *Laborem usque ad ps.* 77. *persecutus (c. a.* 1163[12]*) ita interrupit, ut tunc ultimam*

1) *Cf. infra p.* 419: animas, maxime tempore Heinrici quarti vel quinti transmiserunt, et adhuc transmittere non desinunt. 2) *Cf. infra p.* 420, *ubi epistola Lucii II. a.* 1144, *Apr., non iam vero Eugenii III. a.* 1146. *transscripta est. Quodsi prima et altera pars commentarii Eberhardo archiep. Salisburg. missae sunt (cf. praefationes, Migne t.* 193, *col.* 619. *et* 987; *Liber de gloria et honore filii hom. c.* 1, *Migne t.* 194, *col.* 1075: Tibi, venerande pater Eberharde Salzburgensis ecclesie metropolitane, ad memoriam reduco, quod ubi primo in psalmos quaedam scribere coepi, te scriptorum meorum lectorem et correctorem elegi*), auctor hoc nonnullis annis postquam has partes conscripsit vel primo tractavit fecisse videtur, cum Eberhardus demum a.* 1147. *archiepiscopus electus esset. Cf. Epist.* 3. *ad Ottonem episc. Frising. l. l. col.* 490: Itaque fidelitati et prudentiae tuae mitto et committo legendum, quod in prima parte tractatus in psalmos prae manibus habeo. . . . Sane angelus ecclesiae Romanae papa Eugenius per epistolam suam confortat me in huiusmodi occupationibus. . . . Angelus ecclesiae Iuvaviensis hanc ipsam partem necnon et alteram diligenter perlegit meque ad ulterius procedendum in funiculo caritatis trahit. 3) *Cum Fridericus Sueviae dux, qui a.* 1147. *obiit, etiamtunc superstes esset.* 4) *Infra p.* 432. *epist. Eugenii III. a.* 1146. *iam commemoratur, nihil vero de sequentibus pontificibus dicitur.* 5) *Infra p.* 437. *legitur:* Anno preterito ab incarnatione Domini MCXLVII. *etc.* 6) *Comm. in ps.* 64 *(c.* 35*):* sicut nuper in concilio Remensi tu, papa Eugeni *etc.*; *(c.* 44*):* qualis in concilio Remensi sermone apostolico per te, papa Eugeni, nuper est praescriptus. *Quae synodus a.* 1148. *habita est. Cf. Epist.* 21, *Migne t.* 193, *col.* 577. *In prologo partis VII. Commentarii (cod. Reichersb. VII, f.* 1'*) dicit:* praesentata ei per nostram personam predicti psalmi expositione, *id quod a.* 1151, *quo Gerhoh Romam profectus est, factum esse eo magis arbitror, quod eodem loco Eugenium non multo post obiisse indicatur. Qua de causa quae supra p.* 133. *dixi corrigenda sunt.* 7) *Epist.* 18. *ad Heinricum (Migne t.* 193, *col.* 570*):* Feci hoc . . . in tractatu sexagesimi quarti psalmi, quem propria manu beatae memoriae papae Eugenio porrexi, quemadmodum tibi Augustae item dedi: *epist.* 21. *l. l.:* quam presens dedi sanctae recordationis papae Eugenio, quam etiam postea dedi domino Henrico cardinali sanctorum Nerei et Achillei, approbatam satis ab ipso papa Eugenio. — *Neque hoc neque illud exemplar ad nos pervenit.* 8) *Ubi ultimis foliis epistola ad Heinricum cardin. data legitur.* 9) *Saec. XII, mbr.,* 4°, *quem Argentorati contulimus.* 10) *Cf. infra p.* 438: diu a scribendo vacavi, nunc apostolica fretus benedictione reversus. 11) *Migne t.* 194, *col.* 118: Nunc autem quoniam Adrianus papa *etc.* 12) *Inter ps.* 76. *et* 77. *scripsit Librum de fide, qui c. a.* 1163. *compositus est. Cf. cod. Reichersberg. VIII, f.* 23: Psalmis exponendis intenti cogimur hoc loco excursum facere ac peticioni cuiusdam fidelis amici satisfacere; *sequitur Liber de fide.*

partem a psalmo 118. *usque ad finem psalterii tractaret,* [illegible] *Commentarium in ps.* 131. *Alexandro III.* [illegible] *proximis annis reliquam partem absolvit. A.* 1167. [illegible] *in exilio ps.* 78. *usque ad* 117. *breviter pertractavit* [illegible] *disputandi careret,* ut, si per gratiam Dei sedatis adversitatibus [illegible] prementibus desuper nobis data fuerit pax et copia scribendi [illegible] in planius quod necessitate cogente nimirum succincte perstrinximus [illegible] *quod speraverat efficere potuit.*

Commentarii in psalmos nonnisi ea, quae auctorem [illegible] *ecclesiae respiciunt, hic typis mandanda esse* [illegible] *opus est dictu.* [illegible] *mentarii iam Pez. Thesaurus anecdot. t. V, iisdem codicibus Reichersbergensibus* [illegible] *lacunis scil. ps.* 31—37. 44—50. 78—117 *ex Commentario Honorii Augustodunensi completis, publici iuris fecerat; hic partes quoque quae adhuc latuerant, praeter Commentarios in ps.* 44—50, *qui non iam exstare videntur*, *exscriptae sunt.* [illegible] *editionem curavit Baluze, codice Colbertino nisus, ante Pezianam in Miscellaneorum L. V* (*Parisiis* 1700), *p.* 63—235, *quam Gallandius in Bibliotheca Veterum Patrum t. XIV* (*Venetiis* 1781), *p.* 549—594, *et Migne, Patrol. lat. t.* 194, *col.* 9 *sqq., Gallandiana* [illegible] *iteraverunt.*

Argentorati, a. 1896, *mense Maio.* *E. SACKUR.*

IN PSALMUM X. SEC. HEBR.

. . . .

Sed[a] adhuc aestuat in corde pauperum vehementissimum desiderium necdum plene ac sufficienter exauditum. Nam Iudas mercator pessimus cum suis complicibus avaris et simoniacis adhuc se magnificat super terram, super sanctam videlicet ecclesiam pro sacramentorum indifferenti similitudine, quae tam a simoniacis, quam a catholicis in tanta fiunt identitate, ut in errorem inducantur, si fieri potest, et electi aestimentque ab omnibus indifferenter accipienda Christi sacramenta. Sed pauperum desiderium iam ex parte super hoc malo exterminando exauditum est, quia manifeste simoniace et incestuosorum clericorum a sede apostolica interdicta sunt officia. Non autem usque adeo convaluit haec interdictio *ut non apponat ultra magnificare se* [illegible] *super terram,* quia licet interdicti, tamen gloriantur super ecclesiam simoniaci et Nicolaite pessimi pro similitudine signorum sacramentalium. Sic in Egypto Iamnes et [illegible] Mambres magnificabant se contra Moysen et Aaron pro similitudine signorum; sed postquam digitum Dei contra se operantem in signis Moysi et Aaron persenserunt, non apposuerunt *ultra magnificare se super terram,* super Dei populum. Sic sic, o domine Deus, fac manifestum, quod in officiis interdictis digitus tuus, Spiritus sanctus, nullam salutem, nullam virtutem operatur, qui in officiis catholicorum salutem et virtutem operatur: hoc ita manifesta iudicans pupillo et humili cuilibet catholico, ut veritate huius rei patefacta *non apponat ultra magnificare se homo super terram,* non apponat ultra simoniacus vel Nicolaita incestuosus magnificare se super terram, super catholicam et apostolicam ecclesiam, licet in paucis reliquiis coarctatam, tamen adhuc fructiferam,

a) *quae ex hoc psalmo excerpta, cum cod. Reichersb.* [illegible] *col.* 147—148, [illegible] *a ps. IX.* [illegible]

1) *Cf. prologum ad ps.* 78, *l. l. col.* 484. 2) *Cf. epist.* 17 [illegible] *col.* 564 *sqq.* 3) *V. Migne t.* 194, *col.* 893 *sqq.* [illegible] *scripta esse videtur.* 4) *Migne l. l. col.* 484: quia compellor [illegible] 5) *Cod. Reichersberg. VIII. f.* 95'. 6) *V. supra p.* 411.

[Matth. 24, 12.] quia licet abundante iniquitate caritas multorum refrigescens pene defecerit, attamen [Ps. 10 (sec. Hebr.), 17.] in paucis electis desiderium illud flagrat, quod creditur exaudiendum propitiante Deo: [ib. 18.] et preparationes cordis eorum vehementer aestuant quoadusque iudicetur pupillo et humili catholico, tali nimirum iudicio, ut non apponat ultra magnificare se homo mercator pessimus super terram, id est super ecclesiam, vel etiam super terrenam possessionem et acquisitionem suam, quae, cum sit pretium sanguinis Christi, oblata videlicet ecclesiasticis in sustentationem Deo ministrantium et aliorum Christi pauperum, sine dubio constat, quod in sepulturam peregrinorum, in qua requiescant Christi pauperes in hoc mundo peregrini, eadem possessio est expendenda atque talibus est inde requies providenda. Fieri hoc potest in aliquibus per talem penitentiam simoniacorum, qualem [Matth. 27, 3.] habuit Iudas, qui penitentia ductus retulit triginta argenteos, quos deinde legimus in [ib. 7.] sepulturam peregrinorum expensos. Sic penitentia Iudae, licet ipsi non fuerit fructuosa, tamen peregrinis fructuosa fuit et utilis, dum non apposuit ipse Iudas ultra magnificare se super terram, super agrum sanguinis comparatum triginta argenteis, pretio videlicet pretiosi sanguinis, in sepulturam peregrinorum.

Vidimus nos oculis nostris quosdam episcopos a simoniacis regibus investitos, qui penitentia seu vera seu falsa ducti retulerunt pretium sanguinis, id est ipsum episcopatum, ad domnum apostolicum, abrenuntiantes tali administrationi, ad quam non erant canonice promoti. Qua satisfactione utcunque purgati per domnum apostolicum denuo iussi administrare temporalia et spiritualia episcopatuum bona, ita de ipsis procuraverunt agrum in sepulturam peregrinorum, ut essent studiosi edificatores et ditatores cenobiorum in sepulturam et requiem peregrinorum Christi pauperum. Sed est huiusmodi seu vere seu ficte penitentium tantilla paucitas in tanto numero simoniacorum et aliorum Iude mercatori similium super terram se magnificantium, ut merito anhelet [Ps. 10 (sec. Hebr.), 17.] pauperum desiderium ferveantque preparationes cordis eorum vehementer hoc deside- [Luc. 3, 8.] rantium, quatenus amplietur numerus penitentium, dignos penitentiae fructus afferentium [ib. 18.] in sepulturam peregrinorum, nec inveniatur *homo qui apponat ultra magnificare se super terram;* dum et vere penitentes, vere humiliati salvantur et ficte penitentes cum Iuda [Matth. 27, 5.] mercatore pessimo strangulantur effusis in terram visceribus eorum, patefactis videlicet secretis immunditiis eorum, suspensisque ipsis inter terram et celum, ut careant utroque, terrestri videlicet ac celesti honore, qui contra Deum se presumunt super terram magnificare. . . . . . .

IN PSALMUM X.

. . . .

[f. 105.] [Eph. 5, 11.] Dominus[a] est qui mihi dicit per apostolum suum Paulum: *Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum; magis autem redarguite:* vos autem suadetis mihi ab hac sententia Domini migrare atque omnibus mensis indifferenter communicare tam hereticorum, simoniacorum, quam sacerdotum catholicorum. Et licet ego confidens in Domino ostendam rationabile mandatum Romanorum pontificum in cathedra Petri et Moysi sedentium, cunctas missas manifeste incestuosorum et simoniacorum clericorum terribiliter quasi peccatum ariolandi proscribentium et eas audiri prohibentium, tamen [Ps. 10, 2.] vos *dicitis animae meae: Transmigra in montem,* id est in eminentiam sententiarum nostrarum. Tene sententiam litteratorum virorum, magistrorum insignium, subtiliter astruentium, omnibus missis indifferenter communicandum, quandiu quilibet episcopus tolerat in parrochia sua sacerdotem quantumlibet manifeste incestuosum et simoniacum. Christus in Petro et Petrus in suo vicario dicit mihi: 'Noli tales audire, noli talium officia interdicta recipere'. Sed dicit mihi aliquis magister litteratus, quasi favente

a) *hunc psalmum vir rever. P. Konradus Meindl decanus Reichersberg. benignissime cum codice contulit.*

sibi patre Augustino, quod nulli sacramento faciendam esse iniuriam[1]. Iniuriam vero sacramento fieri putant, si propter ministrum reprobum contemnatur inviolabile sacramentum, quod licet male ministrantibus non conferat salutem, tamen in [illegible] communicantibus obtinet suam virtutem. Quare igitur non attendunt, quod idem pater dicit[2]: *Tamdiu peccatum cuiusque toleratur in ecclesia, donec aut [illegible] aut pravam opinionem pertinaci animositate defendat.* Pertinaci vero animositate tam pravam opinionem quam pravam conversationem simoniaci et Nicolaitae incestuosi defendentes, quia non erant ulterius tolerandi, canonice sunt interdicti . . .

Ecce in manifesto manifesti peccatores, manifesti simoniaci et Nicolaitae [illegible] manifestis criminibus interdicti, ecce ipsi peccatores et abundantes in seculo obtinuerunt divitias corporales et spirituales. Nam possident ecclesias et sciunt scripturas, et ideo de ipsis scripturis 'veteris et novi testamenti fecerunt et intenderunt arcum [illegible] torquendo et flectendo sensum earum iuxta errorem suum. Quia enim psalmus iste intitulatur: *In finem*, non est absurdum vel hunc vel alios psalmos *In finem* intitulatos ita interpretari, ut nos, in quos fines seculorum devenerunt, his quae nunc circa finem mundi fiunt, coaptemus verba psalmorum, non ut heretici arcum tendendo per violentam interpretationem quasi trahendo scripturam de suo sensu in nostrum sensum, sed ultroneam exponendo consensionem, quae invenitur et in verbis psalmorum et in eventibus nostrorum temporum. Sic pater Augustinus, doctor augustus et eximius, tractando psalmos in omeliis multa inde notavit apta eventibus temporum suorum. In suis quippe temporibus licet multi heretici exissent a nobis, qui non erant ex nobis, ut Arriani, Donatistae ac ceteri, quos idem pater vitandos docuit, tamen Iudas, mercator pessimus et homo immundus, adhuc intus erat, propter quem cum discipulis Dominus dixisset: *Iam vos mundi estis*, addidit, *sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset traditurus eum; propterea dixit: 'Non estis mundi omnes'.* Igitur iste mercator pessimus et immundus in tempore martyrum et sanctorum confessorum nondum exierat foras, quoniam dies erat. Sed postquam per manifesta pontificum decreta denotatus est, quod ipse, qui intingit manum in parapside, Christi traditor est, continuo introeunte in illum satana exivit foras de occultis latebris ad manifestas nundinas. Erat autem nox, quando exivit, quia tenebris invalescentibus vix agnoscebatur esse mercator pessimus, qui ecclesias et ecclesiastica vendidit vel emit. Vix etiam agnoscebatur homo immundus, qui in sacerdotio uxorem vel concubinam habuit. Sed nunc ecce a tempore iunioris Nicolai per ipsum Nicolaum, per Leonem nonum, per Alexandrum secundum, per Gregorium septimum perque alios Romanos pontifices Christus traditorem suum hominem immundum in simoniacis et Nicolaitis foras proiecit. Unde sicut Iudas postquam foras exivit, in nullo apostolico ministerio discipulis est coniunctus, immo interfectoribus Christi sociatus est: ita nimirum post manifestam manifestae simoniae vel incontinentiae damnationem simoniaci vel Nicolaitae per interdictorum officiorum celebrationem Christum denuo crucifigunt, et quantum in ipsis est, interficiunt. Quia igitur officia sua celebrant per inobedientiam, quae teste Samuele scelus est idolatriae, sicut idolatriam censemus cavendam eorum in interdictis officiis participationem, quoniam et hoc est a sede 'apostolica interdictum, ut nullus christianus presumat audire missas eorum, ubi eorum simonia, incontinentia et inobedientia manifeste scitur.

Eant nunc magni magistri scolarum, qui in tractatu psalmi huius introducunt beatum Augustinum, volentes probare per illum indifferenter audiendas esse [illegible]

1 *Cf. Deusdedit lib. contra invasores II, c. 6, Libelli II, p. 324.* 2 *De vera religione c. 6, § 10, Opp. I, col. 751.*

omnium sacerdotum. Eant, inquam, et videant, cui tempori conveniat, quod ille beatus Ps. 10, 4. pater dicit. Nam in expositionem versiculi huius: *Quoniam quae perfecisti destruxerunt, iustus autem quid fecit?* secundum sensum ipsius beati Augustini dicitur[1]: *Si heretici offenderunt, iustus autem, id est Christus, quid fecit vobis? Nonne ipse pacem reliquit* Ioh. 6, 71. *nobis? Nonne Iudam patienter toleravit? Nonne furem et traditorem, quem etiam diabolum nominavit, predicatorem cum discipulis fecit, ut ostenderet, per tales posse dona Dei ad eos, qui fide accipiunt, pervenire, etiamsi talis sit, per quem accipiunt qualis fuit Iudas?* Bene laudamus hunc sensum beati Augustini suo adaptatum tempori. Loquitur enim ille de Iuda necdum foras proiecto, necdum laquei sui nexu strangulato. Et nos iuxta doctrinam hanc fures, latrones et immundos in sacramentorum commu- Ioh. 14, 27. nione vel celebratione intra ecclesiam toleramus propter pacem, quam nobis reliquit Christus. At postquam viderimus propter talia scelera Iudam interdictionis laqueo suspensum ab officio et diffusa fuerint in terram viscera eius, manifestatis videlicet turpitudinibus eius, ex tunc velut morticinum et immundum ac fetidum cadaver devitantes officia talium, nihil facimus contra beatum Augustinum, quin potius imitamur illum, qui a Donatistis et Circumcellionibus aliisque sui temporis hereticis exclusis diligenter abstinuit, neque illis in sacramentorum celebrationibus communicavit, qui tamen sacramenta baptismatis et ordinationis per eos data in redeuntibus ad ecclesiam rata recognovit; propterea scilicet, quod eadem vel manus impositione vel catholicae pacis receptione sanabantur in his, qui ab heresi ad ecclesiam revertebantur.

Iam nunc ignoscant nobis magistri literati, si nos verba psalmorum ita coaptemus nostri temporis cursui, sicut beatus Augustinus ex latere semper notavit in expositio- Ps. 10, 3. nem psalmorum sui temporis cursum. Si enim omnium temporum heretici arcum suum, id est sanctam scripturam, ad suum errorem intenderunt, et illi, qui nunc sunt heretici, *f. 107. simoniaci et Nicolaitae non desinunt arcum suum secundum suum sensum *detorquere scripturas depravando: quare non liceat nobis uti eisdem scripturis ad eorum prava sensa confutanda, non quasi arcu violenter in transversum curvato, sed quasi gladio ancipiti et bis acuto. Neque enim conamur scripturas a suo sensu deflectere, sed quod datum nobis fuerit, in gloriam dantis loquimur, nam nostra scripta magistrorum magnorum scriptis conferendo vel preferendo, sed illorum pio desiderio satisfacere cupiendo, qui hoc opus a nobis exigunt quasi de uberrimis pascuis pastoris David quandam refectionem et consolatorium quoddam ferculum, iustitiae sale conditum, quod esurientibus et sitientibus iustitiam, ut magis dulce sit et sapidum, non extorquemus de psalmis violenter alienum sensum, sed consona patribus dicendo et nostris temporibus hereses interdum refellendo ultroneum et sponte occurrentem sensum tenemus. Heretici autem intenderunt arcum, id est scripturam. Nam cum alii simpliciter intelligentes habeant eam quasi arcum remissum, heretici eam dicuntur intendere, cum pro sua estimatione Ps. 10, 3. subtiliorem in eo sententiam habuerint. *Paraverunt sagittas suas in pharetra.* De ipsis namque scripturis paraverunt venenata et intoxicata verba in pharetra, id est in corde ib. suo tenebroso, *ut sagittent rectos corde in obscuro,* id est in silvestri condenso latronum more ipsi latitantes, ut de ipso cordis nequissimi condenso, in quo sunt latibula fera- Matth. 8, 20. rum, in quo vulpes foveas habent et volucri celi nidos, latrocinia exerceant, et inde sagittent rectos corde, id est voluntate. Nam sicut homines malae voluntatis habent cor distortum, sic homines bone voluntatis ipsi sunt homines recti cordis.

Atque ut ad nostri temporis hereticos respiciamus, nonne ipsi peccatores pro manifesta simonia vel incontinentia interdicti, quando se preparant ad officia interdicta celebranda, verbi gratia ad missam canendam, nonne, inquam, tunc sub nomine missae

1 *Enarrat. in ps. 10, 4, § 6. Opp. IV. col. 62, sed non ad verbum.*

arcum intendunt, unde sagittas intoxicatas mittunt? Si enim [illegible] dicta fructibus suis comedentes intoxicavit, non quod [illegible] sed per inobedientiam: quanto magis isti per inobedientiam [illegible] sibi communicantibus propter geminam inobedientiam in suis officiis propinant mortem, non vitam? Cum enim de talibus dicat Dominus: *M[illegible] et benedicam maledictionibus vestris*, nonne pro sagittis [illegible] verba eorum, cum in suis *interdictis missis benedicunt populum? N[illegible] interdicta est quasi pharetra sagittis intoxicatis plena? Hinc est, quod papa Innocentius in epistola ad Alexandrum Antiochenum episcopum dicit [illegible] *ab hereticis, vulneratum per illam manus impositionem caput [illegible] infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem; q[illegible] secuta sine cicatrice esse non poterit.* Nonne sic loquendo iste Romanus [illegible] rum ordinationem quasi pharetram, sive arcum, unde vulnera timentur, [illegible]

Sed quia haec dicta videntur de Arrianis aliisque illius temporis hereticis, videamus an contra nostrorum temporum hereticos, Nicolaitas videlicet atque simoniacos, tale aliquid a sedis apostolicae alta specula dicatur, per quod eorum arcus et pharetra doceatur intentare vulnera. Nicolaus papa iunior synodo presidens in ecclesia Constantiniana, tanquam speculator constitutus in alta specula, videns venientem gladium, pharetram et arcum, curat omnem christianum reddere cautum et premunitum contra vulnera simoniacorum, dicens inter cetera[2]: *Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam decernimus, sed iuxta canonum sanctionem et [illegible] patrum decreta eos omnino damnamus.* Item[3]: *De cetero, si quis in [illegible] quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus non disparem damnationis sententiam subeant, sed uterque depositus penitentiam agat, et privatus a propria dignitate persistat.* Item speculator insignis Urbanus papa secundus, in alta specula stans, Herimanno Metensi episcopo clamat[4]: *Vendentes et ementes honores ecclesiasticos et sacerdotes, diaconos et subdiaconos, coniugatosque quandiu in suo errore permanserint, nullam suae ordinationis potestatem habere permittas.* Alexander papa secundus, speculator egregius, ita dicit[5]: *Precipiendo mandamus, ut nullus missas audiat presbyteri, quem scit indubitanter concubinam habere vel subintroductam mulierem. Nam dudum huiusmodi presbyterum, sive diaconum sive subdiaconum, sancta synodus [illegible] privavit, et omnes, qui in canonica sunt, uxores non habeant, et si duxerint deponantur. Ut*[6] *ecclesia et altaria non vendantur nec emantur, et qui amodo vendiderint vel emerint, anathemati subiacebunt. Ut ecclesiae per pretium vel a simoniacis consecratae denuo consecrentur. Ut presbyteri a tempore Nicolai papae usque nunc et deinceps scienter *ordinati a simoniacis sciant se esse depositos.* Gregorius autem septimus quasi angelus tuba cecinit, quia gladium non tam venientem quam imminentem vidit. Dicit igitur[7]: *Si qui sunt presbyteri vel diaconi vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex Dei parte omnipotentis et sancti Petri auctoritate ecclesiae introitum, usque dum peniteant et emendent. Si qui vero in peccato suo perseverare maluerint, [illegible] vestrum eorum audire presumat officium, quia benedictio eorum vertitur in maledictionem et oratio in peccatum Domino testante per prophetam: 'Maledicam', inquit, 'benedictionibus vestris'. Qui vero huic saluberrimo precepto obedire noluerint, idolatriae p[illegible]*

1) *Innoc. ad episc. Maced., epist.* 17, *c.* 3. *Schoenemann p.* 584. *H[illegible]* nr. 303. 2) *Concil. Later. post. a.* 1060. *Apr., c.* 1. *Const. [illegible]* p. 221. 3) *Ibid. c.* 3. 4) *Coll. Brit. Urb. n.* 26. [illegible] *III*, 122; *Jaffé nr.* 5381. 5) *Mansi XIX, col.* 1025, *a.* 1063; *cf. supra p.* 215. [illegible] *quentes canones v. supra p.* 270, *et quae ibidem annotata sunt.* 7) *Ep.* [illegible] *p.* 564; *cf. supra p.* 215.

1. Reg. 15, 23. *currunt, Samuele teste et beato Gregorio instruente: Peccatum ariolandi est non obedire et scelus idolatriae nolle acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis, dum christianum se asserit, sedi apostolicae obedire contemnit.* Vox speculatorum in premissis decretis alte insonuit, ut omnis, qui audiat interdicta officia, quasi pharetram et arcum, quasi vasa mortis vitare studeat. . . . . . .

IN PSALMUM XXIII.

. . . .

f. 58. Post confessorum de fidei assertione triumphum sequitur vox pastorum, qui racionabiles greges pascere studentes arcent luporum truculentam rabiem a sibi commissis
Ps. 23, 7. 9. ovilibus. Unde dicunt malis principibus: *Tollite portas, principes, vestras.* O vos, principes, iam non pagani, sed falsi christiani, qui non manifeste, ut Nero vel Decius, inpugnatis aecclesiam, sed lupos, fures et latrones intromittitis in eam, dum spreta
Ioh. 10, 7. Ps. 23. 7. 9. canonica electione non per Christum, qui est ostium ovium et porta eternalis, sed per symoniam, que est porta infernalis, intruditis sub nomine episcoporum, abbatum, pre-
*f. 58'. positorum, sacerdotum, capellanorum, canonicorum, fures, latrones *et lupos rapaces
Phil. 2, 21. gregi non parcentes, quae sua sunt querentes. Isti sunt non portae caeli, sed portae inferi: non portae Dei, sed portae vestrae, o principes! Unde per has portas vestras
Ps. 23, 7. 9. 10. non introibit rex gloriae; quia cum sint manifesti symoniaci, heretici, anathematizati, qui symoniace per laicorum principum violentiam irrumpunt in aecclesias, nulla societas
2. Cor. 6, 15. luci est ad istas tenebras, nulla conventio Christi est ad Belial, nulla salus est in eorum
Ioh. 2, 16. interdictis missis. Igitur *tollite portas istas vestras,* o principes! *Auferte ista hinc,* dicit Dominus, *et nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Scriptum est*
Luc. 19, 46. enim, *quia domus mea domus orationis est* cunctis gentibus: *vos autem fecistis illam speluncam latronum.* Tollite symoniam et illos, qui per illam intraverunt. Auferte has
Matth. 16, 18. portas inferi, quia non prevalebunt adversus aecclesiam. Tollite illas, ne vos pariter tollamini cum ipsis portis vestris, quod in diebus nostris ex parte impletum videmus, quia propter huiusmodi symonias regno privatus est quartus Henricus, et ipse anathematizatus est cum suis portis infernalibus, et elevatae sunt portae aeternales, catholici videlicet pastores aecclesiarum canonice vocati et electi, sanctoque Spiritu favente consecrati, sine quo symoniaci fuerunt non tam consecrati quam execrati. Sed quoniam adhuc multe supersunt portae infernales: Tollite omnino portas vestras, o principes! Associate vos populo catholico, ut vestro annisu fiat sacerdotum canonica electio, et per
Ps. 23, 7. 9. legitimam promotionem elevamini, vos portae aeternales, et introibit rex gloriae; quia per vestra ministeria et officia Christi aderit presentia sanctificans et purificans ecclesiam totam, ut non sit aliud nisi domus Dei, et porta caeli habens hunc titulum super-
Gen. 28, 17. liminaribus impressum: *Terribilis est locus iste, hic domus Dei est et porta caeli,* vocabitur aula Dei. Revera hic locus terribilis est non solum demonibus, sed etiam sociis demonum, ministris inmundorum spirituum; quia ubicunque in aecclesia Dei elevate sunt portae aeternales, illic non audent propinquare fures. Quis enim ambiciosus audeat symoniace offerre pecuniam pontifici, quem constiterit esse in emulatione Petri
Act. 8, 20. apostoli dicentis ad Symonem magum: *Pecunia tua tecum sit in perditione.* Quis presbyter, manifeste incestuosus, audeat sibi vendicare officium sacerdotale presidente aliquo episcopo tali qualis fuit episcopus urbis Romae Clemens discipulus Petri apostoli, qui in suis decretis[1] presbyterum cum propria uxore lapsum prohibet omnino perpetualiter a sacri altaris ministerio sacerdotali, vix indulgens tali, ut ianuas ecclesiae claudat, urceum cum aqua manibus sacerdotum ferat et cetera minora gerat officia? Est ergo locus terribilis inordinate viventibus omnis locus in ecclesia Dei bene ordinatus, et portis *eternalibus munitus. Etiam claustra canonicorum seu monachorum

[1] *Clementis epist. II,* c. 46, *Hinschius p.* 48.

bene ordinata et portis aeternalibus firmata, nimirum [illegible] sunt hi, qui nolunt stricte vivere, curiosis et ociosis, quorum Deus venter est, quorum [illegible] et vagositas est, quorum cursus per infernales portas, id est per prava [illegible], ad infernum tendit, dum eos dissolute viventes nulla disciplina [illegible] vel a suis propriis voluntatibus prohibet. Ut ergo universa aecclesia sit [illegible] et vocetur aula Dei, tollite omnes portas vestras, omnes consuetudines veritati et saluti contrarias per vos introductas, o principes maiores et minores. Licet si ad claustralia nostra intendamus, etiam in ipsis invenimus principes errorum, defensores pravitatum. Quod *si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet!* Si in claustris regulariter ordinatis haec faciunt, in irregularibus conventiculis quid fiet?

. . . .

Similiter etiam in hoc tempestuoso tempore tres principes mali erexerunt portas suas, videlicet Iudas fur sacrilegus et Symon magus, atque Nycolaus fornicator, nimirum similes in mysterio iniquitatis tribus illis sedicionum principibus Eleazaro, Iohanni et Simoni, qui tempore obsidionis intestino bello, ac cedibus innumerabilibus civitatem vastantes Ierusalem eam quodammodo suae tirannidi subdiviserant. Nam unus ipsorum, videlicet Iohannes, superiora civitatis loca, id est arcem et montem templi occupaverat. Alter, id est Symon, ambitum civitatis tenuit. Tercius inter hos medius, id est Eleazarus, medium civitatis occupavit[1]. An non etiamnunc videas in hoc extremo consummationis tempore Simonem magum superiora typicae Ierusalem, id est sanctae aecclesiae culmina, honores videlicet aecclesiasticos occupantem vendere ac vendentem et ementem occupare? An non extrema vel ambitum civitatis Dei Iudas mercator pessimus et fur sacrilegus obtinet in lucris[a] rerum aecclesiasticarum, sacrilegis per vasoribus decimas ac stipem pauperum sacrilege profligata iusticia sibi vendicantibus? A quorum sacrilegio nec ipsi episcopi immunes sunt, qui eadem stipendia pauperum in usus laicos transferunt, vel ab aliis translata non reposcunt. Inter hos medius Nicolaus fornicator locum obtinet, dum in clero, maxime autem in sacerdotio fornicantes hinc pseudoepiscopos superiores respiciunt: hinc vero laicis maxime in mysterio iniquitatis superiores existunt, quibus etiam ad inferos una cum pseudoepiscopis portae fiunt ipsi pseudosacerdotes, aut ipsa eorum interdicta officia et missae, quas interdictas interdicti canunt, quasi quedam portae ad inferos eos una cum laicis eorum contra interdictum auditoribus[b] transmittunt. O quantas hae portae vel hi principes per portas suas ad inferos animas, maxime tempore Heinrici quarti vel quinti, transmiserunt et adhuc transmittere non desinunt! Dicendum et sepius iam per pontifices Romanos dictum est istis principibus: *Tollite portas, principes, vestras*, id est auferte missas vestras, quas perniciose cantatis et cantari facitis, ut per eas, quasi per portas inferi transmittatis eos in infernum, qui tales missas vel cantant vel audiunt contra interdictum Romanorum pontificum, quos iusta precipientes audire debet aecclesia tamquam ipsum beatum Petrum. *Tollite* has *portas:* et vos *elevamini, portae aeternales*, scilicet missae catholicorum, in quibus regnat principaliter aeternitatis desiderium, cui adiunguntur preces fideles, et pro statu temporalium ad usum fidelium per haec temporalia tendentium ad aeterna.

IN PSALMUM XXIIII.

. . . .

Ut enim ego, scriptor huius operis, respiciam ad mea specialia, nonne mihi gallus bene cantavit, quando multiplicati sunt qui tribulant me et insurgentes adversum me

a) laicis c. b) quasi quedam porte *iterat., sed punctis del. c.*

1) *Cf. Ios. Bell. Iud.* V, *c.* 1, § 2 *sqq., Opp. ed. Niese VI, p.* 455 *sqq.*

Ps. 3, 3. multi dixerunt animae meae: *Non est salus ipsi in Deo eius,* quia preiudiciis eorum
damnatus fui tanquam scismaticus et hereticus, et erat mihi in talium cohabitatione
Ioh. 18, 15–18. tanquam Petro in atrio Cayphae magnum frigus ministris Antichristi me circumdantibus et amicis longe stantibus. Cum sic esset mihi nox frigida, et prunae inimicorum suspectae mihi fuissent, inter medias tristicias tetrae noctis ecce gallus cantavit, quia
*f. 69. Romanus *pontifex persecutionibus, et causis persecutionum auditis misit mihi litteras consolatorias hunc in modum continentes:

Celestinus[1] *episcopus, servus servorum dilecto filio Gerhoho Richerispergensi preposito salutem et apostolicam benedictionem. Super tribulationibus et angustiis, quas pro veritatis et iusticiae assertione dilecti filii nostri G. diaconi cardinalis attestacione te sustinere accepimus, paterna tibi affectione compatimur, et in quibus secundum Deum possumus, opem tibi et consilium libenter impendimus. In quibus tanto maiorem patientiam te oportet habere, quanto certius est tuam industriam easdem persecutiones pro defensione iusticiae sustinere. Scis enim nec novum esse nec insolitum quod iuxta apostolum, 'qui volunt pie*
2. Tim. 3, 12. *vivere in Christo, persecutionem paciuntur', ab impiis et dissimilibus, quos Dominus in*
Matth. 5, 10. *euangelio consolatur, beatitudinem aeternam illis repromittens. 'Beati', inquit, 'qui persecutionem paciuntur propter iusticiam'. Nos tamen pro debito officii nostri emulis tuis obviare, et censura ecclesiastica eos cohibere volumus. Unde per presentia tibi scripta mandamus, quatenus proxima dominica, qua legitur: 'Ego sum pastor bonus'*[2]*, nostro te conspectui representes, ut per te ipsum causa plenius cognita quieti et tranquillitati tuae providere, et sicut dilecto filio opportune tibi subvenire valeamus.*

Per has litteras evocatus ad sedem apostolicam veni; sed papam Caelestinum iam inveni defunctum[3]. Cui successerat papa Lucius, qui suis item consolationibus factus est mihi gallus matutinus, ut in litteris ipsius potest cognosci, quae sic se habent[4]:

Lucius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Chůnrado Salzburgensi archiepiscopo, Romano Gurcensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Venientem ad apostolicam sedem dilectum fidelium nostrum Gerhohum Richerispergensem prepositum paterna benignitate suscepimus et pro religione et honestate sua personam eius honorantes cum gratia sedis apostolicae ad propria remisimus. Ipsum itaque vestrae fraternitati attencius commendantes per presentia scripta rogamus, quatenus, sicut hactenus obtentu solius religionis et honestatis fecistis, pro beati Petri et nostra reverentia ipsum de cetero honoretis et diligatis et in necessitatibus suis opem sibi et consilium tribuatis.

Idem venerabilis papa Lucius, cum adhuc esset presbyter cardinalis[5], exstiterat mihi gallus nocturnus, qui de sede apostolica miserat mihi nocturnale gallicinium in hunc modum:

De abusivis et abominationibus, quae hoc tempore in ecclesia Dei fiunt, multa, reverende frater, in carta notasti, et plura notare potuisti, quia peccatis nostris exigentibus multo plura fiunt in hoc periculoso tempore, quam in diebus patrum nostrorum. Quae
[illegible] *tanto liberius et crebrius fiunt, quanto nulli aut paucissimi sunt, qui ex adverso ascen-*
Ez. 13, 5. *dant, et murum pro domo Israel opponendo stent in prelio in die Domini. Unde credimus Antichristum vel iam venisse vel in proximo venturum esse, cuius faciem, sicut in*
Iob 41, 13. *Iob legitur, precedit egestas: egestas siquidem virtutum et virtuosorum hominum, ut eo*

1) *Jaffé nr.* 8484, *a.* 1144, *Ian.* 27. *Cum indiciis chronologicis etiam in Libro de novitatibus huius temporis c.* 4, *supra p.* 293. *et epist.* 21. *l. l.; cf. Gerhohi epist.* 17. *ad Alexandrum l. l.; De quarta vigilia noctis c.* 18. 21; *v. Scheibelberger in 'Oesterr. Vierteljahrschrift für kathol. Theologie' X, p.* 568. 2) *Die* 9. *Apr. a.* 1144. 3) *Qui obiit die* 8. *Martii.* 4) *Jaffé nr.* 8577, *a.* 1144. *Apr.; cf. Gerhohi epist.* 21; *De quarta vigilia noctis c.* 18. 21. 5) *Scil. Gerhardus cardin. tit. S. Crucis, cui Libellum de ordine donorum supra editum misit.*

liberius voluntatem suam faciat, quo fere nullus est qui [illegible] *bone frater, quid tibi agendum sit non ignorat tua* [illegible] *erudita. Ego autem hoc mihi video faciendum,* [illegible] *tanquam karissimo fratri, ut abominationes quae fiunt Domini* [illegible] *his qui faciunt doleamus: quatenus vir ille vestitus lineis* [illegible] *Thau super frontem nostram signet, et non occidamur.*

Hec de specialibus nostris diximus, ne ingrati videamur esse gratuitae clementiae Dei, qui, ut in Iob legitur, *dedit gallo intelligentiam* ad faciendam distinctionem inter [illegible] lucem et tenebras. Nisi enim per apostolicae sedis pontifices vel per quosdam gallo intelligentes fuissem defensus, iam dudum a symoniacis et Nicolaitis hereticis fuissem proscriptus.

Si autem respicimus ad magnas Antichristi tenebras, in quibus libere fiebant opera tenebrarum, vendentibus et ementibus aecclesiastica et spiritalia his, quibus erat nox amica et lux odiosa, qui in cubilibus et inpudicitiis exercebant opera tenebrosa: Nonne [illegible] Gregorius papa VII. fuit quasi gallus nocturnalis canens in mediis persecutionum tenebris interdicendo investituras laicorum et missas incestuosorum? Post hunc per successores eius matutina gallicinia multa sunt secuta diem vicinum annunciantia tanquam dicant: *Nox precessit, dies*[a] *autem appropinquavit: abiciamus ergo opera tenebrarum et* [illegible] *induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus.* Quid nunc restat expectandum et desiderandum post huiusmodi gallicinia, nisi ut mucro latronis condatur, lapsis fides revertatur, lucifer oriatur, caligo poli solvatur, nauta vires colligat, ponti mitescant freta, et omnis errorum chorus viam nocendi deserat?

. . . .

IN PSALMUM XXV.

. . . .

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, *et hec magis desiderabilis est. Veruntamen, si necesse fuerit, etiam per ignem tribulationis aliquas maculas meas emundari, non recuso etiam per hunc ignem probari, quod est opus veritatis et iusticiae, quoniam placet mihi veritas, que tibi, Deus, placet. *Et complacui in veritate tua.* Ps. [illegible]
Quamdiu mihi veritas iusticiae displicuit, ego quoque tibi displicui. Sed quam cito mihi veritas placuit, que tibi placet, ego pariter complacui tibi cum ipsa veritate, in qua velut in speculo prelucido mihi displicui deformatus peccato et mendacio. Sed complacui mihi in veritate, detersis maculis mendaciorum a facie mentis meae, per veram confessionem peccatorum, et veram conversionem a vanitate ad veritatem. Vultis scire, quam fuerim amicus veritatis? Et prius audite, quam fuerim inimicus vanitatis. Cum enim vanitas et veritas inter se contraria sint, prius congruit odisse vanitatem, deinde amare veritatem: nam vanitatis et veritatis amor in eodem corde se non capit. Atque ut utriusque rei habeas cognitionem, accipe utriusque descriptionem. Vanitas est, quod ita, ut videtur, non permanet, sed videntium intuitus deludit atque inter oculos videntium et videre cupientium subito evanescit. Veritas est, quod ita, ut creditur aut videtur, permanet in aeternum. Sed inter multas vanitates in mundo sub sole tumultuantes una est vanitas, quae dicitur vanitas vanitatum, diabolicum scilicet mendacium, quod non ita est, ut videtur, dum ipse diabolus, qui mendax est, et pater eiusdem mendacii, vel seipsum fingit similem [illegible] altissimo, vel eandem similitudinem divinae altitudinis promittit hominibus male sibi credulis. Licet enim angelo dictum sit: *Tu signaculum similitudinis Dei,* et licet hom[illegible] sit creatus ad imaginem et similitudinem Dei; tamen sic appetenda est utrique similitudo divinae bonitatis, ut neuter sibi vindicare presumat similitudinem divinae altitudinis: quam quia principalis angelus vana et falsa gloriatione sibi usurpavit [illegible]

[a] [illegible]

cf. 2. Petr. 2, 4. deiectus ab altitudine celi tenetur ligatus rudentibus inferni, quoadusque in extremo iudicio precipitetur in profundum inferni: et tunc apparebit quam vere sit vanitas vanitatum sive falsitas falsitatum illud ipsius mendacium, quo vel sibi altitudinem Dei arrogavit vel eandem fallaciter homini promisit; nunc interim, licet rudentibus inferni, detractus de celo, sit ligatus in hoc aere caligoso, adhuc fallaciter sibi vindicat similitudinem divinae altitudinis, cum se suadet quasi Deum adorari et coli vel apud paga- *f. 96'. nos *in simulacris manufactis aliisque creaturis, vel apud christianos in simulacris missarum, quas cantant heretici ceterique anathemizati aut officiis privati. Sicut enim pagani diabolum honorant et Deum verum inhonorant reverentiam Deitatis exhibendo Ps. 134, 17. simulacris non habentibus Spiritum *neque enim est Spiritus in ore ipsorum,* sic etiam perversi et falsi christiani Christum verum deum et Spiritum sanctum inhonorant reverentiam divinam exhibendo interdictis hereticorum ac scismaticorum officiis, habentibus quidem speciem pietatis in sacramentalibus consignationibus, quae fiunt ritu ecclesiastico, sed virtutem pietatis, quae Spiritus sanctus est, abnegantibus.

Huius rei testes sunt Leo papa, Gregorius papa, Pelagius papa, Cyprianus martyr, Augustinus episcopus, et illustris vir Ieronimus cum aliis patribus orthodoxis, quorum ex parte subnectimus testimonia, ne videamur sine auctoritate interdicta hereticorum vel scismaticorum reprobare officia. Leo papa Leoni Augusto in epistola, quae sic incipit[1]: *Litteras clementiae tuae plenas virtute fidei et lumine veritatis venerabiliter accepi. Apud*[2] *christianissimum,* inquit, *principem et inter Christi predicatores digno honore numerandum utor catholicae fidei libertate, et ad consortium te prophetarum et apostolorum securus exhortor, ut constanter despicias ac repellas eos, qui se ipsos christiano nomine privaverunt.* Et post pauca[3]: *Nonne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere et quibus debeat obviare, ne Alexandrina aecclesia, quae semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum! Manifestum quippe est per crudelissimam immanissimamque vesaniam omne illic caelestium sacramentorum lumen extinctum, intercepta est sacrificii oblatio, defecit crismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus impiorum omnia subtraxere mysteria. Magnum*[4] *ergo vobis est, ut diademati vestro etiam fidei corona addatur de hostibus aecclesiae triumphatis. Sacerdotalem*[5] *namque et apostolicum tuae pietatis animum etiam hoc*[a] *ad iusticiam ultionis accendere debet, quod Constantinopolitanae aecclesiae puritatem pestilentes*[b] *obscurant, in qua inveniuntur quidam clerici hereticorum sensui consonantes, et intra ipsa catholicorum viscera assertionibus suis hereticos adiuvantes. In quibus deturbandis, si frater meus Anatholius, cum nimis benigne parcit, segnior invenitur; dignemini pro fide vestra etiam istam aecclesiae prestare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius sanctus Dei populus per-* *f. 97. *versorum hominum contagio polluatur.* Gregorius papa *in Moralibus, libro XXXV[6]: *Notandum magnopere est, quod conversionis suae sacrificium amici*[c] *Iob Domino non per* Iob 42, 8. *se, sed per Iob iubentur offerre. Ait enim: 'Iob autem servus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, ut non vobis imputetur stulticia'; ac si aperte hereticis dicat: 'Sacrificia vestra non suscipio, peticionum vestrarum verba non audio, nisi per intercessionem illius, cuius professionis verba de me veracia recognosco.* Et post pauca: *Salutem vestram per catholicam aecclesiam, quam diligo, postulate. Ipsi enim volo dimittere id, quod mihi in ipsa deliquistis, ut hec vestram incolumitatem obtineat, quae ex vestro languore laborabat. Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus libenter accipiat, sola, quae pro errantibus fiducialiter intercedat. Unde etiam de agni hostia Dominus precepit*

a) hoc malum *L.* b) pestilenter obscurat *L.* c) am. Iob *des. Gr.*

1) *Epist.* 156, § 1, *Opp. ed. Ballerini I, col.* 1321. 2) *Ibid.* § 3, *l. l. col.* 1323. 3) *Ibid.* § 5, *l. l. col.* 1325; *cf. Liber de simoniacis supra p.* 257. 4) *Nonnulla omissa sunt.* 5) *Ibid.* § 6, *l. l. col.* 1325. 6) *C.* 8, § 12, *Opp. ed. Bened. I, col.* 1148.

dicens: 'In una domo comedetur, nec efferetur de [illegible] *foras.' In* [illegible] *domo agnus comeditur, qui in una catholica aecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus divina lex efferri foras prohibet,* [illegible] Pelagius papa Iohanni patricio[1]: *Noli catholicam semper mentem aliqua* [illegible] *communione polluere. Unum Christi corpus, unum constat* [illegible] *ab unitate veritatem corporis Christi non potest consecrare. Ab* [illegible] *et ab apostolicis sedibus separatus dissecrat potius iste, non* [illegible]*. Noli ergo, quasi nulla scismaticorum aut aecclesiae sit differentia, velle indifferenter* [illegible] *sociari. Non est enim Christi corpus, quod scismaticus conficit, si* [illegible] *mur.* Cyprianus ad Magnum presbyterum[2]: *Invenimus in tali facinore non solum* [illegible] *et auctores, sed et participes penis destinari, nisi se a communione malorum separa*[illegible]*, precipiente Domino per Moysen: 'Separamini a tabernaculis istorum hominum du*[illegible] *rum, et nolite tangere ab omnibus quae sunt eis, ne simul pereatis in peccatis* [illegible]*. Et quod comminatus Dominus fuerat, per Moysen implevit, ut quisquis se a* [illegible] *Dathan et Abiron non separasset, penas statim pro impia communione persolveret. Quo exemplo ostenditur et probatur obnoxios omnes culpae et penae futuros, qui se* [illegible] *contra prepositos, et sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint: sicut etiam per Osee prophetam Spiritus sanctus attestatur, et dicit: 'Sacrificia eorum tanquam panis luctus: omnes qui manducant eum, contaminantur', docens scilicet et ostendens omnino cum auctoribus suplicio coniungi, qui fuerint peccato eorum contaminati.* Augustinus in sermone de blasphemia Spiritus sancti[3]: *Potest esse visibilis forma palmitis, etiam preter vitem; sed* f. 97v. *invisibilem vitam radicis habere non potest, nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta, quae portant, et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis; virtus vero pietatis invisibilis et spiritualis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur.* Ieronimus in sermone de agno paschali[4]: *Non putemus agnum istum ubique posse comedi. Precipitur nobis, ut in una eum comedamus domo, id est ne extra aecclesiam immolari putemus. Ex quo manifestum est, quod Iudei et heretici, et omnia conventicula dogmatum perversorum, quia in aecclesia non comedunt, non eos agni carnes, sed draconis comedere, qui datus est in escam populis Ethiopum. Nos vero comedimus azima sinceritatis et veritatis.* His testimoniis munitus ego amator veritatis, ex quo *complacui in veritate*, separavi me a vanitate, atque amicus veritatis.

Non sedi cum concilio vanitatis illius, precipue vanitatis, que est vanitas vanitatum [illegible] propter excellens diaboli mendacium, quo se fingit altissimo assimilatum. Cum enim, teste Samuele, sit *quasi scelus idolatriae non obedire, et quasi peccatum ariolandi nolle* 1. Reg. [illegible] *acquiescere*, quis non facile animadvertat, quod omnis clericus, qui contra sedis apostolicae obedientiam sacrificare presumit, abnegata virtute pietatis operatur mysterium iniquitatis, in quo signis mendacibus ita simplex seducitur populus, ut propter signorum, id est visibilium sacramentorum, indifferentiam nullam putet esse differentiam inter missas catholicorum, quae canuntur per obedientiam, et missas conducticiorum, symoniacorum publicorum et manifeste incestuosorum presbyterorum, quae canuntur contra aecclesiae interdicentis obedientiam? Est autem permaxima differentia, quia in missis catholicorum recognoscitur veritas veritatum, quae dicit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Cui dicenti: *Hoc facite,* salubriter obeditur ab eis quibus illud dicitur.

1 *Coll. Brit. Pelag. epist.* nr. 11, 'N. Arch.' V, p. 541 [illegible] *can. l.* [illegible] 144, p. 104; *Grat. C. XXIV. qu.* 1, c. 34. 2 *Epist.* 69, § 9 [illegible] 758. 3 *Serm.* 71, *XII*, c. 19, § 32, *Opp.* V, *col.* 400. 4 [illegible] *Opp. ed. Vallars. XI,* [illegible] 212

Dicitur autem hoc discipulis veritatis; non sedentibus *in concilio vanitatis,* in quo sedent super cathedras pestilentiae qui celebrant sacramentum summe obedientiae cum crimine pertinacis inobedientiae, in quorum sub anathemate vel excommunicatione interdictis missis recognosci potest vanitas vanitatum mentiente Antichristo, quod sit ipse Isai. 14, 14. similis Christo, mentiente diabolo, quod sit ipse similis altissimo. Sicut enim Pharao *f. 98. cf. Ex. 7, 11. per suos magos in similitudine signorum certans contra Moysen et Aaron *contendebat videri similis Domino, sic modo Antichristus vel diabolus per suos clericos in aecclesia negotiantes cum Symone mago, et fornicantes cum Nicolao, atque insuper interdicta officia presumentes contendit contra veritatem per sacramentorum similitudinem, in quibus tamen non magis operatur digitus Dei, spiritus veritatis, quam in falsis signis magorum Pharaonis, excepto sane baptismi sacramento, quod etiam per quemlibet laicum ritu aecclesiastico celebratum sine dubio ratum est.

Huc accedit, quod huiusmodi pseudoclericis non est interdictum nisi altaris officium et aecclesiasticum beneficium altaris ministris debitum. Tolerando ergo illos baptizantes aut alia officia minora quedam amministrantes, in interdicto illis altaris ministerio eis nolo communicare, ne inveniar sedens *in concilio vanitatis* contra obedientiam veritatis, que sedis apostolicae presulibus docet abstinendum a talibus. Utrum vero conficiatur Christi corpus in eorum missis necne, superfluum est investigare, cum sine dubio illud constet, quod ipsae tales missae sub excommunicatione sunt interdictae a nono Leone et a papa Nycolao, sicut successor eorum Alexander papa contestatur dicens[1]: *Precipiendo mandamus, ut nullus missam audiat presbyteri, quem scit indubitanter concubinam habere aut subintroductam mulierem. Unde etiam sancta synodus hec a capite sub excommunicatione statuit dicens: 'Quicunque sacerdotum[a], diaconorum, subdiaconorum post constitutum beatae memoriae predecessoris nostri sanctissimi pape Leonis aut Nycolai de castitate clericorum concubinam palam duxerit vel ductam non reliquit, ex parte omnipotentis Dei auctoritate[b] beatorum apostolorum principum Petri [et] Pauli precipimus et omnino contradicimus[c], ut missam non cantet, neque euangelium aut epistolam ad missam legat, neque in presbiterio cum[d] his ad divina officia, qui prefate constitutioni obedientes fuerint, maneat neque partem ab aecclesia suscipiat'.*

Haec de incestuosis dicta sufficiant, ne quis dubitet sub excommunicatione interdicta esse illorum officia et omnino respuenda sacrificia. Nunc de conducticiis eorumque conductoribus et omnibus in domo Dei negociantibus: quod anathemati subiaceant, assertio nostra posset requiri. Sed non est necessaria, cum hoc plenissime confirmet Pascalis pape decretalis epistola Mediolanensibus directa[2], in qua sic dicit: *Fraterne mortis crimen incurrit quisquis, dum potest, fratrem a morte minime defendit. Nos quoque qui excellentiae vestrae summum discrimen audivimus, summi reatus penam in-* Ez. 3, 18. *currimus, si tacemus, Domino prophetante, quia profecto sanguinem fundit, qui iniquitatem impiorum[e] tacendo dissimulat. Audivimus enim quod valde miramur, quod sacri* f. 98'. *apud vos ordines pecuniis distrahuntur, dum quicunque *tale aliquid attemptaverint, omnino heretici comprobentur Spiritu sancto per Gregorium intonante, quia quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc, ut fiat hereticus, promovetur. Et ut nostrae paginulae huius non presumptionis, sed timoris causam fuisse monstremus, beatus idem prosequitur[f]: 'Quisquis contra symoniacam, et neophytorum heresim pro officii sui loco vehementer non arserit,*

a) sacerdos vel diaconus post *Conc. Rom.* b) et auct. *Conc. Rom.* c) interdicimus *Conc. Rom.* d) ad divina officia cum his *Conc. Rom.* e) impiorum iniquitatem *P.* f) Gregorius *add. P.*

1) *Conc. Rom. a.* 1063, *c.* 3, *Mansi XIX, col.* 1025. 2) *Ed. F. Thaner, Lib. de lite I, p.* 5.

cum eo non se dubitet habere portionem, qui peius [illegible]. Quibus in verbis cum symoniaca et neophitorum [illegible] dignissimum crimen sit, apertissime declaratur protestante per Augustinum [illegible] ac dicente[1]*: 'Firmissime tene, et nullatenus dubites quemlibet [illegible], quamvis multas elemosinas faciat, vel etiam pro Christi [illegible] et angelis eius aeterni ignis incendiis*[a] *mancipandum, nisi ante finem huius vitae catholicae incorporatus et redintegratus fuerit aecclesiae'. Hinc est, quod Dominus [illegible] et ementes de templo eiecit, Dathan et Abiron viventes terra deglutivit, Simonem quoque magum temptantem Petrus damnavit, omnesque symoniacos ecclesiasticis iaculis*[b] *pe[illegible] anathematis damnavit. Et turpe nimis est, ut in plenissima iam [illegible] aecclesia tam ferali inimico succumbat, de quo in primordio suae infantiae tanta [illegible] triumphabat. Si quis autem obiecerit non consecrationes, sed res ipsas, quae ex consecratione proveniunt, vendi, videtur quidem aliquid dicere, nichil autem penitus sapere. Nam cum*[c] *aecclesiae aut episcopus aut abbas, aut tale aliquid sine rebus corporalibus exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum eorum haberi non provenit, neutrum invenditum dereliquit. Quam tamen obiectionem sacer*[d] *canon penitus exterminat, cum procuratorem vel defensorem aecclesiae vel regulae subiectum*[e] *a Deo per pecunias ordinari prohibet, ut interventores quoque tanti sceleris anathematis mucrone succidat. Quid plura? si anathematizati et excommunicati, et ut vere heretici, symoniaci et neophiti a numero sunt fidelium et aecclesiae separati, quis non videat, quod huiusmodi sacerdotum vel clericorum missae et orationes Deum ad iracundiam super populum provocent, quem placari talibus credebamus? Scriptum est enim: 'Omne, quod non est ex fide, peccatum est'. Et* Rom. 14, 23.
item[2]*: 'Veri sacrificii locus extra catholicam aecclesiam non est'. Unde dicitur: 'Hereti-* Tit. 3, 10.
cum hominem post primam et secundam correptionem devita'. Quomodo ergo tales episcopos vel abbates vel reliquos clericos devitamus, si eorum missas audimus, cum quibus si vel[f] *oramus, excommunicationem subimus? Quos quidem sacerdotes esse saltim credere omnino errare est, cum Petrus Symoni dicat: 'Pecunia tua tecum sit in perditione, quo-* Act. 8, 20.
niam donum Dei existimasti pecunia possideri'. Ubi cum 'existimasti' dicitur, patet, quia non pro eo quod fecerat, sed quia facere se posse crediderat, condempnatur. Item ex concilio Clementis pape[3]: *Iussum est antiquitus et nos sub anathemate interdicimus id ipsum de heresi symoniaca*[g]*, sicut sancta decrevit synodus, nullum aut aecclesiarum consecrationem*[h] *aut archipresbyteratum aut commendationes altarium aut traditiones aecclesiarum*[i] *rendere: quisquis conduxerit*[k] *aut vendiderit*[l] *aut emerit, anathema sit. Amen*[m]*. Et responderunt omnes tertio: Fiat, fiat.*

Audiant ista conducticii et conductores clerici, atque ex his que dicta sunt patenter animadvertant se subiacere anathemati, ac proinde in suis interdictis officiis iure debere contemni una cum incestuosis Nicolaitis. Illud sane volumus non ignorari, quod occulte negotiaciones et fornicationes clericorum servandae sunt in iudicium futurum. Quorum vero peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium, et de quibus, ut iam premonstratum est, iam factum est iudicium, sic sunt cavendi in suis interdictis officiis, ne, dum per eorum interdicta sacrificia operatur mysterium iniquitatis diabolus vel Antichristus, iniurietur deus

a) incendio *P.* b) petra *add. P.* c) corporalis *add. P.* d) chalcedonensis *add. P.* e) quemlibet *add. P.* f) simul *add. P.* g) *ita Mansi*; symonia *c.* h) aut clericatus ordinationem *add. M.* i) aut abbatias aut praepositur as *add. M.* k) contradixerit *M.* l) aut vendiderit *des. M.* m) Amen — fiat *des. M.*

1) *Fulgentius Rusp. de fide ad Petrum c.* 39, § 82. *Augustini Opp. ed. Bened.* VI *app. col.* 32. 2) *Prosperi l. sententiarum ex Augustino c.* 15. *Prosperi Opp.* 1711 *col.* 545; *et supra p.* 286. 353. 3) *Hic canon [illegible] ap. Mansi t.* XIX. *col.* 627.

Christus, qui cum sit altissimus et filius altissimi vocetur atque solus mysterium iusticiae ac pietatis in officiis licitis et non interdictis operetur, quisquis interdictus et officio privatus presumit sacrificare sancta aecclesia Romana per suos pontifices contradicente, immo in ipsis domino Iesu Christo prohibente, in eadem invenitur vanitate vanitatum se altis- Is. 14, 14. simo parificare seu preferre, in qua diabolus est locutus: *Ero similis altissimo.* Nempe dum interdictae missae non interdictis parificantur et assimilantur, vanis et falsis assertionibus vanitas vanitatum seu falsitas falsitatum invenitur in ore fabricantium tale menda- ib. 13. cium, quod cum primo diaboli mendacio recte censetur exsecrandum, licet in monte testamenti in lateribus aquilonis conflatum inveniatur, dum quasi de novo et veteri testamento videtur quibusdam quasi auctoritatibus communitum. Non enim ignoramus multos valenter literatos hoc affirmare, quod missae interdictae, quandiu eas episcopus quilibet in suo[a] episcopatu tolerat, sint indifferenter audiendae, licet aecclesia Romana Matth. 24, 24. prohibente. Atque ista litteratorum clericorum assertio in tantum convaluit, *ut in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi.* Verum qui vere sunt electi, si fuerint in hunc errorem inducti, in hac vita resipiscunt aut in futuro purgatorias penas tolerabunt pro eo, quod contra aecclesiam Romanam sentiunt. Michi autem absit contra 1. Cor. 13, 1. sanctam Romanam aecclesiam credere alicui, etiamsi linguis hominum loquatur et angelorum, etiamsi fulgeat virtutibus miraculorum; quoniam qualiscunque meriti sit, qui *f. 99'. contra fidem Petri sentit, quique successoribus *ipsius legitimis in ratione fidei catholice non consentit, portabit iudicium, quicunque est ille, etiamsi de numero fuerit electorum. Sic beatus Gregorius in Dialogo[1] de quodam Pascasio Romanae aecclesiae diacono scribit, qui, cum esset insignis Dei famulus, cultor pauperum, contemptor sui, et luculentissimos de Spiritu sancto libros ediderit, adeo sanctus, ut attactu feretri, in quo ipse defunctus ferebatur, demoniacus fuerit liberatus, tamen post mortem gravissimas penas exsolvit pro eo, quod contra Symachum papam cum Laurentio sensit, non in summo negotio fidei, sed in ipsius pape Symachi electione, cui predictus Pascasius voluisset, si salva pace aecclesiae potuisset, Laurentium pretulisse. Quanto magis ergo in summo fidei sacramento periculosa et perniciosa est dissensio, periculosa electis in errorem ductis, perniciosa malis in eundem errorem, quos possunt, inducentibus, et ipsum errorem pertinaciter defendentibus? Nam revera errantes et in errorem quos possunt mittentes, nisi resipiscant, eternaliter damnabuntur. Boni autem per eos decepti, sicut predictus Pascasius, qui culpam suam in hac vita non deflevit, quam nec culpam esse credidit, si de hac vita in hac deceptione rapiuntur, in alia purgabuntur. Ego autem pauper David, pauper et penitens, arbitratus multo melius in hac vita emendari, quam in alia cruciari, ne forte reprobus inveniar, hoc oro, ut in hac vita probes me: ideo dixi et dico tibi, Deus meus, qui es veritas veritatum, cui displicet omnis vanitas, maxime vanitas vanitatum; Ps. 25, 2. tibi, inquam, dico: *Proba me* in hac vita, *et tempta me; ure renes meos,* ne me delectent vana: *ure cor meum,* ne libenter cogitem vana vel credam illa esse vera, que vana sunt, maxime officia et sacrificia interdicta, in quibus deprehensa est vanitas vanitatum a sanctis patribus, quorum testimonia supra posuimus, in quibus testimoniis ib. 3. vanitatem reprobantibus, misericordiam vero et veritatem conmendantibus, *misericordia tua ante oculos meos, et complacui in veritate tua,* quam sonant predicta testimonia. ib. 4. Ideo acquiescens testimoniis veritatis, ex quo ea patienter intellexi, *non sedi cum concilio vanitatis* cavens interesse illorum conventiculis, in quorum sacrificiis et officiis interdictis non mysterium veritatis et misericordiae, sed mysterium est iniquitatis et vanitatis.

Nam etsi, ut plures valenter literati contra aecclesiam Romanam sentientes contendunt, ibidem conficiatur corpus Christi, non est aliter in manibus eorum, quam fuit

a) sua c.

1) *L. IV, c. 40, Opp. ed. Bened. II, col. 444.*

in manibus Iudeorum crucifigentium, et ideo sunt rei [illegible] Domini. Attamen sanius hoc inde sentitur, quod aecclesia Romana [illegible] eios et incestuosos ecclesiastico pariter officio et beneficio [illegible] officia in aecclesia Dei sustineantur, mandavit. In cuius [illegible] segnes inveniantur episcopi nonnulli, ego tamen non *[illegible]* sicut in Hebreo habetur *cum viris vanitatis, qui [illegible]* cum his non placet mihi consessio, id est consensio in eorum [illegible] corporaliter aliquando commiscear, non eis consentiam, neque cum eis approbabo quod approbant, qui se in temporalibus et vanis rebus beatos putant, quando pro commodis temporalibus et vanis officia interdicta celebrant vel alia faciunt, quae [illegible] et non sunt. Et quoniam vanitas ista omnium vanitatum vanitas et radix est iniquitatum, quamvis interdum sim cum gerentibus iniqua in area dominica, in qua cum granis palea est ferenda, tamen *cum iniqua gerentibus non [illegible]*. Quoniam ad [illegible] gerenda nec inicium consensionis adhibebo, atque cavebo, adiuvante divina gratia, ut non prevaleant apud me portae inferi adversus illam fidem, quam a Petro et [illegible] bus eius didici, quorum testimonia ex parte superius memoravi. Ideo per illas porta inferi, quas aperuerunt heretici vel aperiunt, cum sedis apostolicae interdicta contempnunt, *ego cum iniqua gerentibus non introibo.* Sed *odivi aecclesiam malignantium.* Non tantum vitavi concilium vanitatis, absentans me corde vel etiam corpore ab eorum perversis conventiculis, in quibus deprehensa est vanitas vanitatum, sed et *odivi aecclesiam malignantium*, id est malignitatis consilia contra proximos machinantium. Nam si quis non dederit eis munera vel si quis non diligit eorum facta, sanctificant super eum bellum cupientes de coetu aecclesiae separare omnes, qui malignitatibus eorum vel solo verbo audent obviare. Propterea *odivi aecclesiam malignantium.* Non dico simpliciter 'odivi aecclesiam'; nec dico, quod oderim ipsos malignantes, quia, licet alias non improbabiliter dixerim: *Iniquos odio habui, et legem tuam dilexi*, tamen hac vice non Ib. 118 [illegible]
dico ipsos malignantes me odio habere, quia non esset bonum tale odium, presertim, si contra malignos esset malignum: sed *odivi aecclesiam malignantium*, id est odivi hanc oppositionem in adiecto, hanc pugnam in vocabulo contra se diviso, quo illi dicuntur aecclesia, qui non sunt aecclesia, sed sunt malignantes. Cum enim recte dicatur aecclesia convocatio iustorum, synagoga satane indigna est hoc nomine, ut dicatur aecclesia. Verum cum dicitur 'aecclesia malignantium', tale est ac si dicatur: animal mortuum, quod, si est animal, non est mortuum; si est mortuum, non est animal. Similiter 'aecclesia malignantium, quia est malignantium, non est aecclesia et ideo res est odio digna, quod dicitur aecclesia. Propterea *odivi aecclesiam malignantium*, cupiens ita dici aecclesiam, ut non sit malignantium, sed [con]vocatio iustorum. Etiam de manufacta aecclesia eadem stabit sententia, si per symoniam fuerit consecrata, consonante nobis Alexandro papa et dicente in suis decretis[1]: *Aecclesia, quae per pacti precii claruerit esse consecrata et, ut verius dicatur, execrata, nullo modo pro aecclesia habeatur.* Haec dicente Romano pontifice nos quoque licenter dicere possumus, quod symoniace consecratas aecclesias malignantium vel etiam aecclesias a scismaticis consecratas digno elogio percutiat istud preconium, quo dicit quisque catholicorum: *O[illegible] aecclesiam malignantium. Et cum impiis non sedebo.* Qui sunt malignantes? Ipsi sunt impii. Malignantes contra proximum, impii contra Deum. Malignantes non tenendo fraternam dilectionem, impii sentiendo contra veritatem et fidei sinceritatem. In altero scismatica perversitas, in altero heretica paret impietas. Et revera: *[illegible] non abiit in consilio impiorum*, beatior efficitur, si cum eisdem impiis non sedebit saltem ad audienda eorum consilia, quia corrumpunt mores bonos confabulationes pessimae.

1 *V. supra p.* 162. *n.* 1

Tit. 3, 10. Ideo hereticum hominem post primam et secundam correptionem devitans cum impiis 2. Tim. 2, 17. non sedebo, ne forte in periculum vertatur talis consessio, et eorum sermo, qui ut cancer serpit, etsi non possit me facere impietati consentaneum, faciat saltem contentiosum ad subversionem audientium.

. . . .

INCIPIT PROLOGUS IN TERCIAM PARTEM TRACTATUS IN PSALTERIUM.

Fieri posse fateor in Christo, amabilis pater Chûno, preposite Chiemensis[1], quod indixisti mihi opus, videlicet hoc nostrum quod in psalmos de dictis et sensibus patrum conteximus a bonis et religiosis amandum, sed ab irreligiosis despiciendum. Quid ergo mihi agendum est? Nam quia superbis et irreligiosis despectui futurum opus istud arbitraris, ideo silebimus et despectionem istam cavebimus. Non ita suadet caritas fraterna, que nobis per ora humilium diligenter instat et imperat, ut a bono cepto desistamus propter malos et superbos, qui hoc despiciunt suoque despectu nos magis ac 3. Reg. 1, 3. magis ad scribendum alliciunt. Si enim Abysag Sunamitis, quod interpretatur captiva seu despecta[2], inde regis David servis complacuit, quod ipsum regem pre nimia senectute frigidum calefacere ac fovere idonea fuit, qui sub operimento vestium calefieri non potuit, forsitan et scriptura nostra tanquam Sunamitis veri David servis inde placf. Matth. 24, 12. cebit, quod in tempore hoc refrigescente multorum caritate, licet sit despecta, tamen invenitur calida et ad calefaciendum regem Christum idonea magis quam multa vestimenta, quae intelligi possunt infrigida illa et multiplici psalmodia, in qua labor labiorum operiet eos et non calefacit qui verbotenus tantum psallendo labiis Deum hono- 1. Cor. 14, 15. rant, cor autem eorum longe est a Deo, dum psallunt spiritu et non mente, quorum, ib. 14. ut ait apostolus, mens absque fructu est inter psallendum neque calefacit vel ad amorem sui provocat regem verum David, qui non tam verborum decorem, quam sensuum fervorem in psallendo amat. Sit ergo licet rustica et despecta in dictamine nostro facies litere, sperandum tamen est cum illi eiusque servis eam placere, qui cum sit frigidus erga frigidos psalmistas calidum se illis in ardore divini amoris exhibet, quos inter psallendum fervere cognoscet. Tu ergo et ceteri fideles, qui primam vel et secundam huius operis partem acceptastis et approbastis, accipite et hanc tertiam Spiritui sancto in Trinitate tertio; qui amor Dei eternus est ob hoc dedicatum, ut ipse dignetur nobis psallentibus adesse calefaciendo nos erga Deum et Deum erga nos in caritate 1. Cor. 13, 8. non ficta, quae nunquam excidat, sed in eternum permaneat et illam in nobis beatitudine perficiat, quam psalmus XXX. primus enuntiat, a quo hec tercia pars inchoat.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT PARS TERCIA.

IN PSALMUM XXXI.

. . . .

f. 17'. Non puto silendum miraculum nostris temporibus actum et multis contestantibus divulgatum. Fridericus dux Sueviae[3], homo[a], quem scimus esse hominem curialem totumque urbanitati, ne dicamus vanitati, deditum, secum, ut fertur, habuit hominem demoniacum, per quem demon solebat improperare peccata secreta et inde ipsi duci

a) *linea subd. alio atram. c.*

1) *Quem invenis in chartis Conradi archiep. Salisburgensis a.* 1139. *et* 1144. *apud Hansiz, Germania sacra II, p.* 236. 238. 242, *in charta Eberhardi archiep. s. d. ib. p.* 951. 2) *Nescio unde Gerhoh haec sumpserit.* 3) *Fridericus II, qui a.* 1147. *mortuus est.*

erat iocandi et deridendi occasio apta. Accidit ergo, ut duo milites ad ipsum ducem venire necessarium habentes in via conferrent, quomodo [illegible] tam ducis quam demonis evaderent. Et dixit alter ad alterum: 'Faciamus nunc, prout possumus, inter nos mutuas confessiones hoc firmiter spondendo, ut cum [illegible] habere poterimus, legitimas illi faciamus confessiones et ad illius consilium atque mandatum paenitentias agamus peccatorum'. Sic dixerunt et sic fecerunt. Cunque ad ipsum ducem venissent, ecce demoniacus affuit; cui dux Fridericus dixit: 'Agnoscis hos duos milites tibi, ut credo, satis familiares?' 'Agnovi', inquit, 'iam dudum et ipsos et multa secreta eorum, sed ex quo in via confabulati sunt sub arbore [illegible] prostrati, omnia eorum secreta sic perdidi, ut nichil inde possim reminisci'. Hoc non esse fabulam, sed rem gestam contestatur Suevia, in qua ipso duce Friderico adhuc superstite[1] solent milites et clerici complures inter ceteras urbanitates ducis ha[illegible] referre, sicut nos nuper audivimus, cum in Suevia essemus. Et quia huius rei multas testes scimus adhuc superstites, nos ad commendationem seu comprobationem efficaciae, quam credimus esse in confessione, quod audivimus fideliter narravimus, ut ad confessionem peccatorum tanto simus promptiores, quanto eam novimus et Deo cariorem et demonibus odibiliorem.

. . . .

IN PSALMUM XXXIII.

. . . .

Pulchrum[2] talis miliciae spectaculum nostris in diebus prefulsit, quando beatae memoriae papa Urbanus urbano sermone christianos milites ad hoc animavit, ut etiam visibiliter signati cruce Christi pergerent Hierosolimam, liberare illam civitatem sanctam de manu paganorum. Quod[a] et factum est per crucis Christi vexillum triumphale in tanta miraculorum evidentia, ut inter humana castra visibiliter quoque apparerent angelorum Dei castra *in*[b] *circuitu timentium eum,* precipue cum expugnarent Antiochiam, qua expugnata diverterunt Hierosolimam, ut illam quoque crucis Christi signaculo communiti expugnarent et de manu gentium liberarent. Si quem scire delectat, quam pauci christiani milites in innumerabiles paganorum exercitus in illa expeditione fugaverint et superaverint, legat hystoriam inde conscriptam[3] et inveniet multociens tunc etiam ad litteram adimpletum, quod legislator in antiquo populo factum admiratur dicens: *Quomodo persequebatur unus mille et duo fugarent X milia.* Sed et si aliquando contra eos hostilis invaluit exercitus propter peccata populi christiani, tamen angelus[c] Domini Deut. 32, 30. affuit *in circuitu timentium eum* et per paucos timoratos ac iustos genti peccatrici populo pleno peccatis paenam illatam fecit emendatoriam et consolatoriam, sicut accidit Ps. 33, 8. eis in civitate Antiochia, quam cum post multa prelia intrassent, una illis porta nutu Domini per traditionem aperta, civibus ad arcem confugientibus[4] indeque atrociter preliantibus, exercitus Persarum forinsecus ipsam civitatem Antiochiam obsedit atque ita christianis tam intus quam foris bellum incubuit, quos tam atrociter fames quam gladius angustiavit. Erant enim in exercitu christiano praeter clericos monachos aliasque personas inermes pugnatorum circiter C milia[5], quibus invalescente bello ac fame intolerabilis fuit angustia per aliquot dies prolongata[6]. Sed clericis ac monachis aliis-

a) [illegible] b) in — eum [illegible] c) [illegible]

1) Ante a. 1147 [illegible]. 2) [illegible] Bach, 'Oesterr. Vierteljahrsschr. für kathol. Theologie' IV (1865) p. 41 sq. [illegible] 3) [illegible] videtur compilationem ex Roberti Remensis Historia Hierosolimitana [illegible]. 4) Raimundus de Aguilers c. 9, [illegible] 'Hist. Occid.' III p. 251; cf. Rob. Hist. VI c. 3, 'Recueil', 'Hist. Occid.' III p. 80[illegible]. 5) [illegible] p. 242. 6) Rob. VI c. 14, 'Hist. Occid.' III p. 814 sq.; cf. [illegible] p. 258.

que Deum timentibus officiis missarum et studiis orationum vehementer intentis angelus magni consilii affuit, quia dominus noster Iesus Christus cuidam sacerdoti religioso[1] apparuit eumque an se recognosceret requisivit. Ille vero cruce capitis quam ex pictura imaginis Christi cognoverat inspecta circa caput Iesu eum recognovit ac reverenter se coram illo humiliavit. Tunc eidem presbytero per ipsum angelum magni consilii manifestata est causa, propter quam tribulatio christiani exercitus fuerat aggravata. Erat autem causa haec. In exercitu christiano ducebantur mulieres paganae captivae, cum quibus multe committebantur inmundiciae. Similiter et cum mulieribus christianis exercitum comitantibus fiebant quae non licebat. Capta igitur, ut dictum est, Antiochia et mulierum captivarum[a] turba multiplicata successu quoque victoriae accidente, non fuit in exercitu christiano conveniens respectus disciplinae. Propter quam causam Dominus ipse per supra notatum presbyterum populo christiano penitentiam indixit[2]. Qua penitentia in publico enuntiata et devote suscepta cuidam religioso monacho studiose orationi ac vehementer incumbenti, in oratorio sancti Petri apostoli eiusdem civi-
*f. 80. Ioh. 19, 34. tatis primi episcopi per visum ostensa est lancea terrae *suffossa, qua latus Domini fuit in cruce dormientis apertum[3]. Monacho igitur visionem consolatoriam referente certatim in loco designato terra foditur, et lancea sancta, lancea victoriosa post multam suffossionem reperitur[b, 4]. Qua de profundo in altum levata, subsequebatur in populo pariter et acclamatio laeta et murmuratio dissona, quibusdam dicentibus, quod deceptor esset monachus. Igitur ipse monachus in Domino confortatus petivit copiosum ignem spectante populo fieri, per quem si ipse cum inventa lancea illesus transiret, eius veritas appareret. Quo facto monachus apparuit ita illesus, ut nec in vestimentis eius esset unus criniculus adustus[5]. Confortatus igitur et animatus christianus exercitus cum predicta lancea extra civitatem Antiochiam processit paganosque usque ad internitionem protrivit militibus quidem pugnantibus, sed clericis aliisque religiosis personis ad Deum clamantibus, quorum orationibus angelica castra tunc advocata in albis equis cum vexillis et armis candidissimis quidam christianorum viderunt[6]. Innumerabiles vero acies paganorum non solum visu eorum territae, sed etiam telis eorum fulmineis partim prostratae, partim fugatae sunt. Erat autem tunc in illo exercitu Podiensis episcopus[7] vir prudens et religiosus a domno papa Urbano exercitui christiano in solatium deputatus cum multis clericis Deum timentibus et corpus Domini cum reliquiis sanctorum quasi arcam federis cum manna portantibus, in quorum custodia per circuitum castrorum videres quasi milia signatorum ex omni tribu filiorum Israel. Ibi Teutonici cum Francigenis. Teutonicorum precipuus erat dux Godefridus, cui adheserunt Luteringi, Bawari, Saxones et reliquae Teutonicae nationes. Francigenarum precipuus erat Hugo Magnus[c], frater regis Franciae[8], cum quo comes sancti Egidii[9] reliquique principes illius nationis regebant suae linguae castra ordinatissima. Quibus in via coniunctus est Poimundus cum multis militibus de Apulia. Qui Poimundus cum sibi adherente milicia post captam Antiochiam resedit in ea. Reliquus vero exercitus cum duce Gotefrido profectus est Hierosolimam, quam lignea turri forinsecus erecta[10] et ad murum adacta nostri ceperunt et cunctis in spurciciis eliminatis mundaverunt, atque ante sepulchrum Domini de sua victoria Deo gratias egerunt. . . . . . .

f. 80'. Ad sepulchrum vero Domini propinquantes non presumpserunt pedibus ambulare, sed genibus et cubitis reptando sepiusque terram osculando usque ad sepulchrum ipsum

a) alter a ex i; locus rasus c. b) i eras. c. c) in marg. suppl. c.

1) *Rob. VII. c. 1. l. l. p. 821.* 2) *Ibid. p. 821.* 3) *Ibid. c. 2, p. 822.* 4) *Ibid. c. 3, p. 823; cf. Raim. p. 257.* 5) *Hoc apud Robertum non legitur; consonat autem narratio cum Raimundo de Aguilers c. 18, p. 284.* 6) *Rob. VII. c. 13, p. 832.* 7) *Ademarus.* 8) *Philippi I.* 9) *Raimundus.* 10) *Rob. IX, c. 6, l. l. p. 866; cf. Raim. c. 20, l. l. p. 299 sq.*

singillatim et certatim accesserunt[1], ipsi assignantes [illegible] et [illegible] qui de sepulchro surrexit et in celum ascendit, sedensque ad dexteram patris dominatur in medio inimicorum suorum, gloriosus[a] in splendoribus sanctorum et victoriis eorum. Ipsi gloria, honor et victoria semper ubique in omnia secula. Amen.

Sed quia suos milites Christus non vult securitate torpescere, post captam Hierosolimam cum infinito exercitu supervenit rex Babilonis atque consedit apud Ascalonam, civitatem quondam Philistinorum et semper Hierosolimae civitati sanctae inimicam[2]. Non igitur placuit christianis militibus intra civitatem sanctam tamdiu residere, donec regi Babilonico vacaret eam obsidere, sed gustu audaciae accepto egressi versus Ascalonam ante portam illius commiserunt pugnam. Dictum est mirabile, cum quanta illic triumphaverint virtute, paganorum exercitu ita prostrato, ut campis madentibus nimio sanguine cadavera et membra truncata natarent in sanguine. Tunc rex Babiloniae ad portam Ascalone confugiens deum suum Machmoth cepit blasphemare, quia non eum bene adiuverit[3], nostri autem cum laudibus triumphalibus Hierosolimam revertentes dominum nostrum Iesum Christum, dominum verum in sua victoria magnificaverunt. Gloriosum valde fuit illud spectaculum de bello revertentium. In quo Teutonici more suo cantantes et Francigene more suo[b] clamantes tantas in altum voces extulerunt, ut resonabilis echo de montibus et vallibus respondendo illud propheticum videretur etiam ad literam implere: *Montes et colles cantabunt coram Deo laudem et omnia ligna silvarum plaudent manu*[4]. Capta est autem Hierusalem anno dominicae incarnationis MLXXXXVIIII. in Idibus Augusti[5]. Quae dies adhuc Hierosolimae ita celebris habetur, ut in ea cum summa diligentia officium tantae victoriae congruum celebretur, cuius ad introitum canitur: *Laetare Hierusalem.* Legitur euangelium: *Cum intrasset Iesus Hierosolimam,* [illegible] *commota est universa civitas, dicens*[c]*: Quis est hic?* Sunt autem in ipsa civitate quatuor magne congregationes regulares[c] communem vitam a sanctis apostolis ordinatam professe iuxta regulam beati Augustini, sed ad munimentum istarum congregationum aliorumque in illa civitate Deum colentium et timentium *inmittit*[d] *angelus Domini in circuitu ipsorum Deum timentium* castra militum bene ordinata contra paganos dimicantia et semper ad procinctum parata.

IN PSALMUM XXXIIII.

. . . .

Quam sit utile sic pro inimicis orare, non solum conversio multorum Iudeorum, sed etiam falsorum christianorum declarat, qualium unus veritati valde oppositus nuper conversus[e] et in bona spe defunctus est. Fuit autem idem in aecclesia Frisingensi et Pataviensi multarum aecclesiarum incubator, quas per conducticios non tam regebat quam perdebat. Pro qua re cum ego Gerhoh Richirispergensium fratrum servus illum redarguerem per scripturas ostendendo, quod in domo Domini est illicita huiusmodi negotiatio, cum pridem fuisset amicus, factus est michi grandis inimicus. Contigit autem, ut infirmatus morti appropinquaret, quod persentiens monachi habitum assumpsit in monasterio Wihenstevensi. Cui usque ad mortem periclitanti frater quidam, nomine Heinricus, monachus in custodiam deputatur. Quo assidente infirmantis lectulo infirmo ipsi, ut postmodum retulit, apparuit horrenda visio. Nam duo canonici aecclesiae Pataviensis nuper ante subitanea morte preventi astiterunt egrotanti, affirmantes eum nimium sero monachatum et in sorte ipsorum deputatum, ut pariter essent in paenis qui pariter

a) [illegible] b) [illegible] c) [illegible] d) [illegible] circuitu [illegible] e) [illegible]

1) *Rob. IX. c. 9. l. l. p. 869.* 2) *Ibid. c. 14. l. l. p. 872.* [illegible] versatrix Ierusalem. 3) *Rob. IX. c. 21. p. 877.* 4) [illegible] *IX. c. 24. l. l. p. 880.* 5) *Immo Id. Iul.*

erant in culpis, quas etiam culpas vehementer improperabant ei, nichil aliud dicenti nisi 'phuch, phach', quo sono in lingua Teutonica exsufflantur et repudiantur queque fetentia et putrida, molesta et inhonesta. Cunque hunc sonum horrisonum frequentissime ac diutissime reiteraret nullomodo indicans aut indicare valens, quare id faceret, ipse frater, qui eum custodivit, nunc ad caput lectuli, nunc ad pedes trahebatur ab eodem infirmo per cucullam, quam ad modum scuti faciei suae studuit obtendere, quasi nitendo se ab aliquo periculo defendere. Contigit postea, ut ad communem sensum idem infirmus reverteretur et a predicto monacho interrogaretur, quid fuisset passus in suis nocturnis et phantasticis anxietatibus. Ille rem per ordinem narravit atque inter caetera culparum suarum sibi facta improperia: 'Nullum, inquit, peccatum meum sic timeo, sicut illud quod commisi in Spiritum sanctum'. Interrogatus ergo diligentius de peccato hoc dixit: 'Domnum Gerhohum Richerispergensem prepositum, vere assertorem veritatis, propter ipsam veritatem odivi et verbis eius valde restiti, non decipiente me ignorantia, sed stimulante superbia, invidia et avaricia nevoque inimiciciarum, quas in eum propter hoc exercui, quia eum conversationi meae mihique similium contrarium[a] persensi'. His dictis eundem monachum vehementer adiuravit, ut quam cito me videret in terram prostratus veniam sibi a me peteret. Ego postea illo defuncto ad idem monasterium veni et ille frater, sicut fuerat adiuratus, ante pedes meos in terram prostratus veniam defuncto postulavit remque mihi per ordinem indicavit. Cui ego ita paratus fui dare atque a divina clementia rogare veniam, ut lacrimae de oculis meis pro commemoratione illius erumpentes pro testimonio indubitato mihi sint, quod culpa, quam ante mortem recognovit et cuius indulgentiam per se suumque vicarium petivit, abolita sit. Neque vero huic fidei ac spei meae hoc repugnat, quod ille confessus et
*f. 108'. conquestus est *in Spiritum sanctum se peccasse, scienter adversando veritati.

IN PSALMUM XXXVIII.

. . . .

f. 6. Ps. 38, 4. *Concaluit cor meum* hinc urente me igne Dei et desiderio caelestium, ubi tutum erit silentium, quia nemo ibi loquetur post universale illud completorium, finale videlicet iudicium completivum cunctorum divinorum operum, in quo dimittes quemlibet
Luc. 2, 29. *servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace,* ac silentio quietissimo nulla ibi
Ioh. 6, 45. existente necessaria docendi vel discendi occupatione, quia erunt omnes docibiles Dei,
Luc. 2, 30—32. quando videbunt omnes electi salutare tuum, quod parasti tunc exhibendum *ante faciem omnium populorum lumen ad*[b] *[revelationem] gentium, et gloriam plebis tuae Israel.* Quia ergo nondum est mihi hora vel vitae vel seculi extrema, in qua dimittes me servum tuum in pace, ut spero: nunc interim *concaluit cor meum,* dum neque loqui neque silere invenio mihi tutum. Fuit aliquando, ut pro mea paulo amplius persona veritatem con-
Matth. 25, 12. fitendo loquar: fuit, inquam, ignitum eloquium meum vehementer: sed quoniam habundavit iniquitas refrigescente caritate multorum, frigescere quoque iam cepit mea culpa eloquium meum, ita ut premortuis pene cunctis membris meis vix calor vitalis in
Ps. 38, 4. pectore meo sit relictus. Quo tamen adhuc aliquatenus vigente *concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis,* uti mihi hec scribenti testimonium perhibent litterae sedis apostolicae ad me directae, quarum textus ita se habet[1]:

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gerhoho Richerspergensi preposito salutem et apostolicam benedictionem. Scripta devotionis tuae benigne recepimus
*f. 6'. *et fervorem tuae religionis *ex eorum inspectione manifeste cognovimus. Concaluit enim cor tuum intra te et in meditatione tua exardescit ignis. Ignitum quoque eloquium tuum vehementer. Super hoc itaque, quod contra pessimas novitates, commociones quoque,*

a) *in marg. c.* b) a. g. et g. p. *abbrev. c.*

1) *Jaffé nr.* 8922; *cf. supra p.* 396.

quae contra aecclesiam Dei et personas ecclesiasticas oriuntur, te esse constanti conatu cognoscimus, paterno affectu gaudemus et devotionem tuam in Domino collaudamus. Veruntamen, quoniam bonum est incipere, sed multo melius consummare, dilectionem tuam in Domino commonemus, ut in bono proposito firmiter persevere. Quia nos personam tuam tanquam literatum et religiosum virum paterna caritate diligimus et, in quibus secundum Deum possumus, honorare et manutenere volumus. Data Sutrii VIII Kal. Iunii.

Has litteras huic operi placuit hoc loco inseri, ut ex eis valeat animadverti, quod ego Gerhoh dictaminis huius minister testimonium habeo non solum a mea propria conscientia, sed etiam a sede apostolica, veraciter me in hoc psalmo dicere posse non solum ex persona David, sed etiam propria mea persona: *Concaluit cor meum intra me et in meditatione mea exardescet ignis.* Ps. 38, 4. Fuit aliquando, ut premisse litterae testantur, ignitum eloquium meum vehementer: sed nunc prefocata eloquii flamma et ore meo pene penitus concluso, dum loqui, ut solitus eram, inutile puto et ideo taceo, ignis pridem in eloquio flammescens, nunc se ad interiora cordis contraxit, atque inde *concaluit cor meum intra me et in meditatione mea*[a] *exardescet ignis,* pre cuius magnitudine conceptum sermonem interdum non valeo tenere. Nam etsi voluero tacere, non valeo neque hoc mihi permitti scio et bene sentio, atque in hoc ipso gaudens gaudebo propter vocem sponsi, quam audire desidero etiam per os asinae, quanto magis per os prophete. Desideranti mihi audire hanc vocem sponsi contigit per ipsius gratiam, ut aliquando per os proprium audirem eam, ita ut verum essse persenserim, quod ipse ait suis discipulis: *Ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et* Luc. 21, 15. *contradicere omnes adversarii vestri.* Item: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus sanctus.* Matth. 10, 20. Unde unus talium confidenter ait: *An experimentum eius queritis, qui in* 2 Cor. 13, 3. *me loquitur Christus?* Longe quidem sub talium pedibus ego iaceo vinctus peccator longo et multiplici funiculo. Unde quod Ezechieli dictum est, michi quoque utcunque dici convenit: *Et tu, fili hominis, ecce data sunt super te vincula.* Item: *Adherere* Ez. 3, 25. 26. *faciam linguam tuam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est.* Attamen veracem esse didici, si virtutem discretionis habuisset, amicum beati Iob, ubi dixit: *Sed conceptum sermonem tenere quis possit?* Iob 4, 2. Et quidem conceptum sermonem superfluum sive malum non posse tenere, vitiosum est et stultum iuxta illud Sapientis: *Sagitta infixa in femore canis, sic verbum in corde stulti.* Eccli. 19, 12. Sed econtra conceptum sermonem bonum et necessarium non posse tenere gloriosum est, quemadmodum Ieremias tenere non valens, cum dixisset: *Et factus est mihi sermo* Ier. 20, 8. 9. *Domini in obprobrium et in derisum tota die et dixi: non recordabor eius, neque loquar in nomine ipsius,* ita subiunxit: *Et factus est in corde meo quasi ignis exestuans clausus in ossibus meis et defeci ferre non sustinens.* Sed emuli mei nolentes, immo et dedignantes credere, quod istiusmodi ardeam igne, moventur contra me addentes igni fervoris ignem doloris: unde non solum caluit, sed igne gemino *concalescit cor meum intra me,* dum peccat aliquis ac pene scandalizatur in me, quod scribo, quod in psalmorum tractatu ex dictis patrum quedam colligens aliquid supererogo, presumptioni deputans et vanae gloriae. Veruntamen quomodocunque volunt, presentes de nobis iudicent, futuri clementius iudicabunt. *Dum enim vivimus,* ait vir illustris beatus Ieronimus[1], *et vase fragili continemur, videntur amicorum prodesse studia et nocere emulorum obprobria.* Postquam autem reversa fuerit terra in terram suam et tam nos, qui scribimus, quam eos, qui de nobis iudicant, pallida mors[2] subtraxerit et alia venerit generatio, primisque cadentibus foliis virens silva succreverit, tunc sine nominum dignitate

a) m. ex. i. *abbr.* c.

1) *Nescio ubi.* 2) *Hor. Carm. I. 4, 13.*

sola iudicantur ingenia. Nec considerat qui lecturus est, cuius, sed quale sit, quod
lecturus est, sive ille episcopus, sive laicus, imperator et dominus, miles et servus, aut
in purpura et serico, aut in vilissimo panno iaceat, non honorum diversitate, sed ope-
rum merito iudicabitur. Nunc cepta prosequamur.

[illegible] *Concaluit cor meum intra me.* Non simpliciter caluit, sed *concaluit* cor meum,
dum, sicut dictum est, accessit ignis ad ignem. Num ignis ille, quo ardentes dicunt
Luc. 24, 32. discipuli: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum nobis*[a] *loqueretur in [via] et ape-
riret nobis scripturas?* Cor meum calefecit in amore veritatis obscura illuminando.
Ps. 118, 158. Huic accessit ignis doloris, qui me tabefecit, ita ut dicerem: *Vidi prevaricantes et
tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.* Sic sic *gemino igne amoris et doloris
concaluit cor meum intra me, ubi loquitur homo interior cum Deo suo in secreto soli-
loquio, et ignis iste geminus exardescet non estuatione insana vel tumultuosa, sed *in
meditatione,* id est, ex consilio prudenter accensus, unde animus meus reddebatur valde
anxius, loquererne an tacerem. Periclitans autem in hac fluctuatione dicendi et tacendi
hoc elegi, ut cavens effundere sermonem, ubi non erat auditus, in secreto soli Deo
[illegible] loquerer, cui etiam *Locutus sum in lingua mea.* . . . . . .

IN PSALMUM XXXIX.

. . . .

f. 65. Porro cantica euangelica omnino sunt nova, ut canticum virginis Dei genitricis
[illegible] 1. Mariae canticumque Zachariae atque Symeonis canticum, qui expectans expectavit
Dominum, et intendit ei, et exaudivit preces eius et eduxit eum de luto fecis et de
*f. 66'. lacu miseriae statuitque supra petram pedes eius, et *direxit gressus eius et inmisit
[illegible] 2, 29.30. in os eius canticum novum, quod est huiusmodi: *Nunc dimittis servum tuum, Domine,
secundum verbum tuum in pace: quia viderunt*[b] *oculi mei salutare tuum.* Dicat nunc
[illegible] 2, 25. non solus ille Symeon iustus et timoratus expectans consolationem Israel, sed omnis
[illegible] 1. homo iustus et timoratus, expectans et ipse consolationem Israel, dicat, inquam: *Ex-
pectans expectavi Dominum et intendit mihi et exaudivit preces meas.* Dicat hoc totiens,
quotiens intelligit exauditum se in aliqua consolatione Israel, ut nunc in anno domi-
nicae incarnationis MCXLVIII. magna provenit consolatio Israel. Fuerat in annis
preteritis magna desolatio in eo, quod persepe reges et principes convenerunt in unum
adversus Dominum et adversus Christum eius, nunc autem reges et principes con-
veniunt in unum ad faciendam vindictam in nationibus aecclesiam Dei vastantibus et
[illegible] 7, 9. civitatem Ierusalem, in qua sepulchrum Domini est, impugnantibus. En lectulum veri
Salemonis multi fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladio et ad bella
doctissimi lectulum, scilicet sepulchrum Domini, defendere ac munire parati! Unius-
cuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos, quia christiano exercitui
lex continentiae indicitur, ut sint castra Dei munda et bene ordinata. Inde mihi cui-
libet fideli et catholico iucunda est in hoc psalmo preteritorum temporum commemo-
ratio et cum presentibus eorum collatio. Nam ego aecclesia in Abraham, ut dictum
est, *expectans expectavi Dominum et intendit mihi et exaudivit preces meas.* Ego in
multis prophetis et iustis, qui voluerunt videre consolationem Israel, *expectans expectavi
Dominum et intendit mihi,* mittens tandem quem missurus erat ad consolationem Israel.

Ego item in sanctis novi testamenti post ascensionem Christi, *expectans expectavi
Dominum,* promissum videlicet Paraclitum, *et intendit mihi,* quia subito inter expectan-
Act. 2, 2. dum *factus est repente de celo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis et replevit
totam domum, ubi erant sedentes,* et expectantes Paraclitum septiformem, fortissimum
Ap. 12, 3. tutorem contra septem draconis capita, VII videlicet mundi huius principalia regna in

[illegible]

regno Romanorum conglobata. Ibi regnum Egyptiorum, quod Augustus victis Antonio et Cleopatra, subiugavit; ibi regnum Iudeorum, quod per Machabeos fuit Romanis confederatum et tandem sub eis in tetrarchias comminutum. Ibi Chaldeorum sive Assiriorum, ibi Medorum sive Persarum, ibi Macedonum sive Grecorum [illegible] imperii tota convenit, ubique terrarum tunc imperantibus et dominantibus 'Romanis. Ex his regibus nascente primitiva aecclesia quinque ceciderant, videlicet rex Egyptius, rex Israeliticus, rex Assirius vel Chaldaicus, rex Persicus vel Medus, rex Grecus. Iam sextus erat ipse imperator Romanus, qui per bestiam quartam in Daniele visione significatus est, quoniam a regno Chaldeorum, sub quo visio illa fuit, post regnum Persicum et Grecum quartum tenet locum ipsum Romanum imperium, recte assimilatum bestie terribili et forti, quia terribiliter et fortiter aecclesiam Dei pressit primitus in torculari passionis dominicae, in quo pressus est ille botrus, quem in vecte crucis per fidem duorum populorum ad nos deportatum cognoscimus, deinde in passionibus martirum, quibus a Nerone usque ad Maximianum et Diocletianum decies repetitis quasi per X cornua bestia illa fuit terribilis. Tunc imminentibus pressuris nimiis, ego aecclesia *expectans expectavi Dominum, et intendit mihi, et exaudivit preces meas, et immisit in os meum canticum novum,* dans mihi spiritum sapientiae contra philosophos mundi resistentes christianae simplicitati, spiritum intellectus vivificantem contra Iudeos legem carnaliter tenentes et litere occidenti nimis inherentes, spiritum consilii contra Phariseos, qui consilium Dei spreverunt non recipientes baptismum vel Iohannis vel Christi, quorum alterum gratie precursorium, alterum vero gratia et veritate plenum ego aecclesia per spiritum consilii monita recepi, et iam cessante precursionis officio solum Christi baptismum teneo. Datus est etiam spiritus fortitudinis, quo confirmante multimoda tyrannorum tormenta sperni ac superari possent, quibus illa bestia secundum Danielem quarto loco, et secundum Iohannem VI^{to} loco posita aecclesiam Dei vexavit: *Septem,* ait Iohannes, *montes VII reges sunt: quinque ceciderunt, et unus est, alius nondum venit,* quia tempore Iohannis regna V, videlicet Egyptiacum, quod populum Dei afflixerat, Israeliticum a domo David scissum et regno Dei adversarium, Chaldaicum, quod populum Dei captivaverat, Persicum sive Medicum, quod in Aman hoste Iudeorum fuit infestum populo Dei, Grecum, quod in Antiocho Epiphane Machabeos aliosque bonos Iudeos vexaverat. Ista quinque regna tempore Iohannis ceciderant, et sextum, Romanorum, tunc stabat. Septimum, quod est Antichristi, nondum venerat, quamvis iam tunc Antichristi multi fuerunt. Huius precones erant heretici, quibus in aecclesia grassantibus et errorum suorum nebulas diffundentibus ego aecclesia catholica *expectans expectavi Dominum, et intendit 'michi, et exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriae et de luto fecis, et statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos,* dans mihi spiritum scientiae, quo contra errores et falsitates hereticorum triumphante, *immisit in os meum canticum novum,* quia tunc in Nicena synodo cepi cantare: *Credo in unum Deum,* et Athanasio docente cepi frequentare canticum novum: *Quicunque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem* et cetera. Post hec invalescente multimoda impietate ac multiplicatis in aecclesia vel mundo fornicatoribus, raptoribus, homicidis, periuris, incendiariis, latronibus, latrocinantibus, non solum in seculo, sed etiam in domo Dei, quam fecerunt speluncam latronum, item ego aecclesia *expectans expectavi Dominum, et intendit mihi, et exaudivit preces meas,* quia ecce, dum hec scribimus contra nequicias et impietates, manifestum spiritus pietatis opus in aecclesia Dei videmus, quod et supra tetigimus, et si Dominus voluerit, alias plenius exequi Domino annuente parati sumus, cum tantae commotionis finem viderimus, cuius nunc inicium videmus multis milibus ultro currentibus in expeditionem contra paganos dominico sepulchro inimicos.

Certatim curritur ad bellum sanctum[1] cum iubilantibus tubis argenteis papa
Num. 10, 2. Eugenio II. et eius nuntiis, quorum precipuus est Bernhardus, abbas Clarevallensis, quorum predicationibus contonantibus et miraculis nonnullis pariter coruscantibus[2], terraemotus factus est magnus. Multa milia Teutonicorum cum rege[3] suo, multa milia Francigenarum cum rege suo[4] in frontibus suis et galeis, in scutis et vexillis preferunt signum victoriosissimae crucis. Preter hos turbae magnae, quas dinumerare nemo potest, ex diversis tribubus et linguis et populis currunt in procinctum rapto signo, et vexillo dominicae crucis. Neve sit infructuosum quod agunt,
Luc. 19, 8. exemplo Zachei multi ex eis primitus ablata seu fraudata restituunt, et quod maius est, exemplo Christi suis inimicis osculum pacis offerunt, iniurias ignoscunt et ultro ad prelium vadunt, ubi cupiunt aut immolari pro Christo quasi victime, aut non sibi,
Phil. 1, 21. sed Christo vivere, dicente unoquoque apud se: *Mihi vivere Christus est et mori lucrum.* Nonne illi est mori lucrum, qui moriendo lucratur Christum? Nonne illi est Christus vivere, qui destinavit non sibi, sed Christo vivere? Et quidem non dubitamus in tanta multitudine quosdam vere ac sincere Christo militare, quosdam vero per occasiones
*f. 69. varias, quas diiudicare *non est nostrum, sed ipsius qui solus novit corda hominum sive recte, sive non recte militantium. Hoc tamen constanter affirmamus, quod multi
cf. Matth. 22, 14. ad hanc militiam vocati, pauci vero electi sunt. Ita quondam in exitu Israel de Egypto paucis Deo fidem servantibus multi eum irritaverunt, quorum corpora in deserto prostrata sunt. Gedeone quoque duce filiorum Israel cum multitudine magna
Iud. 7, 8. procedente ad bellum contra Madianitas, pauci cum eo remanserunt, soli CCC videlicet, multis retro abeuntibus. Beati qui sic Deo militant, ut ipsum suae militiae pre-
Apoc. 14, 13. mium requirant. Beati qui vivunt non sibi, sed Domino. Multo magis vero *beati, qui moriuntur in Domino.* Preciosa in conspectu Domini pugna militum eius, et multo
Ps. 115, 15. magis *preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Quis enim dubitet in numero sanctorum computandos, qui et pugnantes ac triumphantes lucrantur Christo et morientes lucrantur Christum? Qui securi hostes aecclesiae interimunt, securiores ab illis intereunt, qui non faciunt animam suam preciosiorem quam se, dummodo consumment cursum suae militiae, habituri secum in prelio verum Iosue. Porro sacerdos Aaron cum tota tribu Levitica sociatus est vero Moysi oranti sursum, ubi pro nobis interpellat: et
cf. Ex. 17, 10 sq. est grande spectaculum videre hinc milites in campo pugnantes duce Iosue, hinc vero beatum Augustinum, quasi alterum Aaron stipatum levitis, et sanctum Benedictum, quasi Ur stipatum religiosis monachis, orantes et agonizantes in monte alto, videlicet proposito, quod verus Moyses in capite novi testamenti posuit, quando suis discipulis a turba semotis non in loco campestri, sed in monte beatitudines capessendas[a] propo-
Matth. 5, 3. suit dicens: *Beati pauperes spiritu* et cetera.

Hec sunt pia de spiritu pietatis provenientia spectacula, cuius operationi et hoc assignamus, quod in diebus istis magna est libertas[5] canonicis electionibus episcoporum, abbatum, prepositorum et aliarum ecclesiasticarum personarum provehendarum in dignitatibus, quas per multos annos pene a tempore Ottonis primi imperatoris usque ad imperatorem Heinricum quartum vendere solebant ipsi reges vel imperatores, regnante ubique symonia, dum per symoniacos episcopos in cathedra pestilentiae positos mortifera illa pestis dilatata est usque ad infimos plebanos et capellanos, per quos valde multiplicatos aecclesia
Ez. 13, 5. pene tota fedabatur usque ad Gregorium papam VII, qui se opposuit murum pro domo

a) capessandas .

1) *Cf. De investig. Antichr. I, c. 59 sqq.* 2) *Hic locus G. Hüfferum, cum de sancto Bernardo scriberet, effugit.* 3) *Konrado III.* 4) *Ludovico VII.* 5) *Cf. Libellum de ordine donorum S. Spiritus supra p. 280.*

Israel, reparando in aecclesia canonicas electiones iuxta pristinas [a]canonum [illegible]. Sic ordinatis in aecclesia episcopis et reliquis prelatis per canonicam electionem sancta universitas populi christiani adiuvatur per eorum rectas predicationes et pias [illegible]. Hinc post longam symoniae hiemem vernali suavitate spirante [illegible] nica, constituuntur cenobia et xenodochia et nova crebrescunt laudum cantica, ita ut videamus et gaudeamus impleri quod dicitur: *Iubilate Domino omnis terra, servite Domino in letitia.* Nam et in cenobiis canticum novum celebratur, cum a tempore predicti pape VII. Gregorii cursus beatae Mariae frequentatur, ut Dei [illegible] duplicato quasi duplum manna iam proximante sabbato magno et ultimo [illegible] die fidelibus habundet. Atque in ore Christo militantium laicorum laus Dei [illegible], quia non est in toto regno christiano qui turpes cantilenas cantare in publico audeat, sed ut diximus, tota terra iubilat in Christi laudibus etiam per cantilenas linguae vulgaris, maxime in Teutonicis, quorum lingua magis apta est concinnis canticis. Inter hec etiam hoc auget miraculum et sanctum spectaculum, quod sanctae mulieres in cenobiis Deo vacantes per continua orationum et supplicationum studia parant aromata cum Maria Magdalena, et mulieres coniugatae, quarum filii vel mariti vadunt ad bella contra paganos agenda. Sic plorant cum Rachele, ut nolint consolari, quia non sunt earum filii vel mariti a tali malicia revocandi, ac proinde ipsa Rachelis vox ploranti auditur in Rama, id est in excelsis. Anno preterito, ab incarnatione Domini MCXLVII, ploratus et ululatus multus auditus est in terra nostra, paganis cum Boemis et Ungaris tirannizantibus et christianos captivantibus ac mulieres eorum crudeliter ac turpiter vexantibus. Item anno dominicae incarnationis MCXLV. a paganis capta civitate Edissa, que altero nomine Roas dicitur[1], ploratus et ululatus multus auditus est et exauditus in excelsis. Unde permotus papa Eugenius misit literas[2] christianis principibus ac militibus, ut convenirent ad faciendam vindictam in nationibus. Et ideo raptim convolatur ad arma, quia promittitur militantibus et penitentibus indulgentia peccatorum a sede apostolica, permaxime his qui morientur in tam sancto prelio, reddentes vicem salvatori suo, qui pro eis mortuus est. . . . . . .

Non respexit etiam in insanias falsas, id est ludicras, vel theatrales ac scenicas, in quorum spectaculis est quidem insania vera, sed ob hoc recte dicitur 'falsa', quod, dum aut similantur nuptiae amatoriaeque neniae, ut in comediis, aut amarae ystoriae, ut in tragediis, personae larvatae, que illic introducuntur[3], non hoc sunt quod dicuntur: verbi gratia, qui dicitur illic Davus aut Parmeno, non est quod dicitur, neque Thais meretrix illic aut miles Traso vere nominantur, sed omnia in falsitate aguntur, immo simulantur. Porro illae sunt omnino verae insaniae, ubi turpia vel crudelia serio aguntur, nec personae falsae introducuntur, sed veraciter illic insaniae perpetrantur dominante, immo insaniente ira in rixis ac pugnis et lasciviente prava libidine in actibus fedis et inmundis. Cum ergo sit nocivum falsas quoque insanias histrionum respicere, quanto magis perniciosum est veras, aut in se ac per se christianum perficere, aut in aliis respicere, id est amare? Ponitur enim 'respicere' pro 'amare', quia quod amatur hoc frequenter et libenter aspicitur. Unde iure 'beatus' predicatur qui, eductus de lacu miseriae stansque supra petram et carmen Deo canens, minime respexit vel dilexit insanias falsas, quas qui odit, illum constat magis odisse veras. Ut autem consueti in spectaculis non priventur spectaculis, immo vera et salubria spectacula, si volunt, habeant pro vanis et nocivis, *Multa fecisti tu, domine Deus meus, mirabilia tua.* O domine Deus meus, tu fecisti mirabilia non pauca, sed multa in corporalibus et spiri-

a) s. d. i. l. [illegible]

1) *Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' II. p.* 514. 2) *Jaffé nr.* 8796 [illegible] 1145 [illegible]

3) *Terentii Eunuchum et Phormionem significat.*

talibus. Qui delectatus in spectaculis miratur insignes hominum fabricas et aurigas et funambulos, miretur potius celi ac terrae mirabilem fabricam. Qui miratur aurigam equos in chamo et freno regentem, potius miretur hominem continentem, sibique insitae libidinis varios et erroneos impetus bene regentem et cohibentem ad castitatis angustum limitem. Qui miratur funambulum, potius miretur Petrum mariambulum[1] in
Ps. 103, 25. signo et nos una cum ipso in re calcantes hoc mare magnum, totum videlicet seculi huius fluxum procellosum, in quo sunt reptibilia, quorum non est numerus.

. . . .

IN PSALMUM LIIII.

. . . .

Libet hic in gratiarum actione recordari cuiusdam visionis aquam de vita eterna salientem representantis. Frater quidam simplicis et innocentis vitae diu castigatus in sancta conversatione visus est videre sibi celum apertum. Et ecce globus igneus mirae magnitudinis auro candenti et liquescenti similis apparuit in celo et in circuitu eius multitudo sanctorum claritate admirabili fulgentium. Et subito quasi unum de paradysi fluminibus ex ipso globo cepit in terram fluere tantae puritatis, ut auro liquido videretur consimilis. Hoc est, ut arbitror, quod pre manibus habemus, quia iuxta sanctuarium sancti Michahelis, ubi scribere atque in psalmis meditando sedere solemus, de-
ib. 45, 5. scendere visus est idem fluvius. Et quia fluminis impetus letificat civitatem Dei, fateor miserante Deo me aliquoties letificatum per huius fluminis impetum compellentem me ad scribendum. Unde iam post magnum diuturnae intercapedinis spacium, quo in urbe Roma commoratus et in eundo ac redeundo multum fatigatus et aliis ecclesiasticis atque claustralibus occupationibus prepeditus diu a scribendo vacavi[2], nunc apostolica fretus benedictione reversus, iterum resumo calamum divinam rogans clementiam, ut voluntaria oris mei beneplacita faciat sibi, eademque sic me concedat scribere, qua-
Ioh. 4, 14. tenus in eis aqua illa solummodo sapiat, quae de vita aeterna in vitam aeternam saliens
Ps. 54, 24. lectores benivolos eo, quo currit una secum pertrahat, ne aliquis illorum cadat in puteum
Matth. 25, 4. interitus, qui paratus est diabolo[a] et angelis eius, atque Antichristo et sequacibus eius.

. . . .

IN PSALMUM LXII.

. . . .

Ps. 62, 10. 11. Sed velit nolit, ab excelsa terra tales evomente seclusus introibit in inferiora terrae tradeturque in manus gladii, ut habens plagam gladii, plagam anathematis velit nolit introeat in inferiora terrae vel regno simul et vita privatus in his, qui pereunt, ut Apostata Iulianus et Constantius Arrianus, vel certe ad penitentiam humiliatus in his, qui convertuntur et male affectato dominatu privati in inferiora terrae cogentur introire, ut discant non superbire, discant a regibus gentium rectores aecclesiarum longe distare debere, atque uni regi regum subiacere, cuius regno et imperio quicunque audent recalcitrare, velint nolint *introibunt in inferiora terrae.* Etiam Romanae urbis quosdam pseudopontifices ita vidimus in inferiora terrae diebus nostris introeuntes, ut videlicet traditi satanae in manu gladii cito desinerent principari, quorum novissimus et precipuus erat Petrus Leonis Innocentio pape II. superpositus et in templo Dei ostentatus, tanquam si esset Deus, tanquam si esset sacerdos legitimus, quoniam et sacerdotes dii vocantur[3] et omnes, ad quos factus est sermo Dei. Verum pseudochristi

a) d. et a. *abbrev. c.*

1) *Cf. Augustini Enarrat. in psalm.* 39, *c.* 9, *Opp. IV, col.* 440: Petrum nostrum non funambulum, sed, ut ita dicam, mariambulam. 2) *V. praef. supra p.* 412. 3) *Cf. Hist. tripert. II, c.* 2, *Cassiodori Opp. ed. Garetius I, p.* 223; *cf. Bonizo l. II, Libelli I, p.* 574.

et pseudoprophetae falso gloriantur in sacerdocio vel in prophetia Deitatis nomine, cum sint ipsi vulpeculae ac partes vulpium, quae rectius in interioribus [illegible] habent, quam culmen regiminis aecclesiastici fraudulenter seu violenter occupant.

. . . .

IN PSALMUM LXIIII.

A

Psalmo sexagesimo quarto de duabus civitatibus inter se contrariis, Ierusalem videlicet et Babilonia, earumque civibus inter se contrariis agitur. De quorum permixtione ac distinctione in tempore pape Eugenii largo tractatu agentes hunc ipsum psalmum pro materia tunc habuimus eumque ipsi beatae memoriae pontifici legendum presentavimus, hac intentione scilicet, ut curia Romana, quae contestante Petro aecclesia est in Babilone collecta, per nomen Babilonis tropice notata urbe Roma, ut, inquam, curia illa semetipsam attenderet seseque ac pariter aecclesiam totam quam regere debet a confusione Babilonica distinctam exhibere satageret sine macula et ruga. Et quidem predictus papa Eugenius gratum habuit, quod eius paternitati audacia filiali suggessimus; veruntamen, sicut ante nos dictum est [1]:

Romam vexat adhuc amor immoderatus habendi,
Quem non extinguet nisi iudicis ira tremendi.

Erat quidem nobis propositum in presenti volumine adbreviare nunc tractatum Romano pontifici tunc destinatum ac presentatum et eius approbatione roboratum. Sed quia sentenciae nostrae de glorificatione in Dei filio humanae substantiae a

B

TRACTATUS DE ECLESIASTICIS NEGOCIIS.

Psalmo sexagesimo quarto de duabus civitatibus inter se contrariis, Ierusalem videlicet et Babilonia, earumque[a] civibus inter se contrariis agitur. De quorum permixtione ac distinctione in tempore papae Eugenii largo tractatu agentes, hunc ipsum psalmum pro materia tunc habuimus eumque ipsi beate memorie pontifici legendum presentavimus, hac intentione scilicet, ut curia Romana, que contestante Petro ecclesia est in Babilone collecta, per nomen Babilonis tropice notata urbe Roma; ut, inquam, curia illa semetipsam adtenderet seseque ac pariter ecclesiam totam, quam regere debet, a confusione Babilonica distinctam exhibere satageret sine macula et ruga*. Neque enim vel hoc ipsum carere macula videtur, quod nunc dicitur curia Romana, quae antehac dicebatur ecclesia Romana. Nam, si revolvantur antiqua Romanorum pontificum scripta, nusquam in eis reperitur hoc nomen, quod est curia, in designatione sacrosancte Romane ecclesie: quae rectius ecclesia, quam curia nominatur, quia nomen curie, ut ante nos dictum est, a cruore derivatur, sive a curis, ut ait quidam:

Curia curarum genitrix, nutrixque malorum[b]. [1]
Iniustos iustis, inhonestos aequat honestis.

*) *Cod. Reichersb. in ultimis foliis epistolam continet, quae incipit:* Heinrico venerabili sanctae Romanae aecclesiae cardinali presbytero frater Gerhohus de Richersperg devotas orationes cum fideli obsequio. Desiderio desideravi ex longo tempore sanctam Romanam aecclesiam videre ornatam sine macula et ruga. Neque enim etc. — pro munere offerimus *concinunt cum B.*

a) eorumque *B.* b) malarum *B et epist. ad Henricum* [illegible] *notata sunt tantum in B.*

1) *Ex carmine, quod ed. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' III (ed. V), p.* 1228

A.

Ephes. 5, 27. quibusdam contradicitur, quam ex intentione atque consilio Eugenio papae in hoc tractatu proposuimus, ut eius in hac vel Matth. 11, 8. tenenda vel non tenenda iudicium teneremus, quamquam Romanos pontifices antiquos in eadem sententia nobis consentaneos haberemus, coacti sumus totum nunc offerre lectori pensandum, quod tunc obtulimus Romano pontifici diiudicandum, ut, quia ille gratum et ratum habuit quod in Rom. 13, 4. hoc tractatu a nobis affirmatur, omne os obstruatur contraria docentium et roboretur fides hominum hominem in Deo glorificantium, immo a Patre summo summę glorificatum venerantium et adoratione, qua solus Deus est adorandus adorantium, sicut docet Effesinum concilium[1], cuius dicta, quoniam alias posuimus, hic repetenda non putamus. Item quae de pontificum pro- [De senatoribus.] motionibus aliisque institutis ad decorem domus Dei pertinentibus iam dicto pontifici Romano tractatu psalmi huius insinuavimus, quoniam sibi ab ipso approbata, ne quis ea putet contempnenda vel convellenda, non piguit nos hic inserere, quia hostes Iherusalem, cives Babilonis non piget his contraria docere vel agere.

B.

Absit autem a sacrasancta Romana aecclesia talis macula et ruga, qualis nomine curiae notatur! Quod nomen his qui mollibus vestiuntur et in domibus regum sunt, atque iudicibus cunctis in iudicio sanguinis cooperantur ad vindictam malefactorum, non inprobabiliter attribuitur, sicut olim senatui Romano congruebat, quando sub iudicibus cinctis[a], inperatoribus, dictatoribus, consulibus, non urbis tantum, sed et orbis dominium sibi vendicavit. Verum quia sedes tunc imperialis nunc facta est apostolica, dum Antiochus et Remus concedunt Petro regni solium, cedente quoque imperatore Constantino a Roma seniore ad novam, quam Constantinopolim a suo nomine vocavit, non inmerito in urbe Roma preferendum est nomen aecclesiae nomini curiae, quoniam et hi, qui nunc in ea se faciunt senatores[2], etsi habeant potestatem sine sanguinis vindicta tractandi et iudicandi causas civiles et lites forenses, quemadmodum docet beatus Petrus in ordinatione Clementis[3], attamen grandiora Urbis et orbis negotia longe superexcedunt eorum iudicia spectantque ad Romanum pontificem sive illius vicarios Lino et Cleto consimiles, ei tanquam beato Petro fideliter cooperantes; itemque ad Romanorum imperatorem sive illius vicarium urbis *prefectum, qui de sua dignitate respicit utrumque, videlicet domnum papam, cui facit hominium, et domnum imperatorem, a quo accipit suae potestatis insigne, scilicet exertum gladium[4].

*f. 2.

Sicut enim hi, quorum interest exercitum campo ductare, congrue investiuntur per vexillum, sic non indecenter ex longo usu prefectus Urbis ab imperatoribus cognoscitur investitus per gladium contra malefactores Urbis exertum, ut videlicet gladio legitimo pereant qui gladium non legitimum accipientes vindictam sanguinis temere usurpant. Prefectus vero Urbis de- [De Urbis prefecto.] 1. Petr. 2, 14. super sibi dato gladio tunc legitime utitur ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, quando exinde tam domno papae, quam domno imperatori ad honorificandum sacerdocium et imperium famulatur, promissa vel iurata utrique fidelitate ac servata inter eos tali distinctione, qualis est inter duo Gen. 1, 16. luminaria magna[5], que Deus ita creavit et ordinavit, ut alterum preesset

a) *corr. ex* cunctis *B.*

1) *Cf. Syn. Ephes. c.* 8, *Mansi Coll. conc. VII, col.* 37; *Hinschius p.* 280. 2) *De senatu restituto v. V. Innocentii II. ed. Duchesne, Liber pontif. II, p.* 385; *Ottonis Frising. Chron. VII, c.* 27. 3) *Cf. Hinschius p.* 32. 4) *Cf. De investig. Antichristi I, c.* 37, *supra p.* 344. 5) *Eandem comparationem v. supra p.* 282.

B.

diei, alterum nocti, quia spiritualia, quibus preest domnus papa, diei, et temporalia, quibus preest domnus imperator, nocti comparantur. Ecce duo luminaria et ecce duo gladii hic: luminaria, propter iudicia Domini vera iustificata in semetipsis: gladii, propter vindictas in illos exercendas, qui nolunt obedire iudiciis Domini veris, iustificatis in semetipsis: veris, ne iudex fallatur in discernendo bonum et malum, iustum et iniustum: iustificatis, ut solo intuitu iusticiae absque munerum captacione, absque personarum acceptione reprobetur malum et eligatur bonum; sive per illum iudicem, qui habet gladium spiritualem, sive per illun, qui non sine causa portat[a] gladium materialem. Munera enim excecant oculos [etiam[b]] sapientum et acceptio personarum aliquando pervertit iudicium. Perversum vero iudicium sive muneribus coemptum coram Deo robur non habet, etiamsi nullus hominum dicere audeat iudici: 'Cur ita facis?'

Hinc est illud in Ysaia: *Ve qui convertitis iudicium in absinthium*; et in Apocalipsi: *Nomen stellae, quae de celo cecidit, dicitur absinthium.* Quia enim sucus absinthii sumptus extorquet vomitum, recte absinthio iudicium illud assimilatur, quod a piis et iustis iuste ac pie respuitur. Et tunc etiam nomen stellae dicitur absinthium, cum sub nitore iusticiae iniustum fit iudicium: tanquam si vinum sit felle mixtum, quod cum gustasset Christus in passione sua noluit bibere. Unde non mirum, quod servi eius nolunt bibere iudicium felle iniquitatis mixtum, quod quasi absinthium facit vomitum. Quamquam non audeat illud manifeste improbare qui opprimitur talis iudicii perversitate, tunc maxime cum indices perversi omnes diligunt munera, secuntur retributiones; audet tamen is qui veritatem intelligit et diligit ipsam veritatem approbare saltem in corde suo, assimilatus illi beato Ioseph, qui non consentit iudicibus Christum iudicantibus iniuste. Audet quoque cum eodem Ioseph Christum sepelire, dum veritatem velut sepultam in corde suo tacitus veneratur, certus, quod eadem veritas quandoque resurgat et dicat: *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra*, in sacerdocio et regno, in spiritalibus et temporalibus. [De Ioseph ...

De quorum distinctione pro posse nostro disseruimus in tractatu subsequenti super psalmum LXIIII[c]: quem et prius beatae memoriae papae Eugenio porreximus et nunc denuo tibi, Hainrice, cardinalis et[d] presbiter sanctae Romanae aecclesiae, pro munere offerimus*. Quia enim zelo domus Dei te sensimus inflammatum, gratia Dei aspirante amplius te accendi optamus eo igne, quem dominus Iesus misit in terram et voluit vehementer accendi. *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram; et quid volo nisi ut ardeat?*

*) *Epistola in cod. Reichersberg. addit*: Non quasi aurum et argentum, quia hoc est munus principum, scilicet offerre aurum, argentum, lapides preciosos ad ornandum humerale sive rationale summi pontificis. Nostra vero qualiacumque scripta utinam sint in tabernaculo Domini saltem pro lignis quibus nutriendus est ignis altaris iuxta preceptum legis dicentis: 'Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies'. Denique ignis caritatis in altari cordis fidelis veluti lignis quibusdam nutriendus est exhortationibus piis, ut, etsi habundante iniquitate in multis frigescat, saltem in paucis electis permaneat. [illegible]

a) gladium portat *B*. b) [illegible] c) presbitero *B*. d) [illegible]

B.

Lev. 6, 12. Iste est ignis, de quo in lege dicitur: *Ignis iste erit semper in altari, quem nutriet sacerdos, subiciens ligna mane per singulos dies.* Cum igitur in ministerium tabernaculi afferant principes donaria magna, scilicet aurum, argentum, lapides preciosos, ad ornandum sive altare, sive rationale, sive humerale, nos pauperculi saltem ligna offeramus ad ignem sanctum nutriendum
Cf. Ex. 25, 4. et pilos caprarum ad operiendum tabernaculum. Talia denique cupimus esse qualiacunque opuscula nostra, quibus et ignis karitatis tanquam lignis cedrinis nutriatur et penitentiae operimentum, quasi de pilis caprarum exinde contextum,
Ps. 31, 1. proficiat ad illius beatitudinis augmentum, de qua dicitur: *Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata.* Suscipe igitur munusculum hoc de manu paupertatis nostrae, qui auro et argento minime abundamus, ne omnino illius precepti transgressores inveniamur, de quo in
Ex. 34, 20. lege Domini dicitur: *Non apparebis in conspectu domini Dei tui vacuus.*

Ps. 64, 2. *Te decet ymnus, Deus, in Sion et tibi reddetur votum in Ierusalem.* Psalmo isto tercia iam recapitulatione reditur ad summum spei, id est ad finem seculi, quando sumus in patriam caelestem resumptis corporibus profecturi. Inscribitur autem sic: *In finem. Psalmus David. Canticum Ieremiae et Aggaei de verbo peregrinationis, quando incipiebant proficisci.* Et est sensus: Hic psalmus est[a] David prophetae considerantis in finem, id est in ultimam etatem. Psalmus dico, ens canticum, id est iocunditas et laeticia Ieremiae et Aggei et omnium fidelium. Ieremias interpretatur 'excelsus Domini'[1]; Aggeus 'solempnis' vel 'sublimis'[2]. Hi utrique predixerant futuram peregrinationem
[De Ieremia et Aggeo] Iudaici populi et reversionem in patriam. In qua etiam reversione Aggeus interfuit. Utrique vero intellexerunt peregrinationem fidelium, quae fit in hac vita, et reditum, qui tandem erit, per illam designari. Per hos autem duos designantur omnes fideles; quoniam illi, sicut sub illius peregrinationis figura hoc exilium spiritale magis plangebant, sic et in illius reversionis laeticia de spiritali potius liberatione gaudebant. Et Ieremias quidem plus caeteris lamentatus et afflictus non dubitatur plus caeteris quoque letificatus et vere iuxta nomen suum in regno caelorum insigniter excelsus, pro
Ier. 1, 10. eo quod super gentes et super regna constitutus, ut evelleret, destrueret, disperderet et dissiparet, edifficaretque ac plantaret, multa in hoc officio contraria passus et valde humiliatus ac passioni Christi expresse conplantatus est. Sed tamen per ipsum Ieremiam, licet precipuum, significantur minus perfecti et mediocres; per Aggeum, qui in
Phil. 3, 20. reditu affuit, perfecti, qui non solum se peregrinari agnoscunt, sed iuxta apostolum conversatio eorum iam in caelis est, ubi secundum nomen Aggei solemnizant et gaudia caelestis patriae in terra peregrinationis iam pregustant.

Ioh. 21, 19. Sic et in euangelio dicente Domino ad Petrum: *Tu me sequere;* de Iohanne vero:
ib. 22. *Sic eum volo manere;* per apostolorum principem significatur vita mediocrium in actione
Ioh. 13, 23. bona bene laborantium; et per Iohannem vita perfectorum, tanquam super pectus Iesu in contemplationis requie pausantium, dulcedinemque vitae perennis in hac peregrinatione pregustantium, cum utrumque istorum, Petrum videlicet et Iohannem, constet in utraque vita fuisse consummatum. Et quidem valde honorandus est beatus Iohannes, qui supra pectus Domini in caena recubuit. Sed tamen pre caeteris apostolis apostolo-

a) id est convenit *supra lin. add.* A.

1) *Isid. Etymol. VII,* 8, 8, *ed. Arevalus III, p.* 329. 2) *Hieron. de nomin. Hebraic., Opp. III, col.* 77: festus sive solemnis.

lorum principi, tanquam principaliter cum Ieremia super gentes et super regna constituto, data est auctoritas confirmandi fratres et destruendi portas inferi, ut eleventur portae eternales; portae Syon, quas diligit Dominus super omnia tabernacula[a] Iacob, quarum ad introitum cum Ieremia et Aggeo anhelantes eiusdem Syon peregrini cives dicunt assidue oris et cordis clamore: *Te decet ymnus, Deus, in Syon, et tibi reddetur votum in Ierusalem,* subauditur: caelesti. Et, ne quis illorum illic desit, orant in metu et spe: *Exaudi nos, Deus, salutaris noster, spes omnium finium terrae et in mari longe* et caetera.

Nota est ystoria, quod Ieremias captivitatem Iudeorum in Babiloniam et predixit et vidit. Prophetavit etiam eos post LXX annos redituros. In illa vero captivitate fuerunt in Babilonia prophete, inter quos erat Ezechiel et Aggeus. Completis autem LXX annis, permittente Cyro[b] rege Persarum regressi sunt Ierosolimam et Aggeus cum illis, et restitutum est templum. Quoniam autem haec in figura contingebant illis, intelligendum est duas esse civitates spiritualiter: unam malorum, que cepit a Cain, alteram que cepit ab Abel. Illius cupiditas, huius caritas cives facit. Ambe permixtae sunt corpore, non desiderio; quia, quandiu in corpore sumus, hec ut illa peregrinatur a Domino. Huius autem peregrinationis causa fuit verbum, quod primis parentibus factum est: *Eritis sicut dii.* Quod non incongrue dicitur verbum peregrinationis, quia causa est universalis peregrinationis, in qua captivi detinemur. Incipit tamen ad patriam exire, qui incipit amare, ut tandem penitus constitutus in dexteram separetur.

Nec vacat, quod post LXX annos de peregrinatione redeunt. Hic enim numerus tempus vitae designat presentis, quo maxime ante adventum tenebatur populus in confusione: unde regredi cepit per Christum, qui natus est in septuagesima septima generatione. Hoc ergo canticum de reversione consolatio est in exilio, ne quis desperet, certum audiens reditum, et per quem et quae diviciae sint reversis. Primo autem propheta affirmat reditum et precatur; secundo laudes Dei et virtutes describit ibi: *Spes omnium finium terrae et in mari longe.*

De hac ergo reversione voce revertentium propheta cantat et ait: *Te decet ymnus, Deus, in Syon.* O Deus iuste! cuius iusto iudicio sumus in peregrinatione sub rege Babilonico, sed tandem reversuros nos confidimus ad patriam, caelestem videlicet Ierosolimam, ad quam proficisci nunc incipimus, qui manentes in aecclesia per fidem ambulamus, *te decet ymnus: te,* non deos gentium demonia, *decet ymnus,* id est laus cum cantico. Ubi? *in Syon,* id est in aecclesia, quae secundum statum sive motum peregrinationis, in qua per fidem nunc ambulat, Syon, id est 'speculatio', dicitur[1]; secundum statum vero aeternitatis, ad quam tendit, Ierusalem, id est 'visio pacis', nominatur[2]; quia tunc videbit facie ad faciem, quod nunc per speculum videndo Syon dicitur, id est speculatio. In hac Syon te Deum verum decet ymnus ab illius civitatis civibus. Nam, etsi aliquis illorum fuerit etiam in fornace Babilonica secundum corporalis angustiae detentionem et hominum despectionem, tamen, quia spiritu spiritualia et caelestia speculatur, bene trium puerorum cantat ymnum, qui neque ad adorandam statuam auream, id est ad sectandam avariciam, declinatur, neque igne Babilonico, que turpissima est inmundiciae libido, perniciose uritur. E contra, si civis aliquis Babilonicus amori secularis vel gloriae vel concupiscentiae vel utriusque deditus, maxime avariciae servus, quae est idolorum servitus, fuerit in Syon, id est in presenti et peregrinante nunc aecclesia, vel dignitatibus aecclesiasticis honoratus vel specie sanctitatis tanquam civis Ierusalem palliatus; non te Deum verum decet ymnus in talis confusionis vel una

a t. i. add. b ciro B.

1 Isid. Etym. l. VIII, 1, 5; Opp. ed. Arevalo III, p. 347 2 Ibid. l. VIII [illegible]

15, 9. persona, vel plurium synagoga; quia non est speciosa vel preciosa laus in ore pecca-
[illegible] toris, maxime in obsequio divino quae sua sunt, non quae Iesu Christi querentis, quod
est adorare auream statuam.

Propterea namque in quatuor temporum ieiuniis, quibus ymnorum cantores ad
sacros ordines promoventur, trium puerorum post aureae statuae contemptum, post in-
cendium fornacis devictum subnectitur ymnus, ut instruantur ordinandi, quod, etsi cives
dicantur et habentur Ierusalem, non tamen decet eos ymnum Deo vero cantare vel
altari sacro ministrare, nisi contempto prius aureo simulacro exitialis avariciae, victo-
que vel extincto in se libidinis igne piceo ac sulphureo, quem rex Babilonis nutrit,
cf. Dan. 3, 50. rex Ierosolimitanus detestatur et odit: quique non pueros Domini Spiritu sancto vento
roris protectos incendit, sed ministros regis Chaldeos incendit, qui eum nutriunt, non
extinguunt. Porro tres pueri, omnes videlicet pure colentes trinum in unitate Deum,
non hunc ignem in se nutriunt, sed ieiuniis, vigiliis, orationibus ceterisque spiritalibus
exerciciis restinguunt. Et, cum restinctus fuerit, vel ut non sit quod senibus contingit
aliquotiens, vel certe, ut non obsit, quanquam legi membrorum naturaliter insit, quod
iuvenibus evenit; qui, etsi sentiunt in se carnis concupiscentias, non tamen eunt post
Rom. 6, 13. eas, neque arma iniquitatis faciunt membra sua, legi Dei mente serviendo legique
membrorum carnalium in Spiritu sancto, tanquam vento roris flante, resistendo; tunc
ib. 8, 1. demum certificante illos apostolo, quod nichil dampnationis est eis, qui non secundum
carnem ambulant, quodque illis, qui in carne ambulantes non secundum carnem mili-
cf. 2. Tim. 2, 5. tant, corona debetur tanquam legitime certantibus; accedant, vocante illos Domino, ad
ib. 4 [illegible]. sacros ordines accipiendos *et ymnos Deo canendos; quia *te decet ymnus, Deus,* in tali
Syon tales cives etiam in medio Babilonis, in medio nationis pravae habente. Sed
peramplius et perfectius *tibi reddetur votum in Ierusalem* illa, quae sursum est, libera
(7). penitus ab omni confusione Babilonica, quae est mater nostra. Non omnium est illa
trium puerorum perfectio, ut ymnum cantare possint in terra aliena. Unde et dicunt:
Ps. 136, 4. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Sed in Ierusalem tibi reddetur
votum ab omnibus Ierosolimitanis civibus, quando caro humana, que nunc terra est
aliena corruptibilis, scilicet sua corruptione aggravans animam, quantumlibet spiritalibus
ac caelestibus intentam, fuerit in electis omnino incorruptibilis et inpassibilis. Nunc
vero, etsi vento roris flante viri spiritales afflati et refrigerati cantant ymnum Domini
ib. 2. in terra aliena, tamen et illi crebro suspendunt organa in salicibus in medio Babilonis:
et qui sunt fragiles, adhuc in lucta carnis inferiores, omnino conticescunt ab ymnorum
ib. 1. cantico exultativo ac super flumina Babilonis residentes dulce habent flere suisque
pascuntur lacrimis, manducando simul panem doloris. Mente igitur in Ierusalem super-
nam proficiscentes illiusque memoriam in principio leticiae suae ponentes vota laudis
(8). et gratiarum actiones[a] vovent, quae tandem in Ierusalem persolvent et reddent. Sed,
quoniam antequam perveniatur in illam Ierusalem, dum proficisci nunc incipimus et in
convertendo captivitatem Syon, quasi laxata captivitate, restincto per martyrum san-
guinem Babilonico igne, alteram Babiloniam, id est Romam, videmus et gaudemus in
civitatem Syon commutatam: *Te decet ymnus, Deus, in Syon,* id est in aecclesia catho-
lica Petri apostoli fide firmata et per apostolos virosque apostolicos erudita, quasi per
Luc. 22, 62. Ieremiam et Aggeum. Petrus quippe apostolus, qui respiciente se Domino flevit amare,
Ps. 125, 5. tanquam in lamentationibus Ieremiae peregrinos cives Ierusalem docet seminare in
lacrimis, quod post metatur in exultatione. Cui sociatur Paulus apostolus, velut alter
Aggeus, quod interpretatur 'solempnis' vel 'sublimis'[1], quoniam raptus usque ad tercium

a) actionis cod.

1) Cf. supra p. 442, n. 2.

caelum, solempniter et sublimiter est magnitudine revelationum glorificatus et tanquam vas electionis vere digne est glorificandus. Vel, quia Ieremias multimoda passione attritus et tandem martyrio coronatus est, per illum significari potest martyrum candidatus exercitus. Per Aggeum vero in convertendo captivitatem Syon factum sicut consolatum, notare possumus cetum confessorum in pace quiescentium et auxilia regum ad aedifficandas aecclesias habentium. Sicut enim Cyro laxante captivitatem per Aggeum caeterosque illius temporis prophetas reaedifficata est Ierusalem, sic imperatore Constantino dante pacem sanctae Dei aecclesiae, quasi destructo iam regno Babilonico, *portae Syon sunt reedificatae atque tam imperialibus quam et pontificalibus edictis tanquam seris et vectibus firmatae. Spurcissimus Nero, qui velut alter Nabuchodonosor primus in secunda Babilonia erexerat ydolatriam quasi auream statuam cum suis posteris martyrum Christi tortoribus incendia fornacis augentibus iam iudicatus erat; ita ut quidam ex talibus humiliati ad penitentiam fenum quasi bos comederent et altissimum in regno hominum dominantem recognoscerent, quidam vero cum Balthasar nimium secure luxuriantes et tyrannizantes omnino amisso regno cum vita perirent; sicut gesta martyrum contestantur quosdam ex tortoribus et senatoribus in urbe Roma, tanquam in Babilonia, sub iugum christianae legis humiliatos, quosdam vero tam visibiliter quam invisibiliter in manus demonum traditos et regno simul ac vita privatos. His igitur partim condempnatis, partim conversis, nomen quoque commutatum est illius Babilonis, ut rectius urbs illa dicatur iam Syon quam Babilon. Et ideo pridem suspensa illic organa iam eo coaptantur ad cantica.

Quando enim fides christiana in procinctu adhuc posita et, ut ait quidam[1]:

. . . . . . agresti turbida cultu,
Nuda humeros, intonsa comas, exerta lacertos
Pugnans, nec telis meminit nec tegmine cingi:
Pectore sed fidens valido membrisque retectis,
Provocat insani frangenda pericula belli,

non erat ocium sedis apostolicae pontificibus ita perornare cultum fidei, sicut nunc est perornatus et in altaris ministerio tanquam in capite gloria et honore coronatus, iam concrepantibus organis et cantoribus ad canendum expeditis, maxime in cenobiis per pontificum Romanorum decreta et privilegia communitis. His ergo nunc cytharas percutientibus in domo Domini, *te decet ymnus, Deus, in Syon,* id est in aecclesia Romana, que nomine Babilonis per apostolicam fidem commutato in nomen Syon fundamenta nunc habet in montibus sanctis.

Te decent sancta sacerdotalis officii ministeria spiritalibus canticis et ymnis in illa Sion perornata. Cum verbi gratia quidam Romanorum pontificum statuit psalmos ante sacrificium canendos antifonatim, quidam 'Gloria in excelsis', quidam 'Sanctus, sanctus, sanctus', quidam 'Agnus Dei' sacro adiunxit officio. Et quedam precum solempnia inseruerunt eiusdem aecclesiae Romanae pontifices cum canticis et ymnis festivis, maxime in solempnitatibus precipuis, quarum in vigiliis precedit quasi lamentator Ieremias ieiunando, vigilando, plorando coram Domino qui fecit nos. Et in diebus festivis consequenter adest Aggeus ille solempnis, qui reversioni de Babilonia in Ierusalem *presentialiter interfuit, sicut excellens quelibet solempnitas, verbi gratia paschalis, in canticis et ymnis quasi presentialiter nobis post derelictam Babilonem supernae pacis et leticiae ingerit visionem. Nam in tanto festo lamentationibus quadragesimalibus et vigiliis ac ieiuniis prevento, incipientibus proficisci sursum, quibus resurgentibus Christo sapiunt ea que sursum sunt, exultat iam angelica turba caelorum.

1 *Prudentii Psychomachia* v. 22. 23. 25—27; cf. supra p. 256.

exultant divina mysteria; in quibus decenter ordinatis et Babilonis civibus inde sequestratis *te decet ymnus, Deus, in Syon.* Et hic ymnus preparatio est voti perfecte reddendi quandoque in Ierusalem.

Sed nunquid, o Deus! te decet ymnus in Syon, interdictus a principibus eiusdem Syon, qui suis decretalibus edictis interdicunt officia et beneficia aecclesiastica clericis cum Nycolao fornicatore manifeste incestuosis et cum Iuda mercatore pessimo vel Symone mago turpiter negociantibus et in domo Dei latrocinantibus, quia materialibus quoque armis tutati atrociores inveniuntur Iuda, qui redarguente propria conscientia [Matth. 27, 4.] dixit: *Peccavi tradens sanguinem iustum,* et Symone mago, qui ab apostolo Petro in- [Act. 8, 24.] crepatus dixit eidem Petro ac ceteris apostolis: *Precamini vos pro me Dominum, ut nichil veniat super me horum que dixistis?* At isti maliciosi neque propria conscientia redarguente humiliantur neque ab aliquo veritatis emulatore se argui patienter sufferunt; quin potius tales persecuntur et odiunt suisque militibus trucidandos et occidendos exponunt. Quid igitur intendunt isti vel princeps mundi huius Babilonicus, quid (13). per eos intendit, nisi civitatem Syon destruere atque Babiloniam reedificare? Quando enim Romanum imperium quasi caminus igne Babilonico ardebat contra cultores Trinitatis, crucians eos diversis tormentis qui spreverunt auream statuam, id est ydolatriam, precipueque avariciam: tunc non inmerito a Petro apostolo urbs Roma tropice dicta [I. Petr. 5, 13.] est Babilonia: *Salutat,* inquit, *vos aecclesia in Babilone collecta.* Sed refrigerato vel extincto igne persecutionis in imperio Romano iam ad fidem Christi curvato, ipsa urbs urbium Roma recte Syon dicitur, ut iam dictum est. Neque Babilonice tyrannidi vel confusioni de cetero locus est permittendus in ea, cum sit aula pudiciciae, sedes iusticiae, asylum religionis canonicae ac monasticae, rationabilibus privilegiis velut quibusdam propugnaculis defensando undique claustra ordinata regulariter, ut liberum sit in eis cantoribus de canticis Syon ymnos frequentare, secundum quod *te decet ymnus, Deus, in Syon.*

(14). Subsistere hic libet aliquantulum et intermisso paulisper expositionis cursu, ad eos intendere *confutandos, qui muros Ierusalem destruere murosque Babilonis, quantum in ipsis est, conantur edificare. Nonne qui ea que Deus coniunxit separant, vel quae ipse disiunxit ac distinxit in unum confundunt, muros Babilonis, id est confusionis, in altum attollunt? Imperium quoque Romanum nituntur facere Babilonicum, et quod peius est regnum christianum volunt esse paganum: vel certe de duobus repugnantibus insimul confusis restaurant regnum Babilonis et resuscitant regem [Ier. 50, 17.] eius, de quo Dominus in propheta Ieremia conqueritur dicens: *Grex dispersus Israel, leones comederunt eum. Primus comedit eum rex Assur; iste novissimus exossavit eum Nabuchodonosor rex Babilonis.* Vere leones bestialis ferocitatis principes comederunt gregem Domini: et primus rex Assur, quia primus princeps Assyriorum, Iudeorum scilicet seipsos dirigentium, comedit eum, vel quando Pylatus eorum tetrarcha occidit Christum, disperso grege discipulorum eius, vel quando ipsis Iudeis concitantibus misit rex Herodes manus, ut affligeret quosdam de aecclesia. Deinde reliqui leones a Nerone usque ad Diocletianum per X universales persecutiones ita comederunt ac disperserunt [cf. Dan. 7, 7.] gregem Domini, ut illa bestia X cornibus terribilis Danieli preostensa, iam singulis cornibus in singulis persecutionibus debachata et sanguine sanctorum saciata sit ultra quam dici possit. Et quia ultima persecutione Diocletiano et Maximiano tirannizantibus X annis vexata est aecclesia, sive in X universalibus persecutionibus sive in X annis ultimae persecutionis intelligas X cornua crudelis bestiae, Romani videlicet imperii, gratanter accipe humiliationem ex tunc illius bestiae, ita ut fenum quasi bos [cf. ib. 12.] comedens et presepe Domini sui agnoscens rore caeli tincta sit; baptizato videlicet Constantino imperatore, non ut heretici contendunt, ab heretico Eusebio Arriano, sed ut catholici sentiunt, a catholico urbis Rome pontifice Silvestro.

Memini enim, cum in urbe Roma fuissem, [illegible] a quodam [illegible] dico aecclesiae Dei adversario non esse rata privilegia imperatoris Constantini[1] aecclesiasticae libertati faventia, eo quod ipse vel baptizatus vel rebaptizatus fuisse in heresi Arriana, ut insinuare videtur hystoria Tripertita[2]. Quo tempore nos ex parte disputavimus et adhuc disputare ac probare parati sumus, quod sicut in prima Babilonia rata fuerunt edicta Deum Danielis commendantis, licet a paganis imperatoribus promulgata, sive cum Nabuchodonosor filium Dei sibi in fornace [illegible] glorificavit, sive cum exposito sibi per Danielem somnio ipsum Danielem in sublime super omnes principes Babilonis extulit atque Deum ipsius et trium puerorum [illegible] magnificavit; quem et postea de regno eiectus et denuo restitutus in regno hominum dominari confessus est: multo magis in secunda Babilonia privilegia vel edicta imperialia imperatorum Deum glorificantium et servos eius in sublime super omnes regni terreni principes extollentium rata sunt habenda, in quantum propheticis, euangelicis apostolicisque documentis inveniuntur consona, etsi vita imperatorum non sit [illegible] approbanda. Si enim Cyrus rex Persarum testimonio divino laudatur et christus Domini a propheta nominatur, non quia sanae fidei extiterit vel iuste vixerit, qui paganus fuit, sed quia imperiali edicto captivitatem populi Dei primus laxavit, permittens cives Syon reverti ad canendos ymnos in Syon: quomodo non est laudandus imperator Constantinus, qui primus imperatorum Romanorum publicis edictis libertatem tutatus est aecclesiae, ut vacaret servis Dei libere Deo servire in psalmis et ymnis et canticis Syon? Quod cum usque ad ipsius tempora fieret in urbe Roma, in altera videlicet Babilonia, per criptas et alias latebras, tanquam in silentio suspensis organis in medio Babilonis: ex tunc edificatis ope ipsius muris Ierusalem, in templis magnificis Deo vero sacrificatur, coniubilantibus electis cantoribus exercitatis in canticis Syon. Quis sapiens et intelligens hec non hoc opus divinae pietatis veneretur, cuiuscunque sit fidei vel conversationis estimatus homo, per quem talia Deus est operatus? Legimus regum paganorum, Cyri, Darii, Artaxersis[a], optima scripta et edicta pro reedificandis muris Ierusalem promulgata nec pro eorum perfidia illa censemus repudianda: sed pro divina pietate, qua inspirante processerunt, omnino amanda et veneranda, in eo precipue, quod ex reipublice sumptibus quedam remittendo, quedam largiendo, adiutorium prebuerunt famulis Dei reedificantibus domum Dei et muros Ierusalem post laxatam populi Dei captivitatem. Legimus et veneramur epistolas bonas regis Assueri, prioribus epistolis malis ex consilio Aman Agagite hostis Iudeorum datis contrarias, et laudamus eas. Quomodo igitur[b] non laudemus edicta Constantini aliorumque imperatorum paci aecclesiasticae faventium, qualitercunque se habuerit fides et conversatio eorum? Certe in ystoria aecclesiastica laudatur Eusebio narrante fides et pietas Constantini principis; a qua, si postea, ut in Tripertita ystoria legitur, deviando baptizatus vel rebaptizatus est ab Eusebio Arriano, culpa eius ad ipsum spectat neque tamen bona scripta eius evacuat. Sicut et culpa regis David licet illi multum nocuerit, scripta tamen eius bona evacuare non potuit, sic scripta Salemonis bona et sancta tenemus, quanquam novissima senectutis eius per luxuriam et ydolatriam graviter fedata non ignoremus. Prophetiam quoque Balaam arioli mercedem iniquitatis amantis, quia sacris litteris consona invenitur, in summa recipimus auctoritate, non pensando quis dixerit, sed quid.

a) Artaxerxis B. b) igitur B.

1) Cf. Wibaldi epist. 404, Jaffé, Bibl. I, p. 542; Mittheilungen des Instituts VI, p. 317. 2) [illegible]

18. Fuerit ergo imperator Constantinus in suis extremis cuiuscunque sectae sectator, derelicta, ut fertur, fide catholica, pro qua laboraverat in sinodo Nycena, quod ego minime credo, cum eius etiam filios Constantinum et Constantem paternae fidei succes-
Ap. 11, 4. sores duo testes, duae olivae ac duo candelabra, Iohannes [videlicet[a]] et Paulus, in obprobrium Iuliani apostate commendent et catholicos atque in fide catholica et conversatione bona stabiles de regno terreno ad regnum caeleste translatos predicent. Fuerit ergo[b] pater eorum Constantinus circa finem peste Arriana, contra quam antea laudabiliter dimicaverat, maculatus, ut asserit Cassianus[1]; cuius non solum in laude nimia Tripertitae ystoriae[2], sed et in ceteris opusculis notatur et repudiatur sensus hereticus, quanquam de vita patrum scripta eius teneamus, ea duntaxat quae approbavit vir illustris Ieronimus. Nam cetera sunt apocrifata et, ut Prosper, doctor eruditissimus, notat, pro sensu heretico repudiata[3]. Quedam tamen ab ipso Prospero inveniuntur emendata. Quomodolibet ergo Tripertita ystoria de baptismo Constantini sit recipienda vel respuenda, nichil hoc attinet ad infirmanda eius edicta pro catholica fide in defensionem sanctae Dei aecclesiae promulgata et per apostolicos doctores roborata inter cetera
[19. De gestis ecclesiasticis.] imperialia scripta. Unde in Gestis aecclesiasticis legitur inter cetera: *Denique[4] reges et presides ac magistratus non solum adiacentia tribuere, sed et ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum, unde alerentur egentes qui in mundo nichil possidebant, aecclesiaeque fabricarentur atque restaurarentur, Deoque et aecclesiae eius rite famulantium servorumque illius supplementa absque necessitate tribuerunt. E[5] quibus vir religiosissimus Constantinus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum mundum in suo degentes imperio non solum fieri christianos, sed et fabricandas aecclesias et predia tribuenda constituit. Denique idem prefatus princeps donaria inmensa et fabricam templi primae sedis beati Petri principis apostolorum instituit, adeo, ut sedem imperialem, cui quique Romani principes presidebant relinqueret et beato Petro suisque successoribus profuturam concederet.* Audiat adversarius, quia imperator Constantinus in Gestis aecclesiasticis vir religiosissimus nominatur et eius institutio, non quia eius fuit, sed quia iusta et rationabilis extitit, laudatur. Neque enim tam lauda-
*f. 7'. bili constitutioni hoc adversatur, quod iuris periti dicunt rem publicam non posse *usucapi, cum hoc dicto sane intellecto astruatur id quod iuris publici est in privatum ius non posse redigi. Denique res publica aecclesiae donata manet adhuc publica, in publicum[c] summi regis obsequium, non in ius privatum vendicata.

20. Cuius transpositionis multa inveniuntur laudabilia exempla, non solum in sancta aecclesia, sed et in gente non sancta et pagana. Legamus gesta regum paganorum in libris Machabeorum, et invenimus Ierusalem, peccatis exigentibus, aliquotiens miserabiliter humiliatam et a gentibus conculcatam, quam Deo propiciato reges gentium valde honoraverunt et reipublicae sumptibus ditaverunt. Nam, cum sançta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc in ea optime custodirentur, fiebat, ut ipsi reges gentium in summa veneratione haberent locum sanctum, quem postea legibus Dei contemptis profanatum ac dehonestatum, per bella triumphalia Machabeorum denuo legi-

a) deest A. b) inquam *in loco raso* A. c) scilicet *superscr.* A.

1) *Leo a Prosper ipse in Chronico suo (Chronica min. ed. Mommsen I, p. 425), Opp. (ed. Bassani 1782) p. 391; cf. quae de ea re ibidem n.* d *annotata sunt; v. etiam Gotifr. Viterb. Spec. regum II, c.* 36, *v.* 1082 *sqq., SS. XXII, p.* 80. 2) *Hist. Tripertitae fidem etiam impugnant Bernoldus in Libro de incontinentia clericorum, Lib. II, p.* 10. 12. 23 *et Deusdedit in Libello contra invasores I, c.* 10, *l. l. p.* 309. 3) *Iohannis Cassiani Collationes proprio opere impugnavit.* 4) *Epist. Melchiadis II, c.* 12, *Hinschius p.* 248; *cf. Humberti advers. simon. III, c. 8, L. d. L. I, p.* 207. 5) *Ibid. c.* 10, *l. l.*

mus reparatum et coronis aureis ornatum [illegible] largitione magnifice honestatum. Cui rei simile est, [illegible] riosa inclinata sunt regna et per Constantinum [illegible] menia et predia imperialia translata et libertas [illegible] edictis confirmata[a]. Post Constantinum quoque ipsius in imperio et pi[illegible] catholici reges et imperatores eandem libertatem sanctae D[illegible] videlicet iunior Constantinus et Constans, Valentinianus, Archadius et Honori[illegible] et Ludewicus, quorum statuta imperialia super aecclesiastica [illegible] habentur, quibus aecclesiasticae inmunitatis et libertatis privilegia, tam ab [illegible] a suis antecessoribus promulgata, censentur omnino rationabilia et [illegible] Archadius et Honorius dicunt inter cetera[2]: *Quecunque a parentibus [illegible] statuta temporibus, manere inviolata atque inconcussa [illegible] cipimus. Nichil igitur a privilegiis inmutetur; omnibus qui [illegible] deferatur. Quia temporibus nostris addi potius reverentiae cupimus, quam [illegible] posita sunt inmutari.* Valentinianus quoque decrevit, dicens[3]: *[illegible] constiterit custodes aecclesiarum esse [illegible] nullius adtemptationis molestiam sustinere decernimus.*

Multa his consimilia ex legibus vel edictis imperatorum seu regum possemus colligere. Sed habemus firmiora munimenta in decretis pontificum Romanorum libertatem et inmunitatem prediorum aecclesiasticorum et omnium que possident aecclesiae munientium sui apostolatus incontradicibili auctoritate: quibus rerum aecclesiasticarum fraudatores, vastatores, alienatores anathematis iaculo feriuntur et sacrilegi *pronuntiantur. Si vero de gestis aecclesiasticis inde tibi suboritur ambiguitas, quod aecclesiastica ystoria in aliquibus videtur dissonare a Tripertita ystoria, circa ea que de imperatore Constantino scripta sunt utrobique: pretermissa diversitate codicum de babtismo Constantini varie agentium [unam[b] tamen et eandem pietatem iam dicti principis contestantium, respice, queso, pontifices Romanos eiusdem veritatis attestationi unanimiter consonantes. Quod si adhuc firmiora petis argumenta], recurre ad immobile fundamentum euangelicorum, apostolicorum propheticorumque testimoniorum, quibus aperte invenis approbatum regibus et principibus ceterisque divitibus mundi huius [illegible] licitum ac salubre sanctam Dei aecclesiam larga munificentia honorare, Christoque in ea regnanti aurum de thesauris suis offerendo, cunabula eius, que sunt famulantium sibi habitacula cenobitalia, ornare; quemadmodum sancti martyres offerendo mirram et sancti confessores offerendo thus eadem cunabula pro sui ordinis congruentia ornant, dum in eis reliquiae martyrum collocatae virtutibus et miraculis coruscant suisque meritis inibi militantes adiuvant, et doctrinae confessorum sanctos mores informant orationibusque suffragantur bovi et asino huiusmodi presepe Domini sui recognoscentibus. [De cunabulis Christi.]

Et quia non solo cibo angelorum, sed et feno animalium decet esse [illegible] presepe Domini, comportent hoc fenum divites mundi huius, faciendo sibi amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defecerint, recipiantur ab eis in aeterna tabernacula: pro quibus consequendis ipsi reges offerant edificia regalia, ut impleatur quod scriptum est: *In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oriatur viror [illegible]* Quod ad literam quoque impletum perpendimus, qui non solum templa ydolorum, sed etiam palatia imperatorum et regum in aecclesias et habitacula Deo militantium [illegible]

a) [illegible] est firmata *b*. b) [illegible] argumenta *des.* 1.

1) *Cf. Deusdedit L.* [illegible] *I. c.* 2, [illegible] *p.* 302. 2) [illegible] XVI. 2. 29 [illegible] C. XXV. *qu.* 2. *c.* 20; *cf. De unitate eccl. conserv. II.* [illegible] *p.* 197. 3) [illegible] *Coll. can. III. c.* 134, *ed. Martinucci p.* 305.

versa videmus. Pro exemplo sit nobis in urbe Roma domus rotunda sanctae Mariae,
quae demonibus fabricata nunc est in honore beatissimae virginis Mariae omniumque
sanctorum dedicata. Similiter et palatium Lateranense, prius imperiale, nunc factum
Is. 35, 7. sacerdotale manifeste representat huius prophetiae veritatem, qua dicitur: *In cubilibus,*
in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami et iunci. Nichilominus et in
cenobiis auxilio divitum fabricatis quasi cubilia draconum calami et iunci replent; cum
Ps. 44, 2. lingua docentium quasi calamus scribe velociter [a] scribentis verbum Dei firmat et fides
audientium ad modum virentis iunci, non in superbiae rupe, sed in humilitatis valle
Ioh. 6, 13. radicata verbum sibi dictum conservat, ne pereat, quomodo et cophini de iuncis con-
*f. 8'. texti fragmenta V panum servant, ne *pereant. Et Maria humilium regina et humili-
Luc. 2, 51. tatis exemplar precipuum, conservabat omnia verba suae fidei credita conferens in
corde suo, donec ea committeret calamis apostolorum et euangelistarum, de talibus
digne loquentium et scribentium, quod non decebat sexum femineum.

(24). Propemodum simile est huic in cenobiis regularibus, quia infirmis ac femineis
personis orantibus et fortibus atque virilibus viriliter ac fortiter verbum Dei scripto
vel dicto contestantibus invicem sibi cooperantur calami et iunci, fortes et infirmi,
eloquentes et taciturni. Quod spectatorem et dilectorem Dei mirabilium precipue de-
lectat, cum fit in cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, sicut in palaciis re-
gum vel antiquis templis demonum, prout supra exemplificatum est in rotunda domo
sanctae Mariae et in palatio Lateranensi. Torqueantur super hoc spectaculo invido-
rum lippi oculi; ego vero delectabor in Domino talia operante, atque serenis oculis
aspicio Deum iacentem in quolibet tali presepio, in medio duum animalium, bovis et
asini, tanquam in medio calami et iunci. Nam bos animal mundum et sacrificiis
aptum ruminans atque triturans apte significat chorum litteratorum verbi ministerio
deditorum, quorum linguae assimilantur calamis velociter scribentium. Et asinus animal
simplex atque oneriferum non incongrue significat gregem simplicium; verbi gratia
fratrum conversorum vel sororum devotarum seu aliarum fidelium personarum, quae
1. Cor. 13, 7. omnino paratum cor habent ad onus obedientiae pro suo posse ferendum et in cari-
Gen. 49, 14. tate, quae omnia suffert, omnia sustinet, et ipsi tanquam Ysachar asinus fortis hume-
(25). Matth. 16, 13. rum subponunt ad omnia sufferendum et sustinendum. Quis non, ista considerans,
[Iesus venit in partes Cesaree Philippe.] videat Iesum venisse in partes Cesaree Philippi? Cum [b] enim Cesar esset imperator
et Philippus tetrarcha, non incongrue his nominibus prenotatur potestas Christi eo usque
in mundo processura, ut imperatorum ceterorumque principum, maiorum scilicet ac
minorum, sibi colla inclinaret. Quo modo antiquus ille Iesus, qui et Iosue dictus est,
cf. Ios. 10, 24. V [c] regum colla suis principibus calcanda substravit, sole diem prolongante usque ad
consummationem talis victoriae. Putasne sine misterio non alibi, sed in loco tali dictum
Matth. 16, 18. est Petro: *Quia tu es Petrus et super hanc petram edificabo* [d] *aecclesiam meam et porte*
ib. 19. *inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum; et quodcunque*
ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcunque solveris super terram, erit
solutum et in celis? Poterat hoc alio in loco Dominus dixisse Petro, sed voluit osten-
dere cesares ac tetrarchas ceterosque principes mundi huius per principatum dignitatis
apostolicae aut frangendos aut flectendos. Et beati, qui flexibiles inveniuntur, ut prin-
ceps Constantinus et post ipsum Archadius et Honorius, Valentinianus, Gracianus,
[illegible] Karolus et pius Ludewicus ceterique *horum similes a malo ad bonum inclinabiles.
Miseri vero, qui flecti nolentes frangi meruerunt, ut Nero, Decius et ceteri tales in
paganismo tyrannizantes et quidam postea in christianismo illis nequiores, ut Constan-
tius Arrianus et apostata Iulianus ceterique reges hereticorum vesaniae contra aeccle-

a) [illegible] codd. b) quia cum B. c) erasum A. d) sequentium verborum plerumque primae
tantum [illegible]

siam Dei faventes, aut moderno tempore spiritalia dona, quae nullius habebant, vendentes ac potius vendere simulantes in constitutionibus episcoporum, abbatum prepositorum, capellanorum, non ad Dei, sed ad sui beneplacitum, captando in omnibus questum symoniacum. Volebant enim reges mali et symoniaci eorumque principes illis consentanei, vel absque omni electione canonica episcopatus ceterasque dignitates aecclesiasticas pro velle suo dare vel tales fieri electiones, in quibus ipsi potestative dominarentur, eo quod secundum canones consensus honoratorum requirendus et admittendus est in electionibus episcoporum.

De isto consensu[a] honoratorum cuiusque civitatis admittendo et requirendo in electione pontificis, copiose memini tractatum in epistola beatae memoriae Chvnradi Salzburgensis archiepiscopi ad archiepiscopum Magdeburgensem Norbertum virum litteratum [et[b] religiosum]. Voluerat enim ille inter honoratos cuiusque civitatis etiam potestativos principes vel reges reipublicae amministratores esse comprehensos: quod sacrorum canonum censura omnino contradicit. Unde in VII.[c] synodo universali, habita a V patriarchis cum CCCL patribus sub Adriano papa primo[1], capitulum tercium sic se habet[2]: *Omnis electio episcopi vel presbyteri aut diaconi a principibus facta irrita maneat, secundum regulam quae dicit: 'Si quis episcopus secularibus potestatibus usus aecclesiam per ipsos obtineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant'.* Item concilio Antioceno[3]: *Si quis presbyter vel diaconus per secularem dignitatem aecclesiam Domini obtinuerit, deiciatur et ordinator eius et a communione modis omnibus abscidantur et sub anathemate sint sicut Symon magus a Petro.* Ex synodo Symachi pape cum CCXVIII episcopis[4]: *Non placuit laicos ad statuendum in aecclesia aliquid aliquam habere potestatem, quibus subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.* VIII. synodus, capitulum XI[5]: *Promotiones et consecrationes episcoporum, concordatis prioribus conciliis, clericorum electione ac decreto et episcoporum collegio fieri haec sancta et universalis synodus diffinivit et statuit atque iure promulgavit, neminem laicorum principum vel potentum semet inserere electioni vel promotioni patriarchae vel metropolitani aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata et incongrua hinc fiat contentio vel confusio. Presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed silere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio aecclesiae suscipiat finem *electio futuri pontificis. Si vero* *c. 9'.* *quis laicorum ad concertandum et cooperandum invitatur ab aecclesia, licet huiusmodi cum reverentia si forte voluerit obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum sibi regulariter ad suam aecclesiam promovet salutem. Quisquis autem secularium principum vel potentum vel alterius dignitatis laicus adversus communem ac consonantem atque canonicam electionem aecclesiastici ordinis agere temptaverit, anathema sit, donec obediat et consentiat, quod aecclesia de electione et ordinatione proprii presulis se velle monstraverit.* Canones Parisiaci[6]: *Si per ordinationem regiam honoris istius culmen pervadere aliquis nimia temeritate presumpserit, a provincialibus loci ipsius episcopis recipi penitus nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum agnoscunt. Si quis eum de conprovincialibus recipere contra interdicta presumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus et ab ipsorum omnium caritate semotus.*

a) assensu *B.* b) et religiosum *des. B.* c) primum *A*; I *B.*

1) *Sequentes canones (c. 26 Parisiacis exceptis) etiam apud Deusdedit I, c. 7, 1.2; II p. 305 sq.* 2) *Ex interpret. Anast. (a. 787), Mansi XIII, col.* 419. 3) *Canones apost. c. 30, Mansi I, col. 54; Hinschius p.* 29. 4) *Syn. Romana a. 502, c. 3, Mansi VIII, col. 267; Thiel, Epist. pont. Rom. I, p.* 688. 5) *C. 22, ex interpret. Anast., Mansi XVI, col.* 174. 6) *Concil. Paris. III (a. 556—573) c. 8, Conc. aevi Merov. p. 145; Grat. Dist. LXIII c.* 5.

Huiusmodi regulis de pontificum promotione promulgatis excluditur violentia regum seu principum ceterorumque laicorum potestativorum ab electionibus et promotionibus episcoporum, quanquam recte requiratur assensus cuiusque civitatis honoratorum. Huc accedit novum pape Innocentii decretum, quo precipitur electio a canonicis fieri secundum consilium religiosorum[1]. Quibus omnibus diligenter pensatis quatuor[a] inveniuntur distinctiones in electione canonica. Nam spiritales et religiosi viri habent consulere, canonici eligere, populus petere, honorati assentire. Qui tamen si consilio religiosorum patrum et electione clericorum ac peticione populi concurrente in unum noluerint prebere assensum, non propter hoc erit[b] irrita [electio[c]], si alias est canonica. Quia neque regibus neque honoratis eam cassandi est ulla potestas, sed, ut Symachus papa dicit[2], subsequendi necessitas. Iure denique, sicut fabricans mundum Gen. 1, 1. in principio fecit Deus caelum et terram, sic in fabricanda nova creatura prius formantur caelestia et spiritalia, dehinc terrestria et corporalia; ut videlicet spiritaliter [De regalibus.] electo et constituto episcopo deinde accedat laicorum assensio et illa regalium donatio, de qua constitutum iam episcopum rex vel imperator investire habet, quando [iam[c]] in electione vel promotione prorsus non est contradictio.

(28) Nam, si electionis patet dissonantia, iure in talibus expectatur iudicum spiritalium sententia, ut electo iam confirmato fiat regalium donatio; quanquam eadem iam aecclesiis olim donata in possessione sint aecclesiastica censenda, sed obsequio decenti apud regem deservienda, non ad nutum eius aecclesiis quasi ex novo conferenda vel auferenda. Reges enim ac principes in tali malicia pertinaces, ut vellent ad nutum suum dispensari aecclesiastica vel ipsa regalia, ex parte fracti sunt, humiliatis ceteris *f. 10. ad obedientiam sanctae apostolicae sedis: ita ut iam letari possemus *in his que dicta sunt et acta, in domum Domini euntibus his qui veniunt de Babilone in Ierusalem, si non videremus a quibusdam reedificari Babilonem, id est illam confusionem, qua rex Babilonis diabolus in diebus istis novissimis exossat gregem Domini, sicut Ieremias Ier. 50, 17. deplorat dicens: *Grex dispersus Israhel, leones comederunt eum. Primus devoravit eum rex Assur, iste novissimus exossavit eum Nabuchodonosor rex Babilonis.*

(29). Quid enim est gregem Domini exossari, nisi eum ita fascinari, ut in errorem in- Matth. 24, 24. ducantur, si fieri potest, et electi ossibus carnem portantibus assimilati, sed peccatis exigentibus eorum numero sociati qui cives potius Babilonis quam Ierusalem censentur? Verbi gratia, in clero hi qui cum sint valenter literati, dicuntur tamen et sunt ace- [De acephalis.] phali et, ut ait Ysidorus, ypocentauris assimilati[3], qui nec equi nec homines mixtum genus et confusum in se representantes neque clericali neque laicali disciplina utentes, ex eo quod vocantur clerici vel canonici, cum sint synagoga satane, volunt pro suo libitu aecclesiasticos honores partim sibi usurpare, partim sui similibus vel etiam nequioribus conferre. Horum quidam precipuas in aecclesia dignitates et sedes occupant atque cives Ierusalem tanto gravius gravant, quanto licentius in ipsa Ierusalem regi Babilonis militant, secularia spiritalibus miscendo et omnia ita confundendo, ut, si videas huiusmodi hominem, neque in habitu neque in conversatione valeas perpendere illius professionem. Similiter et inter laicos vix invenias in ordine militari aliquem suis contentum stipendiis, ad secularem videlicet miliciam pertinentibus; ita ut non habeat decimas miliciae spiritali potius quam seculari divina ordinatione destinatas. Et hi Matth. 19, 6. ergo, veluti ex diverso genere confusi, cives Babiloniae sunt, separantes quae Deus coniunxit et iungentes quae separavit. Huius autem confusionis precipui sunt machi-

a) IIII[or] *B.* b) irrita erit *B.* c) *deest A.*

1) *Conc. Later. a.* 1139, *c.* 28, *Mansi XXI, col.* 534. 2) *V. p.* 451, *n.* 4. 3) *De officiis eccl. II, c.* 2, § 2, *ed. Arevalus VI, p.* 416; *cf. infra p.* 457; *De investig. Antichristi I, c.* 4.

natores episcopi talem clerum foventes et laicis [illegible] eadem sua potentia manu tenentes atque in hoc non Deo, sed [illegible] tantes. Diligit enim tales confusiones rex Babiloni[a], ut [illegible] simul confusa representent quodammodo chaos antiquum, quando adhuc terra [illegible] vacua et tenebrae erant super abyssum. Sed, [illegible] spiritus Dei ferebatur super aquas, ut ex tanta rerum confusione [illegible] discretas et ab invicem sua proprietate distinctas. [illegible] aquas babtismi, ut ex his ad lucem producat quicquid illud [illegible] tatis fuit. Unde sibimet ipsi applaudebat, antequam quicquam [illegible] Dei sapientia, ludens in orbe terrarum, pro deliciis habens esse cum filiis hominum. Haec eadem novissime diebus istis loquens in carne propria hominibus et [illegible] cum hominibus, ipsos cum quibus manebat homines inter se discrevit, aliter loquens discipulis suis in monte, aliter turbis in loco campestri: ostendens videlicet, quod [illegible] pulatus electi sectatores a turbis hominum secernendi sibique in [illegible] conversationis iungendi essent. Huius divine institutionis memor beatus Petrus in ordinatione Clementis dicit[1]: *Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere et summo studio niti, ut omnes vitae huius occupationes abicias, ne fideiussor existas, ne advocatus litium fias, nec in alia aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negocii occasione implexus. Neque enim iudicem aut cognitorem secularium negociorum hodie te ordinare vult Christus; ne praefocatus presentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare et secundum veritatis regulam secernere bonos a malis.* Item: *Sicut impietatis est crimen, neglectis verbi*[b] *studiis, sacerdotes*[c] *sollicitudines suscipere seculares: ita unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi et in his quae ad communis vitae usum pertinent operam fideliter dederint.* Et Paulus doctor gentium: *Nemo*, inquit, *militans Deo, implicet se negociis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit.* Item: *Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum.* In his, inquit, que sunt ad Deum: non in his que sunt ad seculum. Quae nimirum doctrinae apostolicae salubria monita non ita sunt accipienda, ut illis apostoli dictis inveniantur contraria, quibus asserit se suique similes habere potestatem etiam angelos iudicandi, quanto magis secularia? Item: *Spiritalis*, inquit, *iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur.* Iudicet ergo spiritalis omnia, presertim suae sollicitudini commissa, etiam secularia, sic tamen, ut se secularibus negociis non implicet. Aliud est enim de secularibus iuste iudicare, aliud eisdem se implicare. Nam de secularibus iudiciis et iudicibus habet potestatem iudicandi episcopus, sciens reprobare malum et eligere bonum, sciens iuxta legem discernere inter lepram et non lepram, inter sanctum et non sanctum. Sed alia sunt iudicia et negocia, que spiritalis homo sedens in cathedra Moysi per semetipsum potest amministrare, alia quae debet sensatis laicis committere, precipue quae spectant ad vindictam malefactorum, contra quos minister armatus et iudex cinctus non sine causa gladium portat, quem nemo debet sua presumptione accipere, ne gladium accipiens gladio pereat; sed aecclesiastica potestate ordinante secularem atque interdum frenante, interdum stimulante, sic per sanctos iudicentur nationes, ut ipsis iuste dominantibus munda sit manus et lingua sacerdotis a negotio sanguinis. Neque enim sanguis per iudicem cinctum, licet ab episcopo constitutum, fusus imputandus est episcopo, si tamen eidem iudici non sinit esse potestatem liberam seu violentiam contra iusticiam.

a babaloni A. b Dei *add.* C. c [illegible]

1 *Epist. Clementis I. c. 4. Hinschius p. 32*

Sic enim legimus a pontificibus Romanis quosdam regum seu principum pro inutilitate vel nequicia sua excommunicatos et destitutos, aliosque pro illis constitutos, ut hi quos provexerunt non solum ex instituto[a], sed etiam ex precepto eorum gladio vindice persequerentur hostes aecclesiae vel regni. Sane in talibus bellis movendis pro defensione patriae seu aecclesiae, sacerdotali quoque tuba cum principis edicto consonante, sic se lingua sacerdotalis debet cohibere, ne se videatur mortibus etiam hostium commiscere; sicut de beato Gregorio legimus[1], qui, cum Romanos milites in defensione Urbis contra Longabardos pecunia aecclesiastica velut saccellarius iuvaret atque doctrina sacerdotali tanquam iusticiae signifer animaret, a mortibus tamen ipsorum Longabardorum studuit sibi cavere, ipsis quoque hostibus parcendo nec bella inferendo vel inferri precipiendo, nisi quantum exegit necessitas iniuriae propulsandae vel urbis ac patriae defensandae. Hinc est, quod hostibus versus urbem properantibus monet a tergo instandum vel ex adverso resistendum: quibus in pace quiescentibus et aecclesiam non ledentibus minime docet bella inferenda, quanquam nota fuerit hostilis eorum nequicia. Inde est, quod penes imperatorem Mauricium sibi prorsus infensum dudum accusatus, quod Malchum episcopum sui patrimonii provisorem pro reddendis pensionibus tamdiu in custodiis afflixisset, quousque spiritum exalaret, Sabiniano suo Constantinopolitano diacono scribens
Gregorius papa.[1] ait[2]: *Unum est, quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, quia si ego servus eorum in mortem vel Longabardorum*[b] *me miscere voluissem, hodie Longabardorum gens nec regem nec duces nec comites haberet atque in summa confusione divisa esset. Sed, quia Deum timeo, in morte cuiuslibet hominis me miscere formido. Malchus autem isdem*[c] *episcopus neque in custodia fuit neque in aliqua afflictione; sed die qua causam dixit et addictus est, nesciente me a Bonefacio*[d] *notario in domum ductus est, ibique*
535. *prandidit et honoratus est ab eo et nocte subito mortuus est inventus.* Quam vero crudele visum fuerit huic sacratissimo doctori, ut episcopo iubente aliquis ita castigaretur, ut ex ipsa castigatione mortis causa inferretur, inde colligitur, quod Iohanni episcopo Calliopolitano inter alia scribens ait[3]: *Matricula, quam*[e] *frater et coepiscopus noster Andreas Tarentinus episcopus fecit fustibus castigari, quamvis exinde post VIII menses hanc*[e] *obisse non credamus, tamen quia eam contra propositi sui ordinem huiusmodi fecit*
*f. 11'. *affligi, duobus hunc mensibus a missarum solempnitate suspende, ut vel hec *eum vere-*
(34). *cundia, qualem se de cetero exhibere possit, instituat.* Audiant haec episcopi, qui ultro et contra iusticiam plerumque bella movent, gwerras excitant et plerumque innocentes etiam personas truncari et morte tenus male tractari precipiunt officiumque militis et sacerdotis in una persona confundunt, comitis et pontificis dignitatem simul amministrant, hostibus non tyrannizantibus, verum ea quae pacis et gratiae sunt humiliter querentibus, gladios intentant et eos occidi vel truncari precipiunt: quos utinam vivos capi preciperent et a mortibus eorum sibi caverent! Qui si capi se non permittentes
23. a militibus episcoporum occiderentur, qualicunque pallio excusationis verecunda patrum tegerentur, ne homicidae viderentur. Nunc autem, quia episcopi quidam sic tyrannizant, ut etiam innocentes personas et spiritales militum suorum gladiis interdum exponant, esurimus et sitimus hanc iusticiam, ut iudicia et negocia spiritalia per spiritales et secularia per seculares ita peragantur, ne termini a patribus constituti negligantur. Talibus[f] iudiciis in aecclesia Christi distincte ordinatis confunderetur et excluderetur omnino rex Babilonis, princeps tenebrarum et confusionis, qui nunc rebus

a) instituto — precepto *supra lin. add. B.* b) longob. *B.* c) *deest Gr.* d) bonif. *B.* e) *deest B.* f) Talibus — Ierusalem *des. A.*

1) *Epist. V, 39, EE. I, p.* 328, *cf. infra De quarta vigilia noctis c.* 15. 2) *Epist. V,* 6, *EE, I, p.* 286. 3) *Epist. III,* 45, *EE. I, p.* 201.

male mixtis et confusis gloriatur se abundare filiis et filiabus [illegible] rum filiorum et filiarum Ierusalem.

Misereor super filias Babilonis miseras, illas falso sanctimoniales dictas, que si aut Christo per votum continentiae spiritaliter nuptae [illegible] con- iugatae fuissent, poterant esse filiae Ierusalem, vel inter LX reginas [illegible] LXXX concubinas contemplantes regem Salemonem in diademate [illegible] cum mater sua in die desponsationis suae. Nunc autem sanctimoniales [illegible] autem nimis amicae, filiae Babilonis et confusionis recte dicuntur, et a filiabus Ierusa- lem, non tanquam fatuae virgines, in ultimo tantum [illegible] sponsi adventu [illegible] sunt; sed et nunc in interitum carnis tradendae satanae, ut spiritus earum salvu[illegible] sicut nuper in concilio Remensi [1] papa Eugenius de talibus mandavit [illegible] etiam sepultura careant, nisi vitam suam in congregationibus secundum regulam beati Benedicti vel sancti Augustini emendent, et relictis propriis communiter vivant. In quo statuto exequendo episcopi quidam non bene vigilant. Sed et ipsae filiae Babilonis remurmurant inter se dicentes: 'Quid est rationis, quod nobis feminis in claustro quo- libet stabilitis et nutritis, neque tamen regulae alicuius voto adhuc obligatis, quia votum regulae solemus differre usque ad lassitudinem senectutis, nunc imponitur invitis ob- servantia regularis?' Quibus cum respondeo: 'Quia estis in monasterio et utimini sti- pendio regulariter viventibus constituto', respondent: 'Nonne similiter et canonici epi- scopalium aecclesiarum vivunt de stipendio regulariter viventibus constituto, et ipsi nullam penitus observant regulam, neque saltem illam dissolutam, quam sibi a Lude- wico dicunt propositam sive impositam [2]: quae cum eos iubeat in claustro [illegible] insimul habitare nec permittat illis extra dormitoria sua dormire absque inevitabili causa, non ita fit; sed unusquisque discurrit et dormit ubi vult. Quare itaque nobis feminis illud prohibeatur, quod in viris Deo sacratis toleratur, cum ne saltem in sua illa iam dicta regula illis hoc permittatur?' Sic murmurant filiae Babilonis miserae contra eiusdem Babilonis filios, utinam tam parvulos, ut possent teneri et allidi ad petram! Nam petrae inherentes Petri successores multa sollicitudine tales constringere laboraverunt, verbi gratia precipiendo, ut tam episcopi quam clerici neque in superfluitate seu in- honestate vel varietate colorum aut fissura vestium neque in tonsura intuentium, quo- rum forma et exemplum esse debent, offendant aspectum; sed potius ita in suis actibus errata condempnent et amorem innocentiae conversatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericalis. Magnifice dictum: 'Sicut dignitas exigit ordinis clericalis!' Ne intelligatur exiliter, pensanda est ordinis clericalis dignitas, non secundum vulgaris opinionis estimationem frivolam, sed secundum legem divinam. Locutus est enim Dominus ad Moysen dicens: *Tolle levitas de medio filiorum Israel et purificabis [illegible] iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis et radant omnes pilos carnis suae. Cum- que laverint vestimenta sua et mundati fuerint, tollent bovem de armentis* et cetera. Ra- dant, inquit, omnes pilos carnis suae: *Pili carnis sunt vitae veteris cogitationes,* ut ait beatus papa Gregorius [3], *quas sic a mente incidimus, ut de amissione [illegible] dolore fatigemur. Pili carnis sunt quelibet superflua humanae corruptionis.* Levita namque assumptus vocatur [4]. . . . . .

Quanquam dicta et hortamenta haec apostolica universae conveniant aecclesiae, tamen, quia fratribus in dispersione positis, tanquam advenis et peregrinis inter gentes

[illegible]

1) *Concil. Rem.* [illegible] 4, *Mansi* XXI, col. 714; [illegible] 2) *Cf. supra* p. 165. 207. 3) *Moral.* [illegible] 4) *Hieron. de nomin. Hebr.* [illegible], *Opp.* III. [illegible]

conversantibus missa sunt, specialiter eos instruunt qui pie inter impios vivendi et eos instruendi habent propositum et officium: a quo qui exorbitant secuti viam Balaam ex Bosor, qui *mercedem iniquitatis amavit, correptionem vero habuit suae vesaniae subiugale mutum; *hi*, ut beatus Petrus ait, *sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus exagitate, quibus caligo tenebrarum reservatur.* Superba enim vanitatis loquentes pellicent in desideriis carnis luxuriae eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversati, libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis: *A quo enim quis superatus est, huius et servus est* et cetera. Nimirum per hec apostolica dogmata, non solum qui sequendi, sed et qui cavendi sint, monemur, ne insipientium errore traducti excidamus a propria firmitate, sive in congregatione sive in dispersione simus; quoniam ad utrumque modum conversandi firmas regulas habemus, primo et principaliter in actibus et dictis apostolorum, deinde in exemplis et regulis patrum ipsos imitantium. Denique, omnes qui vitae cenobitalis regulas recte ordinaverunt illud quod in Actibus apostolorum de multitudine credentium cor et animam unam in Deo habentium nichilque suum dicentium scribitur, quasi cardinem doctrinae suae habuerunt, ut verbi gratia Basilius, Augustinus, Benedictus, quorum in regulis recte ordinatur vita congregationis. Verum pontifices Romani ceterique patres orthodoxi, qui decretalibus aut synodalibus institutis clericos in dispersione positos informaverunt, apostolicas epistolas quasi primitivas et principales regulas et leges civitatis Ierusalem in principio leticiae suae proposuerunt, nec aliquid ab eis dissonum docuerunt. Etenim quod clericorum congregationes ab initio nascentis aecclesiae communem vitam secundum Actus apostolorum servaverint, [Urbanus papa.] Urbanus papa et martyr XVI[tus] a beato Petro in suis decretis manifestat. Quod et beatae memoriae papa Innocentius II. in quadam epistola sua[1] commemorat, cuius hoc est recriptum:

[Innocentius papa.] *Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri C[onrado] Salzburgensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.*

*De dignitate et excellentia vitae canonicorum multa nos docet divina scriptura et multa possemus dicere, quod vita canonicorum vita est apostolica; quoniam apostoli contemptis omnibus hac vita cum Domino vixerunt et post ascensionem cum multitudine credentium, cuius erat anima una et cor unum, hac vita viventes eam posteris suo exemplo tenendam reliquerunt. Quod martyr et pontifex Urbanus ad informationem fidelium in suis decretis memorare curavit dicens[2]: 'Scimus vos non ignorare, quia vita communis hactenus inter bonos christianos viguit et adhuc gratia Dei viget et maxime inter eos qui in sorte Domini electi sunt, id est clericos, sicut in Actibus apostolorum legitur: Multitudinis credentium erat cor unum et anima una'. Hanc beati Augustini regulis ordinatam sanctus Ieronimus suis epistolis informavit. Horum itaque et aliorum muniti auctoritatibus, non minoris meriti estimamus *vitam canonicam aspirante ac prosequente Domini spiritu observare, quam religionem monasticam eiusdem spiritus perseverantia custodire. Unde antecessorum nostrorum decretis statutum esse meminimus, ne professionis canonicae quispiam, postquam Dei vice super caput sibi honorem[a] imposuerit, alicuius levitatis instinctu vel districtioris religionis obtentu de claustro audeat sine prelati et congregationis permissione discedere. Quorum vestigiis inherentes, quod quidam fratres in claustro Berhthersgadmensi de mutatione ordinis sui vana presumptione attemptare voluerunt, apostolica auctoritate ne fiat interdicimus, precipientes, ut quod Deo voverunt reddere et regulam beati Augustini, quam professi sunt, Domino iuvante fideliter observare studeant.*

a) [illegible]

1) A. 1138–1143; *Jaffé nr.* 8274. *Haec epistola commemoratur in Libro de quarta vigilia noctis c.* 7. 18. 21. 2) *Urbani I. epist. I. c.* 1, *Hinschius p.* 143.

In cuius observantia si eos forte remissos et minus fervendes reppereris, moneas fraternitatem tuam, ut secundum datam sibi a Deo sapientiam, professionem et ordinem suum servare et mandatis regule obedire, sicut tua interest, districte compellas. Data Laterani XVII. K. Aprilis.

Cum ergo scriptis apostolicis moniti et divina institutione informati agnoscamus bipertitam conversationem clericorum vel in congregatione communiter vel in dispersione disciplinate conversantium, et regulas vel cenobitales vel synodales, quas appellamus canones, observantium: quis nisi rex Babilonis et confusionis adinvenit genus tercium clericorum nimis confusum, nimis Babilonicum, laicali pariter et clericali conversatione commixtum in quoddam neutrum, neque in congregatione vacantium canendis ymnis ita decenter, sicut *te decet ymnus, Deus, in Syon*; neque in dispersione ordinabiliter militantium contra carnalia desideria, que militant adversus animam? Hi ante nos a sanctis patribus inveniuntur yppocentauris assimilati[1], qui nec equi nec homines, *mixtumque*, ut ait poeta[a. 2], *genus, prolesque biformis*, quia nullius agnoscuntur certae sectatores religionis. Horum quosdam solutos atque oberrantes, ut Ysidorus ait[3], sola turpis vita complectitur et vaga: quia nullius cautae institutionis religamine iugo Domini sunt astricti, quasi liberi et velamen habentes maliciae libertatem, non sicut servi Dei, sed sicut servi mammonae. Pro suo questu seu luxu variantes loca vel, quod peius est, occupantes loca plura contra interdicta synodalia, quibus mandatur, ne vagus clericus ante canonicam stabilitatem litteris commendaticiis ac propria professione roboratam serviat altari seu vivat de altari, prohibeturque unus in duabus vel pluribus aecclesiis intitulari, ut verbi gratia in sede cathedrali sit canonicus et in rure plebanus, vel inter plebanum et episcopum talis medius, qualis in concilio Remensi sermone apostolico per te[b], papa Eugeni[c], nuper est prescriptus pariter et proscriptus[4], eo quod quidam suis conductitiis nomen plebani fraudulenter concedunt, et ipsi sub episcopis et super huiusmodi plebanos inter se medios constituunt, ut gregem devorent non curent, vastent non pascant. Hos inpugnari vel expugnari ob hoc nimis est laboriosum, quod cum sua querant, et non que Iesu Christi, tenent arcem in Ierusalem, et sicut in libris Machabeorum legitur, facti sunt in diabolum malum in Israel, suntque magna plaga castitatis et duces reliquis alienigenis in vexationem sancte civitatis, usque adeo, ut per talium gravamina deserta sit Ierusalem a suis civibus et inhabitetur a gentibus iuxta illud: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt* Ps. 78, 1. 2.
templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam; posuerunt morticina servorum tuorum escas[d] *volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae* et cetera. Sed innotescet quandoque in nationibus ultio sanguinis servorum Dei, et introibit in conspectu Dei gemitus compeditorum. Sicut enim Symone sacerdote magno exaltato hii qui erant in arce, primo conclusi, deinde sunt eiecti; sic annuente Deo eveniet istis. Ita enim legitur: *Qui autem erant in arce Ierusalem prohibebantur egredi et ingredi in regionem, et emere ac vendere, et esurierunt valde, et multi ex eis fame perierunt. Et clamaverunt ad Symonem, ut dextras acciperent, et dedit illis et eiecit eos inde, et mundavit arcem a contaminationibus. Et intraverunt in eam tercia et vicesima secundi mensis, anno centesimo septuagesimo primo, cum laude et ramis palmarum et cinaris et cimbalis et nablis et ymnis et canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel. Et*

a) *in loco raso* A; propheta B. b) *superscr.* B. c) [illegible] B. d) [illegible] s. t. b. t. et cetera *codd.*

1) *Cf. supra* p. 452. 2) *Vergil. Aen.* VI, 25. 3) *De eccl. officiis* II, 3, § 2 *ed. Arevalus* VI, p. 413. 4) *Quod capitulum concilii Rem. a.* 1148. *periit.*

constituit, ut omnibus annis agerentur dies hi cum leticia. Et munivit montem templi, qui erat secus arcem, et habitavit ibi ipse et qui cum eo erant.

Nonne huic facto simile est illud, quod irregulares canonici, licet in arce positi, per decreta pontificum Romanorum prohibentur ecclesias emere ac vendere in regione, Matth. 5, 6. propter quod esuriunt valde, non sicut illi beati qui esuriunt et siciunt iusticiam, sed sicut hi qui ardent per avariciam? Veniet, veniet tempus acceptabile, quo eiciantur de arce primo particulariter emundata; videlicet qualibet cathedrali aecclesia, deinde universaliter ventilatione ultima, nec proderunt eis propugnacula vel iacula, quibus iamdiu tutati sunt in arce. Habent enim in regula sua, non secundum apostolos ordinata, quedam capitula rationabilia velut fortissima propugnacula, quibus defenditur conversatio eorum, tanquam sit canonica. Et revera, si viverent secundum illa, que de sanctorum patrum tractatibus excerpta illic sunt aggregata, vita eorum dici posset et esset canonica. Sed admixtum illic modicum fermentum totam massam corrumpit; illud videlicet, quod non de scriptis patrum, sed aliunde ascitum, destruit illic positas sanctiones sanctorum. Quasi enim regis legitimi legitimis edictis primo positis, aliis immo et contrariis Luc. 19, 14. edictis legationem mittunt post illum, dicentes: *Nolumus hunc regnare super nos.* Nam, *f. 15'. cum priora edicta eis interdicant proprietatem et habitacula privata, *posteriora illa penitus apocrifa concedunt huiusmodi: non ea discretione, qua beatus papa[a] Gregorius[1] clericis extra sacros ordines manentibus et legitima coniugia sortitis extra congregationes dari permittit stipendia competentia psalmodiae invigilantibus et viventibus sub christiana regula prohibente illicita, sed ea confusione, qua scripsit rex Antiochus omni regni suo, ut esset omnis populus unus. Unde apud illos inter sanctum et profanum nulla distantia est[2], inter sacerdotes et laicos modica discretio; nisi forte in eo discernantur, quod clerici plus laicis deviant, exceptis paucissimis inter eos ita sensatis, [De regula falsa.] ut intelligant et doleant se non esse[b] observatores vel illius confusae regulae nisi in vilissima eius portione, cum ea illic negligant quae sancti sancta docent, et ea solum teneant quae in permissione proprietatum et privatorum habitaculorum nescio quis indulget. Nonne itaque regula ista vel colanda est, ut sit pura et sanctis consona, vel, si colari non potest, omnino auferenda? Provenit enim ex illa talis confusio, qualis olim de iam commemorato regis Antiochi evenit edicto, quo scripsit omni regno suo, ut esset omnis populus unus. Nam, si sola sua, ut eis illic permissum est, retinerent quae relinquere nullus cogitur, nisi qui voto vel proposito vitae artioris tenetur, esset hoc utcunque tolerabile, dummodo res aecclesiae, ut in sacris canonibus precipitur, haberent non in proprietate, sed in communitate, neque ad instar filiorum Hely in Silo carnes in communi caldario coquendas et intra sancta edendas dividerent crudas in habitacula sua mulierculis frequentata deportandas. Sane a talibus congregationibus proprietates omnimodis amputare, ac privatas eis mansiones penicf. Luc. 3, 9. tus non permittere: hoc utique esset securim ad radicem arboris malae ponere, non etiam ramos solum precidere. In qua nimirum precisione ramorum hi frustra laborant qui permissis eis proprietatibus ac privatis mansionibus, a vestibus superfluitates et saecularis pompe nevum atque a moribus vicia conantur resecare. Quamdiu enim radix proprietatis et mansionum privatarum usus radicitus non evellitur, quantumlibet opere ad precidendos ramos inutiles vineae Domini quisque studiosus cultor impenderit[c], de viciosa radice alii eque inutiles pullulabunt. Nam, si in claustris canonice absque proprietate ordinatis vix vicia vel etiam crimina bene vigilante studio

a) deest B. b) sequitur tales *linea del.* B. c) impenderis B.

1) *I. Ep. XI, 56a. EE. II. p. 333.* 2) *Cf. De ordine donorum s. Spiritus supra p. 280.*

magistrorum resecari poterunt, quanto minus ubi fraterni testimonii absentia et privati domicilii secretum, insuper et etatis lubricum, ocium quoque cum habundantia coquorumque diligentia et familiae obsequela concurrerint, illicita et quae turpe sit dicere queunt[a] resecari?

Sed obicitur nobis a talibus nec inter nos viciosos nec inter illos virtuosos [illegible] omnino deesse. Atque utinam, sicut apud nos unus forsitan viciosus studiosorum multitudine premitur, quatinus aut mutetur intus aut foras egrediatur, ita apud eos quispiam studiosus viciosorum multitudine non opprimeretur ac foras egredi non cogeretur, immo et persecutionis rabie non pelleretur! Quis enim ex eis vicia aliorum sciens et emulatione fraterna impetens, declinans et arguens, cum talibus, ne dicam, pacem habere, sed vivere secure potuit? *Ingressus es*, inquiunt, *ut advena; numquid ut iudices?*: vimque facient ei vehementissime, ita ut non aliud restet cuilibet animam salvare cupienti, nisi de medio talium fugere, nec in omni circumiacenti regione subsistere, sed in monte altioris professionis salvum se facere. Unam tamen considero viam hanc litterarum civitatem expugnandi, quam cuilibet vero Caleph, cuilibet secundum cor Dei ordinato castrorum dominicorum duci video accessibilem, qua paulatim tales Cariatarbei expugnari et exterminari possint, ita ut non redigatur terra in solitudinem: si videlicet a throno cuncta innovare cupientis Dei et ab his quorum est in terris vicem Christi gerere ac de regno eius omnia scandala colligere tale edictum procedat: aut etiam, si quilibet episcoporum divinitus inspiratus hoc firmiter in corde suo ponat, ut unoquolibet eorum, qui eiusmodi sunt decedente, non alterum ei similem in locum eius substituat; sed prebendas et beneficia aecclesiastica in manu sua retinens, pauperibus interim distribui in elemosinam faciat, donec tanta fiat prebendarum liberatio, unde vel sex vel X. aut quot canonicos regulariter viventes in vicina aliqua capella foveat, quos illis malis vinitoribus viritim decedentibus, subintroducere in hereditatem Domini tanquam heredes legitimos possit. Quod in una iam aecclesia sancti Mauricii in Burgundia sita factum, nobis pro exemplo satis sit: in qua introductis canonicis aliquanti adhuc de prioribus clericis superstites videntur stipendia sua foris accipientes. Non autem hi Burgundiones pre ceteris omnibus seculariter degentibus clericis peccatores fuerunt, sed in illis divina censura exemplum statuit, imitari cupientibus possibilitatem monstravit, qualiter in toto de similibus faciendum sit, ac sine difficultate fieri possit. Quam multa moveor dicere contra huiusmodi exordinationes et Babilonicas confusiones, quibus tandem ablatis, *te decet ymnus, Deus, in Syon*, quem nunc blasphemat meretrix Babilon, *de sanguine sanctorum*, sicut in Apocalipsi legitur, ebria: quia gratiam Domini transferens in luxuriam deliciatur in conviviis de substantia sanctorum copiose ferculatis et poculatis, mixtis in medio convivantium feminis impudicis. Vix continent manus ab eo sacrilegio, quo rex Babilonis Balthasar bibendo et potando concubinas suas de sacris vasis iram Dei promeruit, quae illi per articulos manus in pariete scribentis innotuit, sancto Daniele interpretante. Atque utinam contra istos convivatores tale aliquid scribi valeat, quo ira Dei eis innotescat: qui fortasse inde plus irascitur, quod huiusmodi manducant et bibant indigne sacramentum carnis et sanguinis sui, quam si exemplo regis Balthasar vinum de sacris vasis biberent et a sacramento altaris abstinerent, ne in populo Dei scandalum facerent! Quando enim laici omnino illitterati vident huiusmodi clericos altari audenter ministrare, quibus interdum sic ministrantibus aut ymnos de canticis Syon canora voce iubilantibus assistunt eorum femine tanquam filiae Babilonis miserae[c], ita[d] egressa iniquitate a clericis et senioribus qui videntur regere populum, cernere habemus miserabile spectaculum.

a) *in marg. suppl. B.* b) ac — cogeretur *in marg. suppl. B.* c) [illegible]
d) *leg. ..., ut videtur*, tunc egressa *vel causa* A.

scilicet in medio tui, Ierusalem, populum pene totum Babilonicum. Quomodo ergo *te decet ymnus, Deus, in Syon,* cuius populus, populus Gomorrae seu Babiloniae, absque
Dan. 13, 5. doctoribus et ductoribus iusticie? Nam hi, qui videbantur regere populum, pene
[illegible] *omnes declinaverunt, simul inutiles facti*[a] *sunt: non est qui faciat bonum, non est usque*
[De flammeo gladio.] *ad unum.* Etiam illi, quibus quasi Cherubin flammeus datus est gladius ad custodiendam viam ligni vitae, cum deberent manifeste criminosis interdicere ac prohibere accessum ad mensam Domini usque ad condignam satisfactionem, passim confuse omnibus accedentibus, licet manifeste criminosis, porrigunt fructum ligni vitae, quem
[illegible] 11, 33. talibus deberent negare. Ideo inter nos multi infirmi et imbecilles, et dorminnt multi.
Et quia Babilonica ista confusio nullos magis respicit quam desides negligentesque
[illegible] rectores, ideo iusto iudicio Dei effusa est contentio super principes tam seculares, quam spiritales, et errare fecit eos in invio et non in via: dum et spiritales implicari se gaudent secularibus negociis, et seculares intermiscere se audent spiritalibus causis. Quae nimirum confusio corpus totius aecclesiae facit languere, ac membra eius contra se invicem dissidere, tanquam si dicant oculi pedibus ac[b] manibus, opera vestra non indigemus: et manus vel pedes oculis, non estis nobis necessarii. Spiritales enim, qui quasi oculi dirigere deberent manus ad operandum vel pugnandum, pedes ad ambulandum, sic tenentur captivi sub regibus cum[b] principibus Babilonicis, ut eis dicatur:
Ps. 136, 3. *Ymnum cantate nobis de canticis Syon.* Ymnum, inquiunt, cantate nobis, non contra nos, voluntates malas[c] nostras cohibendo, sed nobis beneplacita loquendo. Ymnum tamen de canticis Syon, quia nolumus videri principes Babiloniae, sed Syon. Volumus audire caelestem doctrinam; sed ad perficiendam, non impediendam voluntatem nostram.

(31). Matth. 2, 4. Tale fuit, quod rex Herodes mittens et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur; tanquam diceret: *Ymnum cantate nobis de canticis Syon.* Atque utinam tales illi fuissent, ut sic[d] ei maligne
Ps. 136, 4. sciscitanti respondissent: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Quo-
*f. 17. modo prodemus caelestia mysteria tibi *alienigene volenti regem verum occidere? Filius quoque ipsius alter Herodes, paternae impietatis heres, et ipse volebat audisse ymnum de canticis Syon per os Iohannis baptistae, quem metuebat et libenter audie-
Marc. 6, 18. bat, quoadusque illi molesta canere incipiebat, dicens: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Cantabat quidem ille ymnum de canticis Syon, sed non ut Herodes vel Herodias voluit sibi optatum vel acceptum. Similiter ab ipso rege ac summo sacerdote Syon voluerat audisse ymnum de canticis Syon, ex[e] multo tempore cupiens
Matth. 7, 6. videre Iesum, et gaudens, quod ei Pylatus misisset illum. Sed ipse indignum iudicans margaritas mittere ante porcos, coram eo tacuit nec signum aliquod fecit, magisque sperni quam honorari voluit ab illo et exercitu eius. Tunc enim fuit[f] illi tempus tacendi. Sed postquam resurrexit a mortuis, ubicunque tempus loquendi fuit; loquens ipse in discipulis veritatem non tacuit ante reges et presides, dando suis os et sapien-
[De Iericho.] tiam, cui non poterant resistere omnes adversarii eorum. Istis legitime canentibus et
[illegible] quasi tubis sacris circa Iericho clangentibus, corruerunt muri civitatis anathematizate,
Num. 13, 28. principante Iosue vero introductore in terram lacte ac melle manantem: cuius publico edicto maledictus enunciatur qui reedificaverit Hiericho[g].

[illegible] Et ecce tamen quidam reedificare audent maledictam civitatem nuncios Iosue,
[illegible] 17. immo apostolos Iesu Christi persequentem, cum sola domus Raab, sancta videlicet aecclesia, de perditione huius civitatis excepta sit: quae videlicet, ruentibus mundanis edificiis, ipsa in edificatione morum simul et murorum crescit in templum sanctum
[illegible] in Domino: *In quo,* ut apostolus ait, *omnis edificatio constructa crescit,* non decrescit.

a) f. s. non e. q. f. b. ad: e. q. f. b. non est u. a. u. *B.* b) et *B.* c) nostras malas *B.* d) ei sic *B.* e) cupiens ex m. t. *B.* f) illi fuit *B.* g) Iericho *B.*

Spectaculo huius rei cum in toto mundo, tum certe clarius in urbe Roma fidelium pascuntur oculi, cum palatia imperialia ceteraque urbis edificia illic diruta ruinam representent[1] Hiericho[a], et aecclesiastica edificia de die in diem crescentia et aureis imaginibus fulgentia murorum simul et murorum cottidiano incremento et ornamento evidenter ostendant quasi domum Raab salvatam, sanctam videlicet aecclesiam fide et nomine Petri firmatam. Sic in diebus nostris aecclesia Lateranensis[2] et aecclesia sanctae Crucis, et aecclesia sanctae Mariae novae crescentes profecerunt in religione simul et in forinseca murorum ampliatione. Domus quoque beati Pauli apostoli per Gregorium VII. reparata claret nunc in religione monastica, qua et monasterium sanctorum IIII[or] Coronatorum, et sancti Anastasii florere videmus, cum ceteris aecclesiis ac monasteriis in urbe Roma religiose ordinatis. Unde non inmerito dolemus, quod adhuc in domo beati Petri principis apostolorum desolationis abhominationem stare videmus, positis etiam propugnaculis et aliis bellorum instrumentis in altitudine sanctuarii supra corpus beati Petri. Quod licet non audeamus iudicare malum esse, tamen sine dubio iudicamus esse a malo, eorum videlicet, qui suae rebellionis malicia cogunt fieri talia.

Cogor hic reminisci cuiusdam sententiae beati Augustini, qui in libro Questionum veteris et novi testamenti dicit inter cetera[3]: *Quare ergo sententia data est, ut qui accipit gladium gladio pereat? nisi quia nulli licet, excepto vindice*[b], *gladio quemquam occidere. Apostolo autem Petro usque ad hoc permissum est, quod terrorem*[c] *faceret, non quod occideret. Hoc enim audiens, ne iterum percuteret didicit.* Idem ad Publiolam[d, 4]: *Qui repelluntur aliquo terrore ne mala faciant, et ipsis aliquid fortasse prestatur.* Haec dicente sancto Augustino de sensu euangelico et exemplo apostolico credimus licita comprobari quae in vicinia Sarracenorum, sicut audivimus, fieri solent, armis comportatis in altas turres aecclesiarum vel monasteriorum, quorum ostentatione per spiritales quoque viros terrentur barbari, ne invadant loca sancta: quae audenter invaderent, si ea nullis defensionum instrumentis premunita cognoscerent. Quod non puto ideo reprehendendum temere, quia id fieri constat nimia extorquente necessitate, ut interdum clerici quoque vel monachi super muros illic appareant loricati vel scutati: non intentione aliquem ledendi, sed hostes terrendi et quomodolibet repellendi ab incursu locorum sanctorum. Quibus interdum iacula vel saxa desuper iacientibus, ut hostem repellant longius, fit quidem res inordinata, sed ob maius periculum devitandum et terrorem barbaris incutiendum iure toleranda, semota penitus intentione aliquem occidendi: quod a spiritalis propositi viris non licet fieri, qui malle debent occidi quam occidere, quantacunque armorum vel armatorum ostentatione hostes arceant a suimet lesione. Si autem ab ordinata potestate huiusmodi armatura providetur, nichil inordinate in hoc agitur. Quoniam et Paulus apostolus cum suas insidias prenovisset, per tribunum potestatis Romanae sibi tutelam providit armorum: in que si hostes illius mortem et sanguinem sitientes incidissent, non ipse reus homicidii fuisset: sed illis debita ultio provenisset sanguisque ipsorum super capita eorum[e] esset, dum non aliis, sed sibimetipsis reatus imputaretur suae interfectionis. Tutela vero armorum,

Matth [illegible]

[D [illegible]

a Ierieho *E.* b iudice *Pseudo Aug.* c dolorem *Pseudo Aug.* d Publicolam [illegible]

1 *Cf. Comm. in ps. LX* (*Pez, Thes. V, col.* 121). Ipsa etiam civitas Roma [illegible] aedificiis ita cernitur destructa, ut non tam civitas, quam civitatis ruina esse [illegible]. 2 *De Lateranensi ecclesia cf. Iohannis diaconi librum de ecclesia Lateranensi ap. Mabillon, Museum Italicum II. p.* 568; *cf. Liber de aedificio Dei c.* 64, *supra p.* 172. 3 *Pseudo-Augustini Quaestiones ex utroque testamento mixtim* 104. *Opp. III. app., col.* 1084. 4 *Epist.* 47 [illegible] *II col.* 112.

quae tunc a potestate legitima data fuit uni aeccelesiasticae personae, recognoscitur nunc data universali aeccelesiae: ut videlicet haec[a] a regno sibi collato contra hostes habeat armatos ministros, quibus aeccelesiam defendentibus vel episcopum pro sui tutela comitantibus, et de ea quae recta sunt iuvantibus, etiamsi contingant ab eis homicidia, non est episcopus homicida magis quam Paulus apostolus [homicida[b]] fuisset, si in ipsius deductione aliquis hostium suorum [interemptus[b]] cecidisset. Porro, si ad mala negocia episcopus abutitur suis ministris, ipse utique homicida efficitur, si quis ab eis in tali ministerio interficitur: quo modo reges, duces et comites homicidae fiunt, [*f. 18.] si absque iudicio et iusticia *homines occidunt vel occidi faciunt. Eadem videlicet consideratione inter christianos muniuntur quedam turres aeccelesiasticae armis et pro- [cf. Matth. 27, 25.] pugnaculis; per quae si hostes aeccelesiae ledentur, sanguis eorum super eos erit, dum propria solummodo iniquitas et nocendi aviditas ad talia eos impellit.

(55). Alia sane ratio est, cum potestas ordinata, suae ordinationis inscia vel oblita, aeccelesiam persequitur; alia, quando a paganis exterius vel ab inimicis domesticis interius gravatur. Potestas enim legitima vel ad ordinationis suae obedientiam verbo doctrinae dirigenda est vel, si dirigi non potest, verbo excommunicationis frangenda; salva scilicet unitate aeccelesiae, dum regnum Deo inobediens scinditur, quemadmodum in [cf. 1. Reg. 28, 17.] Saule contigit[c], cui David fidelis in regno successit. Porro exterorum forinseca gravamina, quia verbo doctrine submoveri non possunt, quoniam de his qui foris sunt iudicandi potestatem non habet aeccelesia, viribus humanis per arma simulque divinis per orationes arcenda sunt iure tam civili quam imperiali. Quae duo iura quando sibi concordant in aeccelesiae defensione, principibus recte ordinatis et civibus bene pacatis, facile resistit [De iure imperiali et civili.] aeccelesia impugnationibus forinsecis vel paganorum vel excommunicatorum. Denique altero iure violato aeccelesia est in grandi periculo, nisi aut imperiale ius eam defendens cives tumultuantes reprimat, vel civium unanimitas principes tyrannizantes cohibeat, sicut sepe contigisse narrant aeccelesiasticae hystoriae. Verum tunc imminent aeccelesiae maiora pericula, quando eam vexant intestina bella, simul principibus et civibus convenientibus in unum adversus Dominum et adversus christum eius. In tali periculo [cf. Exod. 14, 16.] necesse est mare percuti quasi virga Moysi, virga scilicet pastorali, ut dividatur in divisiones verbo doctrinae percussum et discissum. Sic Paulus apostolus unanimitate [cf. Act. 23, 7.] se persequentium pregravatus verbo doctrinae fecit phariseos et saduceos ab invicem dissidere, ut quasi mare diviso transiret absque periculo, phariseis scilicet pro eo agentibus contra saduceos, ut in Actibus apostolorum legitur.

(56). Similiter accidisse meminimus non semel in urbe Roma, dissidente inter se populo Romano et parte fidelium infideles reprimente, sacerdotali simul auxilio cooperante. Verum si rebelles istos aeccelesia velut castrorum acies ordinata magis ordinate persequeretur, non per eos Hiericho seu Babilonia reedificaretur, ut Rome apparet in ede Capitolina olim [[illegible] 17.] diruta et nunc reedificata contra domum Dei[1] contra domum Raab; sed claresceret in certamine sapientia simul et fortitudo aeccelesiae, sapientia videlicet in clericis recte docenti- [1. Petr. 2, 14.] bus, et fortitudo in militibus eorum doctrinae obedientibus, atque ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum suas vires impendentibus, et omnem altitudinem adversus [*f. 18'.] scientiam Dei erigentem se destruentibus, ea videlicet cautione servata *in castris Domini, ut clericus vel etiam episcopus non recte docens deponeretur et episcopatum eius acciperet alius; atque miles vel etiam princeps rectae doctrinae inobediens et acquiescere nolens ut Saul, anathematis iaculo percuteretur aliusque illi subrogaretur ut David. Denique in

a haec *B.* b *deest A.* c contigit — doctrinae *in marg. B.*

1) *Otto Frising. Gesta Frid. II, c.* 20: Quare reaedificandum capitolium, renovandam senatoriam dignitatem, reformandum sequestrem ordinem docuit *(scil. Arnoldus de Brixia).*

omni militum vel civium gwerra et discordia vel pars altera iusta et altera iniusta, vel utraque invenitur iniusta. Cuius rei veritatem patefacere debet sacerdotalis doctrina, sine cuius censura nulla bella sunt movenda. Sic ergo manifestata veritate, pars iusta sacerdotalibus tubis animanda, et etiam communione dominici corporis ante bellum et ad bellum roboranda est; quia panis iste cor hominis confirmat, quando pro defensione iusticiae vel aecclesiae aliquis ad pugnam se preparat; cui pars iniqua resistens et pacto iustae pacis acquiescere nolens, anathematizanda et etiam negata sibi sepultura christiana humilianda est. Nunc autem civitate contra civitatem, regno adversus regnum, principe adversus principem non iusta bella moventibus, ambabus partibus absque cunctatione seu causarum ventilatione datur corpus Domini. Quasi vero divisus sit Christus et possit esse in tam divisis et contrariis partibus. Qui certe vel alteri vel ambabus est negandus, nec alicui aperte contra iusticiam pugnanti aliquatenus dandus, ne forte per incuriam sacerdotum sic traditus in manus evidenter peccatorum iusta ira moveatur contra sacerdotes denuo ipsum cum Iuda tradentes. Et quia tam magnae iusticiae magna siti et esurie, micas licet modicas lambere fames ipsa compellit.

Unde refero factum iustum et honestum, quod in terra Ungarica et barbarica et vix nomine tenus christianorum principum dominio subdita laudabiliter accidit. Nam cum rex[1] illius terrae anno plusquam preterito se ad bellum prepararet contra regem Grecorum[2], ante procinctum cum episcopis illius terrae habuit consilium: qui tanquam viri literati cautissime discutientes causam pugnae, atque invenientes pactum pacis ex parte Ungarorum primo violatum, recordati sunt prophetiae dicentis: *Qui dissolvit pactum, numquid effugiet?* Ez. 17, 15 Qua prophetia instructi prophetaverunt regem, si pugnaret contra ius pacti et fedus pacis, minime[a] triumphaturum et auxilio Dei cariturum. Quo audito rex, licet immitis ac barbarus, tamen procinctum relaxavit et sua ex parte ruptum fedus reparavit[3]. Quanto magis ergo in aecclesia sanctorum refrenaretur animositas principum vel capitaneorum contra se in Romano imperio tumultuantium et aecclesias multas desolantium, si episcoporum scientium reprobare malum et eligere bonum sententia concordaret in unum? Enimvero ut non sit vel esse possit scisma inter eos, unus omnibus est prepositus, cui dictum est: *Confirma fratres tuos.* Quo nimirum confirmante quamlibet episcoporum sententiam iusticiae regni Dei consentaneam, licet regibus mundi huius contrariam, non esset in aecclesia rex qui auderet, vel si auderet, posset refellere illam. Porro, si is qui ceteros confirmandi habet potestatem et auctoritatem, precentor fieret in qualibet [iusta[b]] sententia episcopis per epistolas directa, quis eam refellere posset, cum sit velut alter Hieremias[c] constitutus non solum super aecclesias, sed etiam super regna, ut evellat et destruat et disperdat et dissipet, edificet et plantet? Sic reges profanos et symoniacos invenimus evulsos auctoritate apostolica, cooperante gratia Dei, quae per mundi huius infirma sepe confundit fortia, eligens ignobilia et contemptibilia, ut magna vel instruat et destruat. Puto, quod Paulus apostolus idipsum intendebant scribens discipulis: *Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate; et non ut inimicum existimetis illum, sed corripite*[d] *ut fratrem.* Si quis, inquit, non obedit, non episcopum, non principem seu divitem excipiens, quin esset corripiendus etiam a minimis fratribus atque instruendus, primo in spiritu lenitatis ad obedientiam pretermissam vel intermissam humiliter recipiendam:

a) *suprascr.* A. b) *deest* A. c) Ier. *B.* d) *corr. ex confirmate* A.

1) *Geiza II.* 2) *Manuelem.* 3) *Quod quo anno acciderit ex scriptoribus Graecis* [illegible] *Iohanne Cinnamo et Niketa Choniate non certe elucet.* [illegible] *'Geschichte von Ungarn' I. p. 255. hunc locum ad a. 1153 refert,* [illegible] *III* [illegible] *dedicatus est, anno a. 1153, mense Iulio* [illegible].

quam si recipere nollet, in promptu se habere testatus est ulcisci omnem inobedien- 2. Cor. 10, 6. tiam: *Omnem,* inquit, etiam *episcoporum et principum. Cum impleta,* inquit, *primum fuerit vestra obedientia;* subaudis in anmonitione fraterna. Primo enim sunt admonendi qui manifeste peccant, etiam reges, quanto magis episcopi, ut exemplo regis[a] David [De decollatione testium.] male acta corrigant, non exemplo Herodis monitores iugulent. Quasi enim decollator Ioh. 1, 23. est preconis, qui acquiescere nolens monitis, obstruit viam vocis in deserto clamantis. Atque utinam soli hoc facerent reges Herodi consimiles, non etiam pontifices Cayphe imitatores! Oportet autem scripturas impleri, quibus hoc prenunciatum est et prefigu- cf. Apoc. 13, 6. ratum, quia non solum bestia, sed et pseudopropheta veritati adversatur. Hinc est, quod omnis Pharao suos habet magos, omnis Nabuchodonosor suos habet ariolos, omnis Herodes habet sibi consentaneos scribas, a quibus sciscitatur, quomodo vel ubi Christum persequatur, vel quomodo eius precones decollandi oportunitatem inveniat, ut eis vocem preripiat, etiamsi eos corporaliter non occidat: quod est quedam quasi decol- 61). latio et testium Christi occisio.

[De quatuor bestiis.] Dan. 7, 3. Bestiae humani sanguinis avidae quatuor conspiciuntur in Daniele pugnantes inter se, quibus quatuor significata sunt regna sanguinaria: Babilonicum, Persicum sive Medicum, Macedonum sive Grecorum atque Romanorum. Quibus bestiis omnino ablatis conspicitur in nube filius hominis, cui datum est regnum et honor; quia Christo datus est principatus et honor regni permaxime in humana facie, in qua datum est ei et iudicium facere, quia filius hominis est. Unde regni eius ministros delectat mansuetudo humana, potius quam crudelitas ferina secundum exhortationes, non pseudopropheta- [illegible] tarum, sed sanctorum prophetarum, quibus datum est in regno Christi 'sacerdocium sanctum, usque adeo a sanguinis effusione inmaculatum et alienum, ut sacris canonibus exterminetur a sacerdotali ministerio, qui aliquando militans quantumlibet iuste occidit hominem, vel in iudicio sanguinis pulsando vel ministrando cooperatus est iudici quantumlibet iuste occidenti. Unde Felici episcopo Nuceriano Innocentius papa scribens, ait[1]: *Designata sunt genera, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, si*[b] *quis fidelis militaverit, id est*[c], *si quis fidelis causas egerit, hoc est postulaverit; si quis fidelis amministraverit.* Promotos quoque in sacerdocio sacri canones instruunt huiusmodi [Nicolaus papa.] ad cautelam. Legitur enim in decretali epistola Nicolai pape ad Karolum regem[2]: *Reprehensibile esse*[d] *valde constat quod subintulisti, dicendo maiorem partem hominum episcoporum die noctuque cum aliis fidelibus tuis contra pyratas maritimos detineri, ob idque episcopi impediantur venire, cum militum Christi sit Deo servire, militum vero* 2. Tim. 2, 4. *seculi seculo, sicut scriptum est: 'Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus'. Quod si seculi milites miliciae student, quid ad episcopos et milites Christi, nisi ut vacent orationibus?* Ex concilio Hilerdensi capitulum primum: *De*[3] *clericis, qui in obsidionis*[e] *necessitate positi fuerint, id statutum est, ut qui altario ministrant et Christi corpus*[f] *et sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine etiam hostili abstineant. Quod si occiderint, officio et communione priventur: quibus*[4] *post biennem penitentiam receptis promocio denegetur.* Ex concilio Toletano [Sinodalia statuta.] cap. XLIIII.[5]: *Clerici qui in quacunque sedicione arma volentes sumpserint aut sumpserunt, reperti amisso ordinis sui gradu in monasterium penitentiae contradantur.* Ex con-

a) D. r. *B.* b) si — militaverit *des. Inn.* c) id est *post* possunt *B.* d) valde esse *B.* e) obsidionibus *B.* f) corpus et *des. Conc.*

1) *Epist. ad Felicem c.* 3, § 5, *ed. Schönemann p.* 656; *Hinschius p.* 533. 2) *Mansi XV, col.* 291; *Deusdedit Coll. can. IV, c.* 99, *p.* 416; *Grat. C. XXIII, qu.* 8, *supra p.* 277. 3) *Conc. Ilerd. c.* 1, *Mansi VIII, col.* 612; *Hinschius p.* 346. 4) *Sequentia ad sensum tantum.* 5) *Syn. Tolet. IV, c.* 45, *Mansi X, col.* 630; *c.* 44, *Hinschius p.* 370.

cilio Toletano cap. VII.[1]: *His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talium excessibus prohibendum est, ne indiscrete presumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum est sententia propria iudicare presumant, aut truncationes quaslibet membrorum quibuslibet personis aut per se inferant aut*[a] *inferendas precipiant. Quod si quisquam horum immemor preceptorum aut in aecclesiae suae familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, et concessi ordinis honore privatus et loco, sub perpetuo dampnationis teneatur religatus ergastulo. Cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed ut convertatur et vivat.* Et concilio Toletano cap. XXX.[2]: *Sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negocia sua committunt. Et quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia preparatur. Si quis ergo sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud aecclesiam perdat proprium gradum.*

Preceptis huiusmodi[b] salutaribus moniti et apostolica institutione informati, optamus episcopos et reliquos altaris ministros a iudicio et negocio sanguinis esse alienos, nisi quantum officium docendi et precipiendi requirit, quomodo instruendi et constringendi sunt seculares iudices a spiritalibus omnia iudicantibus, ut recte iudicent suamque potestatem exerceant ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quod autem per labia sacerdotis quae custodiunt scientiam et per os, de quo requiritur lex Domini irreprehensibilis, exeat iudicium sanguinis, reprehensibile nimis est. Proinde ipse quoque potestates et dignitates imperiales aecclesiis datae, verbi gratia, ducatus, comitatus et his similia, per laicas personas eisdem aecclesiis fidelitate obligatas ita oportet amministrari, ut neque in iudicio neque in negocio sanguinis, quamlibet iuste fundendi, polluantur labia et manus, quibus conficiendum est Christi corpus. Ad hoc enim sicut in regno Antichristi cooperantur sibi in malum bestia et pseudopropheta, ut misterium iniquitatis pallietur specie quadam iustae ordinationis, dum non alium bestia Pylatus ad mortem dampnat, nisi quem Cayphas iuste interficiendum prophetat: sic in regno Christi cooperantur sibi in bonum regalis potestas et sacerdotalis dignitas, ita ut omnis David suum habeat Nathan, quem audiat, et omnis Ezechias per sibi contemporaneum regatur Ysaiam et omnis Iosias per suum deploretur Ieremiam et omnis Zorobabel subminister sit Iesu sacerdotis magni: habita nimirum distinctione congrua potestatis utriusque, sicut docent regulae patrum dignitates ambas recte distinguentium. De quibus cum plura possemus ponere, sufficiat ad presens unum decretum Nikolai pape dicentis inter cetera[3]: *Fuerunt*[c] *haec ante adventum Christi, ut quidam typice reges simul et sacerdotes consisterent*[d], *quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia. Quod*[e] *etiam inpius diabolus imitatus est, utpote qui semper quae divino cultui conveniunt sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit, ut pagani imperatores idem et maximi pontifices dicerentur. Sed] cum ad verum ventum est, [eundem regem*[f] *atque pontificem] ultra sibi nec imperator iura pontificatus arripuit, nec pontifex nomen imperatorium usurpavit: quoniam idem mediator Dei et hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit.*

a) per se *add. B, deest A. Syn. Tol.* b) sal. hui. *B.* c) Fuerunt — eundem [illegible] palliatur utrum. *add. A; uncis inclusa des. B.* d) exist. *Nic.* e) Quod quidem [illegible] f) r. — pont. *in loco raso eadem atram. in textu A;* eundem — pontificem *des. B.*

1) *Syn. Tolet. XI. c. 6. Mansi XI. col.* 141; *Hinschius p.* 409. 2) *Syn. Tolet. IV. c. 31. Mansi X. col.* 628; *Hinschius p.* 369. 3) *Epist. 8. ad Michaelem imp., Mansi XV. col.* 214. 215; *Jaffé nr.* 2796.

propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursum in inferno demergi, ut et christiani imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent et pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur: quatenus cf. 2. Tim. 2, 4. *spiritalis actio carnalibus distaret incursibus et ideo militans Deo minime se negociis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis presidere videretur.* Idem[1]: *Denique hii*[a] *quibus tantum humanis rebus et non divinis presidere permissum est, quomodo de his per quos divina ministrantur iudicare presumant, penitus ignoramus.*

Haec dicente papa Nikolao, nos eidem consona dicendo affirmamus, eum qui presidere debet rebus terrenis in administratione tantummodo negociorum secularium, non se *debere implicare negociis spiritalibus: et e converso iudicem spiritalem vacare oportere divinis et tamen sine sui spiritus implicamento etiam per doctrinam regere ipsos quoque reges et imperatores, quanto magis minores potestates? At illi persepe dominari volunt et doceri nolunt; immo testes veritatis occidunt. Etiam Matth. 7, 15. quidam nomine tenus et facietenus pastores, intrinsecus autem lupi rapaces et contra 1. Petr. 5, 3. doctrinam precipui pastoris Petri apostoli dominantes in clero testes veritatis occidunt; Marc. 6, 17. et imitando Herodem se arguentes primo incarcerant inter claustra silentii, ne ab ipsis publice arguantur: deinde quantum in ipsis est, omnino decollantes interficiunt, cavendo quidem sibi, ut estimant, a reatu homicidii, sed non effugientes crimen testicidii. Aliud est enim hominem occidere, atque aliud testem. Nam hominem occidit qui ei vitam tollit: testem vero interficit qui ei testificandi et legendi facultatem precidit; ea videlicet intentione, ut quasi licenter illicita committendi habeat libertatem, nemine arguente [Mentio Iohannis baptiste.] vel contradicente. Veruntamen, sicut metuebat Herodes Iohannem, sciens eum virum Marc. 6, 20. iustum et sanctum et audito eo multa faciebat et eum custodiebat et libenter audiebat; sic et isti libenter se audire simulant eosdem, quos metuunt, incarcerant et occidunt, quia eorum voces in deserto clamantium penitus audire[b] nolunt, nec in solitudinibus et montibus et speluncis vel cavernis terrae, quanto minus in domibus regum luxuriose convivantium et in ipsis conviviis de morte Iohannis tractantium, quem dolent adhuc vivere in spiritu et virtute Helye atque ideo moliuntur eum in viris iustis et sanctis cf. Is. 55, 11. extinguere. Sed nunquid ideo verbum de ore Domini semel egressum revertetur ad ipsum vacuum? Non: sed faciet quecunque voluit et prosperabitur in his ad quae misit Ps. 32, 9. illud. Sicut enim in creatione mundi ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt; sic usque ad consummationem seculi manens cum electis ipse dicit et fiunt; ipse[c] mandat spiritumque suum emittet et creabuntur. Quod quia pauci credunt, ideo dici-Luc. 18, 8. tur: *Cum venerit filius hominis, putas, inveniet fidem super terram?* Vident enim pene Ier. 1, 13. omnes ollam succensam, flante aquilone; sed soli et pauci fideles vident simul cum ib. 11. Ieremia virgam vigilantem, qua demonstratur, quod Dominus vigilat super verbo suo, ut faciat illud, qui ad perficiendum omne quod intendit, prospere procedit et regnat, nec est qui eius gyganteo cursui obsistere valeat. Duas hic perpendo intentiones inter se repugnantes. Nam et olla succensa diaboli vel Antichristi significat maliciosam in-Matth. 24, 24. tentionem, qua intendit omnia confundere, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest etiam electi huius ollae fumo cecati; quo contra Dominus intendit, ut fiat salva omnis caro diebus malis breviatis, qui nisi breviarentur, sicut ipse ait, non fieret salva omnis ib. 22. *f. 21. caro, sed *propter electos,* inquit, *breviabuntur.* Ergo non *solum [ipsi[d]] electi robusti et perfecti, sed etiam fragiles infirmi nomine carnis designati salvabuntur, ut et de Gen. 2, 23. perfectis dicat ipse: *Hoc nunc os ex ossibus meis,* et de imperfectis hominibus, tamen bonae voluntatis, adiciendo subinferat, *et caro de carne mea.* Sic: *Te decet ymnus,* Ps. 64, 2. *Deus, in Syon,* ut fiat quod in eodem canitur ymno, ubi dicitur: *Ad te omnis caro*

a) hi *B.* b) audiri *A.* c) ipse — creabuntur *des. B.* d) *deest B.*

1) *Paulo superius col.* 214.

venit. Non enim deficient in aecclesia sancta Ieremiae et Aggei similes, licet infirmi ac pauperes, per quos confundantur huius mundi fortia, illud prohibentes quantum in se est, ne ad te omnis caro veniat, neve omnis caro salva fiat, secundum quod Ieremias et Aggeus in hoc ymno prophetant: quibus in antistes sedis apostolicae Leo magnus sacerdos orando, exhortando, epistolas mittendo, synodalia decreta condendo, favere dinoscitur, dum quivis catholicus et religiosus, licet pauper et modicus, contra iniquos quantumlibet magnos animatur auctoritate Petri, cui prevalere non possunt ista portae inferi. Similiter in quolibet catholico principe a Deo misso, et apostolicae sedis auctoritate firmato ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, compar est ille Zorobabel dux populi a peregrinatione revertentis iuxta verbum Domini, sicut scriptum est: *Et factum est verbum Domini secundo ad Aggeum in vicesima et quarta mensis dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda dicens: Ego movebo caelum pariter et terram et subvertam solium regnorum et cunctam fortitudinem regni gentium et subvertam quadrigam et ascensorem eius, et descendent equi et ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te, Zorobabel, fili Salathiel, servi meus, dicit Dominus, et ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.*

Notandum, quod subvertendum prophetat solium regnorum, priusquam substituat ducem sibi dilectum et electum. Eodem modo, si quis rex aut princeps imperio sacerdotali quasi per Samuelem commonitus ferire impios, vastare Amalechitas, percutere Agag regem populo Israel inimicum, talibus contra mandatum sacerdotale pepercerit, aut quod peius est, inimicos Dei fovere atque amicos Dei[a] persequi ausus fuerit, iure hic talis potestate qua male utitur, privatur, ita ut regnum ab eo scindatur: maxime si et ipse scindere audet pallium sacerdotale vel prophetale, minuendo ius et decus aecclesiae; quod est in ornatu sacerdotalis excellentiae, quae clare splendescit in illa reversione de captivitate Babilonica in Ierusalem, secundum hunc ymnum, qui te decet, Deus, in Syon. Iam quippe solio regnorum subverso in Iudaico populo primo regibus Israel cultoribus vitulorum aureorum propter scissuram sui a domo David vel potius ob idolatriam deletis et a regno Dei exterminatis, deinde regibus quoque Iuda in transmigratione Babilonis terminatis et quibusdam eorum laudabiliter in regno caelorum coronatis, *quorum David, Ezechias et Iosias erant precipui, ex tunc, ut iam dictum *f. 21'. est, regnorum solio subverso et regio nomine penitus ablato Zorobabel quanquam genitus de tribu regia, non tamen in regem, sed in ducem promotus, habuit sibi succedentes non reges, sed duces usque ad illud tempus, quo post ablatum sceptrum de Iuda oportuit etiam ducem de femoribus eius auferri, subintrante rege alienigena Herode, qui ex patre Idumeo et matre Arabica natus fuit[1]: ac proinde illo regnante vel potius tyrannizante illum nasci regem decuit, de quo patriarcha Iacob longe ante predixerat: *Non auferetur sceptrum de Iuda et dux de femore eius, donec veniat cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium.* Diminuta[b] igitur aliquantulum iam tunc seculari dignitate [Ablatum regum Iudaicorum in duces, quando incipiebant proficisci de peregrinatione sua cives Ierusalem: sacerdocium prius quidem religiosum, sub regibus tamen aliquatenus depressum, sicut indicat liber regum; verbi gratia, ubi legitur Helyas regis et reginae persecutionem passus in Israel et in Iuda Zacharias inter templum et altare iussu regis Luc. 11, 51. lapidatus, iam super duces eorumque principatum legitur magis ac magis exaltatum et glorificatum coronisque regalibus honorificatum, iuxta illud in propheta: *Sumes, ait Dominus, argentum et aurum, et pones in capite Iesu, filii Iosedech, sacerdoti magno.* Super hoc vir illustris Ieronimus ait[2]: *Imponuntur autem coronae Iesu, filio Iosedech,*

a *deest B.* b diminuta *codd.*

1 *Euseb. hist. eccl. l. I. c. 6.* 2 *Comment. in Zachar. l. II. Opp. ed. Vallarsi VI col. 829. paucis omissis.*

sacerdoti magno, quia per singulas virtutes nostras Dominus coronatur, immo nobis per virtutem penitentiae coronatis, salvator in singulis coronam accipit. Cum ergo rex et sacerdos idem sit Iesus Christus dominus noster gloria et honore coronatus, tamen sacerdotalis dignitas tunc magis in eo coronatur, cum quis de Babilonica malicia per penitentiam revertitur in Ierusalem, in qua tunc defecisse constat regale quodammodo fastigium, quando rex Babilonis vel in aecclesia vel in qualibet prius fideli anima sibi
10,27. usurpat principatum. Iugo itaque illius per penitentiam, quae ad sacerdotale officium pertinet, a facie olei computrefacto, recte Iesu sacerdoti magno imponuntur coronae. Cuius rei tipus in Iesu sacerdote magno agnoscitur precessisse simulque illud prefiguratum esse, quod regnis ydolatris, scismaticis atque indisciplinatis, usque ad sui fastus defectum curvatis, amplius glorificanda et coronanda erat sacerdotalis dignitas, ita ut stratoris quoque officium pontifici Romano a regibus et imperatoribus exhibendum sit[1]:
11,43. renovatis videlicet miraculis antiquis, quibus agnoscimus Ioseph in curru Pharaonis
Dan. 5, 29. Esth. 6, 11. exaltatum, Danielem regis purpura ornatum, Mardocheum regali equo subvectum. Haec nimirum spectacula nunc regibus partim ablatis, partim diminuto eorum regno humiliatis, et exaltato sacerdocio, delectant spectatorem benivolum, torquent invidum. Qui ut amplius crucietur et pius oculus magis iucundetur, forsitan sicut ante primum Christi adventum regibus ablatis duces principati sunt usque ad ipsum, sic ante secundum eius adventum per lapidem sine manibus abscisum de monte aurea statua regnorum tota contrita, in quantum regno divino invenitur contraria, succedet in seculari dignitate minoris nominis potestas, diminutis regnis magnis in tetrarchias aut minores etiam particulas, ne premere valeant aecclesias vel aecclesiasticas personas, patrocinio magni sacerdotis presidis apostolicae[a] sedis coronati et super omnia regna exaltati defensas et privilegiis apostolici principatus communitas.

[Aurea statua contrita.]

Quis iam, cuius oculus nequam non est aut lippus, ad invidendum potius quam ad videndum patulus, non ista cernat partim completa, ut iure omnis benivolus expectator et spectator de implendis minime ambigat, cum tanta videat impleta secundum quod in scripturis veritatis inveniuntur expressa? Quis non cum veneratione aspiciat Petrum apostolum sacerdotem magnum, immo in ipso sacerdotem summum Iesum Christum, tot coronis aureis
Ier. 1, 10. coronatum, super quot regna constituit illum? *Ecce*, inquit, *constitui te super gentes et super regna, ut evellas et destruas, et disperdas et dissipes, edifices et plantes.* Clarus ergo sanctorum senatus apostolorum princeps est orbis terrarum rectorque regnorum, aecclesiarum mores et vitam moderando, quae per doctrinam apostolicam fideles sunt ubique. Antiochus et Remus concedunt tibi, Petre, regni solium. Cum talia per aecclesias canoris vocibus declamantur et ymnos de canticis Syon in laudibus regalibus ad apostolorum, precipue autem principis apostolorum, gloriam sacra canunt solempnia, *Te decet ymnus,*
2,11. *Deus, in Syon;* si dictis facta compensantur et magnalia divina, quae in verbis resonant, rebus clarentia etiam oculis demonstrantur, ut possimus canere ymnum dicendo:
17. *Sicut audivimus ita et vidimus in civitate Dei nostri, in monte sancto eius.* Ad hoc enim Dei mirabilia, quae in ymnis et psalmis ceterisque canticis spiritalibus enuncia-
ib. 78, 10. mus, condigno rerum effectu etiam oculis demonstrabilia fieri optamus, ne quando
ib. 41, 4. dicant gentes: *Ubi est Deus eorum? Fuerunt vero mihi lacrimae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie: Ubi est Deus tuus?* Nesciunt miseri qui haec dicunt beatos esse quibus haec dicunt: quoniam istis invidentibus et non videntibus videbitur
cf. Marc. 5, 56. ab illis Deus deorum in Syon. Et[b] ideo te decet, ymnus, Deus in Syon, cuius in plateis ponendi sunt infirmi, ut veniente in sui principatus gloria Petro apostolo saltem umbra illius obumbret quemquam illorum et liberentur ab infirmitatibus suis, ne quando

a) sed. ap. B. b) Et — Syon *in marg. suppl.* B.

1) *Cf. supra De investig. Antichr. l. I, p.* 336.

dicant gentes: *Ubi est Deus eorum?*, cum viderint [illegible]. Respice, o princeps apostolorum, huius civitatis plateas [illegible]. Respice, vel potius illum respectum nobis [illegible], quo te respexit Dominus, [illegible] amare sauciatus et languens adhuc magna infirmitate [illegible]tus, ut iam non timeres mundi dominam Romam, qui [illegible] [illegible]dotis expaveras ancillam. Trahe 'nunc post te successores tuos [illegible], immo et nos oves tibi creditas, ut omnes curramus [illegible] sub te in Christo rectore omnium regnorum et moderatore [illegible]. Sed dicet aliquis: 'Quomodo per principem apostolorum regna regi vel [illegible]nari possunt, quae sedis apostolicae presuli minime obediunt?' Ad hoc [illegible] sine maiorum preiudicio ego minimus respondeo: 'Cautela aecclesiastici regiminis in ea discretione insigniter enitescit, qua rector aecclesiae *butirum et mel comedit, ut* [illegible] *reprobare malum et eligere bonum.* Per butirum, quod est corrupti lactis congesta pinguetudo, intelligi potest morum corruptela, qua incrassatus, impinguatus, dilatatus quis derelinquit Deum factorem suum et recedit a Deo salutari suo. Per mel vero, quod de cerea favi spissitudine separatum dulce simul est et purum, puritas intelligitur morum dulcium. Licet enim bene sibi conveniant mel et lac sub lingua [illegible] in terra fluente lac et mel, vel etiam in illa[a] die, in qua stillabunt montes dulcedinem, et colles fluent lac et mel, dilectione proximi per lac, Dei vero per mel intellecta; tamen per butirum, quod est corrupti lactis excrementum, non incongrue intelligitur, ut dictum est, corruptio morum, sicut per mel dulce ac purum puritas morum. Quod cum ita sit, rector aecclesiae et in illo habitans Emmanuel butirum et mel comedit, quando mala et bona in aecclesia sibi commissa diligenter investigans exquirit, ut sciat reprobare malum et eligere[b] bonum. De occultis malis ad presens non loquimur, quae nullius prelati est iudicare, nisi aut legitimus accusator inveniatur aut prava oppinio pertinaci animositate defendatur. Porro de manifestis malis, et[iam[c]] nullo accusante vel testificante, aut quod peius est, populo stulto et insipiente approbante illa, iudicis eadem reprobantis etiam invitis auditoribus est ingerenda sententia, sive per sermonem, sive per epistolas, cum tanta comminatione ut sciant et scire cogantur non solum qui talia faciunt, sed et qui facientibus consentiunt, aut eis post interdictum cibo vel salutatione temere communicant, pari dampnatione teneri. Angelis vero talium aecclesiarum talis butiri fermento corruptarum litteris apostolicis denunciandum est, quod nisi tam certa et aperta mala corrigant, vel si corrigere non possunt, excludant; vel si ea pro strage vitanda excludere non valent, equitate improbent et cum discreta reclamatione quasi plaustrum onustum feno stridendo portent, ipsi seipsos excludendos vel deponendos agnoscant, movente candelabrum eorum Christo, qui ambulat in medio VII candelabrorum aureorum.

Septem candelabra aurea VII aecclesiae sunt, in quibus per numerum septenarium intelligitur universitas omnium aecclesiarum, que sic per litteras apostolicas assidue visitande sunt, ut alicubi quasi per vocem tonitrui arguatur doctrina et secta Nicolaitarum in incestu clericorum, alicubi doctrina 'Balaam conductitii prophetae in secta conductitiorum; alicubi nequicia Iezabelis tyrannizantis et prophetas Dei occidentis in tyrannis Helye similes iustos persequentibus; alicubi specialis desidia ipsorum angelorum vel caritatem primam relinquentium, vel nomen vivum in officiis, mortuum in operibus malis habentium, vel tepidorum de ore Dei, nisi peniteant, evomendorum. (71). Item si respicimus epistolas Pauli apostoli, videmus exemplo illius per epistolas apostolicas arguendas aecclesias, ut, cum huiusmodi cibum non sumant qui fratres nominantur, et sunt fornicatores, avari, ut se subtrahant ab omni fratre ambulante inordinate; ut, si quis non obedit verbo apostolico per epistolam misso, hunc notent et ut fratrem corripiant, atque si correptus emendari noluerit, ut hostem caveant. Nam

a) die illa B. b) e. b. add. A. c) et A; etiam B.

Eph. 5, 15. propter cautelam inter tales habendam: *Videte,* inquit, *quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* Et ne in diebus malis ita quis putet redimendum sibi tempus, ut malis aliquo modo consentiat, dicit idem[a]: (1 Cor. 5, 13.) *Auferte malum ex vobismetipsis.* Ostendens itaque etiam propter unum (ib. 6. 7.) fornicatorem quasi per modicum fermentum totam massam corruptam: *Expurgate,* inquit, *vetus fermentum, ut sitis nova conspersio.* Non exspectavit super hoc manifesto malo accusationem vel testificationem cuiusquam, nisi manifestae infamiae clamorem, de quo (ib. 1.) ait: *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, qualis nec inter gentes.* Neque vero illi soli, sed toti aecclesiae illum toleranti virgam minatur; nisi is qui hoc malum (ib. 5.) operatus est de medio eorum tollatur, et satanae tradatur in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini.

(12). Butirum et mel comedendum.[1] Gregorius papa.

Longum est in epistolis apostolicis ostendere per singula, quomodo rector aecclesiae apostolorum exemplo debeat butirum et mel comedere, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum. Sufficiat in huius rei exemplum sedis apostolicae presulibus imitandum beatus papa Gregorius, qui tanto studio butirum et mel comedit, ut coartante illum sollicitudine omnium aecclesiarum scriberet ultroneas epistolas pro causis multis nonnisi per famam sibi delatis: in quibus quanto studio reprobaverit malum et elegerit bonum, testantur eius epistolae pontificibus, regibus ceterisque personis aecclesiasticis ultro ingestae, nullo eas interdum petente, sed publica fama exigente, vel etiam quolibet veraci relatore ad aures eius rem perferente. Unde sollempne ipsi erat in exordiis epistolarum quarundam sic dicere: *Perlatum est ad vos,* vel: *Pervenit ad nos.* Unde Romano defensori scribit dicens[1]: *Perlatum est ad nos reverentissimum fratrem nostrum Basilium episcopum, velut unum de laicis*[b] *in causis occupari, et pretoriis inutiliter deservire. Quae res quoniam et ipsum vilem reddit et reverentiam sacerdotalem adnichilat, statim ut* **experientia tua hoc preceptum susceperit, eum ita ad revertendum districta executione compellat, quatenus ei illic te insistente V diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat, ne, si quolibet modo eum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos incipias esse culpabilis.* Item Anthemio[c] subdiacono[2]: *Pervenit ad nos Priminium, Amalfitanae civitatis episcopum, in aecclesia sua residere non esse contentum, sed foris per diversa loca vagari. Quod videntes alii nec ipsi in castro se retinent, sed eius exemplum sequentes foris magis eligunt habitare. Et quia haec agentes ipsi potius ad suam hostes depredationem invitant, idcirco hac tibi auctoritate precipimus, ut suprascripto episcopo interminare non desinas, quatenus hec de cetero facere non presumat, sed in aecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoveris, in monasterio eum deputare, et nobis [hoc] curabis modis omnibus indicare, ut quid facere debeas, nostra iterum preceptione cognoscas.* Item Secundo servo Dei inter cetera sic[3]: *Fratrem nostrum Marianum episcopum verbis quibus vales excita, quia eum obdormisse suspicor. Nam venerunt quidam ad me, in quibus quidam senes mendicantes, qui a me discussi sunt, a quibus quid acceperint, et per singula retulerunt, quanta eis et in itinere data sint. Quod*[d] *dum de predicto fratre sollicite*[e] *requirerem, quid eis dedisset, responderunt se eum rogasse, sed ab eo nihil accepisse, ita ut neque panem in via acciperent, quod dare omnibus illi aecclesie semper familiare fuit. Dixerunt enim: Respondit nobis dicens: Non habeo quod vobis dare possim. Et miror si is qui vestes habet, argentum habet, cellaria habet, quid pauperibus dare non habeat. Dic ergo illi ut cum loco mutet mentem; non sibi solam lectionem et orationem credat sufficere; non ut remotus studeat*

a) idem *deest B.* b) ultimis *Greg.* c) anthenio *vel* anthemo *B.* d) Quos *Greg.* e) sollicite *post* dum *B.*

1) *Epist. X,* 4, *EE. II, p.* 239. 2) *Epist. VI,* 23, *EE. I, p.* 401. 3) *Epist. VI,* 63, *EE. I, p.* 439. 440.

scire, et non de manu fructificare; sed [illegible] *concurrat, alienum impium suum credat. Quia si* [illegible] *tenet.* In hunc modum plures inveniuntur eius epistolae, quibus ultro et nullo petente [illegible] missis reprobantur mala et eliguntur bona. Videtis ergo, o [illegible] quo modo iste sanctus pro lege Dei sui certaverit, quomodo butirum et mel comederit, investigatis undique malis et bonis scivit et studuit reprobare malum et eligere bonum; non expectatis accusationibus vel testificationibus in rebus manifestis et [illegible] sibi notificatis. Certe si nunc in diebus istis novissimis et temporibus periculosis iste sanctus viveret, multa mala increpare haberet, quae ita fiunt in aperto, ut nullo accusationis vel testificationis egeant ordine iudiciario. Si ergo super his reprobandis apostolicae mittentur epistolae, simulque scribetur viris religiosis, ut si quis non obedit verbo per epistolam misso, hunc notent iuxta doctrinam Pauli apostoli: multa, favente gratia Dei, emendabuntur, [a]quae nunc libere, cum sint mala et turpia, fiunt non solum in occulto, sed etiam in aperto, et habentur etiam pro bonis, cum sint mala, quia non est qui reprobet illa. Possemus digito monstrare ac manifesto nomine significare mala quedam reprobanda, evellenda, destruenda, disperdenda; et ex opposito bona quedam eligenda, plantanda et edificanda. Sed apostolicae vigilantiae, quam sollicitudo angit omnium aecclesiarum et ad quam spectant omnium regimina regnorum, relinquimus in his omnibus butirum et mel comedendum, ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Sciat videlicet in sacerdocio reprobare levitas minime iuxta legem Dei purificatos et rasos, eligendo bonos bene purificatos et hereditate quae Deus est contentos. Sciat nichilominus in regno reprobare dominatores iniquos et eligere bonos ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum divinitus missos. Sciat, inquam, reprobare, quosdam salva aecclesiastica pace penitus excludendo, quosdam propter apertas iniquitates a ministerio altaris vel communione dominici corporis et sanguinis prohibendo, et tamen intra aecclesiae societatem pacis intuitu sufferendo, in huius peregrinationis via, qua de captivitate Babilonica tendimus in Syon sive [in[b]] Ierusalem, cuius precipui senatores cum rege suo in ultima ventilatione reprobatis omnibus malis eligent bona omnia. Quanto ergo nunc diligentius per aecclesiarum gubernatores reprobantur mala indecentia et eliguntur bona bonos decentia, tanto congruentius te decet ymnus Deus in Syon, et tanto decentius tibi reddetur votum in Ierusalem. Quod quia magis orando quam disserendo, ut fiat, acceleratur, post assertionis longam digressionem redeamus ad intermissam psalmi expositionem et orationem.

. . . .

Sic ergo messores apostoli alienos labores [a]introgressi multitudines gentium congregaverunt in horrea dominica. Et adhuc illis in tali messe manipulos colligentibus comprehendit eos vindemia, et calcator uvae primus Nero botros electos Petrum et Paulum, deinde ceteros ad passionum torcularia paratos et maturos calcavit. Sic post illum frequentata persecutione calcator uvae non defuit, quoadusque mittentem semen comprehendit. Quia videlicet post martyrum dira certamina, in sanctis confessoribus atque doctoribus toto terrarum orbe multiplicatis, per manifestas[c] utriusque testamenti expositiones exiit, qui seminat seminare semen suum. Et bonum quidem semen seminavit in agro suo. Sed cum dormirent homines eiusdem agri custodes, inimicus homo superseminavit zizania in medio tritici et abiit. Ubi ergo utraque simul crescunt, simul quoque iubente Domino toleranda sunt. At ubi zizania nimis prevalentia triticum suffocant et sola ipsa occupare nituntur agrum Domini, non est causa, cur eis parcatur, sicut illic ubi utrisque simul crescentibus cavendum est, ne dum eradicantur zizania, eradicetur simul et triticum illis intermixtum. Sic plurimae sectae pravaeque doctrinae

a c. b. 2. b *deest A.* c ta *supra lin. add. B.*

ob hoc sunt eradicatae ac iudicio synodali dampnatae, quia simul cum illis triticum non potuit crescere. Secta vero clericorum sub nulla regula vel synodali vel cenobitali viventium falce apostolica multoties invenitur putata, ex quo tempus putationis advenit; quia enormitas vestium et ceterarum exordinationum decretis apostolicis a talibus resecatur. Sed nisi penitus eradicetur, et regula illa minime autentica, in qua gloriantur, omnino condempnetur, bonum semen regularum sanctarum et paternarum traditionum suffocatur. Quae denique necessitas est in precipuis et matricibus aecclesiis profiteri clerum, se servaturum regulam in curia regis conflatam: quae dum sanis patrum doctrinis est intermixta et modico regalis concessionis fermento corrupta, quasi
Matth. 27, 34. vinum felle mixtum, quod cum gustasset Dominus noluit bibere, sine dubio est repudianda suoque nomine privanda; ne videlicet nominetur canonica regula, quae sacris canonibus invenitur contraria, et est in decretis Urbani papae et martyris omnino pre-
(124). dampnata. Cum enim iste insignis martyr auctoritate apostolica suis decretis rebus aecclesiae legem describat, secundum quam eas dispensandas esse constat, videlicet clericis communi vita viventibus et ceteris pauperibus, nullius momenti est regalis et laicalis potestas ad statuendum contraria. Quia, ut Symachus[a] papa suis decretis affirmat[1], *laicis quamvis religiosis, nulla unquam legitur attributa facultas in disponendis aecclesiasticis.* Fuerit ergo, sicut fertur, pius agnomento et re ille imperator Ludewicus, qui res cuiusque matricis aecclesiae communi vita viventibus et pauperibus destinatas distribui concessit divitibus et de suo habundantibus. Pluris est[b] mihi auctoritas apo-
*f. 37'. stolica in *decretis Urbani papae ac martyris de rebus aecclesiarum satis evidenter expressa et sub interpositione dampnationis ita firmata, ut nulli, ne dicam laicorum, sed nec episcoporum sit liberum statutis eius aliquid contrarium statuere. Ipse denique de presignatis rebus aecclesiae aliter quam ipse describit agentibus, iudicium Ananiae et Saphirae intentat cum tanto dampnationis pondere, ut quod illi pro defraudatione rerum talium passi sunt in corpore, sequaces eorum patiantur in anima, cuius mors morte corporis magis est pavenda. Premissa enim confirmatione communis vitae in clero per matrices aecclesias a tempore apostolorum usque ad sua tempora conservatae, quam et futuris semper temporibus affirmat in eis conservandam, de rebus aecclesiae
[Constitutio Urbani papae de rebus aecclesiae.] dat sententiam in omni aecclesia servandam et in nulla regum curia mutandam. *Ipse,* inquit[2], *res singularum parrochiarum in ditione episcoporum, qui locum tenent apostolorum, erant et sunt usque adhuc, et futuris semper debent esse temporibus: e quibus episcopi et fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipse*[3] *enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in alios usus, quam ecclesiasticos et predictorum christianorum fratrum vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium et precia peccatorum atque ad predictum opus explendum Domino tradite. Si quis autem, quod absit! secus egerit, videat, ne dampnationem Ananiae et Saphirae percipiat et reus sacrilegii efficiatur.*

(125). Hec dicente sancto Urbano lex posita est aecclesiastico stipendio ex apostolicorum actuum principali exemplo: secundum quam legem qui voluerint et potuerint militare accipere debent stipendium suae miliciae. Quia vero non omnes capiunt hoc verbum, ut communis vitae simulque continentiae propositum nemini per violentas et iniquas angarias imponendum sponte arripiant qui computantur in clero, huiusmodi quoque fragilibus apostolica discretio condescendit, cum beatus papa Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribens, postquam regulam vitae communis a sanctis apostolis

a) symmachus *B.* b) mihi est *B.*

1) *Concil. Rom. c.* 3, *Mansi, Coll. conc. VIII, col.* 268; *cf. Libell. I, p.* 596. 2) *Urbani I. epist. I, c.* 3, *Hinschius p.* 144. 3) *Ibid. c.* 4.

Christo auctore constitutam clero in congregatione vivendi assignavit et predicto episcopo una cum sibi commanentibus clericis observandam commendavit, etiam de inferioris ordinis clericis idem beatus adiunxit[1]: *Si qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri uxores debent et stipendia sua exterius accipere. Et quia de eisdem patribus, de quibus prefati sumus, novimus scriptum, quod dividebatur singulis, prout cuique opus erat, de eorum quoque stipendiis cogitandum atque providendum est, et sub ecclesiastica regula sunt tenendi, ut bonis moribus vivant et canendis psalmis invigilent, et ab omnibus illicitis cor et linguam et corpus, Deo auctore, conservent.* Notandum, quia non sub canonica vel apostolica, sed sub ecclesiastica regula clericos coniugatos tenendos affirmat sanctus Gregorius, quam succincte comprehendens: *Bonis*, inquit, *moribus vivant, et canendis psalmis invigilent et ab omnibus illicitis et cor et linguam et corpus, Deo auctore, conservent.* Huiusmodi clericis christiana regula informatis et extra congregationes foris accipientibus congrua stipendia, non confunditur congregatio in unum collecta ea confusione, quam invenimus in regula regis Ludewici. Quae cum sanctissima communis vitae contineat multa instituta, tamen in hoc invenitur confusa, quod eisdem clericis, quibus illic ordinantur cenobia vel claustra, permittuntur quoque habitacula privata et propria[2]. Quod quid est aliud, quam oppositio in adiecto, ut alterum destruatur ex altero; sicut cum dicitur animal mortuum, per id quod animali adicitur mortuum, consequitur tali adiecto animal destructum. Nam si est mortuum, non est animal, quia rei vivae nomen est animal. Similiter cum disposito iam claustro claustrique portis et custodiis eiusdem claustri habitatoribus domus privata et propria relinquitur, et quadam quasi pia condescensione pii regis indulgetur, tota claustralis dispositio confunditur et corrumpitur, tanquam si multo vino parum veneni addatur, ut illud ve dampnationis eternae suavius bibatur, quod scriptura indicat dicens: *Ve peccatori terram ingredienti duabus viis!*

Annon duabus viis incedunt qui secundum concessionem talis regulae congregationis instituta simul cum privatae domus indulgentia suscipiunt? Est quoque illud reprehensibile in prefata regula, quod in primo eius capitulo[3] euangelica summae perfectionis hortamenta, ut est: *Vade, vende que habes et da pauperibus et veni, sequere me*, ceteraque his similia solis monachis assignantur et per quedam inferiora baptizatis in Christo cunctis communiter servanda simul indistincte informantur clerici, eque ut ceteri christiani. Decet sane potius in aula regia, quam in sede apostolica fabricata esse talia documenta, quoniam, sicut scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus unus, ita rex Ludewicus exceptis tantummodo monachis clerum socians populo, scripsit vel cuiquam ex capellanis suis clerico scribenti consensit et ipse omni regno suo, ut esset populus unus fieretque sicut populus sic sacerdos. Meliora ergo sunt legis quam regis mandata, quoniam in lege tribus Levi legitur a reliquis tribubus Deut. 18, 1.
omnino segregata ac terrena hereditate privata; et benedictionem dans novae legislator, verbi sui ministros et dispensatores misteriorum Dei voluit et docuit non solum a populo communis christianismi, sed etiam a cetu spiritalis et monastici propositi segregandos, ita scilicet, ut non omnes monachi fiant clerici, sed ex his tantummodo electi et segregati quadam prerogativa sanctius inter sanctos conversandi.

Ideo Paulus apostolus segregatus in euangelium Dei gloriatur in Domino se una cum Barnaba, sicut in Actibus apostolorum legitur, in opus euangelizandi segregatum, non solum a seculariter viventium et coniugio utentium laxo proposito, sed etiam a communi vita viventium stricto et quasi monastico instituto. Ministrantibus enim discipulis et ieiunantibus dixit Spiritus sanctus: *Segregate mihi Paulum et Barnabam* [illegible]

1) *Epist. XI*, 56 a, *EE. II, p.* 333. 2) *Concil. Aquisgran. a.* 816, *c.* 142, *Mansi, Conc. XIV, col.* 243: Quamvis canonicis propria licitum sit habere [illegible] 3) *Ibid.* c. 114, col. 227.

opus, ad quod assumpsi eos. Proinde omnis doctrina coniungens quod Deus separavit aut separans quod ipse coniunxit, ut prefata regis institutio separans a monachis clericos in sanctitatis proposito, quos Deus eisdem adiunxit, et quantum ad sacerdotale pertinet officium superextulit, coniungens clericos populo, quos ab eo distinguit sermo divinus, ut pastores bipedes erecto vultu supinos a grege quadrupede in humum prono, ut nubes in alto volantes a terra deorsum iacente, ac de altis nubibus imbrem siciente:
Ps. 45, 5. omnis, inquam, talis doctrina similis est non flumini, cuius impetus letificat civitatem
Apoc. 12, 15. David, sed aquae turbidae, quam, sicut legitur in Apocalypsi, misit draco de ore suo tanquam flumen post mulierem, quae peperit masculum gentes omnes recturum, ut eam
Apoc. 12, 16. faceret trahi a flumine. Sed *aperuit terra os suum, et absorbuit flumen adiuvando mulierem.* Sic non solum in absorbenda heretica doctrina os apertum est veram fidem astruentium doctorum, sed etiam in absorbenda prefata regula turbidae aquae assimilata os terrae non semel apertum est. Sed adhuc flumen eius non penitus est absorptum vel manifesta dampnatione cauteriatum, nec repudiatum, prout oportet repudiari sacrificium, etsi recte oblatum, non tamen recte divisum, sed nimis confusum: dum in sanctitatis observantia clerici a monachis distinguntur et populo ab eis regendo nimis confuse iunguntur.

[illegible] Urbanus papa II. de vita canonici. Multo rectius obtulit, rectiusque divisit Urbanus papa II. de ordine canonico scribens regularibus clericis in hunc modum[1]: *Oportet nos, qui licet indigni Petri residemus in loco, prava corrigere, recta firmare et in omni loco*[a] *ad interni arbitrium iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu eius iudicium nostrum prodeat, et oculi*
Ps. 16, 2. *nostri videant equitatem. Omnipotenti ergo Domino, cuius melior est misericordia super*
Ps. 62, 4. *vitas, gratias agimus, quod vos estis qui sanctorum patrum vitam probabilem renovatis et apostolicae instituta disciplinae in primordiis aecclesiae sanctae exorta, sed crescente aecclesia iam pene deleta, instinctu sancti Spiritus suscitatis. Duae enim ab aecclesiae sanctae primordiis vitae eius sunt*[b] *filiis institutae: una qua infirmorum debilitas*
[illegible] *retinetur, altera qua fortiorum virtus beata perficitur; una remanens in Segor parvula, altera ad montis altiora conscendens; una lacrimis et elemosinis cottidiana peccata redimens, altera cottidiana instantia merita aeterna conquirens. Alteram tenentes inferiorem terrenis bonis utuntur, alteram sequentes superiorem bona*[c] *terrena despiciunt et relinquunt.*
[illegible] *Haec autem quae a terrenis divertitur, in duas pene unius eiusdem propositi dividitur portiones, canonicorum scilicet ac monachorum. Harum secunda per divinam misericordiam frequentata satis iam seculo universo elucet. Prima vero decalescente fervore fidelium iam pene omnino defluxit. Hanc martyr et pontifex Urbanus instituit, hanc Augustinus suis regulis ordinavit, hanc Ieronimus suis epistolis informavit, hanc Gregorius Augustino Anglorum archiepiscopo instituendam precepit. Itaque non minoris estimandum est meriti hanc vitam aecclesiae primitivam, aspirante ac prosequente Domini spiritu, suscitare, quam florentem monachorum religionem eiusdem spiritus perseverantia custodire.*
[illegible] Cum in his dictis Romani pontificis aecclesia tota suis ordinibus distincta cautissime describatur, nusquam in ea comprehenditur vita clericorum secundum regulam regis Ludewici conversantium vel potius eandem regulam in potioribus institutis prevarican-
Ps. 140, 6. tium. Sic absorpti sunt iuncti petre iudices iniqui, deformantes ordinem cleri antiquitus bene informatum et supra petra firmiter fundatum. Bibamus ergo de spiritali consequente nos petra in Petri apostoli eiusque successorum purissima doctrina: et
Apoc. 12, 16. caveamus bibere de flumine turbido, quod misit draco de ore suo in omni seductione pestiferae doctrinae, qualis invenitur non solum in erroribus hereticorum fidei sinceritatem commaculantium, sed etiam in doctrinis hominum secularium christianae conversationis puritatem prava confusione perturbantium, et quae Deus coniunxit separan-

a) ecclesia B. b) f. s. B. c) t. b. B.

1) *Alias non exstat; ex Gerhoho apud Mansi XX. col.* 712. 713; *Jaffé nr.* 5761.

tium vel quae separavit coniungentium. Cum enim scriptum sit: *'Moyses et Aaron in sacerdotibus eius'*, non incongrue transfigurato Domino in monte per Moysen accipitur ordo clericorum et per Helyam primum solitarium sacer ordo monachorum, quos duos in unius montis celsitudine sibi Christus utriusque ordinis auctor [illegible], quos et in semetipso evidenter expressit, cum ieiunans in deserto quasi monachus fuit in silentio, et postmodum quasi pontifex erat cottidie docens in templo. De his duobus ordinibus insignis doctor Ambrosius loquens in epistola Vercellensibus missa dicit inter cetera[1]: *Duo hec in attentiore christianorum devotione prestantiora esse quis ambigat, clericorum officia et monachorum instituta? Ista ad commoditatem et moralitatem disciplina, illa ad abstinentiam assuefacta atque patientiam. Hec velut in theatro, illa in secreto. Spectatur ista, illa absconditur. Ideo bonus athleta ait: 'Spectaculum facti sumus huic mundo et angelis et hominibus'. Dignus sane qui spectaretur ab angelis, cum certaret, ut ad bravium perveniret, cum certaret, ut in terris vitam angelorum institueret, in caelo nequiciam angelorum refelleret. Colluctabatur enim nequiciis spiritalibus. Merito mundus eum spectabat, ut mundus eum imitaretur. Hec vero vita in stadio, illa in spelunca. Hec adversum confusionem seculi, illa adversus carnis appetentiam. Hec subiciens voluptates corporis, illa refugiens. Hec gratior, illa tutior. Hec seipsam regens, illa semetipsam coercens. Utraque tamen se abnegans, ut fiat Christi, quia perfectis dictum est: 'Qui vult venire post me'* et cetera.

Vides, quomodo beatus Ambrosius ad perfectionis apicem sua doctrina informat tam clericorum, quam et monachorum ordinem. Quod non facit illa regalis regula in domibus regum fabricata et apostolicis doctrinis contraria, ut ostendunt premissa Urbani papae sanctique Ambrosii testimonia. Beatae quoque memoriae papa Pascalis[a] contra prefatam regulam bene os suum aperuit in tractatu, quem canonicis sanctae Mariae in Portu[2] firmavit, cuius hoc est primum capitulum[3]:

Clericorum ordinem in aecclesia tribus leviticae locum tenere, et apostolicae dignitatis iura servare et officia gerere, nemo sanum sapiens dubitat. Unde certum est eos levitarum et apostolorum regulas et vitas imitari debere, quorum noscuntur locum tenere, dignitatem habere et officia gerere. Quae enim lex levitis et quae a Domino regula datur apostolis, haec eadem catholicis pariter clericis usque in finem mundi vices eorum supplentibus indicta nequaquam ambigitur. Equidem quod levitis interdicitur adhuc in umbra gradientibus, quomodo nobis conceditur iam in veritate persistentibus, cum multa legamus illis fuisse concessa, quae nobis procul dubio sunt prohibita? Aaron itaque et filiis eius ceterisque levitis a Domino dicitur: 'In terra filiorum Israel nichil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego enim pars et hereditas vestra in medio filiorum Israel'. Et paulo post subsequitur: 'Filiis Levi dedi omnes decimas Israhelis in possessionem pro ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo federis'. Et de eisdem post pauca: 'Nichil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum et necessaria separavi'. Et hec quidem in veteri, in novo autem testamento quid cuique sui discipulatus perfectioni adherere volenti dixerit, audiamus: 'Si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes et da pauperibus, et veni sequere me'; et alibi: 'Qui non renunciat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus'. Et in alio loco cum apostolos ad predicandum mitteret, prohibuit eis dicens: 'Nolite possidere aurum vel argentum'. Q[illegible] Petrus implesse evidenter ostendit dicens: 'Argentum et aurum non est mihi'. Hoc etiam et ceteros apostolos fecisse testatur idem Petrus, cum pro se et aliis condiscipulis suis interrogat Dominum dicens: 'Domine, ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, [illegible]'.

a) Paschalis *B*.

1 *Ep.* 63. § 72. *Opp. III.* col. 1131. 2 *Ravennatis*. 3 Ex [illegible] *Mansi* XX, *col.* 1087—1090

ergo erit nobis?' Cui et in quo omnibus idem facientibus respondens Dominus dicit: Matth. 19,28. *f. 40. *'Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia et secuti *estis me in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes iudicantes duo-* Matth. 19,29. *decim, duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit'. Hec levitis et hec apostolis mandata sunt. Utrisque una regula et eadem lex precipitur: utrisque possessio tollitur, terrena facultas interdicitur. Qui ergo alii regula et lege ista tenentur nisi clerici, qui levitarum Domini et discipulorum Christi locum tenent, ministerium implent, vices servant, ordines habent? Ad hoc etiam mandatum tenendum et perpetuo implendum ecclesiis suis precia peccatorum, vota et oblationes fidelium, primicias ac decimas rerum Deus*[a] *dari instituit: quatenus hi qui divino cultu mancipati propriis facultatibus expoliantur, sibi statuta perpetuo stipendia habeant, unde vivant, ecclesiae serviant et pauperum necessitatibus subministrent atque studiosius queque sui ordinis ministeria impleant, nulliusque rei vel necessitatis occasione ab his unquam se separent, aut secularibus negociis intendant. Ex his igitur patenter ostenditur, Christo militantibus clericis fore illicitum et terrenas facultates tenere et res ecclesiae sumere, in seculo patrimonium habere et aecclesiasticam portionem suscipere. Cui sententiae confir-* 2. Tim. 2, 4. *mandae aptatur illud apostoli: 'Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus, ut* Eccli. 2, 14. *ei placeat cui se probavit'. Et illud Salemonis: 'Ve peccatori terram ingredienti duabus viis'. Quapropter qui Christi discipulatum sequi voluerit, secularibus negociis renunciare debebit: et qui semel sacer effectus de sacro vivere ceperit, iam ad vivendum sacris uti precipitur. Sed ne soli hoc super vita et regula catholicorum clericorum videamur sentire,* [Ieronimus.] *accedant et alii testes in idem consentientes, viri religiosissimi et scientia plenissimi, Ieronimus videlicet, Augustinus et Prosper, et quid super hoc dixerint vel intellexerint, audiamus. Ieronimus ad Nepotianum de vita et moribus clericorum inter cetera scribit dicens*[1]*: 'Clericus*[b] *qui Christi servit aecclesiae, interpretetur primo vocabulum suum, et nominis diffinicione prelata nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros Grece, Latine sors appellatur, propterea vocantur clerici, quod de sorte sunt Domini, vel quia Dominus ipse sors, id est pars eorum est. Et quia vel ipse clericus pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut ipse possideat Dominum et ipse possideatur a Domino.* Ps. 72, 26. *Qui possidet Dominum et cum propheta dicit: 'Pars mea Dominus', nichil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit preter Dominum, pars eius non erit Dominus. Verbi gratia: si aurum, si argentum, si possessiones, si variam suppellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignatur. Si autem ego pars Domini sum et funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter ceteras tribus, sed quasi levita et sacerdos vivo de decimis; et altari serviens altaris oblatione sustentor, habens victum et vestitum, his contentus ero, et nudam crucem nudus sequar'. Et post* *f. 40'. *'pauca in eadem epistola scribit eidem dicens*[2]*: 'Procuratores atque dispensatores domorum alienarum atque villarum quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contempnere facultates?' Hucusque Ieronimus. Augustinus autem in nonodecimo capitulo* Luc. 3,12-14. *libri de verbis Domini sic scribit dicens*[3]*: 'Venerunt et publicani ad Iohannem, ut baptizarentur ab eo, et dixerunt ad eum: Magister, quid faciemus? At ille dixit eis: Nichil amplius exigatis, quam quod constitutum est vobis'. Et post pauca: 'Interrogaverunt eum et milites: Quid faciemus et nos? Ait illis Iohannes: Neminem concutiatis, aut*[c] *calum-*

a) d. D. *B.* b) Clericus — eorum est *l. 29 in marg. suppl. B.* c) *corr. ex* et *A;* neque *corr. ex* et *B.*

1) *Epist.* 52, § 5, *Opp. ed. Vallarsi I, col.* 258. 259. 2) *Ibid.* § 16, *col.* 269. 3) *Pseudo-August. sermo* 82, § 3, *Opp. V, app. col.* 150.

pniam faciatis, sed contenti estote stipendiis vestris'. Hic in [illegible] *homo qui militat. Non enim tantum de his militantibus* [illegible]*, qui armata milicia detinentur; sed quisquis milicia sua* [illegible] *bitur. Atque ideo hec sententia potest dici, verbi gratia, militibus et prot*[illegible] *que rectoribus, et quicunque stipendia sibi publice data* [illegible] *tanquam calumpniator et concussor Iohannis sententia condempnatur'. Et* [illegible] *addit dicens*[1]*: 'Nam et clericus catholicus*[a] *hac sententia retinetur. Si* [illegible] *tentus stipendiis fuerit, quae de altario Domino iubente* [illegible] *monia, intercessiones vendit, viduarum munera libenter amplectitur; hic magis nego*[illegible] *videtur quam clericus', et cetera. Quae ut facta eius loquerentur magis quam lingua* [illegible] *domo ipsa episcopi statuit monasterium clericorum, ubi nemini licebat habere aliquid proprium, sicut ipse testatur dicens*[2]*: 'Volui habere in domo ista episcopi monasterium clericorum. Ecce quomodo vivimus. Nulli licet in societate nostra aliquid*[b] *proprium habere. Sed forte aliqui habent? Nulli licet. Si qui faciunt, faciunt quod non licet'. Haec Augustinus. Sed nunc quid inde beatus senserit Prosper audiamus*[3]*: 'Proinde quem possidendi, inquit, delectat ambicio, Deum, qui possidet omnia quae creavit, expedita mente possideat, et in eo habebit quecunque sancte*[c] *habere desiderat: sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur ab eo; sit ipse primitus Dei possessio, et efficietur ei Deus possessor et portio'. Et paulo post subiungit dicens: 'Quid ultra querit cui omnia suus conditor fit, aut quid ei sufficit cui ipse non sufficit?' Et post pauca in eodem capitulo*[4]*: 'Quis, inquit, cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud querit? Aut quis non pre amore illius omnia quae putantur magna contempnit? Ergo qui Deum vult possidere, renunciet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renunciat mundo is quem terrenae possessionis delectat ambitio, quia quamdiu sua non relinquit, mundo, cuius bona retinet, servit. Et utique non potest mundo servire simul et Deo. Ac* [illegible] *propterea voluit Deus cultores suos omnibus renunciare propter que diligitur mundus, ut exclusa cupiditate mundi divina in eis caritas possit augeri vel perfici. Et ideo decimas atque primicias frugum, primogenita et sacrificia pro peccato vel vota quae sibi* [illegible] *Deus iussit offerri sacerdotibus ac ministris distribui debere constituit, ut devotissimo populo ministrante ipsi creatori ac pastori suo liberius ministrarent'. Huc usque Prosper. Nunc iam igitur ista de propriis facultatibus renunciandis sufficiant. Quod autem, fratres karissimi, propriis etiam voluntatibus renunciare debeatis, evidenter Dominus in euangelio ostendit dicens: 'Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et sequatur me. Et qui* Matth. 16, 24. 25. *voluerit animam suam salvam facere, perdet eam, et qui perdiderit eam propter me, inveniet eam'. Et in alio loco: 'Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius* [illegible] *qui misit me'. Et alibi sacra perdocemur scriptura: 'Fili, avertere a voluntatibus tuis'.* [illegible] *Nam sicut alibi dicitur: 'Voluptas habet penam, necessitas parit coronam'. Et in alio loco precipitur: 'Post concupiscentias tuas non eas'. Quas qui secuntur, quid de eis per propheta dicatur, audiant: 'Corrupti et abhominabiles facti sunt in voluptatibus suis'. Unde* [illegible] *idem propheta voce prelatorum suscepta scribit dicens: 'Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris'. His ergo exemplis, fratres, commoniti, aliis pro Deo subesse non* [illegible] *sed prorsus nostris voluntatibus abrenunciatis*[d] *Christi voluntatem alieno, sed spirituali ac discreto arbitrio exequamur. Quod autem in unaquaque congregatione* [illegible] *eligendus sit, qui ceteris preesse debeat, et usus ecclesiasticus divinitus inspiratus* [illegible]

a catholicus — con in marg. add. B. b propr. habere aliq B. [illegible] d re-nunciatis B.

1) *Pseudo-August. sermo* 82. § 4. *col.* 150. 2) *Sermo* 355. [illegible] *corum* § 2. *Opp. V. col.* 1381. 3) *Iuliani Pomer. De Vita contemplativa II.* [illegible] 16. § 2 (*Opp. Prosperi Paris.* 1711, *app. col.* 37). 4) *Ibid.* § 3.

et in veteri et in novo testamento evidenter ostenditur; cum Moysen, et post Moysen Iosue omnibus filiis Israel, et Aaron ceteris levitis, Petrum quoque ceteris discipulis Dominus Ioh. 21, 15–17. *preposuerit*[a]. *Qualis*[b] *autem esse debeat qui prefertur, trina Domini interrogatio et trina Petri manifeste monstrat responsio. Cum enim pascendarum ovium cura illi committitur, ter Dominus interrogat Petrum, si diligat, et ter Petrus respondit quia amat, ter Dominus iniungit, ut pascat. Trinam igitur Domini interrogationem trina Petri de dilectione responsio; et trinam eius responsionem trina pascendi gregis iniunctio sequitur. Sed nunc quomodo trina dilectio in eligendis haberi debeat, videamus. Trinam itaque dilectionem illi habet, qui Deum et quae Dei sunt mente credit et amat, voce confitetur et predicat, opere imitatur et servat. Trina autem tunc fit interrogatio, cum, sicut debemus, exquirimus, previdemus et discutimus, utrum eligendus hanc trinam dilectionem habeat. Quod si cordis fidem et dilectionem competens sermo et actus foris ostendat, trinae interrogationi iam satisfecit trina responsio. Cui etiam bene ter pascendi gregis cura iniungitur; quia quisquis oves pascendas suscipit, cordis iugi vigilantia prospicere, vocis officio monere ac defendere, et actuum exemplis semper eas ad Christum debet pertrahere. Illi ergo recte pascendi gregis cura iniungitur, qui in mente plenam habet fidem et dilectionem interius: et in voce perfecte monendi,* *f. 41'. **libere arguendi, prudenter exhortandi scientiam et possibilitatem exterius; ut qui opere quecunque loquitur, servat et sequitur. Nec quisquam pro qualibet culpa si iam satisfecerit, in hoc officio recusandus est; cum et Petro post trinae negationis lacrimabilem satisfactionem, quia in*[c] *eum trina dilectio patuit, gregis a Domino iniuncta sit pastio. Hec igitur trinae dilectionis forma, fratres karissimi, in primo pastore non ab alio quam a Christo presignata in eligendis est previdenda, non solum prioribus, sed et omnibus personis in aecclesia preferendis.*

De trina Domini interrogatione et trina responsione Petri.[1]

Huc usque verba Paschalis papae.

(132) Huic scripto in sede apostolica firmato et approbato subscripserunt primo Pascalis papa, deinde cardinales sanctae Romanae aecclesiae, quorum nomina sunt annotata: Crescentius Sabinensis episcopus, Petrus Portuensis episcopus, Cono Prenestinus episcopus, Vitalis Albanus episcopus, Bonifacius cardinalis Sancti Marci, Deusdedit cardinalis Sancti Laurentii, Desiderius cardinalis Sancte Braxedis, Gvido[d] cardinalis Sanctae Balbinae, Petrus cardinalis Sanctorum Cosme et Damiani, Petrus cardinalis Sancti Adriani, Rossemannus diaconus Sancti Georgii, Comes diaconus[e] cardinalis Sanctae Mariae in Aquiro, Gregorius cardinalis diaconus Sancti Angeli, qui postmodum effectus est papa dictus Innocentius, Iohannes cardinalis diaconus Sanctae Luciae.

(133). Quae cum ita se habeant, si doctrina haec apostolica uni tantum congregationi destinata, universaliter esset enunciata, poterat inde absorberi aqua multa et turbida ex ore draconis emissa, cuius non modica lacuna est in illa regula sepe notata, et adhuc Deo volente amplius notanda et cauterianda. Est enim regula ista, ni fallor, quedam de flumine[f] illo magno Euphrate collecta vel egressa exundatio, in qua purae ac turbidae aquae Babilonica quedam est confusio. Quid enim purius, quam quod in collectario sententiarum paternarum regulae huic antepositarum vita communis apertissime declaratur, in qua solis illis, quos necessitas aut voluntas pauperes fecit, stipendium competens, prout cuique opus est, ordinatur: in qua etiam talis dispensator eorundem stipendiorum commendatur, qui, ut Prosper ait, vel omnia sua pauperibus distribuit vel ecclesiae rebus adiunxit? Quid, inquam, purius hoc documento saluberrimo apostolicae doctrinae per omnia consono? Quid vero turbidius eo Saduceorum fermento, quo plenum est eiusdem regule illud capitulum, quo precipitur[1], ut in una eademque congregatione his

a) Capitulum quintum *add. A.* b) Qualis autem *in loco raso B.* c) trina in eum *B.* d) Gwido *B.* e) card. diac. *B.* f) illo fl. *B.*

1) *Concil. Aquisgran. a.* 816, *c.* 121. *Mansi, Conc. XIV, col.* 231: cibum et potum omnes aequaliter accipiant.

qui multa sua possidendo diviciis affluunt, et his qui nichil vel parum habendo pauperes sunt, equalia dentur stipendia? Si, ut iam dictus [illegible] ait: *Habere [illegible] nichil est aliud quam perdere; quoniam quod habet aecclesia cum nichil habentibus [illegible] debet habere.* Magna atque perditio, et filiis perditionis [illegible] placita institutio agnoscitur, cum res pauperibus debita datur divitibus [illegible] doctrinae forma non tenetur, cum divitibus et pauperibus equa portio dari precipitur. Quae distributionis coequalitas nec inter ipsos veros Christi pauperes in congregatione viventes admittenda est, quia non equaliter omnibus victus et [illegible], cum non omnes equaliter valeant. Et ideo pensata singulorum indigentia, [illegible] opus est in huiusmodi habenda est cautissima differentia. Quae cum [illegible], super huius doctrinam regulae ira Dei de caelo recte creditur quandoque revelanda, et illa phyala iracundiae Dei plena plenius effundenda, de qua legitur in Apocalypsi: *Et sextus angelus effudit phyalam suam in flumen illud magnum Eufraten, et [illegible] eius, ut pararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis et [illegible] et de ore pseudoprophetae spiritus tres inmundos in modum ranarum [illegible].*

. . . .

Scriptura enim sana, precipue que nomen habet regule, nichil in se debet habere fedum vel tortuosum, ne se sequentes non tam in viam rectam dirigat, quam invium pravum deducat, ut prenotata regula non recte regens aliquem atque ideo nomine regulae indigna, contra quam nunc tantopere disputare illud cogit, quod etiam quidam canonici vitam communem secundum regulam beati Augustini professi, ex interpositione sermonum beati Augustini allecti, eandem sic acceptant, ut in conventibus suis eam recitari faciant quasi autenticam, et nullius erroris permixtione infectam, non attendentes eam doctrinae apostolicae in multis contrariam. Proinde si placet apostolicae discretioni, ut aulica illa scriptura in aecclesiis matricibus teneatur pro clericorum canonica regula: primo ipsius prava in directa fiant, ut aulica edicta edictis apostolicis de clericorum vita efficiantur consona, decisis inde pravis et reliquis auctoritate apostolica canonizatis. Quae namque ratio est, ut maiores et plures clericorum congregationes regulam profiteantur aulicam nulla sedis apostolicae auctoritate canonizatam, cum plura inveniantur patrum orthodoxorum scripta directissima, quae pro sui rectitudine haberi possunt pro regula, tam ad informandam vitam clericorum in congregatione sub prelatis viventium, quam et eorum qui foris positi secundum canones recte vivendi habent propositum sub regimine antistitum? Quod his duobus clericorum generibus amplius est, a malo est, et affirmante Isidoro[2] nec inter clericos religiosos nec inter laicos censendum est.

Et, ut ad flumen Babilonis Eufraten respiciamus, huiusmodi clerici exceptis paucissimis non sicut aves nidi sui, quod est Ierusalem, in principio leticiae suae memores flendo super flumina Babilonis resident, sed eisdem aquis velut pisces inmersi taliter in eis ludunt, ut nunquam cogitent revolare ad illum Ierosolimitanae cohabitationis nidum, in quo primis aecclesiae filiis, tanquam bonis pullis erat cor unum et anima una in Deo, nec quisquam eorum aliquid suum esse dicebat. Paucis igitur, ut dictum est, exceptis, quibus animus est conversionis [et[a] reversionis] in Ierusalem, plures eorum contemptis aquis Syloe, quae fluunt cum silentio, plus diligunt flumina Babilonis et aquas turbidas, Deo volente, per phyalam sexti angeli omnino desiccandas. Cum enim septima et ultima phyala iracundia Dei plena ultimi effusura sit iram iudicii in aerem, id est in aerias potestates, demones scilicet omnesque ipsorum complices,

a et reversionis *des.* 1.

1 *Iul. Pomerii de vita contempl. II. c. 9. Opp.* [illegible] 2 [illegible] *II. c. 3. § 1, ed. Arevalo VI. p. 415*

ab re creditur hec sexta sexti angeli phyala desiccans aquas fluminis Eufrates ultimum iudicium preventura, et[a] aquas Babilonicas magis desiccatura et viam Domino dominorum regique regum venturo cum regibus et senatoribus ad iudicium preparatura, [illegible] secundum quod dictum est, *ut pararetur via regibus ab ortu solis;* quibus utique ad *f. 43'. *iudicium tanto erit via planior, etiam nunc in presenti vita, quanto viderint aquas Babilonicas magis desiccatas, quas nimirum preter paucas lacunas videmus maxima ex parte iam annichilatas. Etenim antequam super aquas huiusmodi revelaretur de caelo ira Dei per euangelium Christi, non poterant eas transire reges sancti, scilicet hi qui principes sive auctores fuerunt scripturarum veritatis, quales dicuntur recte venisse ab ortu solis, quia non venerunt aut locuti sunt a semetipsis, sed ut loquerentur quod loquerentur acceperunt ab illuminatione divinitatis. Non poterant aquas illas transire reges isti, non poterant cum una lingua Hebraica occurrere Grecis facundis disertisque Latinis grammaticis, rethoribus, dialecticis, tot poetis tragicis, comicis, satiricis. Necdum enim flumen Dei repletum erat aquis, necdum rivos eius inebriavit Spiritus veritatis, et adhuc plenissime redundabant suosque alveos implebant flumina Babilonis: quorum est famosissimum illud flumen magnum Eufrates de paradyso egressum et aliis multis aquis adauctum: quia veritatis quibusdam sententiis intermixta plura mendacia fabulosa ita sonuerunt, ut a vocibus aquarum multarum Babilonicarum in huius mundi mare de- Ps. 92, 4. scendentium fierent mirabiles elationes maris, cum necdum appareret mirabilis in altis Dominus, nec testimonia eius credibilia essent mundo tot mendaciis dementato et fasci- (140). nato, tot aquis Babilonicis fluminis inebriato. At ubi venit ille Spiritus veritatis, ut argueret mundum de peccato et de iusticia et de iudicio, nimirum arguendo id quo- cf. Apoc. 16, 12. que effecit, ut siccarentur tantae aquae [tanti[b]] tam[c] magni fluminis. Stultam enim fecit huius mundi sapientiam. Procedente namque sapientia Dei et rationem reddente [illegible] de eo, quod videbatur stultum Dei, quemadmodum apostolus dicit: *Nos autem predicamus Iesum Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum, gentibus stulticiam:* ex comparatione eius stultum esse apparuit et aridum, quod eatenus grande videbatur et pro- [De tribus [illegible] spiritibus.] fundum. Quam vilis quamque execrabilis et abiecta fuerit vel apparuerit illa talis sapientia seculi in oculis eorum, quos veritas illuminavit, pulchre in sua persona in- [illegible] sinuat Iohannes cum dicit: *Et vidi de ore draconis et de ore bestiae, et*[d] *de ore pseudoprophete spiritus tres inmundos*[e] *tres in modum ranarum procedere.* Spiritus inmundos ait, id est sectas quasi sapientiae et scientiae magicae, poeticae, phylosophicae, quas contrarius sancto[f] Spiritui inmundus huius mundi spiritus aspiravit: spiritus namque inmundos magi precipue patronos quo nescio infelici quodam pacto asciverunt sibi. Poetae vero sub nominibus honestis eosdem rogitant spiritus inmundos aspirare sibi, sacrilega presumptione deos appellantes, cum demones sint. Porro qui phylosophis[g] spiritus aspiravit, is quoque sine dubio inmundus extitit. Annon de illis apostolus dicit; quia Rom. 1, 22. *f. 44. *dicentes se esse *sapientes stulti facti sunt et evanuerunt in cogitationibus suis?*

[illegible] Et vide quantam usque ad inmundiciam evanuerunt, qui servientes creature potius quam creatori, propterea in passiones ignominiae sive in desideria cordis sui, in inmundiciam traditi sunt. Recte ergo dicuntur spiritus inmundi. Porro draconis nomine diabolus, bestiae vero appellatione bestiale regnum diaboli hoc loco designari recte[h] intelligitur. Nam apud Danielem per IIII[or] bestias IIII[or] mundi regna principalia significantur, scilicet Babilonicum, Persicum sive Medicum, Macedonicum atque Romanum. De ore ergo draconis spiritus primus processit, quia magicam artem humana curiositas de confabulatione demonum[i] addidicit. De ore bestiae sequens spiritus

a) [illegible] desiccatura [illegible] A. b) deest A. c) [illegible] *supra lineam B; corr. ex* tanti, *ut videtur A.* d) et de ore *supra lineam A.* e) inm. tres *B.* f) sp. s. *B.* g) phil. *B.* h) recte des. *B.* i) [illegible] diaboli *B.*

exivit, quia bestiali regno mundi huius adulando homines [illegible] reges, terrenos homines, figmentis poeticis in deos et in caelum [illegible] fabulosis neniis decantavit. Pseudopropheta phylosophica quoque professio extitit que fanaticorum spurcicias deorum, verbi gratia adulteria Iovis [illegible] et coniugis, et meretricia Veneris et cetera talia retulit ad elementa [illegible] ea, que iam erubescere poterant homines, de diis suis quasi interpretationibus [illegible] allegoricis. Vere pseudopropheta talis quisque interpres [illegible], qui de corde suo prophetavit, et vane pudorem humanum consolatus est adulteria deorum fictis et inutilibus adornando mysteriis, et in eo remanendo nichilominus [illegible] potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen. *Vidi [illegible] de ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae exire spiritus [illegible]*. Et addit adhuc: *In modum ranarum.* Nimirum ranae et inmundae sunt et turpes, et exigue et quasi loquaces. In luto namque commorantes inportune et quasi cum garrulitate coaxando quietem auferunt. Congrua ergo assimilatio, dum ranis adequantur vel similes perhibentur hi qui sibi magni et eloquentes videntur, verbi gratia poete, qui sibi magni [illegible] videntur; sed omnis eorum materia fabulosa lutum est, et magnitudo eorum inflatio [illegible].

Quapropter quoniam scientia illorum, cum nulla sit, inflatur adversus scientiam Dei [illegible] pulchre satis eorum spiritui congruit illud de fabella Esopi[2], ubi rana sufflando temptans se extendere ad magnitudinem bovis, dum conatur et pellem frustra distendit, tandem ultra vires sufflando crepuit. Denique ubi nunc illi sunt grandiloqui, qui se extulerunt adversus veram magnitudinem scientiae Dei? *Periit memoria eorum cum sonitu, et Dominus in aeternum permanet.* Quis enim loquacitati illorum hominum credit? Immo quis eorum theologias turpes legens vel audiens non irridet? *Porro magi, quorum principes in Egypto *c. 14.
Iamnes et Mambres per incantationes suas coram Pharaone adversus Moysen et Aaron [illegible] ranas eduxerunt et ultra non valuerunt, modum recte dicuntur habere ranarum, ut eis similes sint quas contra Deum fecerunt, ultra quas eorum prestigia non valuerunt. Apostolo autem contestante, quemadmodum Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et nunc homines reprobi mente corrupti resistunt veritati: *Sed ultra*, inquit, *non proficient: insipientia enim eorum manifestata est, sicut et illorum fuit.* Ultra, inquam, non proficient quam et illi profecerunt, qui exhibitis ranis ultra non potuerunt facere signa signis Moysi consimilia. Sic et huius temporis quidam causidici et legistae vel sophistae, seu dialectici vel potius heretici sophistice loquentes ideoque odibiles contra legem divinam, quasi contra Moysen et contra sacerdocium legitimum et vere leviticum, quasi adversum Aaron dimicantes et regno Pharaonis contra regnum Dei faventes, cum in sua garrulitate ranis loquacibus et in luto coaxantibus equiparantur, ultra non proficient. Insipientia enim illorum manifestata et per sanctam scripturam confutata evidens erit, quod non de Spiritu sancto inspirata, sed per spiritus malignos et inmundos conspirata sit loquacitas huiusmodi hominum veritati resistentium et ipsam veritatem Dei in iniusticia detinentium. Quasi enim captivam detinent veritatem sanae doctrinae circumventam suo mendacio, per spiritus malignos ita conflato, ut magna in eo inveniatur veri similitudo et bonitatis imago.

Unde confutari non possunt huiusmodi mendacia sine magno conflictantium prelio, [De [illegible]
quale habuerunt martires contra tirannos ydolatras[a] ac templorum pontifices, quale nichilominus habuerunt sancti confessores contra hereticos et reges in malo illis faventes, ac novissime diebus istis viri religiosi contra symoniacos, conducticios, incestuosos,

a) idol. B.

1) De poetis cf. Comm. in ps. 21. M. [illegible] 193 col. 1005 sqq. [illegible] f. 12' sqq. 2) Fabul. Aesopicarum coll. ed. Halm nr. 84.

girovagos, vagos, dissolutos, oberrantes aut, quod peius est, irregulariter congregatos
clericos prelium grande in tempore VII. Gregorii pape habuerunt et adhuc habent,
VII spiritibus nequam in aperte malis, et VII aliis nequioribus in ficte bonis contra
vere bonos dimicantibus, et importuna loquacitate illos infestantibus. Unde, cum dixisset
Iohannes vidisse de ore draconis et de ore bestiae[a] et de ore pseudoprophetae spiritus
Apoc. 16, 14. inmundos exisse, addidit *in modum ranarum* et adiecit: *Sunt enim spiritus demoniorum
facientes signa, et procedunt ad reges totius terrae congregare illos in prelium ad diem
magnum Omnipotentis.* Vere, inquit, illos inmundos dixerim: sunt enim spiritus demo-
niorum. Nam revera cum veritati contraria[b] sint dogmata eorum, nulli dubium, quin
omnes magnitudines, immo inflationes eiusmodi sint aspirationes demoniorum. *Et pro-*
144). *cedunt,* inquit, *ad reges totius terrae, congregare illos in prelium.* Primi hoc, ut sancta
cf. 2. Tim. 3, 8. narrat scriptura, iam dicti malefici illi Iamnes et Mambres fecerunt. Processit enim
*f. 45. qui in illis erat spiritus seductionis ad regem *Egypti, et fiducia signorum quae facie-
bant quasi similia signis virtutis Dei, auxerunt stulticiam eius, ut contra Deum pugnan-
tem pro Israel auderent preliari. Tali vel simili modo ceteri malefici, poete, phylo-
sophi congregaverunt reges totius terrae; non quidem in unum locum, sed in unum
eundemque pessimae voluntatis statum, ut preliarentur contra Dominum, ut preventi
magna estimatione illorum reges terrae dedignarentur aut negligerent magna estimare
miracula, que servi Domini facerent, vel mirari sapientiam quam predicarent; quoniam
et illi econtra mira facere et magnifice ut sapientes loqui consuevissent.

(145).
[De Ieroboam rege Israel.]
Omnium illorum qui sic veritatem Dei, ut apostolus conqueritur, in iniusticia de-
Rom. 1, 18. tinent, similitudo processit in regno scisso quondam a domo David: ubi rex Ieroboam
3. Reg. 12, 28. vitulos aureos excogitato consilio fabricavit, quibus et festivitates festivitatibus Dei si-
miles constituit; ut huiusmodi quasi divina reverentia vitulis aureis exhibita detineret
populum tali cultu fascinatum, ne in Ierusalem requireret Deum verum vel reverteretur
ad domus David regnum legitimum. Deceptor iste sic peccans in Spiritum sanctum
contra propriam conscientiam proprioque iudicio condempnatus, nulla venia dignus est
habitus. Verum deceptus ab eo populus magna ex parte ad penitentiam per sanctos
prophetas est revocatus: quorum ille fuit precipuus, quo prophetante atque clamante
ib. 13, 5. contra predictum Ieroboam super altare stantem et sacrificantem scissum est altare per
medium, et effusus est cinis eius. Propemodum simile est huic, quod heresiarche vel
scismatici, proprio nunc iudicio condempnati, peccantes non per ignorantiam, sed per
maliciam in Spiritum sanctum, non habent ullum penitentiae remedium; sed ab eis
decepti aliquotiens emendantur, maxime cum sacrificia huiusmodi hereticorum vel scis-
maticorum quasi cineri assimilata exsufflantur ac Deo molesta esse manifestantur.

146.
Cuius veritatis testes quam caute se ab interdictis abstinere debeant, ne videlicet,
3. Reg. 13, 18. cum huiusmodi post interdictum vel cibum sumant, illius prophete docemur exemplo,
qui ab alio propheta deceptus et comedens interdicta leoni occidendus legitur traditus.
Cavendi ergo sunt veris prophetis falsi prophete, ne per illorum seductionem decepti
1. Petr. 5, 8. communicent interdictis et incidant in os leonis qui circuit querens quem devoret,
cum tamen devorandi potestatem non habeat veros et bonos prophetas, etiam quando
eos mordendi vel occidendi occulto quidem, sed non iniusto iudicio Dei permittitur
illi potestas. Etenim propheta prenotatus, quia deceptionem prophetae mendacis non
repulit, leoni datus est occidendus, non tamen devorandus et, ut creditur, hac ipsa
3. Reg 13, 24. 28. morte fuit expiatus. Unde leo, qui eum Deo irascente occiderat, iam Deo placato
cadaver occisi et asinum quoque illius non tangens custodiebat. Nonnunquam in sede
[illegible] apostolica sive alia Moysi cathedra, exaltato per violentiam laicam *quolibet symoniaco,
subintruso vel superposito alicui catholico regulariter electo et provecto, huiusmodi

a) bestiae et de ore dr. B.; de ore scr., sed punctis del. b) sint contr. B.

emerserunt controversiae, in quibus plurimum dementati sunt Egyptii [illegible] et tyranni per id, quod in sua secta clericos habebant valenter litteratos, et in identitate sacramentorum, tamquam in similitudine signorum [illegible] contra aecclesiam, cum ipsi essent extra aecclesiam; non attendentes vel attendere volentes, quod [illegible] extra aecclesiam sit locus veri sacramenti, non tamen nisi in [illegible] catholica aecclesia est locus veri sacrificii, ut beatus Augustinus asserit[1].

Tempore Petri Leonis scismatici, fautoribus eius [illegible] valde gloriantibus in identitate sacramentorum, tam apud ipsos quam apud excommunicatorem ipsorum beatae memoriae papam Innocentium, cum [illegible] tempore in curia Romana[2], coactus sum plures de scripturis veritatis auctoritates colligere, quibus evidenter enituit sacramenta quidem ritu aecclesiastico celebrata tam foris quam intus esse inviolabilia; sed in sacramentis extra celebratis non magis operari spiritum Christi, quam in signis magorum Egyptiorum digitus Dei operabatur, qui tandem ipsis [illegible]titentibus in signis Moysi et Aaron claruit. Sic et in illa nostra concertatione [illegible]lante mihi tunc venerabili viro beatae memoriae Gwaltherio archiepiscopo Ravennate, palmam optinuit inter sententias multas id quod dicit papa Pelagius: *Scisma*, inquit[3], *ipsum, quod Grecum nomen est, scissuram sonat; sed in unitate scissura esse non potest. Non ergo unitati communicant. Partes ipsi sibi fecerunt, et ab eo quod unum est, ut apostoli [illegible] verbis iam loquar, semetipsos segregantes spiritum non habent. Quibus [illegible] illud efficitur, ut quia in unitate unum non sunt, ut quia in parte esse [illegible], et quia spiritum non habent, corporis Christi sacrificium habere non possint.* Multa in hunc modum congessimus tunc in unum veridica patrum testimonia, quibus comprobatum et Eimerico tunc temporis cancellario[4] satagente approbatum est, extra aecclesiam celebrata missarum officia, etsi habeant sacramentalia signa signis catholicorum similia, esse tamen irrita et vacua, utpote neque Spiritum sanctum neque corpus Christi habentia. Preliati sunt tamen et adhuc preliari non desinunt contra istam veritatem veritatis inimici: quorum plures, cum sint uxorati vel concubinarii vel[a] conductitii, sacrificant licet interdicti. Et quia magnarum congregationum cathedrales clerici sunt huiusmodi conducticiorum conductores et protectores, non est leve prelium quod movent. Preliati ergo[b] sunt et preliari non desinunt, persequendo omnes qui in Christo pie vivere volunt; sed malo suo, quia taliter congregati in prelium, congregabuntur in iudicium. Unde, cum dixisset hic congregare illos in prelium, addidit dicens: *Ad diem* [illegible] *magnum Omnipotentis.* Nam dies magnus Omnipotentis dies erit iudicii, sine dubio magnus, sicut propheta dicit: *Iuxta est dies Domini magnus, iuxta et velox nimis. Vox diei Domini amara. Tribulabitur ibi fortis* et cetera. Soph. 1, 14.

Iuxta est, ait ille; et verum est. Nam etsi aliqua mora videtur, ex quo ille prophetavit usque ad [illum[c]] diem magnum Omnipotentis; set[d] certe prope est unicuique mors et presentis vitae finis, et nescitur[e] quando venturus sit. Ait ergo contestim: *Ecce venio sicut fur.* Malus servus dicit in corde suo: Moram facit Dominus venire. Dominus autem dicit: *Ecce assum, cito venio*; addiditque[f]: *sicut fur*, videlicet negligentibus et dormientibus formidandus. Furis namque similitudinem ipse sibi adhibere dignatus est, dum premisso servis suis precepit, ut vigilent: *Quia nescitis*, inquiens, *qua* [illegible] [De die [illegible]

a † [illegible] A. b s. ergo E. c [illegible] A. d at A. e [illegible] A. f [illegible]

1 *Prosperi Sentent. ex August. c.* 15; *cf. supra p.* 425. *n.* 2. 2 *A.* 1133 [illegible] *Inn.* 8; *v. supra p.* 240. *et* 272; *cf. Bach l.* [illegible] *p.* 33; *Jaffé* [illegible] *VI. p.* 259. *n.* 5; *Gerh. epist.* 21. 3 *Coll. Brit. ep.* 22. [illegible] *p.* 545 [illegible] *col.* 731. 732; *Grat. C. XXIV. qu.* 1. *c.* 34. 4 [illegible] *p.* 69 *sqq.*; *cf. Concil. Pisanum c.* 4. *Const. imp. II. p.* 578.

Luc. 12, 39. *hora Filius hominis venturus est,* ait: *Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam.* Eadem intentione vel causa, qua illic dicit: *Sint lumbi vestri precincti: beati servi illi, quos cum* Apoc. 16, 15. *venerit Dominus, invenerit vigilantes;* continuo et hic subiungit: *Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet et videant turpitudinem eius.*

ib. 14. Hoc propter magnum diem[a] suum Omnipotens intulit, quia promissum[b] erat congregari reges terrae in prelium ad diem magnum Omnipotentis. Sequitur: *Et congre-* Apoc. 16, 16. *gavit illos in prelium* in loco qui vocatur Hebraice Hermagedon. Quos illos congregavit? Utique reges, quia de regibus congregatio ista scribi cepta est. Sunt autem hic diversi, immo oppositi et contrarii reges. Nam de bonis regibus premissum fuerat, ut ib. 14. pararetur via regibus ab ortu solis: de malis vero subiunctum: *Et procedunt ad reges totius terrae, congregare illos in prelium.* Quos ergo regum istorum congregavit in loco qui vocatur Hebraice Hermagedon, vel quis congregavit illos in tali loco? Non enim singularem aliquam personam premiserat, neque aperte distinguit quos malos an bonos congregaverit. Ergo dicere licet, quia bonorum et malorum congregatio hic illa presignata est, de qua non ignoramus, quia cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, tunc congregabuntur ante eum non solum reges, sed etiam omnes gentes illic in prelium mirabile congregabuntur; quia illic videlicet prelii malorum et bonorum mirabilis et horrendus finis statutus est. Ille status recte designatur hoc nomine, quod hic ponitur Hermagedon. Interpretatur enim 'consurrectio in priora', sive 'mons globosus'[1]. Congregationem vero illam recte significat, ubi et sancti reges qui venerunt ab ortu solis in priora consurgent et ad iudicandum sedebunt; et mali reges, tanquam mons globosus, tollentur cum diabolo suo principe; quia tunc revera dicetur monti huic: Matt. 21, 21. *Tollere et mittere,* non iam in mare, sed in profundum gehennae. Nunc priusquam veniat illa dies magna, in qua sancti reges universi universaliter consurgent in priora; Phil. 3, 13. idem reges quique suo tempore in anteriora extenti et obliviscentes que retro sunt, in anteriora consurgent[c]. Cuius rei spectaculum iocundum cum late per Dei gratiam pateat, maxime in successoribus beati *Petri oculos bonos delectat et oculos malos cruciat.

(150.) Pontifices [enim[d]] Romani cum privilegia aecclesiis supra petram fundatis vel fundandis donant, Petri apostolorum principis auctoritate illa precipue instituta roborant, quae fundamento aecclesiae primitivae concordantia iudicant. Unde si aulica illa instituta in sepe notata regula institutis apostolicis posteriora proferantur in medium cum prioribus et melioribus illis trutinanda in sede apostolica; non dubium priora illa illic approbanda, et posteriora ista prioribus contraria omnino esse reprobanda. Nam etiamsi posteriora ista de anterioribus habeant quedam sibi inmixta in prenotata regula, necessitate tamen cogente sic est aliqua dampnationis ustione cauterianda, et velut aqua fluminis Babilonici desiccanda, ut in matricibus aecclesiis huius aque inundatione occupatis preparetur via regibus ab ortu solis; aut si hoc semel et simul non potest fieri, attamen tam tortuosa regula demonstretur esse aqua Babilonica flumini Eufrate assimilata cum paradysiacis aquis lacuna Babilonis intermixta, et ideo cavenda, ne in ea propter bonas patrum sententias in unum congestas, etiam illud recipiatur quod eisdem penitus adversatur. Ut enim de ceteris taceamus, est illic sermo beati Augustini dicentis[2]: *Nulli licet in societate nostra habere aliquid proprium. Si qui habent, faciunt quod non licet.* Deinde quasi licitum quadam regali[e], ut dicunt, pietate ibidem conceditur, ut res propria et domus privata contra doctrinam beati Augu-

a) s. d. B. b) prem. B. c) consurgunt B. d) deest A. e) *corr. ex* regis A.

1) *Hieronymus de nominib. Hebraic., Opp. III, col.* 117: Armageddon . . . consurrectio in priora, sed melius . . . mons globosus. 2) *Sermo* 355, *c.* 2, *Opp. V, col.* 1381; *v. supra p.* 166, *n.* 2.

stini premissam possideatur. Quod concessum sancta sedes apostolica non recipit, patet in premissis Urbani [pape[a]] et martyris, item Urbani pape secundi et pape Paschalis [dictis[b]] evidenter claret. Item Nicolaus et Alexander pontifices Romani quasi ex uno ore precipiendo statuerunt, ut sacrorum ordinum clerici statuta patrum de continentia obedientes iuxta aecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos, simul maneant, manducent et dormiant; neque privata illis concedunt habitacula, solis coniugatis clericis a beato papa Gregorio indulta et caste in congregatione viventibus omnino interdicta, utpote in quibus est occasio multa pravitatum et turpitudinum. Quod non ad plenum perpendisse vel in sua regula precavisse pium regem Ludewicum non est mirum; quia non regi vel imperatori, sed Petro piscatori data est auctoritas confirmandi fratres, Domino dicente: *Tu es Petrus et super hanc petram edificabo aecclesiam meam. Et portae inferi non prevalebunt adversus eam: et tibi dabo claves regni celorum.*

Inter portas inferi, quas patribus exponentibus accepimus esse pravas doctrinas vel tyrannicas violentias, non absurde possumus computare sepe dictae aulicae regulae pravam doctrinam tanto periculosiorem, quanto ibi secretius latent pestifera venena multo salubrium doctrinarum circumlita melle, dum sanctorum patrum sanis institutis opposita et intermixta est illa concessio regalis, qua coniungitur domus ad domum et ager agro copulatur. Si enim, docente propheta, ve his qui coniungunt domum vel agrum secularem domui vel agro seculari cupiditate avariciae: quanto magis qui contra interdicta legis divinae domui vel agro proprietatis suae, unde sibi sufficienter abundant, iungere audent domum vel agrum, unde pauperes nichil habentes et Deo expedite servientes debent vivere? Dubitari poterat aliquando hanc regulam inter portas inferi deputandam, quando sub ea in multis aecclesiis erat honesta conversatio et religionis canonicae saltem umbra qualiscumque propter habitas et usitatas vitae claustralis quasdam formulas, quae quasi vectes erant eiusdem portae, quandiu tenebantur in consuetudine. At nunc, eisdem vectibus abiectis et valvis omnino patulis nullo repagulo tardante, neglectis claustralibus habitaculis luxuriose nimisque irreligiose vivitur in domibus privatis, et gratia Dei transfertur in luxuriam et de sacrae miliciae stipendio militatur diabolo. Nam etiam illi qui communi dormitorio et refectorio aliquotiens utuntur et interdum, quando et quantum eos libet, in cubilibus suis propriis morantur in alternatione tali patentes inveniunt sibi portas infernales, quibus utinam sublatis eleventur portae caelestes et eternales, disciplinae videlicet regulares et vere cenobitales, absque omni fictione ac fermenti totius intermixtione.

Cum enim tria fermenta cavenda sacrum doceat euangelium, phariseorum, saduceorum et Herodis, in bene dispositis claustris neque phariseorum placent filacteria inmoderatum rigorem preferentia, neque saduceorum laxa dissolutio, in qua nulla est ad resurrectionem digna preparatio, neque dominatio Herodiana, in qua regnat superbia cum sevicia. Etenim theologo Iohanne asserente, *omne quod in hoc mundo est, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia est vitae*, in qua est concupiscentia in hoc seculo dominandi. Ex tribus istis concupiscentiis illa, quae est oculorum, subest in filacteriis ac fimbriis magnificis ceterisque ostentationibus phariseorum. Illa vero, quae est carnis, principatur in conviviis ceterisque luxuriosis dissolutionibus saduceorum spem resurrectionis minime habentium et ideo presentis vitae delitiis abutentium. Porro illa, quae est in hoc seculo dominandi, tyrannizat in hominibus ambitiosis vel dominantibus in hoc mundo; vel, quod peius est, etiam dominantibus in clero. Quo contra boni et religiosi homines contra saduceorum fermentum sobrie, contra phariseorum iuste, contra Herodis pie vivunt in hoc seculo, expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Cuius [illegible]

a *deest* A.   b *deest* B.

cf. Ps. 64, 12. quo apparuit benignitas et humanitas, benedictio parata est coronae anni benignitatis, et campi eius replentur ubertate, bono semine in filiis regni multiplicato eo copiosius, quo *f. 47'. semen filiorum gehennae *ab homine inimico superseminatum et usque ad vicinam messis ultimae imminentiam toleratum, quandiu erat adhuc teneritudo utriusque germinis; nunc ubi hoc salvo tritico fieri potest, ab angelis messoribus a tritico separatur cautius et diligentius. Prime, ut premissum est, messis in hoc anno benignitatis messores, erant apostoli (De ultima messe.) a Domino in labores aliorum introducti. Ultimae huius messis, de qua nunc agitur, messores Matth. 13, 38. erunt angeli, ut se habet assertio euangelica. Domino docente, quod est[a] ager mundus, bonum ib. 30. semen filii regni, zizania filii gehennae, messores angeli: per quos primo zizania sunt colligenda in fasciculos ad comburendum et deinde triticum congregandum in horreum Domini.

(153). Quae omnia ultima quidem ventilatione in magna virtute per angelos creduntur Mal. 2, 7. ita, ut predicta sunt effectu manifesto complenda. Verumtamen quia *labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est,* non absurde creditur et speratur per sacerdotum quedam angelica ministeria etiam nunc ante finem seculi talia fieri ex parte, cum scriptis luculentis pravi mores tanquam zizania fasciculis alligata igne infernali demonstrantur punienda; et boni mores tanquam grana triticeae messis ostenduntur caelesti premio remunerari debere. Quod in libris Moralibus beati pape Gregorii clare invenitur, qui sciens reprobare malum et eligere bonum, viciis et virtutibus morum caute ab invicem discernendis bene invigilavit loquendo et scribendo, quia angelus Domini exercituum erat, contra phalangas viciorum caute ordinans exercitus morum et virtutum.

(154). Similiter et reliqui pastores et doctores catholici probantur esse angeli messores vel, sicut iam diximus, vicia et virtutes tanquam zizania et triticum separantes vel filios gehennae a filiis regni sic distinguentes, ut eorum vel sermones audiens vel scripta legens evidenter agnoscere valeat, utrum sit[b] in ordine aliquo catholicorum sive clericorum sive monachorum Deo ita militantium, ut merito habitare debeant in aeternis cf. Luc. 16, 9. tabernaculis; sive laicorum, qui talibus taliter militantibus ita obediunt, et de mammona iniquitatis bene faciunt, ut, cum defecerint, ab ipsis, quos obediendo et bene Matth. 10, 41. agendo sibi amicos fecerunt, recipiantur in aeterna tabernacula; dum *qui recipit prophetam in nomine prophetae mercedem prophetae accipiet, et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet.* Sed in recipiendo prophetam cavendus est pseudopropheta, in recipiendo iustum cavenda est falsa iusticia. Et ideo necessaria est messorum diligentia separans a granis zizania, ne pro bonis recipiantur mala, pro veris falsa. Quia enim de duobus nunc ordinibus loquimur, clericorum videlicet et monachorum, Luc. 16, 9. quos amicos facere de mammona iniquitatis expedit huius mundi divitibus, recipiendo in clerico prophetam et in monacho iustum, ne in nomine prophetae falso vel in nomine iusti falso quis decipiatur; clericorum et monachorum quidam sic inveniuntur *f. 48. cauteriati et nomine *prophetarum sive iustorum sic privati, ut nemo nisi fatuus eos recipiat in nomine prophetae vel iusti.

(155). Beatus Benedictus in regula sua quatuor genera monachorum designat[1]: quorum duo sub nomine iustorum approbat, cenobitarum videlicet sub regula et abbate militantium, et anachoritarum seu heremitarum solitudine gaudentium et iugitate orationis fruentium. Duo vero genera[c] monachorum deterrima omnino reprobat; sarabaitarum scilicet sine regula et abbate inordinabiliter viventium, et girovagorum per varia loca discurrentium. Quis ergo istos a tanto messore abiectos putet sub nomine iustorum censendos vel recipiendos? Perditur elemosina talibus data, ex quo eorum conversatio

a) ager est *B.* b) in aliquo sit ordine catholicorum sive monachorum sive clericorum *B*; malim in aliquo etc. *Baluz.* c) mon. gen. *B.*

1) *Cap.* 1, *ed. Wölfflin p.* 8.

cognoscitur nomine iusticiae privata. Similiter in clero designata[a] sunt genera in nomine prophetarum suscipienda, videlicet communiter viventium, secundum laudabile discipulorum Christi exemplum, quibus erat cor unum et anima una in Deo, nec quisquam [illegible] quam eorum aliquid suum esse dicebat; vel secundum canones in aecclesiis populumque regentium, neque terminos a patribus constitutos transgredientium vel transgredi sinentium, et more speculatorum superventuros hostium [illegible], quorum cuique dicitur: *Clama, ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuam, et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Iacob peccata eorum.* Item: *Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Syon. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem. Exalta, noli timere.* Isti sunt custodes super muros Ierusalem constituti, ut die ac noctе non taceant. Isti sunt VII angeli cum VII tubis et VII phialis in Apocalypsi demonstrati. Isti sunt VII stellae VII aecclesiarum et VII candelabra aurea cum VII lucernis ardentibus et lucentibus in conspectu Domini. Sed linum fumigans [illegible] in sacerdocio falso multas habet manerias, pseudoclericorum videlicet acephalorum, symoniacorum, conducticiorum, Nicolaitarum[b] et irregularium conventiculorum; quos ubi manifesta est insipientia eorum, suscipere in nomine prophetarum desipere est, maxime nominatim proscriptos, ut manifeste incestuosos et conducticios a sede apostolica non semel interdictos. Porro conductores eorum, quia et ipsi domum Dei domum negotiacionis faciunt, nec ipsi in nomine prophetarum sunt recipiendi, sed arguendi et monendi atque, si redargui non resipuerint neque se alienaverint ab hoc negociationis fermento, ipsi conductores cum suis conducticiis pari sorte censendi et quasi transgressores canonum publici publice arguendi et cavendi.

Velim hic esse commonitos quosdam episcopos et abbates, qui sub nomine plebanorum palliant feditatem conducticiorum suorum. Conducticius enim est procurator plebis vel minister altaris, qui canonica portione minus accipiendo subiectione indebita munus ab obsequio suo conductori persolvit. Quam speciem symoniae beatus papa Gregorius dampnat[1] aperte simul cum ea, quae fit per munus a manu vel per munus a lingua. Quod si abbas episcopo concedente curam agit alienius ecclesiae, potest illic unum de suis fratribus ponere, cui tanquam cenobitali religione astricto nulla in decimis et oblationibus assignetur portio canonica, sed illa circa eum servetur dispensatio apostolica, qua distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat. Qui vero sine lege claustrali sub lege sunt canonum sive ab episcopo sive ab abbate vel preposito in aecclesiis plebalibus ponantur, secundum canones ibidem stipendiandi sunt, quia dignus est operarius cibo et mercede sua: quam si ordinatori suo ad hoc remittit, ut ipse qualitercunque oves non tam pascat quam furetur et mactet et perdat, quia de turpi lucro suo magis quam de ovibus curat, non est mirum, si oves illum non secuntur, sed fugiunt[c] ab eo, quia non noverunt vocem alienorum. Neque vero huius [illegible] perfectionis in se aliquo modo suspicande materiam prebent, qua sine sumptu euangelium predicans apostolus multis est mirandus et paucis imitandus, maxime iam ordinatis aecclesiis et aecclesiasticae militiae stipendiis, quibus apostolus absque sumptu predicans intendebat ordinandis. Proinde inordinata conductio potius quam ordinata institutione nominanda est huiusmodi clericorum subiectio indebita questui alieno laborantium et de hoc ipso aliquoties murmurantium, quod stipe suo labori debita fraudantur: de qua ipsis videntibus et invidentibus alii parum vel nichil laborantes [illegible] vivantur et ditantur.

a) s. d. B. b) nicolayt. B. c) ab eo f. B.

1) *Hom. in evang.* I. 4, c. 4. *Opp.* I, *col.* 1449 [illegible] *Gregorius* VII. *Reg.* VI. 34. *Jaffé, Bibl.* II. p. 370.

(157.) Et quidem nimis detestanda est iam notata symoniae species in inferioribus personis, utpote sua propria dampnatione contentis. Verum in episcopis clericorum ordinatoribus grande imminet periculum sanctae Dei aecclesiae, iudicante papa Nycolao[a], ut quicumque se ordinari permiserit ab eo quem symoniacum esse non dubitat una cum ordinatore suo non disparem dampnationis sententiam subeat, ut uterque depositus penitentiam agat et privatus a propria dignitate persistat. Et quidem non estimo de hac re sententiam precipitandam, sed apostolicam sedem consulendam, utrum prescripta conductionis pactio vel actio symoniacae pestis vocabulo sit notanda vel mitius nominanda, cum tamen scripta beati Gregorii papae diligenter inspecta satis ostendant, quo nomine tales negociationes censeri debeant. Verum ne videamur preiudicia facere iudicibus aecclesiae, non indecens est a successore Petri super talibus consilium querere primo sine personarum proditione, ut parcatur eorum fame, sed consulatur cautelae, si forte audientes talia in sede apostolica improbari et cauterio symoniacae pravitatis notari studeant ab his ante proditionem suae personae cito emendari: hoc scientes, quod heretica nota symoniae forsitan carebunt, si perperam gesta malunt penitendo cavere[b] in posterum, quam defendendo suosque monitores persequendo augere. Sicut enim beatus Petrus non recte incedens ad veritatem euangelii simulatione sua quos-
cf. Gal. 2, 14. dam cogens iudaizare, cum argueretur super hoc a minimo apostolorum, quia benigne
*f. 49. recepit ammonitionem et emendationem, *dignus laude iudicatur neque ob talem excessum reprobatur eius auctoritas; ita nimirum si episcoporum quis excedit in his quae symoniace fieri non attendit et redargutus arguentem diligit seseque in quibus debet
cf. Matth. 13, 25. corrigit, puto hunc non inimico homini zizania superseminanti comparandum vel cum illo dampnandum, sed inter agricolas computandum neque cum malis male perdendum, si filium Dei non persequitur in membris[c] suis et acquiescit sanis monitis diligitque
De malis agricolis. grana vera et sustinet zizania; quo contra mali agricolae diligunt ac fovent zizania et graviter sustinent grana.

(158.) Sane hic non omittendum puto eam consuetudinem satis esse tolerabilem, qua quidam religiosi abbates et prepositi aecclesiarum plebalium ad sua cenobia pertinentium curas agunt per seipsos, neque assumunt sibi ad hoc ministerium coadiutores alios, nisi aut fratres suos regulariter institutos aut clericos litteratos secundum canonum saltem disciplinam sibi per obedientiam alligatos, ut non sit eis liberum vel ab eis recedere vel sub eis dissolute contra synodales regulas vivere. Qui nimirum taliter astricti non dicendi sunt conducticii, sed adiutores altario servientes et de altario viventes iugumque etsi cenobitalis, tamen synodalis obedientiae sub magistro probabili probabiliter ferentes. Hi nimirum si habentes de suo ministerio victum et vestitum his
Phil. 2, 21. contenti erunt, non querentes quae sua sunt, sed quae Iesu Christi, dum non ad aliud nisi ad eius obsequium rebus aecclesiae utuntur, inter bonos agricolas computari poterunt, etsi non in ordine apostolorum sua omnia relinquentium, tamen in ordine imperfectorum perfectis adherentium ipsisque utcunque obedientium et eos adiuvantium ad
De [illegible] distinctis. agrum Domini excolendum. Vera siquidem grana ex distinctione fructuum suorum
Matth. 13, 8. 23. cognoscuntur, dum aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud affert fructum centesimum. Quod multi doctorum in dominica messe laborantium sic exponunt, ut in coniugum conversatione recta et in viduarum seu continentium, sed non virginum castimonia et virginum perfecta sanctimonia hos fructus intelligendos insinuent; eo quod
Tit. 2, 12. nemo penitus extra haec tria genera sobrie, iuste[d] ac pie viventium salvari poterit. Nutriuntur sane horum trium generum electa grana inter ipsa zizania, suo tempore sufferenda et suo tempore auferenda. Quod qualiter fieri oporteat, euangelica nos doctrina patenter informat.

a) Nic. B. b) [illegible] B. c) s. m. B. d) iustae B.

Etenim ipse paterfamilias seminis boni seminator, qui dicit: *Ne forte colligentes zizania eradicetis cum[a] eis simul[a] et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem*; ipse est rex regni caelorum, id est presentis aecclesiae vel congregationis sanctorum in qua bono semini zizania, id est filiis regni filii nequam, quos diabolus superseminavit, usque ad messem, id est, usque ad consummationem seculi permixta sunt. Illos tolerari iubet cum dicit: *Sinite utraque crescere usque ad messem*. Cum sepissime etiam efflorescant et sublimius crescant, ita ut summos honores in aecclesiasticis gradibus apprehendant: eo quod nichil noceat bonis permixtio malorum, quos [ante[b] messem] pro tempore inviti sustinent, quia corrigere non possunt. Igitur quod precepturus erat recte et, ut preceptorem decebat, prior ipse fecit, admittens Iudam in illo sanctorum numero, quibus potestatem dabat eiciendi spiritus inmundos et curandi omnem languorem omnemque infirmitatem; ut scias dona Dei pervenire ad illos qui cum fide accipiunt, etiamsi talis sit is per quem accipiunt, qualis fuit et Iudas.

Sciendum tamen, quia postquam, ut Lucas scribit, intravit in eum sathanas et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus, quemadmodum eum traderet illis, et gavisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare et spopondit: iam nec eiciendis spiritibus inmundis nec in languoribus aut infirmitatibus curandis illa potestate apostolica usus est: quippe qui sequenti die inter cenandum per buccellam intinctam proditor designatus continuo exivit et, antequam eum, quem tradiderat, in crucem suspenderent Iudei, laqueo se [ipse[c]] suspendit. Nec vero tam segnis patientiae veros Christi apostolos fuisse arbitremur, ut, postquam ille designatus est, si non exisset, communicare illi potuissent ut prius. Hec idcirco dicimus, ut zizania, quae inimicus homo [semini[c] bono[c]] superseminavit, non absque discretione rerum vel temporum toleranda esse vel communionem illorum nichil obesse putemus. Cum adhuc esset Iudas occultus fur, idque solus sciret deus Christus, nichil apostolis oberat, quod eis communione vel potestate apostolica commiscebatur. At ubi deterrima eius iniquitas actu prodiit, ut cum inimicis Domini et magistri sui pactum iniret prodicionis et homicidii, ubi hoc hominibus notum fecit homo Christus, nunquid rationi placet sine culpa potuisse fieri, ut deinceps illi diabolo aliqua communione homines fideles commiscerentur? Sic nimirum quandiu quilibet filii nequam, quantalibet regno Christi scandala faciant, ita agunt, ut tamen sub specie boni ac nomine christiano tegantur solusque quales sint noverit Deus, tolerandi sunt. At ubi manifesto convictos actu notaverit eo nomine, quo digni sunt, Christus qui in aecclesia loquitur, iam nec ratio nec veritatis regula patitur, ut cum eiusmodi vel cibum sumamus.

Sic toleratus est filius ancillae in domo Abrahe una cum filio libere, donec prodita est eius malignitas evidenti persecutione: qua perspecta dictum est Abrahe a matre libera: *Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Ysaac.* Et quomodo tunc is qui secundum carnem persequebatur eum qui secundum spiritum; ita et nunc. Apostolica enim communis vitae regula per euangelistam Lucam descripta iam Deo gratias post longam sterilitatem peperit electam et nobilem prolem; clerum videlicet regularem heredem universorum quae habet aecclesia in spiritalis miliciae stipendium Deo et sanctis eius oblata. Hunc videntes mali coloni dicunt apud se non recte cogitantes: *Hic est heres. Venite, occidamus eum et habebimus hereditatem eius.* Item: *Ecce somniator qui accusat fratres apud patrem crimine pessimo. Venite occidamus eum et videamus quid prosint illi somnia sua*, quibus nostros manipulos manipulo suo posthabendos predicat; cum divina officia ob crimina pessima symoniae vel aperte mechiae, ut asserit, nobis interdicta vilipendit suumque ac sibi similium, sicut

a) simul cum eis B. b) ante messem des. A. [illegible] Vn. B. c) deest A.

Matth. 21, 38. dicit, rationabile obsequium in divinis officiis plus iusto magni pendit. *Venite,* inquiunt, *occidamus eum et videamus quid prosint illi somnia sua.* Quasi vero pro somniis inanibus et vanis[a] habenda sint sedis apostolicae interdicta vel mandata: quae utique in 2 Reg. 1, 21. tantum firma sunt et rata, ut illis caelum claudentibus non descendat ros aut pluvia, nisi iuxta oris eorum verba, quibus in beato Petro data est potestas iudiciaria. Plura istorum interdicta quasi caeli clausuras possemus demonstrare, sed unum hic sufficiat commemorare.

[illegible] Gregorius VII. [illegible] 1074. Mart. *Gregorius[1] episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Ottoni Constantiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.*

Instantia nunciorum — — debeat gaudere.

Interdicta haec illisque similia servantibus magna imminet infestatio ab eorum transgressoribus maxime alta loca et officia in aecclesia tenentibus. Cum ergo tali persecutione claruerit quae pars moveat, et quae sustineat iniustam violentiam, dignum est, ut quasi filius ancillae atque ut vere scismaticus proiciatur, qui non iam cum Iuda fure adhuc occulto insidias machinatur, sed cum eodem iam detecto per manifesta furoris ac tyrannidis molimina contra bonos debachatur, et odio maligno non solum quos scit, sed etiam quos putat bonos persequitur, neque cum ipse sit lolium, secum in eodem agro sinit crescere semen bonum; quod si una secum in eodem agro equanimiter ferret, ferendus et ipse esset. Verbi gratia, si quolibet clerico irregularis congregationis mortuo vel iuste deposito paterentur hoc residui, ut in locum decedentis *f. 50'. 1. Reg. 1, 2. alter succederet, qui relictis propriis in claustro viveret, *quoadusque filiis Annae multiplicatis filii Fenennae omnino deficerent, dum sterilis pareret plurimos, et quae multos habebat filios infirmaretur: possent portari talia portantes et stipendia sua exterius accipientes, atque etiam, si sacris ordinibus carerent, legitima coniugia sortientes, et sub christiana regula vivendo, ut beatus Gregorius dicit[2], cor et linguam et corpus, auctore Deo, ab illicitis custodientes. Neque vero inter sic viventes aliqui censentur esse zizania, nisi qui non diligunt meliorum et communiter viventium sanctius propositum; quod qui in se non habentes, in aliis diligunt, aliorum bona diligendo sua faciunt. Qui autem bonos vel quos bonos putant, non ferunt, nec ipsi utique ferendi sunt.

Qualiter autem zizania cognoscenda, sufferenda vel auferenda sint, beatus Augustinus, unus ex electis messoribus, in libro Questionum euangelicarum clare describit Aug. dicens[3]: *Bene intelliguntur heretici zizania in medio tritici, quia non societate unius aecclesiae vel unius fidei, sed societate solius nominis christiani permiscentur bonis, ut illi qui in eadem fide mali sunt, palea potius quam zizania deputentur. Inter hereticos et malos catholicos hoc interest, quod heretici falsa credunt, illi autem vera credentes non ita vivunt ut credunt. Solet[4] autem etiam[b] queri scismatici quid ab hereticis distent, et hoc inveniri, quod scismaticos non fides diversa facit, sed communis dirupta societas. Qui[c][5] falsa de Deo credit vel de aliqua parte doctrinae quae ad fidei pertinet edificationem, ita ut non querentis cunctatione temperatus sit, sed inconcusse credentis nec omnino scientis opinione atque errore discordans, hereticus est, et foris est animo, quamvis corporaliter intus videatur. Multos enim tales portat aecclesia, quia non ita defendunt falsitatem sententiae[d] suae, ut intentam multitudinem faciant. Quod si fecerint, tunc pelluntur. Item quicunque invident bonis, ita ut querant occasiones excludendi eos aut*

a) [illegible] B. b) queri etiam B. c) Si enim Aug. d) suae sent. B.

1) *Jaffé, Bibl. II, p.* 525. *Haec epistola supra iam ter edita est Lib. de lite I, p.* 340. 420. *II, p.* 60. 2) *Epist. XI,* 56a. *ad Augustinum, EE. II, p.* 333. 3) *Quaest. XVII. in Matth. I, quaest. XI,* § 1, *Opp. III,* 2, *col.* 279 *A.* 4) *Ibid.* § 2. 5) *Quibusdam omissis.*

degradandi eos, vel crimina sua [sic[a]] defendere parati [illegible] rint, ut etiam conventiculorum segregationes vel [illegible] perturbationes [illegible] iam scismatici sunt, et ab unitate corde discissi, [illegible] occultatis factis suis sacramenta ecclesiae corporali [illegible]. [illegible] illi soli catholici mali recte deputantur, qui quamvis [illegible], quae ad fidei doctrinam pertinent, etsi quid forte nesciunt, sed querendum existimant, [illegible] sine aliquo preiudicio veritatis et bonos aut quos bonos putant [illegible] quantum possunt, tamen flagitiose facinorosequ[c] vivunt [illegible] dunt: tales, etiamsi prodantur aut accusentur, pro disciplina [illegible] correpti vel a communione suspensi nullo modo a communione catholica sibi [b]recedendum esse putant, quocunque permissi fuerint satisfactionis locum querentes, et aliquando per penitentiam mutantur in frumentum, aliquando sub nomine penitentiae [illegible], aut[d] multo minus, quidam etiam amplius, nullo modo tamen a catholica unitate discedunt, quibus si mors obrepserit, paleae deputantur usque in finem. Hoc etiam ipsi credunt. Nam si aliter credunt et inconcusse tenent, iam inter hereticos numerandi sunt. Boni[2] catholici sunt qui et fidem integram sequuntur et bonos mores. Quod autem ad fidei doctrinam pertinet, ita querunt si quid querendum habent, ut absit concertatio periculosa vel querentibus, vel ei cum quo querunt, vel eis qui dissidentes audiunt. Ita autem docent si quid docendum habent, ut usitata, ut[e] confirmata securissime et fidentissime et lenissime ut possunt insinuent; inusitata vero, etiamsi veritatis manifestatione liquidissima perceperunt, querendi potius quam precipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. Si enim tantum pondus habet aliquod verum, ut vires discentis excedat, suspendendum est, ut extendat crescentem, non imponendum, ut opprimat parvulum. Unde est illud: 'Filius hominis, cum venerit, putas, inveniet fidem in terra?' Aliquando etiam occultandum est, sed cum spe hortatoria, ut non faciat desperatio frigidiores, sed desiderium capaciores. Inde est illud: 'Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo'. Quod vero ad mores pertinet, hoc bene et breviter dicitur. Aut confligendum est cum amore temporalium bonorum, ut non vincat; aut edomitus subditusque esse debet, ut, cum surgere ceperit, facile repellatur; aut ita extinctus, ut se omnino nulla[f] parte commoveat. Ex quo fit, ut ipsam mortem propter veritatem alii fortiter obeant, alii equanimiter, alii libenter. Quae tria genera fructus sunt fertilis terrae, triceni et sexageni et centeni. In horum aliquo genere inveniendus est tempore mortis suae, si quis de hac vita recte cogitat emigrare.

Hec dicente sancto Augustino, facile agnoscitur terra bona, melior, optima, fructu tricesimo, sexagesimo, centesimo distincta. Quod si quis numerosius hominum genera salvanda voluerit distinguere premissa tripertita distinctione; vel illa nichilominus tripertita, qua duo in lecto, duo in agro, duo in pistrino monstrantur, quorum unus assumitur et alter relinquetur; mittimus eum ad predicti patris volumina, in quibus de omni hominum maneria salvanda invenimus egregia et specialia opuscula. Nam ad instruendam vitam coniugum librum de Bono coniugali, ad insinuandam[g] castimoniam viduarum librum de Bono viduitatis, ad consummandam perfectionem virginum librum de Virginitate scripsit lucidissime, atque ad informandos milites et principes librum scripsit Ad comitem; porro ad informationes monachorum, librum scripsit De [illegible]opere monachorum. De vita vero clericorum scripsit regulam sermone succinctam, sensu copiosam, doctrinae ac vitae apostolorum per omnia consonam. Dum ergo doctoris

a deest A. b deest B. c atque facinorose Aug. d [illegible]
f ex add. Aug. g erudiendam B.

1 Quaest. XVII. in Matth. I, quaest. XI. § 3. col. 279–280. 2 Ibid. § 4. [illegible]

huius considero libros de ordinibus aecclesiae distinctis distincte compositos, quasi quosdam eius perpendo manipulos cum exultatione messoris ante dominum messis portandos. Item beati papae Gregorii scripta lucidissima quedam sunt regulae preclarae de omnibus ordinibus totius aecclesiae: dum et in libro Pastoralis curae clerum, et in Dialogo suo vita patris Benedicti descripta instruit ordinem monasticum, et in omeliis et epistolis atque scriptis moralibus cunctum docet populum christianum, secundum quod ei fuit iniuncta sollicitudo omnium aecclesiarum.

(166). [De falsis penitentiis cavendis.] Predictorum ergo et aliorum patrum orthodoxorum doctrinae quedam sunt rectissimae regulae ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Unde ab his exorbitantes necessarium est curari penitendi medicina. In qua tamen cavendae sunt falsae penitentiae, quae a nostri temporis messoribus Romanis pontificibus Gregorio VII. et Innocentio papa II. ita sunt ab agro dominico exterminatae atque fasciculis comburendis alligatae, ut eorum scripta et interdicta pensantes liquido cognoscere valeant, non magis valere falsam penitentiam contra peccatum actuale, quam falsum baptismum contra peccatum originale. Quod cum ita sit, recte movemur et dolore afficimur, videntes in aecclesia Dei quosdam excommunicatos vel interdictos per falsam penitentiam vel, quod peius est, per nullam admitti ad dominici corporis communionem laicam vel, quod peius est, leviticam; quasi flammeus gladius ad custodiendam viam[a] ligni vitae positus omnino ita sit in diebus nostris extinctus, ut ad illud pateat accessus ligno scientiae boni et mali abutentibus ac pudenda sua tegentibus vel, quod peius est, peccata sua etiam manifesta defendentibus. Multos hac tempestate videmus cum Herode vel Herodiade illicita pre- (cf. Gen. 3, 24.)

(167). sumentes et paucos cum Iohanne talia redarguentes. Et ut a bonis exempla sumamus, multi reges et principes exemplo David regis peccant, sed pauci exemplo eius emendant. Multi pontifices et sacerdotes exemplo Petri cadunt, sed pauci exemplo eius resurgunt. Multi animales spiritum non habentes et omnino inordinate viventes, nulla regula vel cenobitalis vel saltem christianae religionis utentes, manifeste semetipsos a corpore Christi segregant, ita ut nec speciem in se alicuius boni membri ostendant; et tamen eidem corpori sacramentotenus nemine prohibente communicant aut, quod peius est, idem corpus immolant atque dispensant. Unde non inmerito etiam a quibusdam illiteratis iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur, et pauci sunt qui dicere valeant vel dicant cum apostolo: *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores misteriorum Dei.* Item: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos* *sicut Dei ministros, ut non vituperetur ministerium nostrum.* Solummodo gladiis et fustibus, minis et terroribus exigunt plures talium, ut non vituperetur ministerium eorum, cum sit vituperabile in oculis Dei et hominum. Itaque deficiente nunc humano consilio et auxilio, *Domine, refugium tu factus es nobis a generatione in generationem,* quia in te solo nobis est fiducia, quod mittas et eicias operarios in messem tuam; mittas voluntarios, eicias etiam invitos, quos tu nosti esse idoneos operarios: quales optamus esse omnes omnium aecclesiarum prelatos et maxime apostolicae sedis antistites, cardinales atque legatos, ut videlicet per ipsos corrigatur, sicubi a ceteris erratur. Mitte, domine Iesu, angelos tuos in messem tuam, qui colligant de regno tuo omnia scandala et de campis tuis omnia zizania, inter quae non minimum est illa sepe notata regula; cuius malae frutices in campis tuis uberiora occupant loca, ita ut, sicut Amos propheta deplorat, desiccatus sit vertex Carmeli et lugeant speciosa pastorum. Ait enim: *Dominus de Syon rugiet et de Ierusalem dabit vocem suam. Et luxerunt speciosa pastorum, et exsiccatus est vertex Carmeli.*

(Margin: 1. Cor. 4, 1. — 2. Cor. 6, 4. — *f. 52. — [illegible]. — Ps. 89, 1. — [illegible] — [illegible] — [illegible] — [illegible] 2.)

Non solum[b] ergo *te decet ymnus, Deus, in Syon,* sed etiam rugitus de Syon. . . . . .

. . . .

a) [illegible] b) [illegible] B.

IN PSALMUM LXV.

Precedentis partis psalmo ultimo ad sedem apostolicam directo diffusius, quam psalmi requirebat expositio, evagati sumus, dum exordinationes, quas in aecclesia Dei fieri videmus et dolemus, auribus apostolicis fideliter et sufficienter exponere gratia Dei favente conati sumus, credentes et sperantes, quod de throno apostolici regiminis per sanctae recordationis papam Eugenium procederent fulgura et voces et tonitrua contra multimoda errorum monstra et exordinationum portenta. Et ad haec quidem persuadenda illum Deo gratias benevolum, doctum et attentum invenimus auditorem, presentata ei per nostram personam predicti psalmi expositione pariterque audita per os nostrum de his quae scripseramus etiam vivae vocis exhortatione; sed effectum nostro affectui desiderabilem non invenimus, quia illi beato viro iam tunc velut alteri Heliae persecutionibus plebis Romanae tanquam Iezabelis impiae vexationibus gravato[1], vel etiam ut alteri Ionae tempestatibus vexato mors optabilior fuit quam vita, ita ut cum Helya diceret: *Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam.* Vel cum Iona: [illegible] *Melior est mihi mors quam vita.* Quam vero illi fuerit accepta nostrae parvitatis persuasio, illud sine dubio erat pro indicio, quod nostrae humilitatis personam postea destinavit pro aecclesiasticae fidei ac disciplinae seminibus mittendis in duo magna regna, Ungarorum videlicet atque Rutenorum, quo tamen venire non potuimus propter offensam regis Ungarici[2], pridem per nos increpati et ob hoc nobis irati. Illius igitur tanquam alterius Herodis seu Pharaonis devitantes incidere manus cruentas, legationis ministerium nobis iniunctum non potuimus exequi, eo quod scriptis nostris missis in Ungariam tetigeramus predicti crudelitatem Herodianam. Sic dilato et ablato legationis ministerio in personam nostram per Eugenium papam destinato ille beata morte obiit[3], suique ferforis ac bonae voluntatis apud nos, immo et in tota sancta aecclesia dulcem reliquit memoriam dolentibus multis, quod post illum in sede apostolica non est inventus similis illi, qui conservaret legem excelsi, sicut epistolae ac gesta contestantur succedentis ei papae *Anastasii senis infirmi[4], de quibus non est modo dicendum per singula, cum nullus hominum iudicare debeat de Petri successoribus sive cum illo gladium vibrantibus et mare calcantibus, sive cum illo inter ministros mortis trepidantibus et in tempestate periclitantibus. Hoc tamen dicimus pro persona parvitatis nostrae, quod papa Eugenio velut altero Helya sursum rapto, quia non vidimus ei substitutum quasi alterum Heliseum, consternati sumus in tantum, ut poneremus ori nostro silentium pene penitus cessando ab opere in psalmos cepto, contenti orationum et lectionum studio. Nunc autem, quoniam Adrianus papa[5], qui successit Anastasio, de spiritu papae Eugenii vel potius de spiritu Petri apostoli seu etiam de spiritu ipsius Christi hoc habet, ut quos bonos credit aut novit diligat et pro lege Dei sui certantes manuteneat, quasi expergefacti de somno tristiciae per resurrectionem sopitae ad tempus leticiae septimae huic parti exordium demus a psalmo LXV, qui intitulatur *De Resurrectione.* c. 17.

. . . .

Propemodum simile est huic illud, quod nunc in aecclesia Dei cernimus actitari. Nam derelicta celsitudine apostolicae disciplinae, in qua ministri Domini debent altari ministrare ac de altari vivere, ita ut neque vituperetur ministerium eorum, neque habentes victum et vestitum querant aliud lucrum nisi tantummodo animarum, videmus pene omnes que sua sunt querere, non que Iesu Christi in ipso ministerio Christi. Hinc habundant symoniaci conductores et conducticii clerici sacrificantes non in monte, de quo dictum est Abrahe, sed in valle Gehennon, sive, ut apertius dicamus, in profundo gehennae, maledicti videlicet ac penis gehennalibus addicti cum vexillifero suo Symone mago, cui dictum est a Petro apostolo sacrificatore montano: *Non est tibi pars neque sors in* [illegible] c. 12.

1 *Cf. De investig. Antichristi c.* 49, *supra p.* 356. 2 *Geiza* [illegible]
4 *IV. a.* 1153—1154, *Dec.* 3. 5 *Qui obiit a.* 1159, *Sept.* 1.

Act. 8, 21. *sermone isto, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.* Item: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Quia ergo multi vestigiis Petri apostoli derelictis vestigia sectantur et exempla Symonis negociatoris in sacro ministerio, intendentes turpibus lucris, homines turpissimae conversationis, iuste conventicula taliter sacrificantium dicuntur poliandrium, id est tumulus mortuorum, quia comeduntur illic sacrificia mortuorum.

De huiusmodi sacrificiis in solemni dominicae passionis celebratione, cum essem in curia domni pape, quale testimonium in consistorio publico dixerim, placet hic subnectere, ne quis putet verbum nostrum solummodo in cubiculo et in aurem sonuisse ac non
[illegible] 12. in tectis, cum satis clare auditum fuerit in curia Romana *occasione quadam michi oportune[a] oblata. Reverso enim ad sedem apostolicam, expletà legatione sua, domino cardinali Octaviano[1], cum dominus papa Eugenius exigeret a me narrationem eorum que me presente acta vel dicta sunt ab eodem legato surrexi die quadam petitaque audientia vocem exaltavi in hec verba vel non multum his dissimilia: 'Placuit sanctitati vestrae, pater et domine, a parvitate mea requirere, quomodo legatus vester dominus Octavianus negocia aecclesiastica, quibus ego presens interfui, tractaverit. Et ego de his multa dicere possem, si verbum fieret ipso nesciente vel absente. Parco autem, ne quis existimet supra id quod habet veritas me loqui propter eius presentiam, neve aut me loquentem adulatio notet, aut ipsum audientem elatio temptet, si rem narravero, sicut se habet, cuius actio ita magnifice gratia Dei favente processit, ut etiam domino regi Chůnrado pro grandi miraculo fuerit. Unde et dicebat se non credidisse quod factum erat possibile fuisse, etiamsi filius ipsius ipso totis viribus iuvante in officio episcopali esset actor actionis huius. Multa itaque silentio preteriens precipua et scitu necessaria huic sanctae curiae curabo narrare. Cum accederemus ad civitatem Augustam[2], viri religiosi et litterati me maiores et sapientiores erant in comitatu eius, cum quibus ipse legatus pertractavit, quid vel qualiter agendum foret, maxime contra crimina manifesta, quibus multitudo involuta nullum seu vix ullum admittit accusatorem. Dicebat autem sine accusatione ac testificatione canonica non esse iudicis aliquem dampnare, ubi culpa negatur quanquam certissime a multis, etiam ab ipso iudice agnoscatur. Tunc unus
Ez. 13, 10. eorum qui aderant inter cetera sic ait: "Bene conqueritur Dominus per prophetam de his, qui liniunt luteum parietem, quia multi sic planant pessimorum actuum superficiem, ut etiam turpitudini honestatem et crudelitati ascribant pietatem. Contra hos linitores parietis ab ipso Domino queritur saltem unus, qui fodiat parietem dicendo:
ib. 8, 8. *Fili hominis, fode parietem.* Et tu, domine cardinalis, fode parietem, etiam sine accusationibus diligenter investigans rei veritatem super his quae audisti, ex quo terram nostram introisti. Forsitan perfosso pariete videbis abominationes maiores his quas audisti".

*f. 1b. Sic dictum et sic *factum est. Nam cum introissemus civitatem Augustam, assidente ipsi domino cardinali caterva fratrum religiosorum, quorum dominus Frisingensis[3] episcopus erat precipuus, ita fodit parietem, ut multis ultro confitentibus in-
Ez. 8, 10. veniret abhominationes multas et, sicut scriptum est in propheta, universa idola domus Israel viderent in pariete depicta. Novit sapientia istius curiae, quam multa invenitur differentia inter idola domus Israel et idola gentium. Nam idola gentium prima fronte ostendunt vel crudelitatem, ut idolum Martis et Herculis, vel turpitudinem, ut idolum Veneris et Iunonis. Idola vero domus Israel speciem pietatis habentia virtutemque
Matth. 24, 24. ipsius abnegantia talia sunt, ut per hec in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Haec procul dubio sunt officia sacerdotalia ritu quidem aecclesiastico celebrata, sed ab aecclesiae Romanae pontificibus terribiliter interdicta, ubi scitur indubitanter

a) opurtune *c.*

1) *A.* 1151; *cf. Otto Frising. Gesta Frider. I, c.* 63, *SS. XX, p.* 389. 2) *A.* 1151. 3) *Otto.*

vel concubinatus vel vagae fornicationis reatus eo minus notitiae populi dubius, quo fuerit vel confessus vel convictus vel certe partu vel cohabitatione assidua vel alterius notae indubitabili evidentia proditus, etiamsi hoc dissimulet quis negligens episcopus vel infirmus, ut erat ille Augustensis episcopus[1], in cuius tunc episcopatu fuimus, et ille Eistetensis[2], in cuius episcopatum postea devenimus. Repertis ergo ibi tot idolis domus Israel, ne divina illis reverentia ulterius exhibeatur, beneficio simul et officio privatus est clericus manifeste incestuosus. Attamen, quia in tanta miseria misericordia fuit necessaria simul cum iusticia, quibusdam eorum sic indulta sunt ad tempus beneficia, ut non presumant divina officia, priusquam acta penitentia fiat super his a sancta sede hac indulgentia congrua. Sic visum est prudentibus, qui aderant, quatenus, ut quicquid fieret de beneficiis ad indulgentiam qualitercunque tolerari posset. Verum de officiis totum reservatum est vobis, pater universalis aecclesiae, atque vobis, domini cardinales, quia pre ceteris verbi Dei ministris vobis datum est nosse mysterium regni Dei, quod operatur salutem in officiis licitis et mysterium iniquitatis, quod operatur perditionem in filiis diffidentiae, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicicia, manifeste servientes Pharaoni adhuc in Egypto positi et sordidis operibus luti et lateris Ex. 1, 14. dediti, propter quod sicut in exitu Israel de Egypto facta est Iudea santificatio eius tunc primum, quando exempta fuit a turpissimo illo servicio: sic et modo fieret oportet. 'Notandum sane, quod dicunt Moyses et Aaron in sacerdotibus eiusdem populi primi et precipui: *Dominus*, inquiunt, *Deus Hebreorum precepit nobis, ut eamus viam trium dierum in solitudinem et sacrificemus domino Deo nostro, ne forte accidat nobis aut pestis aut gladius.* Videtis, quia contra pestem aut gladium non arbitrantur valere suum sacrificium nisi egressis de Egypto viam trium dierum in solitudinem. Fortassis ideo contra nos iam sevit et pestis, quia in Egypto positi sacrificamus, cum verus ille noster legislator tres ipsas dietas manifeste descripserit, quibus nos, antequam ei sacrificemus, de Egypto recedere voluit. *Qui vult*, inquit, *venire post me*, videlicet fugiens de Egypto, *abneget semetipsum*, quod est una dieta, *et tollat crucem suam*, quod est altera dieta, *et ita sequatur me*, quod est dieta tercia. Quia ergo multi sacrificantium nondum pertransierunt has dietas, ideo inter nos multi infirmi et imbecilles et dormiunt multi, quia non diiudicamus corpus Domini, a cuius communione omnino sunt arcendi omnes qui adhuc sunt in operibus luti. Qui quoniam sacrificantes non placent, non placant; non ignoramus de Augustensi aecclesia simulque de Eistetensi, ubi plura et maiora idola inventa sunt, vobis preces porrigendas vel iam porrectas, ut interdicta restituatis illic officia. Sed est in vobis tanta vigilantia, sicut credimus, ut quid super hoc agendum sit, vos commonere minime arbitremur necessarium, cum sitis ipsi sapientes, vos, domine pater, et vos, domini cardinales. Nostis quod Dominus dicit discipulis suis: *Posui vos, ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Quae Deus coniunxit homo non separet.* Bene coniunxit Deus 'ire, fructum afferre fructumque manere', quia 'ire fructumque afferre', parum prodest, nisi fructus maneat. Quia ergo legatus vester ivit et fructum adtulit, vobis, pater, incumbit providere, ne fructus hic depereat, sed maneat stante sententia contra clericos impudicos, usurarios ac sacerdotum filios canonice deprompta, nisi quantum relaxari deposcit longa et secundum canones ordinata penitentia. Qua nondum vel inchoata quibusdam in curia ista supplicationibus de numero illorum dicuntur officia iam relaxata'.

His dictis respondit dominus papa: 'De fructu isto, qui per legatum nostrum provenit, nos non ipsum laudamus, sed auctori omnium bonorum super eo gratias agimus, qui facit mirabilia magna solus, nec est in huiusmodi mirabilibus aliquid humane virtuti ascribendum, sed soli Deo totum, quod bonum est, in humanis actibus tribuendum.

1 *Walterus.* 2 *Burchardus.*

Et quia divina gratia operante factus est iste fructus, ipsa quoque adiuvante per nos erit conservandus, ut maneat. Revera in curiam istam venerunt quidam de clericis illis depositis et voluerunt obtinere officia, qui etiam, sicut fertur, mentiti sunt a nobis discedentes apud curiam hanc displicuisse rigorem contra ipsos habitum. Sed noverunt fratres nostri, qui presentes sunt et in quorum presentia idem repulsi fuerunt, quod legati sententiam in eos et eorum similes ratam et gratam tenuimus et tenemus, neque a tenore sacrorum Ps. 2, 12. canonum in talibus recedemus. Unde scias tu et per te sciant alii in terra Teutonica, quod mentita est iniquitas sibi dicentibus illis alia quam quae a nobis audisti'.

Hec idcirco nunc breviter interserendo commemoravi, ut minus dubitetur esse veras assertiones nostras contra sacrificatores illicitos et interdictos etiam ipsi curiae Romanae [illegible] abhominabiles et abiectos, utpote sacrificantes non in monte sancto, sed in valle Gehennon, sicut supra ex parte perstrinximus, ubi conventicula eorum poliandriis assimilavimus, immo ab ipso Domino per prophetam Ieremiam assimilata ostendimus. . . . . . .

. . . .

IN PSALMUM LXXVIII.

f. 79. Psalmo LXXVII. expleto sequens, videlicet LXXVIII. esset exponendus, nisi quod Iob. 9, 4. iam nox illa imminet, in qua nemo potest operari. Saltu ergo facto abhinc usque ad psalmum centesimum XVIII, quem antehac, prout Deo favente potuimus, exposuimus con- Col. 1, 13. tinuando tunc expositionem usque in finem psalterii, sed nunc imminente potestate tenebrarum cogimur cessare ab expositione. Sed ne medios psalmos intactos preterisse videamur per negligentiam, en reddimus causam. Spiritalis Antiochus iam regnat[1], cuius tirannica violentia sic ecclesia opprimitur, sic templum Dei violatur et profanatur atque polluitur ingravescente nimis periculo scismatis, ut magna sit materia canendi vel pocius lamentandi et flendi secundum verba huius psalmi: *Deus, venerunt gentes in hereditatem* Ps. 78, 1. *tuam, polluerunt templum sanctum tuum.* Nam per gentes, id est homines gentiliter viventes, nomen Dei blasphematur, dum talibus est liberum in templo Dei negociari 2. Mach. 4, 7—10. et circa templum Dei scortari, sicut in diebus Machabeorum legimus evenisse Antiocho ib. 24. vendente sacerdocium primo Iasoni, deinde Menelao atque mulieribus impudicis ultro ib. 12. se ingerentibus loco sancto et optimis epheborum in lupanaribus positis. Hanc desolationem deplorare videtur Asaph, cui attitulatur hic psalmus. Habet enim titulum: *Psalmus Asaph.* Sed eidem Asaph, id est congregationi psallenti[2], in finem potius congruit lamentari hanc desolationis abhominationem, quam nos iam fine mundi appropinquante videmus imminere, spiritali Antiocho regnante ac templum Dei profanante, nullis vel paucis Machabeorum similibus illi resistentibus, arescentibus[a] hominibus pre timore et expectatione malorum, que supervenient universo orbi. Scriptum est enim ib. 6, 3—6. in libro Machabeorum: *Pessima autem et universis gravis malorum erat incursio. Nam* *f. 79'. *templum luxuriae[b] et comessationibus *erat plenum et scortantium cum meretricibus, sacratisque edibus mulieres se ultro ingerebant intro ferentes ea que non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis que legibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies sollempnes patrii servabantur, nec simpliciter se quisquam Iudeum esse confitebatur.* Hec omnia, si ocium esset ad exponendum, tempestuoso huic tempori satis poterant coaptari, nisi quod malis, que tunc per Antiochum facta sunt, longe superexcellunt mala, que in templo Dei, quod est aecclesia, nunc fiunt, profanato sanctuario Dei multimoda legum veterum et novarum transgressione atque abhominatione desolationis, quam considerans Asaph, id est congregatio fidelis, exclamat: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum* et cetera. Quibus malis quia ego

a) ar. h. *manu Gerhohi, ut videtur, corr. ex* certatores *c.* b) luxuria *c.*

1) *Cf. Epist. ad cardinales, supra p.* 407. 2) *Cf. Hieron. de nom. Hebraicis, Opp. ed. Vallarsius III. col.* 71: congregans.

pusillus cepi obniti scriptis ac dictis, [illegible] a loco mihi commisso fugere [1]; ac proinde non possum, [illegible] psalmorum, qui adhuc restant, invigilare, atque [illegible] distincti sunt psalmi. Verum ne omnino lateat ipsarum [illegible] psalmos abhinc usque ad centesimum XVIII. [illegible] quasi deosculando capita psalmorum et summatim insinuando intentiones eorum. In quorum primo, quem nunc pre manibus habemus, Asaph gemituosa declamatione tribulat[illegible] refert sanctorum, ut ostendat eas fieri ad utilitatem fidelium, quatenus confirmentur [illegible] desperent in quovis agone interiorum seu exteriorum temptationum, ho[illegible] dubio sperantes, quod introibit in conspectu Dei clamor et gemitus compeditorum dicentium: *Domine, non secundum peccata nostra facias nobis* et cetera. [illegible] inquiunt, *anticipent nos misericordiae tuae,* ne te moram faciente in miserendo alicui filio prodigo ad te revertenti senior frater accusator iunioris fratris superveniat et miserationes prepediat. Senior frater diabolus est, qui exinde frater, quod a patre [illegible] Deo eque ut homo creatus est, sed exinde senior, quod prior homine creatus est. Vel quia invidia senescere facit, quem vastat, senior dicitur, qui de salute recepti fratris cruciatur. Sic etiam senior frater Esau cruciabatur de benedictione Iacob fratris iunioris, in typum Iudaici populi tabescentis pre invidia de recepto gentili populo. Sic omnis homo invidus vel angelus paratus ad nocendum prodigo filio per tribulationes ad te patrem redire coacto, vel gratie matris consilio vestibus Esau valde bonis et bene fraglantibus ornato. Sed tu, *pater misericordiarum et Deus totius consolationis,* festina benefacere nobis, dicendo servis tuis: *Cito proferte stolam primam*: cito, inquam, priusquam veniat senior frater, cuius improperiis quid respondeamus non habemus, quia *pauperes facti sumus nimis;* maxime per hoc depauperati, quod *venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum* et cetera. Sane unicuique fideli sua vicia barbare gentes sunt, que polluerunt sanctum Dei templum, id est corpus nostrum, testante apostolo, qui dicit: *An nescitis, quia corpora vestra templum est Spiritus sancti?* Resistentes igitur atque certantes, ut sepe dictum est, adversus peccatum, recte in hoc psalmo dicunt: *Adiuva nos, Deus, salutaris noster* et cetera.

Quia vero in tractatibus magistrorum exponentium psalmos patrum sanctorum Augustini, Ambrosii, Ieronimi, Cassiodori, Remigii sanctique Hylarii crebro inducuntur sententiae, quibus contexuntur pene omnes expositiones modernae, sancti autem Gregorii pape sententiae nusquam vel raro in expositionibus vel glosis novis introducuntur: nos, prout hactenus fecimus, eius dicta nostris adnectemus, que cum sint Moralia, mores videlicet bonos informantia, multum iuvant et instruunt illum certatorem, qui contra vitia morum in isto medio quinquagenario quasi alter Iacob luctatur, cui et leta victoria in fine psalmi reposita est quasi corona iusticiae pro iusto et bono certamine, quoniam quasi certamine peracto cursuque consummato, licet nondum in re, tamen in spe victoriae gratulantur fideles certatores dicentes: *Nos autem populus tuus et oves pascue tue confitebimur tibi in seculum, in generacionem et generacionem annunciabimus laudem tuam.* Vere 'tuam', non nostram laudationem annunciabimus, quia non nostra, sed tua virtute bonum certamen certavimus, cursum consummavimus, fidem servavimus. Unde non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo debetur gloria, laus et honor, per infinita secula seculorum. Amen.

IN PSALMUM CXXXIII.

. . . .

Eram quippe in iuventute mea aecclesiae Augustensis dictus canonicus, imperatore Heinrico quinto adversus papam Calixtum grandia moliente in ea concertat[illegible].

[1] *Cf. infra p. 504.*

qua imperator idem coartabatur investituras ecclesiasticarum dignitatum iam dicto pape resignare. Quod ille diu renuendo ab ipso Calixto eiusque duobus antecessoribus Paschale[1] ac Gelasio[2] fuerat excommunicatus cum suis fautoribus et in hac re adiutoribus, quorum unus fuerat Augustensis aecclesiae episcopus[3], cuius, quia tunc sacramentis communicare nolui, cum essem per idem tempus magister scolarum, nec sine meo amminiculo potuissent ordinari episcopalia officia in Augustensi ecclesia, tanquam rebellis episcopo compulsus a civitate fugere a facie persequentium me filiorum Cedar diverti ad cenobium Rettinbogense[4], ibique aliquandiu latui, donec cessante illa com- [cf. 3. Reg. 19, 2. cf. Iob 4, 16.] motione, in qua non erat Dominus, venit sibilus aure lenis, in qua erat Dominus, [Eph. 2, 14.] faciens utraque unum concordia reparata inter sacerdotium et imperium tribus legatis [1122. *f. 80'.] apostolicae sedis, Lamberto *videlicet Hostiense tunc episcopo, qui postea factus est papa dictus Honorius, et Gregorio diacono cardinali sancti Angeli, qui postea factus est papa dictus Innocentius, et Saxone presbytero cardinali[5]; tribus, inquam, illis tunc legatione fungentibus excommunicatio imperatoris et principum simul excommunicatorum de medio sublata est, et simultate inter sacerdotium et regnum utcunque mitigata pax inter dominum imperatorem Heinricum et papam Calixtum firmata est. Sic post tempestatem magnam subsequente magna tranquillitate, revera ventis et mari saevientibus[a], imperium summi pontificis et imperatoris et obedientibus ei pax facta est. Sic per gratiam Dei adunata aecclesia, que a tempore Gregorii VII. pro contentione investiture scissa videbatur, ego a iam dicto beatae memoriae Herimanno episcopo Augustense Augustam sum revocatus et ab ipso et cum ipso Romam ductus ad concilium presidente papa Calixto celebratum[6], in quo etiam de concordia regni et sacerdotii coram legatis imperialibus tractatum est, prout sapientibus illic adunatis visum est. [Ps. 119, 5.] Ex tunc mihi habitandi in civitate Augusta cum habitantibus Cedar fuit pax aliquan- [ib. 7.] tula etiam cum his qui oderunt pacem, cum nihil contra se loquenti qualemcunque servabant amiciciam. Sed cum loquebar illis de religione clericalis conversationis, inpugnabant me gratis, non tamen aperta persecutione, sed infestatione clandestina per morum dissimilitudinem gravantes me, volentem pie vivere inter impios, iuste inter iniustos, religiose inter irreligiosos, quales erant illi tunc mei concanonici exceptis paucis, iusto Loth consimilibus, non tamen per omnia, quia non cum illo exibant et [Gen. 19, 23.] ascendebant ad montis altiora, sed quasi remanentes in Segor parvula gemuerunt super civitatis magnae magna ruina in destructione morum pocius, quam murorum. Nam quantum ad muros magna erat aecclesia, sed nulla seu parva erat in ea disciplina aecclesiastica. Coherebat ipsi aecclesiae claustrum satis honestum, sed a claustrali religione omnino vacuum, cum neque in dormitorio fratres dormirent neque in refectorio comederent, exceptis rarissimis festis, maxime in quibus Herodem representarent[7] Christi persecutorem, parvulorum interfectorem, seu ludis aliis aut spectaculis quasi theatralibus exhibendis comportaretur symbolum ad faciendum convivium in refectorio aliis pene omnibus temporibus vacuo.

a) sentientibus c.

1) *Non a papa ipso, sed a Guidone archiep. Vienn. et a Canone cardinali.* 2) *A.* 1119*; cf. Hessonis relatio supra p.* 28*; De investigatione Antichristi I, c.* 28*, p.* 338. 3) *Herimannus; cf. Magni Chron. Reichersberg., SS. XVII, p.* 490. 4) *Raitenbuch.* 5) *Cf. Ans. Auct. Supplementum a.* 1122*, SS. VI, p.* 378*; Ekkehardi Chron. SS. VI, p.* 259*; Epist. legatorum, Jaffé, Bibl. V, p.* 385*; V. Calixti II, ed. Duchesne II, p.* 378*; Libellus de ordine donorum S. Spiritus supra p.* 279*; cf. supra p.* 338. 6) *A.* 1123*, Mart.* 18—27. 7) *Cf. De investigatione Antichr. I, c.* 5.

Cogor hic reminisci propriae stulticiae in [illegible] et penitens, quod non semel talibus insaniis non solum interfui, sed etiam [illegible] magister scolarum et doctor iuvenum, quibus ad [illegible] laxavi, sed etiam stimulum addidi pro affectu stulticiae, quo tunc infectus eram et in quo supra multos coaetaneos meos profeceram. Cum autem placuit ei, qui me segregavit de utero matris meae, Augustensis aecclesiae, et vocavit me ad [illegible] propositum communis vitae, continuo non acquievi carni et sanguini. Nam [illegible] consanguineis et conterinis fratribus tribus in seculo, ego [illegible] regulari vita conversabar[1], ad quam tercius frater a scolis Franciae [illegible] cutus reliquos duos in seculo reliquit, videlicet Ruodigerum et Fridericum. Quos ambos Augustenses canonici susceperunt in consortium sui, aliquantulum provocati amore mei, sed magis attracti per felicis memoriae Herimannum tunc Augustensis aecclesiae antistitem. Quo defuncto[2] successit eidem Waltherus episcopus, ad regimen quidem aecclesiae piger, utpote homo senex et grandaevus; attamen in exterioribus augendis valde utilis, non solum dispersa colligendo, sed insuper hereditaria sua bona, que multa erant, conferendo sub firmissima et quasi testamentali conscriptione, ut quicunque successor ipsius eadem vel infeudaret sive alio modo alienaret, sub anathemate maledictus Deo et aecclesiae redditurus esset rationem. Accessit[3] ad huius anathematis confirmationem sedis apostolicae auctoritas, quia tunc legatus apostolicae sedis Octavianus, cooperantibus illi tribus episcopis, videlicet ipso Walthero Augustense, Ottone Frisingense, Emehardo[4] episcopo, candelis exstinctis excommunicavit successores episcopos, qui de mensa episcopi alienarent bona per iam dictum Waltherum episcopum aecclesiae Augustensi collata vel ab eodem recollecta. Aderant autem et huic sententiae intererant omnes Augustensis aecclesiae prelati, abbates, prepositi, archidiaconi et de aliis episcopatibus multi, quorum unus ego fui.

Sed cum predicto episcopo Walthero successisset Chůnradus episcopus[5], ita omnia episcopalia bona dissipavit partim infeudando, partim impignorando, ut, sicut hodieque apparet, mensa episcopi antehac opulenta nunc sit pene penitus destituta reditibus episcopalibus. Hec desolatio cum literarum mearum testimonio per Augustenses canonicos, maxime autem per fratrem meum uterinum iam dictum Ruodigerum delata est ad Romanum pontificem Adrianum[6]. Quo iudicante ipse frater meus ceterique canonici causam iustam prosequentes [illegible] et episcopus dilapidator dimissus est cum honore. Qui ad sua reversus ita excanduit in me ac fratres meos uterinos, ut omni belua ferocior illis existeret meque in ipsis, prout voluit et valuit, molestaret. Sed hec eius infestatio mitigata est per domnos cardinales Heinricum presbyterum sanctorum Nerei et Achillei[7], et Iacinctum diaconum cardinalem sanctae Mariae in Cosmidin[8]. Qui, mediante simulque cooperante Welfone duce, reconciliaverunt nos in pace, ut ego putaveram, firmissima, sed ut postea persensi, dolosissima. Nam discedentibus domnis cardinalibus, qui unum de fratribus meis illic decanum fecerant, videlicet Ruodigerum, quem etiam domno episcopo arctius commendaverant manu episcopi sibi data velut in arram gratiae ac pacis erga illum perpetua-

1) *In monasterio Rotenbuchensi*, cf. [illegible] p. 191. 2) A. 115[illegible] [illegible] *Ann. Reichersperg.* [illegible] a. 1151. SS. XVII. p. 313. [illegible] III. II [illegible] *praef.* p. 133. 4) [illegible] *sed* [illegible] *tunc Emehardus episc. Mikelenburgensis, de quo cf. Bernhardi l. l. II. p.* 829. 5) *A.* 1152. *cf. Ann. Reichersperg.* [illegible] a. 1152. [illegible] *p.* 8; *Epist. Adriani a.* 1156, *Iun.* 6 [illegible] 10183. 7) [illegible] *p.* 412, *n.* 7. 8) [illegible] *cf. supra p.* 304; [illegible] III. II [illegible]

liter servandae, ipse oblitus per manum datae fidei eundem crudelius infestavit reperta occasione ex officio decaniae. Instigavit namque ipsum fratrem meum tunc decanum, ut viriliter ageret in resecandis viciis inolitis et plantandis disciplinis tunc insolitis, quia desueverant in dormitorio dormire, ac plurimi eorum ludicris vanitatibus occupati a choro, a capitulo se absentantes in secularibus desideriis evanuerunt. Quos cum restringere studuisset ipse decanus iuvante ad tempus episcopo, episcopus ipse, ut vidit *f. 81. fratres adversus *decanum graviter exacerbatos, iunxit se illis contra decanum compellendo ipsum decanum, ut dimitteret decaniam, nec pretendentibus nec pretendere valentibus fratribus ullam causam, nisi voluntatem suam, quam dixerunt et iudicaverunt solam sufficere ad mutationem decaniae, quam nullus deberet ipsis invitis tenere. Hoc iudicio gravatus frater meus, cum propter imminens scisma nesciret, quis inter duos papas nominatos esset verus Petri successor, generale appellavit concilium [1], quod sperabatur cito habendum pro solvenda questione ipsius scismatis. Audita igitur hac appellatione gavisi sunt fratres tanquam porrecta sibi occasione contra decanum, per id, quod in appellatione specialiter non nominavit Victorem suum, sicut dixerunt, papam, quem et episcopus receperat et curia Papiensis [2] collaudaverat. Conclamabant ergo episcopus et fratres contumeliam factam cesari et suo pape Victori, cum salva utriusque gratia potuerit hec appellatio recepta fuisse, presertim parato decano in omni pretorio, etiam coram cesare suae appellationis rationem reddere, quod iniuste gravatus iuste appellaverit generale concilium, quod exspectabatur futurum, quodque ipse dominus imperator pro suo iure nitebatur et adhuc nititur aggregare [3], non aliquas aecclesiasticas personas ad iudicium suum constringendo, sed eas benigne invitando ad concilium, sive tam grande consilium, quo exterminari possit grande periculum scismatis de dualitate Romani pontificis, quem constat nisi unum esse non posse uno eodemque tempore, ita ut semper uno decedente atque uno succedente unitas perseveret in una universali aecclesia. Nondum vero plenarie discussa huius dualitatis questione, cum duo Romani pontifices dicuntur esse, non incongrue a gravatis generale appellatur concilium, quo talis scismatis malum resecandum est, quod angularibus et particularibus conciliis vix aut nullatenus resecari potest.

Appellatione igitur non indecenter facta tunc ad generale concilium nimis incongrue fratres Augustenses cum suo episcopo fecerunt non tam angulare concilium, quam conciliabulum [a], in quo et dicebant: ‘Quid faciemus, quia hic decanus noster multa gravamina inducit? Si dimittimus eum sic, omnes opprimemur. Unde nobis expedit, ut unus iste foras pellatur et non omnes opprimamur, aut iram cesaris atque Victoris pape incurramus’. Audito huiusmodi consilio cogitaverunt, ut expellerent eum simulato cesaris ac Victoris timore, quorum neuter sciebat, quid fieret. Vocatus ergo iam circa vesperam ad illorum capitulum presente ac presidente eorum episcopo quasi altero Caipha sic est iudicatus, quasi Victoris excommunicatus et cesaris proscriptus. Unde rebus omnibus nudatus et spoliatus preter sola instrumenta equitandi occasu iam solis imminente proiectus est a civitate. Remanserat autem in ipsa civitate alter frater suus et meus nomine Fridericus tanquam semivivus, et incipiens mori utpote iam diu egrotans in ianua mortis positus. Hunc de domo sua, immo etiam de lecto egritudinis eiciendo atque alimenta necessaria illi auferendo residuum spiritus, quo adhuc spirabat, cruciatibus istis eiecerunt. Nam de domo sua pulchra primo eiectus in coquinam, de coquina in textrinum, de textrino in pistrinum proiectus [nec [b]] habitaculum neque

a) conciliabolum *c.* b) *deest c.; suppl. Pez.*

1) *Cf. De investig. Antichristi I, c.* 56. 2) *A.* 1160, *Febr.* 5—11; *cf. De investig. Antichristi I, c.* 60. 3) *Cf. epist.* 17. *ad Alexandrum III; epist.* 18.

habens victum, nisi emendicatum, coactus est per [illegible]. Non enim aliquo vehiculorum genere duci potuit, sed [illegible] ad fratrem nostrum uterinum Niuwenburgensem prepositum[1] [illegible] ravit. Sed homo egrotus, tot vexationibus et victualium destitutionibus vexatus, nullo medicorum studio reparari valuit, eo quod nimis invaluerant [illegible] per [illegible] Augustensem suosque fautores exulcerata et aggravata, qui [illegible] et mendicum, et compunctum corde mortificare studens [illegible] qui me fratresque meos odivit et quasi alter Decius velut in crate ferrea ustulavit. C[illegible] denique urgentes ministrabant carbones subter cratem ferream, dum carnales carnalis episcopi consiliarii consilia pessima ipsius induratae nequiciae [illegible] ciandum in fratribus meis, maxime autem in fratre iam [illegible] quem non sinebant in domo sua vel in lectulo suo mori, sed eiecerunt illum spoliatum et nudum.

Fieri autem potest, ut ad excusandas excusationes in peccatis dicant, vivere non potuisse ipsum nec in ipsa domo sua propter vehementem ipsius infirmitatem. O si mihi nunc vel in sede apostolica, vel in throno regni Davidici daretur alter David [illegible] prophetans, ut decet papam, sive regnans, ut decet imperatorem, non esset mihi dubium, quin gravissime puniret istud homicidium nullatenus per hoc excusabile, quod ille, quem occiderunt, cuius mortem acceleraverunt, vivere non poterat post egritudinis immanem ruinam Augustensibus cunctis notam, nec domnis cardinalibus, qui in domo eius manserant, ignotam. Ille nâmque Amalechites, qui Saul regem occiderat, per hoc apud regem David excusari non potuit, quod dixit de Saul: *Sciebam enim, quod vivere [illegible] non poterat post ruinam.* Saul quippe graviter vulneratus incumbebat super hastam suam suo proprio gladio graviter sauciatus, et revera vivere non poterat post ruinam. Sed tamen ille Amalechites, qui mortem eius acceleraverat addendo vulnus vulneribus, iudicante David reatui sanguinis addictus est, et propter homicidium perpetratum velut homicida iudicatus est. Ipse autem frater meus taliter occisus beata morte obiit, quia sentiens imminere sibi exitum vitae mortalis ad immortalitatis auctorem confugit seculo renuncians et iugum Domini suscipiens, regularem vitam professus in cenobio sanctae Mariae Niuwemburgensi. Clamor tamen sanguinis et mortis eius, Deo volente, audietur et hic in aecclesia peregrinante longo incolatu, de quo in primo cantico graduum supra egimus et in aecclesia sursum regnante, *unde veniet auxilium mihi* gradui secundo innitenti, prout subvenire dignabitur ipse, cui dico: *Auxilium meum a Domino, qui fecit caelum et terram.* Porro spolia predictis fratribus meis ablata, si Deo placet, cum vel apostolici vel imperialis regiminis Deo aspirante arridebit prosperitas, requirentur favente Dei clementia vel a me vel ab aliquo successore meo in Richerspergensi cenobio, in quo, cum adhuc vivat frater superstes, iam dictus decanus[2], quem solum iam contingunt bona ipsis duobus fratribus ablata et aecclesiae Richerspergensi oblata, ipsa aecclesia, in qua superstes frater vivit, qui se suaque ipsi aecclesiae obtulit, iudicium exposcet vel hic vel in ultimo examine, quando *stabunt iusti in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt et qui abstulerunt labores eorum,* sicut ipsi Augustenses abstulerunt labores fratrum meorum computatos in beneficiis, in libris, in vestimentis, in edificiis aliisque bonis mobilibus et immobilibus ultra precium ducentarum marcarum. Dico autem 'labores eorum' non solum sua propria, sed etiam aecclesiastica beneficia, que per alios alienata ipsi cum labore magno recollegerunt, et ex parte suis pecuniis redemerunt, que nunc ab inimicis eorum possidentur quibus propter mortiferas vexationes Friderico nostro illatas recte ac vere dici potest: *Occidisti, insuper et* [illegible]

1) *Marquardum, qui a.* 1167. *obiit; cf.* [illegible]
2) *Aaron; cf. epist.* 17. *ad Alexandrum III.*

Matth. 21, 38. *dictis*. Parum quippe aut nichil differunt ab his, qui dixerunt: *Venite, occidamus eum et habebimus hereditatem eius.* Atque utinam precium sanguinis eius provenisset in sepulturam peregrinorum, videlicet in requiem et consolationem religiosorum sursum in caelis conversantium et hic in terra peregrinantium, esset hoc utique magna consolatio nobis fratribus adhuc superstitibus. Nunc autem sola hospitali domo excepta, quam pauperes habent, precio sanguinis et mortis eius ditati sunt, qui eum pariter cum episcopo suo cruciaverunt mortiferis vexationibus, quorum precipui sunt Sigfridus prepositus, Hermannus plebanus, frater eius Ůdalricus, Tiemo archidiaconus, qui quali fama vel potius infamia sint notabiles liquido cognoscetur, si talem se ostenderit Romanus
Ez. 8, 8. pontifex, ut ei confidenter dici possit: *Fili hominis, fode parietem.* Nam perfosso pariete illo intus luteo nec foris dealbato apparebunt maiores abhominationes, quam nunc sint perpetrate in duorum fratrum nulla culpa notabilium depulsione. De qua, ut perfecte peniteant, optamus et oramus. Et quidem nunc altero fratrum defuncto, et sicut expositum est, occiso, altero vero sub regula beati Augustini apud nos religato, non est qui repetat vel decaniam vel canonicales prebendas. Attamen, qui eas iniuriose abstulerunt, sacrilegium commiserunt iudicante papa et martyre Calixto; qui in suis decretis ait[1]: *Decaniae, prebendae ceteraeque res aecclesiae elemosinae sunt fidelium, precia peccatorum, redemptiones animarum, patrimonia pauperum, que gratis debent accipi, gratis dari, unde pauperes Christi pasci debent, quas legibus debent obtinere et erogare. Quas qui legibus obedienti abstulerit sacrilegus et Iudae proditori similis habeatur. Qui vero inobedienti dimiserit, honoris sui reus iudicetur.* Ab hac sententia Romani pontificis et egregii martyris Calixti non discordabit, quisquis est vel erit successor eius legitimus, qualis erat sanctae memoriae papa Eugenius mihi, ut notum est, clementissimus, quod adhuc patet ex litteris ipsius ad meam parvitatem clementissime directis. Item literae aliorum pontificum Romanorum Innocentii, Celestini, Lucii ad me directae satis indicant, quanta dignationis apostolicae clementia fui habitus illorum tempore, qui me noverunt, quosque ego novi. Sed Adriano papa, qui me non cognovit, presidente traditus sum in manus hostium. Nam literae nostrae verum testimonium continentes
*f. 83. contra domnum Augustensem devenerunt in manus *eiusdem Augustensis me meosque fratres odio habentis. Quis earundem literarum traditor fuerit in curia, non est mihi notum, sed hoc scio, quod antehac nunquam mihi sic accidit, cum plurima scripserim pontificibus Romanis me diligentibus et tuentibus contra meos adversarios, quales multos habui certans pro lege Dei, maxime in temporibus scismatum Burdini et Petri Leonis, a quorum fautoribus multa contraria sustinui, sed iuvante gratia Dei atque tuente me apostolicae sedis auctoritate cum sancta et in sancta aecclesia triumphavi et adhuc de
Ps. 3, 2. imminente scismate triumphum spero, licet multiplicati sint qui nunc tribulant me
ib. 3. dicentes animae meae: *Non est salus in Deo eius.* Inter quos illi gravius me turbant, qui hominem assumptum in Deum negant sic exaltatum, ut in republica sui Patris dominetur aeque potenter, ut ipse Pater eius, eque omnipotens in utraque natura divina et humana, cum sit utriusque naturae una et indivisa gloria, unumque dominationis
cf. Phil. 2, 9. nomen verbo innatum, sed homini datum, quem Deus exaltavit, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen. De quo nomine ipsius gratia favente, cuius gloriam predicamus, psalmo sequenti proposuimus agendum, prout ipse per me indignum dignabitur clarificare nomen suum.

1 *Non inveni. Cf. Urbani I. ep. c. 4, ed. Hinschius p.* 144.

XI.
DE QUARTA VIGILIA NOCTIS.

Inter maiora Gerhohi opera dialogus de quarta [illegible] *attinet ultimum locum tenet. Eo magis vero aestimand*[illegible] [illegible] *posterisque prodit.*

Vere a. 1167. *ex claustro Reichersbergensi ei*[illegible] *in psalmos* 78. *usque ad* 117. *conscripsit, in dialogo, quasi magist*[illegible] [illegible] *puli contrario vento in mari territi ac fere submersi Christi ope ab interit*[illegible] *In eodem periculo quo tunc apostoli nunc ecclesiam propter schisma*[illegible] *a Christo, quem in fine libri implorat, servari posset. Quartam illam vigiliam* [illegible] *a Gregorio VII. eiusque lite cum imperio coepisse, quippe cum Roma*[illegible] [illegible] *eodem tempore a civibus Urbis vexata, pecunias coacervare coacta fuerit,* [illegible] *fidem reduceret. Unde avaritiam, quam Gerhoh tantopere detestatur, in ecclesiam R*[illegible]*nam irrepsisse. Pontifices non minus quam imperatores peccasse, illi qui imperii* [illegible] *frangere conarentur, cum beneficia sedis apostolicae proclamarent et imperatorem papa*[illegible] *hominium praestantem pingi curarent, hi, qui propter regalia episcoporum electionib*[illegible] *immiscerent. Utramque partem alteri cedere oportere. Sed ut haec turbatio rerum* [illegible] *opus esse Christi interventu, velut in quarta illa vigilia* [illegible].

Scripsit auctor tractatum infra edendum exul, auctumno a. 1167, *cum clades* [illegible] *citus Friderici I. pestilentia a.* 1167. *mensibus Iulio et Augusto accepta iam comm*[illegible] [illegible] *brevem expositionem psalmorum* 78—117[4]. *Prior edidit F. Scheibelberger in 'Oe*[illegible]*reichische Vierteljahrschrift für katholische Theologie' X (*1871*), p.* 569—606. [illegible] *ipse denuo contuli, capitum distinctionem prioris editionis servari.*

Wratislaviae, a. 1895, *mense Septembri.* *E. SACKUR.*

1. Interim[1] vero dum non sinimur clamare super tecta, saltem in cubiculis in [illegible] aurem loquamur aliqua fidelibus apud nos consilia querentibus contra imminentis scismatis pericula. Sit ergo subsequens tractatus quasi dialogus, immo vere dialogus, ita ut inquirat discipulus et respondeat magister sine preiudicio sapientium de ista questione, quam versamus, melius et sapientius iudicare valentium.

INCIPIT PROLOGUS DE QUARTA VIGILIA NOCTIS.

2. **Discipulus.** Bone magister, quare tristis est anima tua et quare conturbaris?

Magister. Num ignoras causam conturbationis et tristicie mee, cum videas me graviter oppressum specialibus et universalibus gravaminibus?

D. Que sunt illa specialia?

M. Precipuum gravamen est mihi anxietas conscientiae in eo, quod, cum diu laboraverim in servicio Dei, tamen adhuc repleta est anima mea illusionibus et [illegible]

[illegible]

1) *V. supra p.* 135. 413; *cf. infra p.* 504. 516. 523 [illegible] *sit, determinando.* 2) *Cf. Bach in 'Oesterr. Vierteljahrsschrift* [illegible] 18[illegible] *p.* 113. 3) *C.* 19. 4) *Cf. supra p.* 413.

est sanitas in carne mea. Unde cogor timere, ne sit labor meus inanis, quia cum fuerim in laboribus a iuventute mea, sperans, quod senectus mea in misericordia uberi Iob 29, 18. esset futura dicens cum beato Iob: *In nidulo meo moriar et sicut palma multiplicabo dies*, nunc ecce in senectute mea eiectus de nidulo meo[1], de regulari videlicet claustro mihi commisso, compellor declinare universale periculum scismatis, cui si consentire Zach. 8, 19. voluissem, pacem qualemcumque habere potuissem. Verum quia *pacem et veritatem* cf. Matth. 19, 6. *diligite* ait Dominus omnipotens, que Deus coniunxit, ego non ausus fui separare, ita ut relicta veritate pacem tenerem, recipiendo ac defendendo illum papam, qui falso dictus est papa sive Octavianus[2] sive in errore successor eius Gwido Cremensis[3]. Ob hoc traditus in manus inimicorum sanguinem meum sitientium et nocturnis latrociniis atque incendiis loca nostra vastantium non possum non esse tristis[4].

Luc. 6, 22. 23. 3. D. Nunquid oblitus es verborum Domini dicentis: *Beati eritis cum vos oderint homines* et cetera usque *gaudete et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celis.*

M. Quibus hoc dictum est ipsi passuri erant adversa propter filium hominis carentem viciis et peccatis, dum contra eius mandatum compellerentur ipsum negare Matth. 10, 32. Deum et sacrificare idolis. Ipsi vero, memores verborum eius dicentis: *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo,* coram regibus et principibus confessi sunt eum verum Deum et hoc predicaverunt ubique ipso cooperante cf. Marc. 16, 20. et sermonem eorum confirmante sequentibus signis magnarum virtutum, quibus prodebatur ipsum esse verum Deum. Propter hoc certam sui certaminis causam tenentes currebant non quasi in incertum. Nobis autem papae Alexandri defensoribus multi Ps. 4, 6. dicunt: 'Quis ostendit nobis bona et vera veri apostolatus indicia in Alexandro? Act. 3, 6. Nunquid potest dicere cum Petro: *Argentum et aurum non est mihi*, cum propter aurum et argentum in cancellaria coacervatum populus eum Romanus dilexerit et in electionem eius consenserit?'

4. D. Quid tu respondes aut quid nos discipuli tui respondere debemus ista dicentibus?

M. An ignoras, quod avaricia est illa *lepra, que a planta pedis usque ad verti- Lev. 13, 12. cem totum corpus occupat, dum paucissimis exceptis omnes querunt que sua sunt, non Phil. 2, 21. que Iesu Christi? Hanc lepram iudicat lex esse mundissimam et tali lepra hominem Lev. 13, 13. per totum corpus occupatum non eicit extra castra, sicut alios leprosos, non in toto, sed in parte corporis hac macula respersos, verbi gratia vel in capite vel in barba vel in cicatrice vel in alia parte corporis, quos omnes iubet separari a castris ad arbitrium sacerdotis, quoadusque mundentur et item sacerdotis arbitrio reconcilientur.

5. D. Quorsum hec omnia, cum nos tractemus de avaricia, non de lepra?

M. Nimirum quia ipsa talis avaricia, qua omnes querunt sua, lepra est revera sufficiens ad eternam dampnationem, precipue cum in sacrae dignitatis aliquo ministerio quisque intendit suis lucris, ut omnes illi qui non manducant ut euangelizent, sed euangelizant ut manducent, quod est crimen iudaismi.

6. D. Hoc mihi velim planius explicari, quomodo in tali avaricia sit intelligendum crimen iudaismi?

Eph. 5, 5. M. Est avaricia, que comparatur paganismo, de qua loquens apostolus dicit, quod ipsa est idolorum servitus; et est avaricia, quae comparatur iudaismo, de qua nunc est

1) *Cf. Comment. in ps. 78, supra p. 497.* 2) *Victor IV.* 3) *Paschalis III.* 4) *Cf. praef. supra p. 135; cf. Notitiam de commutatione praedii Mansteur, 'Urkundenbuch des Landes ob der Enns' I (1862), p. 344 sqq.:* Cui *Octaviano* cum adherere renuit predicti loci prepositus Gerhohus, vir adprime katholicus, iram imperatoris cum fratribus suis incurrit *etc.*

mentio. Cum enim sit universalis lepra, qua diligitur plus creatura quam creator [illegible] magisque ambiuntur temporalia quam aeterna, tamen ita pestifera [illegible] hec radix omnium malorum in multos ramos pullulet, inter quos tamen principales duae species eminent paganismus et iudaismus. Nam quia pagani Deum verum relinquentes a [illegible] diis falsis et per malas artes temporalia querunt, recte illis conferuntur qui per diaboli servicium, quale est latrocinium, furtum, periurium ceteraque maleficia mammone [illegible] viunt, cum per talia volunt fieri divites et hoc modo apostolo teste *incidunt in [illegible] diaboli et desideria multa nociva, quae mergunt homines in interitum*. Verum quia Iudei [illegible] a Deo vero habundantiam frumenti et vini et olei aliaque terrena bona in lege sibi promissa querunt, cum legalia sacrificia illi offerunt et legalia festa, ut est neomenia, sabbatum, pasca ceteraque in hunc modum literaliter custodiunt, recte illis conferuntur, qui Deo vero serviunt verbi gratia psallendo, missas canendo ceteraque divina ministeria specietenus explendo et inter hec non celestia, sed terrestria querunt, non ad usum recte vivendi, sed ad varias abusiones concupiscentiae carnis, concupiscentiae oculorum et superbiae.

7. D. Ut audio, multi sub nomine christiano paganizant et iudaizant.

M. Adeo multi sunt, ut, si talibus nollemus commisceri, sicut ethnicis et Iudeis, oportebat nos exire de hoc seculo. Propter hoc istius modi lepram toleramus quasi mundissimam, cum sit immundissima et summi sacerdotis iudicio reservanda, in hac nimirum spe, ut ipse illam vel tactu placido fugare vel duro flagello exterminare dignetur. Hinc est, quod nos Romanum pontificem et domnos cardinales, licet non valeamus excusare de avaricia vel pagana vel iudaica ubique in toto mundo ita vulgata et adeo dilatata, ut pallio filiali eius verecunda non valeant operiri, tamen pro nostro modulo defendimus et excusamus ecclesiam Romanam a pravitate scismatica, dum in illa recognoscimus unum papam, non duos, unum plane legitimum, sive ut eius emuli dicunt avarum, sive ut nos libentius credimus non avarum, qui a legitimis electoribus electus, a legitimis consecratoribus consecratus et a sedibus apostolicis ac patriarchalibus receptus est. A cuius defensione aliquamdiu me continui [1], quoad usque rei veritatem etiam per nuntium proprium exploravi in multis argumentis, quorum illud michi fuit acceptissimum, quod, cum esset in Francia et illic in scolis discolis indisciplinatis disputationibus resuscitarentur olim sepulti heretici, Samosatenus, Fotinus, Nestorius, Bonosus eorumque sequaces [2], ipse antiquam fidem suo assensu roboravit, qua iuxta Petri principis apostolorum confessionem creditur Christus filius Dei vivi; filius, inquam, non ut unus ex prophetis quibus dicitur: *Ego dixi, dii estis et filii Excelsi omnes*, eo quod sermo Dei factus est ad eos, sed filius unicus, quem Pater sanctificavit, quando eum sic verbo suo uniendum predestinavit, ut esset filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, quo divinitus operante conceptus et natus est in Dei patris et hominis matris filium proprium unicum naturalem. De cuius gemina substantia et una indivisa potentia quoniam alias ad Romanos pontifices, Innocentium, Eugenium, Adrianum ac novissime ad papam Alexandrum scribendo [3], prout Deo donante potui, disserui, nunc supersedendum est.

Matth. [illegible]
Ps. [illegible]
Ioh. [illegible]

8. D. Ea que dixisti, bone magister, mihi videntur vera, sed hoc mihi durum sonat, quod in ecclesia Romana supra firmam petram fundata paganam seu iudaicam notas avariciam christianae religioni contrariam.

1) *Praefationem alteram ad opusculum de investig. Antichr.* [illegible] 53 [illegible] *Dec.* 24; *cf. Epistolam Gerhohi ad cardinales, supra p.* 401 [illegible] *SS. XVII, p.* 471. 2) *Cf. Gerhohi epist.* 18. 19. 21; [illegible] *p.* 509 [illegible] 18. 21.

[illegible] M. Etsi tibi hoc videatur dure dictum, noli tamen cum illis retrorsum abire qui
Ioh. 6, 61. Christo dixerunt: *Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* Potius cum Petro crede ipsum durum, vere verum esse atque de scripturis veritatis expressum contestante apo-
Tim. 1. 5, 8. stolo, quod *qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior.* Infideli dico, sive pagano sive Iudeo. Nam cum sancta ecclesia Romana mater sit omnium ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum, utpote cui sub celo principaliter incumbit sollicitudo omnium ecclesiarum, sicut et in celo president ei angelicae potestates, ipsa procul dubio materna pietate consulere debet omnibus sibi
Matth. 10, 8. subiectis, ita ut quod gratis accepit gratis impendat. Sunt autem duo, que precipue in ea queruntur a suis filiis, videlicet bonum consilium et rectum iudicium, que duo quicumque in spiritu mansuetudinis sibi oblata item in spiritu mansuetudinis portant, recte ab illa sunt fovendi tanquam boni filii, sicut ego in me ipso expertus sum, non semel ab illa defensus contra hostes veritatis. Qui quoniam consiliis et iudiciis eius
cf. Ps. 44, 7. nolunt acquiescere in spiritu mansuetudinis, recte contra eos exerenda est virga directionis, virga regni Christi adversus regnum Antichristi, de quo, quoniam alias et a nobis[1] et ab aliis copiose dictum est, nunc silemus, neque tamen hoc silendum videtur, quod in ipso regno Christi per mysterium iniquitatis regnat avaricia tam pagana quam
Eph. 5, 5. iudaica; pagana, quae est idolorum servitus manifesta, quando contra iusticiam fabricantur consilia vel iudicia iniqua pro lucro aliquo terreno; iudaica vero est avaricia, quando vel iurisperitus recte consulendo vel iudex recte iudicando facit quidem pro iusticia, sed non gratis expetendo scilicet vel expectando inde indebita obsequia et lucra, non Dei, sed sua. Et talis iniquitas in forensibus causis est utique legibus quoque seculi reprobata, sed dissimiliter. Nam iurisperitus vendendo iustum consilium vel advocatus litium vendendo iustum patrocinium iudici quidem iusto se facit suspectum, sed tamen in foro tali taliter acceptum reddere non cogitur iure humano. Iudex vero legaliter constitutus neque humana neque divina lege sinitur esse impunitus vendens
Prov. 19, 5. 9. iudicium quantumlibet iustum, sicut nec testis erit impunitus vendens testimonium quantumlibet verum, quia et hoc erit eis magna pena, quod in hac vita receperunt mercedem suam. Hec tamen venalitas et negotiatio, cum sit magna desolatio in hoc
*f. 98. *mundo, dum admittitur et intermiscetur iudicio quantumlibet iusto vel testimonio quantumlibet vero vel consilio quantumlibet cauto in causis forensibus sive civilibus, tamen utcumque toleratur, ubi per talia iudicia, testimonia, patrocinia, consilia non impugnatur iusticia; quae si per talia impugnatur, iudex, testis, iurisperitus, patronus dampnatur,
cf. Matth. 9, 9. nisi peniteat et vel cum Matheo Christum sequendo male acquisita bene relinquat vel
cf. Luc. 19, 8. cum Zacheo male fraudata restituat, etsi non in quadruplum, saltem in triplum, saltem in duplum, saltem in simplum, saltem pro posse suo, si tamen id faciendi est aliqua possibilitas, que si nulla est, ut latroni sero penitenti, suppleat cordis contriti bona voluntas et vera licet sera confessio facultatis defectum, quo non potest impediri bonus affectus, licet impediatur effectus. Quod si hec satisfactio requiritur ab avaris huius mundi volentibus ad Deum converti maxime recognoscentibus ipsorum studio vel innocentes oppressos vel nocentes iniuste liberatos, quanto magis in ecclesia Dei, precipue in ecclesia Romana cavenda est huiuscemodi avaricia, in qua deprehenditur paganismus, quando nullum habet colorem iusticiae sicut servitus idolorum; iudaismus vero,
cf. R[illegible] 1, 25. quando habet qualecumque velamen iusticiae, sicut literalis cultus Iudeorum creatori pro creatura servientium, quos imitantur christiani bona facientes, ut exinde vel humanam gratiam vel nummum favoris aut lucri alicuius temporalis optineant, quoniam taliter, quod foris ostenditur intus a mercede vacuatur. Sed hec est avariciae lepra,

1) *In libro de investigatione Antichristi a.* 1162. *composito.*

quae operit hominem totum, nec potest homo sic leprosus [illegible] dus iudicabitur cum prava consuetudine, ac socia multitudine defenditur, [illegible] potest in hac vita iudicari aut excommunicari.

9. D. Ut audio, magna et lata est hec avariciae lepra. [illegible] aliquo sanctorum consentiatur sensui tuo de hac, ut dicis, toleranda.

M. Lege Augustini ad Macedonium scripta nobilia [illegible] de tali avaricia toleranda.

D. Non habeo ea nunc ad manum, sed rogo aliqua hinc decerpas [illegible].

M. Gerem tibi morem. Dicit ille beatus ad Macedonium inter cetera[1]: *'Nec enim debet iudex vendere iustum iudicium aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus iustum patrocinium et iurisperitus verum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur, isti ex una parte consistunt[2]. Solet tamen [illegible] pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit, quoniam venale esse non debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret vel puderet emisse. Sunt[3] aliae personae inferioris loci, quae ab utraque parte non insolenter accipiunt, sicut officialis et a quo movetur[b] et cui admovetur officium. Ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent. Magisque reprehendimus qui talia inusitate repetunt, quam qui ea de more sumunt[4]. Isti, si vitam mutaverint aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum, ea facilius, que hoc modo acquisierunt tanquam sua pauperibus largiuntur, quam eis, a quibus accepta sunt, tanquam aliena restituant. Qui vero contra ius societatis humane furtis, rapinis, calumniis, oppressionibus, invasionibus abstulerit reddenda potius quam donanda [illegible] Zachei publicani evangelico exemplo, qui cum hospitio Dominum suscepisset in vitam sanctam repente mutatus, 'dimidium', inquit, 'bonorum meorum do pauperibus et si cui [illegible] aliquid abstuli reddo quadruplum'. Quid[5] dicam de usuris, quas etiam ipse leges et iudices reddi iubent? An crudelior est qui subtrahit vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fenore? Hec et huiusmodi male[c] possidentur, vellem restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. Iam[6] vero si prudenter intueamur quod scriptum est, fidelis hominis totus mundus divitiarum est, infidelis autem nec obolus nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis eisque uti nesciunt aliena possidere convincimus. Hoc enim certe alienum non est quod iure possidetur; hoc autem iure, quod iuste, et hoc iuste, quod bene. Omne igitur quod male possidetur alienum est; male autem possidet qui male utitur. Cernis ergo quam multi debeant reddere aliena?[7] Sed inter hec toleratur iniquitas[d] habentium et quedam inter eos iura construuntur, que appellantur civilia, non quod hinc fiat, ut bene utentes sint, sed ut male utentes minus molesti sint.'* Hec dicendo sanctus Augustinus magnam lepram detestabilis avariciae describit, quam tamen, quia excludi non potest, intus tolerandam asserit, consentiens in hoc legi divinae, que mundum iudicat hominem leprosum, quem color albus totum operuerit. Quid est enim hec civilis iuris modestia, qua fit, non ut bene utentes sint huiusmodi avari, sed ut minus molesti sint, nisi deceptio quedam, cum veluti sub albo colore civilis iusticiae toleratur iniquitas male habentium, que relinquere vel reddere deberent, cum non iure celi, sed iure fori se tueantur, quibus in talibus acquisitionibus magis placet malum inolitum quam bonum insolitum.

10. D. Ut audio, in magno periculo versatur hic mundus in maligno positus.

a enim. *edd.* [illegible] b admovetur [illegible] c utique *edd.* [illegible]

1 *Epist.* 153. *ad Macedonium* § 23. *Opp.* II. *col.* 533 D. 2 *Quaedam omissa.* 3 § 24. 4 *Nonnulla omissa.* 5 *Ibid.* § 25, *col.* 534. 6 *Ibid.* § 26. 7 *Quaedam omissa.*

M. Non mireris de mundo immundo, quod in periculo, immo in pernicie versa-
tur, quia pro salute mundi se Patri offerens Dei filius hunc mundum immundum ex-
Ioh. 17, 9. cepit dicens: *Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi de mundo.* Magis
hoc est mirandum et miserandum, quod hic ipse mundus, pro quo Salvator mundi est
Matth. 24, 12. immolatus, ecclesia videlicet sancta et inmaculata Dei sponsa, refrigescente iam cari-
I. Cor. 13, 5. tate, non querente que sua sunt et habundante iniquitate, avaricia scilicet querente que
Matth. 14, 25. sua sunt, ita periclitatur, ut nobis imminere videatur quarta vigilia noctis, in qua disci-
pulis Christi navigantibus erat ventus adeo contrarius, ut periclitaretur pre ceteris
ib. 30, 31. discipulis princeps apostolorum. Videns enim ventum validum timuit ac mergi cepit,
fuissetque omnino mersus, nisi manum suam extendendo subvenisset illi dominus Iesus.

11. D. Rogo te, bone magister, ut ipsam hanc noctem et eius quatuor vigilias
manifestius exponas.

M. Dudum scribens dominis cardinalibus[1] hoc feci, sed parum profeci, quia sicut
Ioh. 14, 6. Christus, cum sit veritas, putabatur a discipulis esse phantasma, quando viderunt eum
supra mare ambulantem in ipsa quarta vigilia noctis, ita pro phantasmate habitum est,
quod ego tunc scripsi et Romam quibusdam cardinalibus misi, cum esset verum et
veritatis testimoniis undique cinctum. Proinde noli mihi molestus esse compellendo
iterum scribere, quod etiam a discipulis pro phantasmate sit habendum.

D. Eadem scribere tibi non debet esse pigrum, quia mihi et aliis veritatem
sitientibus est necessarium scire, qualiter in hac ipsa quarta vigilia, que nunc immi-
nere videtur, sit vigilandum contra ventum validum, sicut apparet, mare totum commo-
ventem et naviculam Petri graviter quatientem. Nam ecce, dum hec scribuntur, scisma
*f. 99'. imminet periculosum, in quo et urbis et *orbis tanta est commotio, ut in errorem inducan-
Marc. 13, 22. tur, si fieri potest, etiam electi, aliis dicentibus: 'Ecce hic', aliis: 'Ecce illic est Christus';
ecce hic aut ecce illic est papa et partes inter se divise habent pro phantasmate quicquid
eis dicitur, quod non facit pro se, quantalibet fulciatur veritate. Huc accedit, quod
hoc ipsum quod exigo tu promisisti circa principium scismatis huius, cum accepisses
epistolas utriusque partis et nondum potuisses ad plenum dinoscere quid respondendum
esset his qui te interrogaverunt. Hoc tamen solitus fuisti respondere tunc sciscitanti-
bus, quia videres nebulam totam terram tegentem nec sinentem clare videre, maxime
in nocte hac tenebrosa, cuius nunc agitur quarta vigilia, de qua, ut apertius quod
sentis intelligatur, iam rarescente nebula ignorantiae ac patefacta veritate de Romani
pontificis legitima promotione, ingredere nunc aperto tibi oris ostio saltem in cubiculis
ad narrandum quod pro me atque aliis instruendis postulo de quarta vigilia noctis.
Quam quia tres vigiliae iam precesserunt, etiam de ipsis non taceas, ut ad ultimam
vigiliam competentius accedas.

cf. Ps. 118, 108. M. Desiderium tuum et aliorum pauperum exaudiat Dominus, ut voluntaria oris
Marc. 6, 45. 46. mei beneplacita fiant in conspectu eius et servorum eius. Dominus noster Iesus in
montem ascensurus et illic in oratione pernoctare volens iussit discipulos ipsum pre-
cedere trans fretum. Nota est hec ewangelicae lectionis hystoria; queramus mysteria.
Christus in montem ascensurus, in celum videlicet ad Patris dexteram sessurus, iussit
discipulos ascendere in naviculam, quia eis commisit ecclesiam regendam dicens illis:
ib. 16, 15. *Euntes in mundum universum, predicate ewangelium omni creaturae.* Illi autem profecti
predicaverunt ubique tanquam navigantes per totum mare. Sed erat quasi nox tene-
brosa et tempestuosa tyrannorum persecutio, quorum crudelia edicta erant eis quasi
cf. Marc. 6, 48. ventus contrarius. Nam cum illi predicarent unum verum Deum colendum, illi pre-
ceperunt falsos deos coli, qua contrarietate navis ecclesiae iactabatur fluctibus et, nisi

1) *In opusculo ad cardinales supra edito de quarta vigilia noctis nihil legitur; neque in parte supra omissa auctorem de illa re egisse crediderim.*

dominus Iesus pro illa orasset, *qui*, ut apostolus ait, *etiam interpellat* [illegible] esset naufragium, nautis eius magna ex parte occisis, attamen in prima illa vigilia tam post mortem, quam et ante mortem bene vigilantibus et [illegible] usque 'adeo, ut sanguine ipsorum plantata ecclesia optineret pacem, transacta iam vigilia prima, quando inclinata sunt regna sub imperium Christi tunc imperantis ventis et mari, ut fieret tranquillitas magna, que facta est imperatore Constantino ad fidem Christi converso. Bene itaque vigilaverunt apostoli et martires in prima vigilia noctis, quia per fidem vicerunt regna tyrannica idolatriam defendentia et Christi cultum prohibentia.

Successit huic vigiliae altera vigilia non minus periculosa, in qua [illegible] erat contrarius discipulis, videlicet sanctis confessoribus, quia, cum illi docerent fidem veram, contra eos heretici docuerunt falsam. Quorum precipui fuerunt Arius, Sabellius, Fotinus, Macedonius, Nestorius, Eutices et ceteri quos enumerare longum est. Contra quos a sanctis confessoribus bene vigilatum est in conciliis et tractatibus patrum [illegible]rum fidem catholicam roborantium et hereticam pravitatem confutantium. Quibus bene vigilantibus contra scismata et hereses defensa est ecclesia, ne posset in ea vel fides corrumpi vel unitas dissipari. Sic transacta est vigilia secunda imperante Christo ventis heresium et sectarum.

In tercia vero vigilia, quia fides iam roborata non potuit aut poterit ulterius corrumpi heretica pravitate, successit corruptio morum, longe maior, quam antea fuerit. Contra quam sanctus papa Gregorius conscripsit multa de morum disciplina, precipue Moralia Iob, quia ipse fuit egregius vigil in ipsa tercia vigilia secundum nomen suum, quia Gregorius Grece, Latine interpretatur Vigilantius[1]: post ipsum quoque complures vigiles bene vigilaverunt contra mores pravos, quos idem beatus in suis omeliis et epistolis, maxime vero in libris Moralibus et Ezechielis expositione arguit, prout notum est ecclesiae Dei, ac proinde non opus est a nobis exponi quid improbet vel approbet in moribus iste sanctus, qui pro lege Dei certavit usque ad mortem et a verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat supra firmam petram. Tali certamine continuato in Romanis pontificibus ab ipso primo Gregorio usque ad sanctae memoriae Gregorium VII. transacta et consummata creditur vigilia tercia, quia ipse percussit caput de domo impii condemnans intrusorem Gwiberti scismatici regem Heinricum cum sibi consentaneis maxime clericis impudicis et symoniacis[2]. Ex tunc, ut apparet, [illegible] magis periculosa tempora ceperunt, quia ex tunc cepit avaricia nova in urbe Roma[3]. Nam antehac Romanus populus pastori suo fidelitatem gratuitam solitus fuit servare cum debita obedientia, sed tunc oborta contentione inter sacerdotium et regnum Romani cives adherentes pontifici suo noluerunt gratis in tali guerra laborare, sed multam pecuniam exegerunt quasi debitum stipendium suae militiae, quod etiam tali militia cessante in pace quoque velut sibi suisque filiis hereditarium tumultuaria contentione sibi vendicaverunt, atque per hoc Romanos pontifices compulerunt undecunque argentum et aurum colligere, quo eorum satisfieret avariciae, que similis est igni, qui nunquam dicit: 'Sufficit'. Sic a capite usque ad plantam totius corporis ecclesiae cupiditate questus dilatata regnat avaricia in hac vigilia quarta, de qua elegans quidam versificator ait[4]:

Romam vexat adhuc amor immoderatus habendi,
Quem non extinguet nisi iudicis ira tremendi.

Hoc vere dictum est. Nam in ceteris vigiliis auxilio divino per homines triumphatum est, videlicet in prima per martires, in secunda per confessores, in tercia per sanctos

1) *Ioh. Diac. V. S. Gregorii l. I, c. 1, § 2. Opp. ed. Bened. I*, [illegible] 23[illegible]. 2) *De* [illegible] *Antichr. I, c. 17, supra p. 324.* 3) *Ibid. c. 19. 49, p. 329. 356.* 4) [illegible] *'D. Kaiserzeit' III ed.* V, *p. 1278. Cf. supra p. 439.*

patres, moralis disciplinae instructores, qualis erat iam dictus papa Gregorius; in hac autem vigilia quarta commovetur marę totum fundotenus per ventum validum discipulis Christi nimis contrarium. Cum enim discipulatus Christi sic describatur, ut
[illegible] 14, [illegible]. qui non renuntiat omnibus que possidet, non possit Christi esse discipulus, huic doctrinae valde contrarius ventus est spiritus avariciae, quae non solum tenaciter possidet sua, sed et cupide anhelat ad optinenda non sua. Hinc est, quod neque milites contenti sint stipendiis suis, neque clerici suis, ut videlicet altari servientes de altari vivant habentesque inde victum et vestitum his contenti sint. Ex hac
[illegible] 10. radice vitiorum, avaricia, nascuntur multa mala, contra que si proferatur quantumlibet sana et vera doctrina, despicitur quasi fantasma. Nam in prima vigilia, qui disputavit contra idolatriam visus est aliquid solidae veritatis habere, cooperante miraculorum attestatione. Similiter in secunda vigilia defensores catholicae fidei visi et inventi sunt inniti solido scripturarum fundamento. Item in tercia vigilia instruc-
*f. 101. [illegible] 2, 15. tores morum visi sunt verum dicere, arguente unumquemque propria *conscientia cogitationibus inter se accusantibus aut etiam defendentibus ipsam conscientiam. Nunc autem in conspectu hominum existimantium questum pietatem frustra fundas sermonem, ubi non est auditus, quia velut fantasma reputatur inane quicquid[a] dicitur contra que-
Ps. 40, 2. stum, qui pietas putatur. Inter hec *beatus qui intelligit super egenum et pauperem*, videlicet Romanum pontificem egenum, quia multis eget ad Romanorum avariciam, non quidem explendam, quia inexplebilis est, sed utcumque mitigandam, quia intolerabilis est, et inter hos avaros ipse pauper est non habens tanta quanta exiguntur ab eo. Videns ergo ventum validum tantae avariciae timet, ne a Romanis vel deseratur vel affligatur, nisi eorum siti satisfaciat, atque inde incipit mergi expectando, non tamen expetendo munera inter sua iudicia gratis exequenda, quoniam potestas iudicandi gratis illi collata est. Unde si sua iudicia venderet non solum expectando, sed etiam aliquid
[illegible] indebitum expetendo, vel per se ipsum vel per aliquos Iezitas, non solum inciperet mergi per muneris occultum appetitum, sed omnino mergeretur per apertum questum. Talis questus, heu! longe lateque auditus est in diebus nostris, cum fratres Hospitalenses laborassent emancipari de subobedientia Ierosolimitani patriarchae interveniente multa pecunia neque caste oblata neque caste accepta[1], quia talis emancipatio vel non debuit fieri vel rationabili causa exigente gratis utique debuit fieri. Sed quia tales ecclesiarum truncationes beatae memoriae abbas Clarevallensis[2] in libello de consideratione[3] clare notavit, nos in huius facti exaggeratione parcimus, optantes omnibus Petri successoribus, ut, etsi mergi Deo permittente incipiant, ne tamen ex toto mergantur, dextera Christi eos tenente supra mare ambulent et Christo in navem sibi commissam recepto ad litus properent venire. Non est autem negligenter intuenda
[illegible] 14, [illegible]. evangelici textus littera de ista quarta vigilia. Mathaeus dicit: *Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam, ut veniret ad Iesum. Videns vero ventum validum timuit. Et cum cepisset mergi clamavit dicens: 'Domine, salvum me fac'. Et continuo Iesus extendens manum apprehendit eum et ait illi: 'Modicae fidei, quare dubitasti'. Et*
*f. 101'. *cum ascendissent *in naviculam, cessavit ventus. Qui autem in navicula erant venerunt*
[illegible] 17.18. *et adoraverunt eum dicentes: 'Vere Filius Dei es'.* Marcus dicit: *Et cum sero esset, erat navis in medio mari et ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis, et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans*

a) quicquid [illegible]

1) *Cf. De investig. Antichr. I, c. 62. 72.* 2) *Bernardus.* 3) *L. III, c. 4 (Opp. ed. Mabillon I, col. 437)*: Murmur loquor et querimoniam ecclesiarum. Truncari se clamitant ac demembrari. Vel nullae vel paucae admodum sunt, quae plagam istam aut non doleant aut non timeant. Quaeris quam? Subtrahuntur abbates episcopis, episcopi archiepiscopis, archiepiscopi patriarchis sive primatibus.

supra mare et volebat preterire eos [illegible]. *At illi ut viderunt eum ambulantem super mare, putaverunt phantasma esse et exclamaverunt. Omnes enim eum viderunt et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis et dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in navim et cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant.* [illegible] *Mare autem vento magno flante exsurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare et proximum navi fieri, et timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in navim et statim fuit navis ad terram quam ibant.*

12. D. Non me penitet importunitatis, quod ewangelico exemplo tres vigilias quasi tres panes a te michi exponi postulavi, cum tu de sola vigilia quarta mentionem proposuisses, cuius occasione, quia trium ewangelistarum dicta quasi tres panes sonuerunt, peto, ut de ipsis panibus aliqua frangas, quia non in propositione, sed in fractione panis cognoscitur Dominus.

M. Non vacat nunc ad plenum dicta ewangelica exponere neque hoc necessarium est. Porro unum hoc est necessarium, ut ista quarta vigilia Dominum cognoverunt [illegible] supra mare ambulantem non esse fantasma, sicut attestante Marco putaverunt non solum tunc discipuli, sed et postmodum quidam heretici, qui a suis erroris qualitate dicti sunt fantastici, hoc trahentes in argumentum sui erroris, quod Christus ambulavit super mare quasi vero corpori hoc esset impossibile, non attendentes Petrum, qui verum corpus habuit supra mare ambulasse, quod solus Matheus posuit, et volebat preterire eos, quod solus Marcus posuit. Sicut alias dicitur, quia finxit se longius ire, sic et nunc dicitur: [illegible] quia volebat preterire discipulos, non quia hoc voluerit, sed quia sic [a]se tunc erga [illegible] illos habuerit quasi vellet preterire illos. Ita nimirum et nunc in ista quarta vigilia noctis imminente iam grandi periculo tempestatis videtur Iesus quasi velle preterire naviculam Petri, videlicet ecclesiam Romanam, quando eam sinit graviter vexari, eo quod magnus ventus avariciae mundi huius mare commovet contra illam, fortasse ideo, quod in ea inter veros discipulos etiam sunt falsi, sicut tunc fuit Iudas mercator pessimus cum Christi apostolis, qui proditor et traditor postquam proditus et satanae traditus eiectus est a societate illorum. VII discipuli, quorum Petrus unus fuit, naviganti nulla tempestate vexati sunt, et ipse Petrus cum se misisset in mare, non solum non est periclitatus in sua persona, sed et constanter ambulando sive in mari sive super mare traxit rete in terram plenum magnis piscibus CL tribus; et cum tanti esset, non est [illegible] scissum rete, quia nullus ibi erat falsus discipulus, sed solummodo VII electi; neque ibi dixerat quasi dubitans Petrus: *Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas*, [illegible] sed omnino indubitanter, cum audisset, quia Dominus est, misit se in mare sola tunica succinctus, non rubea cappa ornatus, non equo falerato subvectus, non auro vel argento onustus, erat enim nudus. Et quidem iocundum prebetur ecclesiae Dei spectaculum, cum in sollemnibus diebus Romanus pontifex equo imperiali, cappa purpurea et aliis regalibus insignibus ornatus procedit et hac processione sollemni representat in se quasi alterum Ioseph in curru Pharaonis exaltatum iubente ipso Pharaone, vel quasi alterum Mardocheum item imperiali equo subvectum[1]. Sed inter hec attendi oportet, quod neque Ioseph Pharaonem regem Egypti se honorantem neque Mardocheus regem Persarum se sublimantem inhonoravit; Babylonicus etiam rex, cum Danielem extulit in sublime, non est ab illo dehonestatus; et, ut ad novam Babyloniam Romam respiciamus, beatus papa Silvester ab augusto Constantino regalis magnificentiae honoribus preditus non se honorantem inhonoravit et quamvis ei, pro sui humilitate semel stra-

[illegible]

1) *Cf. Comm. in ps.* 64, *supra p.* 468.

toris officium exhibuerit[1], non tamen eum suum esse marescalchum vel dixit vel scripsit vel pinxit[2]. Sed et multi post ipsum catholici leguntur imperatores monarchiam tenentes fuisse, quorum quis fuerit marescalchus dictus domni pape non invenimus[3].
*f. 102. Immo *certum tenemus, quod Romani pontifices et imperatores invicem se honore prevenientes pacifice vixerunt, et mutuo ab invicem quesierunt adiutoria suis dignitatibus decentia, sicut testantur epistolae Romanorum pontificum Deum timentium, regem
1. Petr. 2,17. honorificantium iuxta illud Petri: *Deum timete, regem honorificate.* Cum ergo invenimus in antiquis epistolis, quod Romani pontifices humiliter scribendo imperatoribus vocaverunt eos 'dominos' aut 'filios carissimos', quin etiam se ipsos dixerunt 'servos servorum Dei', valde miramur, unde nova pictura hec emerserit, qua Romanorum imperator pingitur marescalchus. Parva sunt hec magni fastus insignia, sed de his magna est commotio maris in hac vigilia quarta, quae non sedabitur, nisi humilis Christus, qui nunc videtur velle preterire naviculam Petri, Petrum extenta manu apprehendat et cum
Matth. 14, 32. ipso naviculam ipsam introeat. Etenim sicut scriptum est: *Cum ascendissent in navi-*
Marc. 6, 51. *culam cessavit ventus.* hoc in Matheo. In Marco item scriptum est: *Et ascendit ad illos*
Ioh. 6, 21. *in navem et cessavit ventus.* Iohannes etiam dicit: *Voluerunt ergo accipere eum in navi*
cf. 2. Cor. 13,1. *et statim fuit navis ad terram qua ibant.* In ore horum trium ewangelistarum stet hoc fidei et spei nostrae verbum, qua credimus et speramus ventum commotionis huius absque dubio sedandum, si Christus, qui nunc videtur velle preterire, acceptus fuerit in naviculam Petri. O igitur vos, discipuli Christi, qui estis in ecclesia Romana, invocate ad vos Christum imperatorem venti et maris pariterque cum illo discipulos eius
1. Petr. 2, 17. Petrum et Paulum. Audite vobis Petrum dicentem: *Deum timete, regem honorificate.* Bene ac recte dicturus: *Regem honorificate* premisit: *Deum timete,* ne timore Dei ne-
ib. 4, 10. 11. glecto sic honoretur homo, ut Deus inhonoretur. Item ait idem Petrus: *Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam amministret sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. Si quis loquitur quasi sermones Dei.* Si quis, inquit, loquitur in consiliis et iudiciis vel patrociniis, loquatur gratis quasi sermones Dei, quoniam lingua venalis
ib. 11. etiam in legibus seculi reprobatur. *Si quis ministrat, sic ministret tanquam ex virtute,*
ib. 2, 13–17. *quam amministrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus. Subiecti estote omni humane creaturae propter Deum sive regi quasi precellenti: sive ducibus tanquam ab eo missis*
*f. 103. *ad vindictam malorum, laudem vero bonorum,* **quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam quasi liberi, et non quasi velamen habentes maliciae libertatem, sed sicut servi Dei. Omnes honorate ad vos venientes,*
cf. Col. 3, 11. consilium salutis et iudicium veritatis querentes etiam barbaros et Scitas, non domi-
1. Petr. 5, 3. nantes in clero vel turpis lucri gratia quid agentes in ministerio vestro gratis collocato vobis.

Et quia semel cepi loqui cum dominis meis, hoc vestrae celsitudini ego parvulus fideliter suggero, ut, quoniam habetis apud vos apostolorum corpora, teneatis quoque
2. Cor. 11, 18. ipsorum pia hortamenta, et Paulo ammonente, cum sitis ipsi sapientes, nolite sufferre insipientes. Nolite in officio cardinaliae sustinere, si quis devorat, si quis accipit, si
ib. 20. quis extollitur. In omnibus exhibete vos sicut Dei ministros, ut non vituperetur mini-
ib. 6, 3. sterium vestrum, sicut vituperatum est non semel ministerium illorum, qui munera indecenter et libenter acceperunt, quique nimis extollebantur in suo ministerio. Non talis fuit ille Martinus cardinalis[4], quem laudat beatae memoriae Bernhardus abbas Clare-

1) *Constitutum Constantini ed. Zeumer* § 16. *p.* 57. 2) *De hac pictura cf. Rahewini gesta Frid. III. c.* 10, *ed. Waitz. p.* 141. 3) *Cf. De investig. Antichr. I, c.* 72, *supra p.* 393. 4) *Tit. S. Stephani in Coelio monte; cf. De investig. Antichr. I, c.* 51. 68, *supra p.* 358. 386.

vallensis in libro de consideratione[1]. Sed nec talem se in legatione sua exhibuit vir vitae venerabilis dominus Bernhardus cardinalis[2]. At secus vero, dominus Gregorius cardinalis sancti Angeli, multum fecit vituperari ministerium suum, qui pro una cena sibi suisque preparata minus laute quam voluit in claustro sancti Albani[3] eiusdem claustri abbatem[4] sub interdicto crudeli tenuit, quoadusque officium et [illegible] sibi interdictum tanta pecunia redemit, ut, sicut fratres eiusdem loci fatentur, pecunia ipsi cardinali et coadiutoribus eius data usque ad centum marcas ascenderit vel ultra. Non sic ille iam dictus Bernhardus cardinalis notatus est vel nimiae devorationis vel turpis exactionis vel extollentiae intolerabilis, quia, sicut mitis et humilis corde, per omnia modeste incessit atque honeste, sicut ei testimonium perhibetur in tota Saxonia, ubi Halverstatenses clericos, quos inter se dissidentes invenit, sic pacificavit, ut non potuerit vituperari ministerium eius. Per experimentum duorum istorum cardinalium cognosci potest, quod ecclesia Romana vere assimilatur calatho illi ficorum, quem vidit Ieremias propheta plenum ficorum. Vidit quippe in eo ficus bonas et malas, que bonae bonae valde et quae malae malae *valde, ita ut pre amaritudine comedi non potuerint. Bonas ficus bonas personas dicimus, quales in ecclesia Romana dulci gustu approbavimus. Malas autem personas quasi ficus amaras in ea multiplicatas dolemus, quia propter eas videtur dominus Iesus velle preterire atque negligere navim suam in ista quarta vigilia tempestate nimia imminente, sed principe apostolorum clamante ad ipsum non preteribit eiusque successorem, quem legitimum recognoscet in brachio extento et manu forti apprehendet ac navim suam perducet ad litus aeternae quietis post multam vexationem, quae bonorum discipulorum auditui dabit hunc intellectum, quod non cessabit imminens tempestas, nisi prius esset vel utcumque temperetur iniquitas querens que sua sunt, qua nimis Rome, immo et ubique terrarum abundante iniquitate refrigescit caritas multorum, non tamen omnium, quia novit Dominus non solum in ecclesia Romana, sed et in tota ecclesia, qui sunt eius. Quibus et commanentiam suam promisit dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.*

13. D. Gratias ago Deo, quia timor, quem timebam, non eveniet et quod verebar non accidet. Timui enim perseveraturam tempestatem imminentem usque ad illum Christi adventum, quo iudicaturus est vivos et mortuos et seculum per ignem. Sed nunc, ut ex ewangelicis testimoniis et tua verisimili assertione conitio, priusquam veniat Dominus ad iudicandum, veniet ad mitigandum periculum tempestatis imminentis imperando ventis et mari, ut fiat tranquillitas magna, per quam glorificetur et innotescat ipse Dei esse filius, qui prius putabatur fantasma esse. Sicut enim cessante vento qui erant in navicula venerunt et adoraverunt eum dicentes: *Vere filius Dei es*, et sicut Marcus ait: *Plus magis intra se stupebant*, attoniti videlicet magnitudine tanti miraculi: sic futurum conicimus, ut mitigatis malis imminentibus clarificetur Dei filius

1) *L. IV, c. 5 (Opp. ed. Mabillon I, col. 140)*: Dignum reor ad medium venire factum dulcis memoriae Martini nostri. Nosti hoc; sed an memineris ignoro. Is cardinalis presbyter functus aliquando legatione in Dacia tam pauper remeavit, ut pene expensis et equis deficientibus vix perveniret Florentiam *etc. Ex Bernhardi opere idem exemplum etiam Ioannes Saresb. in Polycratici l. V, c. 15 (Migne, Patrol. lat. t. 199, col. 577) affert.* 2) *Presb. card. S. Clementis. De tempore legationis cf. Chron. reg. Colon. a. 1153 (ed. Waitz p. 89)*: Heinricus Moguntinus archiepiscopus instinctu et voluntate regis depositus est a duobus cardinalibus Gregorio et Bernardo *etc. Cf. Christiani episc. liber de calamitate eccl. Moguntinae c. 5, SS. XXV, p. 241 sq.; Epist. Bernhardi Claraevall. ad illos cardin. duos, Jaffé, Bibl. III, p. 401; V. Arnoldi archiep. Mogunt. ibid. p. 612; Wibaldi Epist. nr. 409, Jaffé I, p. 548; nr. 412, p. 551; nr. 414—417, p. 552 sqq.* 3) *Moguntino.* 4) *Henricum I. aut W[illegible].*

in conspectu omnium, qui sunt in navicula, in sancta videlicet ecclesia, quos inde non separavit imminens scisma.

Non sit tibi de hoc ambigua coniectura, sed fides firma et spes certissima, quod sicut solis ortum prevenit aurora, qua nox fugatur, etiam priusquam sol super terram videatur, sic manifestum Christi adventum precedet quedam claritas consimilis aurorae [*f. 101.] solis ortum *prevenientis contra densissimas tenebras per novissimum Antichristum in [2. Thess. 2, 8.] toto mundo dilatatas, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui. Hec illustratio ipsum Christi adventum creditur preventura et destructura novissimum vigiliae huius ultimae Antichristum, quo destructo in proximo erit dies iudicii.

14. D. Quia de ultimae vigiliae Antichristo non fecisti mentionem, rogo, ut etiam vigiliarum ceterarum designes Antichristos, quos non paucos esse innuit Iohannes apo- [1. Ioh. 2, 18.] stolus dicens: *Et nunc Antichristi multi sunt.* Si ergo ipsius tempore Antichristi multi fuerunt in prima vigilia, non est dubium nunc in ultima vigilia multos esse Antichristos, licet ignoretur, quis eorum sit precipuus, quoadusque reveletur in suo tempore.

M. Revera sicut dicis, multi Antichristi sunt et ante nos fuerunt, quia, ut patrum diffinitione declaratum est, omnis christianus, qui secundum suae professionis normam non vivit aut aliter docet, Antichristus est. Sed inter eos Antichristos, qui ecclesiam persecuti sunt, quadriformis invenitur distinctio iuxta modum quatuor huius noctis vigi- [Matth. 26, 41. Marc. 14, 38.] liarum, in qua monet Dominus vigilandum dicens: *Vigilate et orate, ne intretis in* [ib. 13, 37.] *temptationem.* Item: *Quod uni dico omnibus dico: vigilate.* Sic ad vigilandum commoniti bene vigilaverunt sancti martyres in prima vigilia contra sui temporis Antichristum sive Antichristos multos, idolorum cultores et christianorum tortores, quorum primus et precipuus erat Nero impius et impurus, cui duo precipui vigiles, duo insignissimi testes [cf. Apoc. 11, 4.] duae lucernae ardentes, duae olivae, duo candelabra luce veritatis radiantia, Petrus et [cf. Gal. 2, 11.] Paulus, in faciem restiterunt et in suo certamine palmam martirii Rome perceperunt, suoque sanguine urbem urbium purpuraverunt. Post quos etiam innumeri martires in eodem certamine per orbem terrarum triumphaverunt. In secunda vigilia bene vigilaverunt sancti confessores contra hereticos et scismaticos eorumque defensores mundi [*f. 101'.] huius principes, quorum Iulianus Apostata precipuus *fuit, cui restiterunt in faciem duo testes insignes Iohannes et Paulus. Unde in eorum natali festo non incongrue canit [Apoc. 11, 4.] ecclesia: *Isti sunt duae olivae et duo candelabra lucentia.* Horum constantiam plurimi vigiles imitando hereticosque ac scismaticos expugnando meruerunt coronari, alii per martirium, alii per exilium, alii depauperatione ac spoliatione rerum suarum, alii carceribus usque ad mortem vel mortis periculum diu inclusi, alii a suis ecclesiis exclusi, exclusi et hereticis ecclesias eorum tenentibus expositi ad illudendum et conspuendum vel certe ad interficiendum. In tercia vigilia bene vigilavit sanctus papa Gregorius cum pluribus vigilantiae suae consortibus contra inmundiciam sacerdotum symoniacorum atque neophitorum, ita ut universali enuntiatione diceret[1]: *Quisquis contra symoniacorum heresim et neophitorum pro officii sui loco vehementer non asserit, cum eo se non dubitet habere portionem, a quo prius hoc piaculare flagitium sumpsit exordium.* Si iste vigil in nostro tempore viveret, qui neophitos, id est noviter conversos, a dignitatibus ecclesiasticis arcendos censuit, quid nunc diceret vel ageret contra perversos et numquam conversos, incontinentes, concubinarios manifestos? Ipso quippe asserente, sicut in

1) *Gregorii I. Epist. XII,* 9. *ad Victorem, EE. II, p.* 357; *Jaffé nr.* 1859; *cf. Epist. Widonis ad archiep. Mediol., Libelli de lite I, p.* 5; *Petri Damiani Liber gratissimus c.* 28, *Libelli I, p.* 57; *Humberti cardin. adv. simoniacos I, c.* 13, *ibid. p.* 121; *cf. Liber de simoniacis supra p.* 244.

principio ecclesiae neophitus dicebatur noviter quis ad christianitatem conversus, ita nunc dicitur neophitus noviter quis ad religionem conversus. Cui si apostolo contestante recte negatur quelibet ecclesiastica dignitas, quanto magis neganda est numquam ad religionem converso, sed penitus adhuc perverso? Contra talem vero spiritualis leprae sive carnalis incontinentiae inmundiciam diu a multis vigilibus [illegible] et clamatum est. Verumtamen fex eius nondum est exinanita, de qua bibent omnes peccatores terrae, maxime principes talibus inmundiciis consentientes et eos foventes atque tuentes talesque inmundos ecclesiasticis dignitatibus intrudentes. In quarta vigilia quoniam abundante iniquitate ac refrigescente caritate, non querente que sua sunt, regnat avaricia, querens que sua sunt, caute vigilant beati pauperes spiritu, qui etsi divitiae affluant, nolunt eis cor apponere, sed gaudent in voluntaria paupertate divitias vel non habendo vel, si habent, large atque hilariter eas distribuendo. Talis pauper fuit Petrus apostolus, qui pro se suisque condiscipulis loquens ait confidenter: *Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Qui etiam cum centupla remuneratione in hac vita remuneratus multarum pecuniarum suis pedibus appositarum distributor fuisset, nichilominus permansit pauper voluntarius, ita ut vere dicere possit: *Argentum et aurum non est mihi.* Sic et beatus papa Gregorius vere dictus apostolicus, eo quod apostolorum vestigia fuerit secutus et ipse permansit pauper voluntarius, quia et suas et ecclesiasticas facultates distribuens Deo servientibus et egenis ipse pauper servivit pauperibus.

15. D. Nonne legimus[1], quod ipse licet studiosus pauperum cultor fuerit, militibus tamen Romanis urbem custodientibus contra hostium incursus, cum deficerent stipendia imperialia, ipse interdum largitus est necessaria? Unde scribens ad imperatorem Mauricium conqueritur se factum quasi publicum saccellarium[2].

M. Cur non attendis, quod aliud est agere, aliud pati? Nam quod pauperibus ministravit, actio fuit illi acceptissima; quod vero militibus ministravit, passio illi fuit molestissima neque alio tempore in consuetudine habita, nisi quando urgebat imminens aliqua necessitas. Nunc autem Romani milites tam in pace, quam in gwerra expetunt a noviter constituto papa sua sibi usitata munera[3], que ascendunt ultro quot milia talentorum, atque, ut plura et sepius accipiant, ipsi sibi gwerras excitant, ad quas movendas omnia que poscunt a suo pastore accipiant, quem in talibus exactionibus ultra modum excruciant atque interdum compellunt fugere ab urbe. Quod sanctus papa Gregorius non fecit, quamvis id faciendi habuerit potestatem sequendo et imitando Christum, qui suos concives fugit nec ad eos rediit, donec mortui sunt, qui querebant animam pueri. Vidit quippe ille beatus, quod Romani tunc cives et milites non quesierunt animam eius, immo pro anima ipsius et totius patriae salute morti exposuerunt animas suas. Ita et nunc in scismate imminenti milites, qui stant pro ecclesia, cum sanctis Machabeis merentur glorificari, si tamen hoc facientes non suam, sed Dei gloriam querunt, et hi tales non solum eterna, sed etiam temporali[a] mercede digni sunt. Unde qui vel domnum papam[b] vel domnum nostrum[c] Salzburgensem[4] propter hoc blasphemant, quod eorum hortatu milites catholici contra scismaticos pugnant, adiuti ad hoc stipendiis ecclesiae, temere suos iudices iudicando peccant, non distinguendo, quod aliud est pugnas iniquas excitare, quod sanctus Gregorius numquam fecit, aliud

a) tempolari c. b) *nunc recent. suprascr.* Alexandrum c. c) [illegible] Chunradum c.

1) *Cf. Grat. C. XXIII. qu. 8. c. 18.* 2) *Epist. V, 39 ad Constantinam Augustam, EE. I. p. 328; cf. supra p. 454.* 3) *Cf. De investig. Antichr. I. c. 19* [illegible] 4) *Conradum.*

pugnis iniquis iam contra iusticiam suscitatis ecclesiam defendere, quod maxime decet cf. Rom. 8, 4. fieri per iudices ordinatos legaliter, qui non sine causa gladium portant. Verum cum idem ipsi non Christo, sed spiritali Antiocho antichristo famulantes civitatem Ierusalem, cf. 2. Mach. 4. videlicet sanctam ecclesiam, impugnant, sacerdotium venale habentes et hoc suis Iasoni- ib. 14. bus, Alcimis, Menelais tradentes, per quos multa illicita fiunt, ad profanandum sanctum Dei templum, tunc necessarii sunt Machabeorum consimiles milites iniquitati huic obsistentes. Talibus contra hostes fidei dimicantibus Alexander papa II.[1] ita scribit: *Omni timore ac terrore deposito contra inimicos sanctae fidei et adversarios omnium religionum viriliter agere studete.* Idem principibus Francorum scismati obsistentibus ait[2]: *Omnium vestrum nosse volumus caritatem, quoniam quisquis, quod non optantes dicimus, in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi celestia minime negabuntur. Norit*[3] *enim omnipotens, si quislibet vestrorum morietur, quod pro veritate fidei et salvatione patriae ac defensione christianorum mortuus est. Ideo ab eo pretitulatum premium consequetur.* Ambrosius de officiis libro primo[4]: *Fortitudo, que vel in bello tuetur a barbaris patriam vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena iusticiae est.* Puto, quod iste sanctus experimento doctus fuit, iustum esse contra legitimas *f. 106. etiam potestates iniuste principantes vel potius tyrannizantes *aliquando a fidelibus defendi infirmos. Sic enim ipse cum regina Iustina fautrix Arrianorum quasi per legitimam potestatem persequeretur ipsum, volens eum in exilium relegare, defensus a civibus Mediolanensibus in hoc ipso laudabilibus non prohibuit[5] se defendi, orans et pro suis defensoribus et pro suis persecutoribus illis cupiens victoriam, istis penitentiam.

16. D. Non me penitet movisse istam questionem de sancto Gregorio, quia eius exemplo videntur posse defendi, qui facultatibus ecclesiasticis interdum iuvant et pascunt milites ecclesiae fideles dimicantes contra eius hostes infidelibus deteriores. 1. Tim. 5, 8. Nam cum is, qui suorum et maxime domesticorum curam non habet, apostolo iudicante sit infideli deterior, multo magis qui scismati consentiens matrem suam ecclesiam impugnat, fidem negavit et est infideli deterior.

M. Bene vigilas in ista quarta vigilia noctis, cum necessarium perspicis ecclesiae a timore nocturno illam defendi etiam per excubias militares, uti nuper et nos defensi sumus et adhuc defendi necessarium habemus[6] contra nocturnos incendiarios arbitrantes in hoc obsequium se prestare domno imperatori, si me persequendo ecclesiam nostram et claustrum ei coherens vastarent incendio[7] vel per violentiam diurno vel per fraudem nocturno. Quod nos minime placere domno imperatori credimus, cum principes ei familiarissimi duces[8] et comites hoc ipsum detestando mandaverint suis militibus, ut non defendant a talibus et nocturnis fraudibus et diurnis incursibus. Istis interdum pro nobis vigilantibus et laborantibus, quid mirum, si eis victualia prebuimus,

1) *Immo Leo IV; cf. 'Neues Archiv' V, p.* 388; *Coll. Brit. Leonis IV. epist.* 28; *Ivo Panorm. VIII, c.* 30; *Grat. C. XXIII, qu.* 8, *c.* 9; *Jaffé nr.* 2642. 2) *Ibid., Grat. C. XXIII, qu.* 5, *c.* 46. 3) *Ibid., Grat. C. XXIII, qu.* 8, *c.* 9. 4) *C.* 27, § 127, *Opp. ed. Bened. II, col.* 34. 5) *V. Ambrosii c.* 12, *Opp. ed. Ballerinii VI (Mediolani* 1883*), col.* 890; *cf. idem exemplum apud Hugonem Floriac. I, c.* 4, *Libelli II, p.* 471; *Bonizonem, Lib. I, p.* 576. 619; *cf. Hugo Flav. Chron. SS. VIII, p.* 302. 6) *Cf. epistolas Heinrici ducis Bawariorum et Saxonum et Eberhardi episcopi Babenberg. Ann. Reichersberg. ad a.* 1166, *SS. XVII, p.* 475. *Invasum est tum praedium ecclesiae Richersberg. VI. Kal. Nov.* 7) *Ann. Reichersberg. a.* 1167. *l. l.:* Heinricus, filius Erchenberti de Petra, locum Richerspergensem et vicina predia eiusdem ecclesiae nocturno igne devastavit et concremavit hostiliter tribus vicibus, id est XV. Kal. et VII. Kal. atque VIII. Idus Mai. 8) *Praecipue, ut videtur, Heinricus dux Bavariae, quem supra diximus.*

que de iure hospitalitatis parati sumus pro posse inimicis quoque offerre iuxta illud: *Si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit potum da illi.* Nolumus enim vinci a malo, ita ut malum pro malo reddamus ei, sed vincere in bono malum, reddendo ei pro malo bonum, ac sic provocando illum ad bonum. Ad quod si non provocatur, bonum est illi, si a malo, quod *intendit, prepediatur. Sic Paulus apostolus preveniens insidias contra se intentatas obtinuit a tribuno milites armatos viae suae conductores, non suis inimicis malum intendendo, sed suae saluti providendo, ne is, cui Christus vivere erat et mori lucrum, stulte moriendo aut inconsulte vivendo amitteret lucrum. Huc accedit, quod longe aliud est prepedire malum, ne fiat, atque aliud iam factum vindicare. Horum unum Pauli exemplo mihi licet, aliud eiusdem Pauli exemplo mihi, cum sim clericus, non licet. Nam et ipse, ne malum in se fieret, caute previdit, et malum in se commissum non vindicavit. Providit sibi militiam contra malitiam sibi se sciente intentatam a Iudeis, a quibus tamen alias virgis cesus et multa mala passus non expetiit vindictam. Sic et nos ab inimicis ledi cavemus, quantum Deo donante possumus, attamen ab eis iam plurimum lesi vindictam non exposcimus, immo eis veram penitentiam et indulgentiam precibus assiduis optamus. Ille autem, qui dicit: *Mihi vindicta et ego retribuam*, sua misericordia provideat, quod et illis et nobis expediat ad salutem vitae presentis et futurae. Desinant igitur nobis detrahere, qui nos in eo culpant, quod malum, ne fieret, prohibuimus et adhuc Deo favente libenter prohibemus; neque tamen hoc faciendo ulli hominum aliquid mali intendimus. Quod si hostes Dei et nostri, Deo iudicante, inciderent aliquid mali vel dampni, sibi hoc imputent, non nobis, quia ego in negotio cum illis habito sine iniquitate cucurri et direxi. Unde quod in psalmo sequitur, non diffido ex Dei misericordia mihi convenire dicendum: *Exurge in occursum meum et vide et tu, domine Deus, virtutum Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes* et cetera usque in finem psalmi, vero David principaliter et cuilibet pauperi eius preces ad ipsum contra suos inimicos fundenti secundario attitulati.

Rom. 12, 20. *f. 106. Rom. 12, 19. Ps. 58, 6.

17. D. Necessaria nobis est ista excusatio nostre conscientiae propter eos, qui putant nos inimicis nostris inimicos esse. Sed his iam quasi per excursum dictis revertere ad *explicandum, quod incepisti de quarta vigilia noctis huius, in qua laboramus, quia ventus adhuc nobis est contrarius. *f. 107.

M. Verum dicis, unde necessaria nobis est ammonitio Petri apostoli dicentis: *Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut fur, aut maledicus aut alienorum appetitor. Si autem ut christianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine, quia tempus est, ut iudicium incipiat de domo Domini.* Caveat ergo sibi domnus papa, ne sit alienorum nimius appetitor, appetendo scilicet, ut mundanas dignitates quasi beneficia sua[1] pro velle suo distribuat vel officia seu negotia secularia suo nomini aliena per se gerat, quae antiquos antecessores suos gessisse non legitur, quanquam hoc illis videatur indultum in privilegio Constantini, cuius utique multi successores habuerunt potestatem in urbe dominandi, quamquam ille dicat in privilegio suo, quod *ubi[2] principatus sacerdocii et christianae religionis caput ab imperatore celesti constitutum est, iustum non sit, ut illic terrenus imperator habeat potestatem.* Attamen quam potestative imperatores catholici, ut hereticos et tirannos pretermittam, dominati sunt in urbe simul et in orbe, sive monarchiam inter se dividentes sive indivisam tenentes, gesta regum et epistolae Romanorum pontificum testantur, quae tamen pontificali sedis apostolicae dignitati

1. Petr. 4, 15–17.

1) *Cf. Epist. Hadriani IV. ad Fridericum I. imp. Vesontione oblatam a.* 1157 *apud Rahewin. Gesta Friderici III. c.* 9; *Giesebrecht, 'Gesch. der D. Kaiserzeit'* V, *p.* 123. 2) *Constitutum Constantini* § 18. *ed. Zeumer p.* 58.

minime adversantur, cum imperatores et Romani pontifices invicem se honore prevenirent, neque sese dissensionibus mutuo impedirent. Iterum opto, ut imperator terrenus caveat sibi, ne et ipse sit alienorum appetitor: ponendi seu deponendi episcopos [Gen. 2, 7.] affectando potestatem, quod omnino est alienum ab illo. Sicut[1] enim primus Adam primo de limo terrae legitur formatus et postea, Deo insufflante illi spiraculum vitae, animatus atque animantibus cunctis ad dominandum prelatus: sic imperator vel rex primo est a populo vel exercitu creandus tanquam de limo terrae, ac postea principi- [*f. 107'.] bus vel omnibus vel melioribus *in eius principatu coadunatis per benedictionem sacerdotalem quasi per spiraculum vitae animandus, vivificandus et sanctificandus est. In quo notandum, quia non prius quod spiritale, sed quod animale fuit, videlicet corpus animale[a] prius erat, cui postea spiritus vitae insufflatus est. At vero secundus Adam [Ps. 109, 1.] prius fuit in spiritu, in quo et David vocavit eum dominum, dicens: *Dixit Dominus domino meo, sede*[b] *a dextris meis*, quam in corpore servilis formae, qua humiliatus [Matth. 20, 28.] venit non ministrari, sed ministrare. Sic et Romanus pontifex vel quilibet episcopus prius est in spiritu promovendus per cleri electionem ac legitimam consecrationem, postea tanquam formandus in corpore cum assensu honoratorum honoretur ab imperatore vel rege, per eius conniventiam tenens regalia suae pridem ecclesiae collata[2], non quasi nova beneficia novo electo conferenda[3], cum sint antiquitus ab ecclesia, utpote ab imperatoribus ecclesiae non personis concessa nec propter personarum offensas ecclesiae auferenda, que talia possidet iure humano simul et divino[4]. Humano utpote [Ps. 23, 1.] a regibus vel imperatoribus collata; divino quoniam *Domini est terra et plenitudo eius.* Quod igitur gemino iure possedit et possidet ecclesia, non debet postulari quasi novum aut personale beneficium, pro quo tamquam iure beneficiario posset exigi novum et maxime indebitum obsequium. Quod si ab electo contra ius exigitur, iure ab illo denegatur, neque tamen ecclesia sua possessione privanda est, maxime cum tale quid exigitur, quod Deus prohibet, sicut in imminenti scismate ab episcopis et electis exigitur, ut is qui papa non est, pro papa teneatur[c. 5]. Cum enim tam ex humano, quam ex divino iure constet, quod viciis presidentium non mutantur iura sedium quodque culpa personae deputari non debet in dampnum ecclesiae: multo minus virtus et iusticia personae resistentis iniusticiae debet ecclesiae nocere in aliquo dampno, maxime cum tali exactioni resistitur, cui exactioni qui acquiescunt scismatici fiunt, qui vero [*f. 108.] resistunt, spoliantur et nudantur non solum bonis regalibus, sed etiam liberis *fidelium oblationibus. Huic violentiae qui resistunt orando et res ecclesiae conservando laudandi sunt cum Laurentio, sed hostes eorum caveant, ne arguantur cum Decio. Teneat ergo episcopus ecclesiae sibi commissae data regalia, salva sui ordinis et officii libertate, que non debet secularibus negotiis implicari aut serviliter subiugari. Unde actenus antiqua consuetudine servata est ista cautela, ut episcopi fidelitatem regibus vel im-

a) vel animabile *suprascr. c.* b) s. a. d. m. *c.* c) non ten.; non *linea del. c.*

1) *Similem comparationem v. in Libro de novitatibus huius temporis c.* 13, *supra p.* 297. 2) *Cf. De novitatibus huius temporis ad Adrianum IV. papam supra p.* 296: De his enim cum alii contendant ecclesiis eadem occasione talium periclitantibus auferenda, alii vero ea semel ecclesiis collata in usus earum tenenda *etc.* 3) *Ut Wido Ferrariensis Lib. I. p.* 564. *censet.* 4) *Dicta videntur ob negationem regalium archiepiscopo Salisburgensi Chunrado ab imperatore Friderico factam. SCH. Cf. Ann. Reichersberg. a.* 1167 *(SS. XVII, p.* 471*):* Qui bis eodem anno ad imperatorem fratruelem suum veniens Papiam et Babinberch pro regalibus ab eo suscipiendis, utraque vice absque regalibus ab eo dimissus est, quia Paschalem recipere nolebat. 5) *Cf. Ann. Reichersberg. a.* 1164.

peratoribus iurantes annecterent, salva sui officii vel ordinis integritate. Quod ergo suum est recognoscatur imperatori et exinde salvo Dei timore atque honore honoretur secundum quod scriptum est: *Deum timete, regem honorificate.* Quod vero ab illis non habetur, omnino est alienum caveat sibi usurpare, ne, si contra doctrinam Petri est alienorum appetitor, dum appetit inconcessa, mereatur perdere concessa. Unde ait sanctus Ambrosius[1]: *Allegatur imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo: Noli gravare te, imperator, ut putes te in ea que divina sunt, imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed, si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est enim: Que cesaris cesari, que Dei Deo. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesie. Publicorum*[a] *tibi menium ius commissum est, non sacrorum.* Cum hec ita se habeant, si quisque suis terminis et modis contentus non esset alienorum appetitor, in hac vigilia quarta fieret discretio magna, ut quidam versificans ait[2]:

Querit apostolicus regem depellere regno;
Rex furit [e]contra papatum tollere papae.
Si foret in medio, qui litem rumpere posset,
Sic, ut rex regnum, papatum papa teneret,
Inter utrumque malum fieret discretio magna.

Quis est autem qui hanc litem rumpere posset, nisi dominus Iesus in navicula Petri veniat et mare totum per ventum avariciae commotum suo imperio compescens hunc ultimum Antichristum suae presentiae illustratione destruat, qui non incongrue dicitur avarus, quomodo primae vigiliae Antichristus dici potest cruentus propter cedes martyrum, quorum sanguine velut alter Pharao suffocatus est, quibusdam tirannis propter sanguinem sanctorum dampnatis et tanquam in mari submersis, quibusdam vero, quorum Constantinus imperator fuit precipuus, per sanguinis Christi sacramentum in baptismo purificatis. Porro secundae vigiliae Antichristus recte dicitur fraudulentus propter fraudes hereticorum illi *adherentium et propter fraudulentiam Iuliani Apostatae atque idolatrae, qui ut alter Nabuchodonosor consultans magos, ariolos et maleficos contra christianos eiectus est ab hominibus et cum bestiis deputatus, immo et totus hereticorum cetus cum suis capitaneis per sententiam excommunicationis est ab ecclesia separatus et cum demonibus deputatus. Quod vero idem Nabuchodonosor, postquam sensus humanus ei redditus est, receptus est in regnum suum, significavit rem tunc futuram, sed nunc preteritam, ut videlicet multi ab heresibus resipiscentes et Christum regem altisssimum confitentes reciperentur. Reliquis in perfidia sua dampnatis et in societatem bestiarum deputatis, de quibus dicitur: *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.* Tercie vero vigiliae Antichristus nominari potest inmundus, quia in eo impletum cognoscitur quod scriptum est: *Ut qui in sordibus est, sordescat adhuc,* et hic velut alter Balthasar coinquinans vasa Deo sacrata et gratiam Domini transferens in luxuriam cum suis convivis et concubinis inter epulas luxoriosas iudicatus est regno ipsius diviso. Sicut enim regnum Balthasar divisum fuit ac traditum est Medis et Persis, ita inmundus iste Antichristus divisus invenitur, cum de membris eius coinquinatis maxime per incontinentiam Deo sacratarum personarum quedam per penitentiam purificata sunt, quedam in sua immundicia permanserunt. Cum rei simile fuit, quod vasa sancta in convivio Balthasar coinquinata et postea in regnum Persarum et Medorum translata partim reportata sunt in Ierusalem, partim non. Cyro enim rege Persarum relaxante captivitatem Iudeorum quidam ex eis cum Iesu magno sacerdote ac Zorobabel duce

a Publicarum tibi rerum . . . sanctarum *supra p.* 144.

1 *Epist.* 20, § 19. *Opp. III. col.* 857; *cf. De edificio Dei supra p.* 144. 2 *Cf. hos versus Lib. de lite II. p.* 172.

in Ierusalem redierunt, quidam non, et hi ipsi, qui redierunt, multa purificatione in- [Zach. 3, 3.] diguerunt, quoniam et ipse Iesus sacerdos magnus erat sordidis vestibus indutus, qui- [ib. 6, 11.] bus ablatis ab eo mutatoriis mundis indutus et aureis coronis ornatus legitur. Que mutatio sancto Ieronimo interpretante[1] significat ornamentum verae penitentiae, cuius religiosis exercitiis in vigiliis, in ieiuniis, in multa patientia, in caritate non ficta contexuntur mutatoria munda et fabricantur coronae signo sanctitatis expressae, quasi de [Rom. 10, 10. *f. 109.] auro puro, dum corde creditur ad iusticiam et quasi de argento per ignem *examinato ac purgato septuplum, dum ore confessio fit ad salutem et ipsorum penitentium et ipsorum exemplis proficientium. Talibus coronis ornatur caput magni sacerdotis domini nostri Iesu Christi, quoniam ad ipsius gloriam spectat, quod multi salvantur per penitentiam, qui non possunt salvari per innocentiam.

18. D. Quoniam trium vigiliarum Antichristos cruentum, fraudulentum et inmundum et eorum preambulos Pharaonem, Nabuchodonosor et Balthasar prenotasti, velim lucidius insinuari causas, cur istos magis, quam alios tirannos in hac preambulatione presignaveris.

M. Quam fuerit cruentus Pharao, quamque similis fuerit Herodi primo Domini nostri persecutori, non est ignoratum. In illo diabolus serpens antiquus prelusit contra [Gen. 22, 18.] populum Dei sciens Abrahae promissum semen illud benedictum, de quo dictum est [ib. 3, 15.] ad ipsum in paradiso: *Ponam inimicicias inter te et mulierem et semen tuum et semen illius.* Semen serpentis est mendacium, quod in Antichristis omnibus et maxime in [Ps. 84, 12.] ultimo Antichristo regnabit. Semen vero mulieris est veritas, que de terra orta est, quia Christus de Maria natus est, que de stirpe Abrahae descendit. Hoc tantum bonum prepedire volens ille serpens antiquus persecutus est genus Abrahae primo in Pharaone, [Ex. 1, 16.] qui precepit masculos Hebreorum occidi, hoc intendens, ut quasi trunco generis Abrahae succiso, de quo egressura erat virga florem Christum paritura, veritas Dei promittentis falsificaretur, cum non superesset genus, unde Christus nasceretur. Hoc idem et in [Dan. 2, 2.] ceteris tirannis Nabuchodonosor et Balthasar intenderat, quorum alter magos, ariolos, aruspices et maleficos legitur consuluisse pugnaturus contra genus Abrahae, in quibus [cf. Ioh. 8, 44.] pater mendacii contra veritatem de Abrahae filia nascituram sibilavit; alter vero immundiciis cum suis concubinis vacando et vasa Deo sacrata contaminando atque generi Abrahae sic turpiter dominans, quasi numquam relaxanda esset eius captivitas de regno suo, ut ille putabat sempiterno vel eterno, quoniam sic salutari solitum fuit regibus [ib. 6, 21.] illius regni, ut diceretur cuique illorum: *Rex in eternum vive.* Sic, inquam, dominando et luxuriando conabatur diabolo suadente generi Abrahae apud se captivo tollere fidem [*f. 109'.] ac *spem reversionis in terram promissionis, ubi Christus de stirpe Abrahae fuit nasciturus iuxta vaticinia prophetarum. Sed inter epulas et potationes principibus, uxoribus [Dan. 5, 5.] et concubinis eius magnifice ac luxuriose preparatas vidit ipse rex iam temulentus in pariete articulos manus, qua describebatur eius regnum tunc illa nocte ab eo tollendum [ib. 28.] et dividendum atque tradendum Persis ac Medis. Similiter iam nato illo semine bene- [Matth. 2, 16.] dicto rex Herodes, quasi alter Pharao, masculos infantes occidendo, agitante se diabolo, seminis illius antiquo inimico, voluit inter ipsos infantes perdere Christum iam natum, cuius in Pharaone item per neces masculorum infantum voluerat prepedire nativitatem. Sic incepta contra Christum crudelitas homicidalis in imperio Romano, cuius Herodes minister fuit, usque ad augustum Constantinum perseveravit, quo ad fidem Christi converso et in aquis baptismi velut in mari rubro sanctificato per sanguinis dominici sacramentum salubriter merso aliisque tirannis partim conversis, ut ipse Constantinus,

1) *Comm. in Zachariam l. I. II, Opp. ed. Vallarsius t. VI, col.* 802. 828, *sed verba non consentiunt.*

partim in infernum dimersis, ut Nero, Decius, Valerianus aliique tales, cruentus Antichristus de medio factus est iuxta illud apostoli: *Qui tenet teneat, donec de medio fiat*. Quod exponente beato Augustino[1] potest intelligi dictum de cruento Romano imperio. Tunc in urbe Roma velut in altera Babylonia surrexit fraudulentus Antichristus in Constantio, Constantini filio, ac post illum in Iuliano Apostata et aliis hereticorum fautoribus impugnantibus callide fidei catholicae sinceritatem tanquam altero Nabuchodonosor cum hereticis quasi cum ariolis, maleficis et aruspicibus consultando adversus Dominum et adversus christum eius. Et hic fraudulentus Antichristus regnum tenuit in secunda Babylonia Roma, donec de medio fieret, eiectus videlicet de medio ecclesiae per excommunicationes multas in multis conciliis hereticos omnes, Arrium, Sabellium, Fotinum, Macedonium, Nestorium, Euticeten, Dioscorum, Paulum Samosatenum aliosque illorum consimiles excommunicantibus, ecclesiamque universalem in fide recta roborantibus et multimodas hereticorum fraudes dampnantibus. Quorum quicunque resipuerunt et cum Nabuchodonosor ferina forma et bovina fatuitate deposita redierunt ad ecclesiam confidendo altissimum dominum nostrum Christum Iesum dominari super omnia, salvari meruerunt, reliqui vero perierunt. Sic sic fraudulentus Antichristus de medio ecclesiae sublatus pacem reliquit fidelibus quasi hora media silentium tenentibus et quiescentibus. Quia ergo in pace licuit vivere, libuit quoque multos ambire atque cum principibus luxuriosis antiquo Balthasar consimilibus convivari et super sanctos cives Ierusalem dominari et gloriari, eo quod sacra vasa, videlicet sacramenta ecclesiae, in eorum fuerint potestate, de quibus et ipsi biberunt et suis concubinis propinaverunt, quoniam ecclesiae, quas per ambitionem optinuerunt, in parte consentientium concubinae, sed in parte non consentientium talibus quasi uxores fuerunt. Qui vero aperte eis contradixerunt ipsi utique inmundi huius Antichristi persecutionem senserunt. Horum precipui fuerunt Romani pontifices contra symoniacas ambitiones et clericorum incontinentiam aliasque morum corruptiones viriliter certantes, inter quos velut sidera splendida emicuerunt Gregorius I. et Gregorius VII[a], et cum illo Urbanus papa II. Qui duo testes, duae lucernae, duo candelabra contra talem Antichristum stantes ab illo persecutionem passi et in exilium fugati sunt. Hec dicta de inmundo Antichristo nunc sufficiant, quoniam alias inde plenius disseruimus ad nostri temporis Romanos pontifices Innocentium, Lucium, Eugenium, Adrianum et novissime ad papam Alexandrum[2]. Abhinc videtur esse conflictus contra ultimum Antichristum nimis avarum. Contra quem si legitime certabitur, ita ut primo in urbe, deinde in orbe avaricia impugnetur et in quantum fieri potest expugnetur, corona aurea expressa signo sanctitatis in imminenti persecutione multis tribulationum malleis legitime certanti fabricatur, qua non coronabitur nisi qui legitime certaverit contra hunc ultimum Antichristum, cuius facies etsi nondum revelata cognoscatur, tamen iam misterium iniquitatis abundante ubique iniquitate avariciae, querentis non tantum que sua sunt, sed etiam que aliena sunt, dum et laici clericalia et clerici laicalia lucra impudenter ambiunt, refrigescente caritate non querente que sua sunt. Que cum in multis refrigescat, saltem ut in paucis ignescat, oremus dicentes:

Nunc[3] sancte nobis Spiritus,
Unum cum Patre[b] et Filio.

a) VI c. b) *sequentes versus in cod. abbreviati sunt:* P. et F. c.

1) *De civit. Dei l. XX. c.* 19. § 3. *Opp. VII. col.* 597. 2) *Cf. supra c.* 7. [illegible] 21. 3) *S. Ambrosii hymnus; ed. Migne, Patrol. lat. t.* 17. *col.* 1222; *Daniel, Thesaurus* [illegible] *I* (*Halis* 1841), *p.* 50 *sq.; cf. Chevalier, Repertorium hymnolog. II. p.* 71.

Dignare[a] *promptus ingeri*[b]
Nostro[c] *refusus pectori.*
Os lingua, mens, sensus[d] *vigor*
Confessionem personent,
Flammescat igne caritas,
Accendat ardor proximos.
Praesta[e], *Pater piissime,*
Patrique compar unice,
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne saeculum. Amen.

19. D. Ut videtur, tu vis in hac oratione assertionem de quarta vigilia claudere, sed rogo, ut adhuc paululum inde loquaris insinuando, quis antiquorum tirannorum fuerit ipsius quarti Antichristi preambulus, ut Pharao primum, Nabuchodonosor secundum, Balthasar tercium preambulaverunt Antichristum.

M. De rebus ac temporibus iam preteritis per certas hystorias notificatis certum quid loqui potuimus, verum de futuris magis coniectando quam asserendo loqui possumus, ut ante nos legimus coniectatum. Multi quippe autumant[f], quod Antiochus Epifanes ultimi Antichristi preambulus fuerit, quod perinde satis est credibile, quia ille
cf. 1. Macch. 1, 23. 57. ultra modum cupidus et avarus templum Domini, quod, cum adhuc sancta civitas habi-
2. Macch. 5, 16. taretur in omni pace a Seleuco rege Asiae aliisque regibus ditatum et ornatum fuit, sic spoliavit ac profanavit, ut per eum compleretur hystorialiter quod precinuerat
Ps. 78, 1. sanctus David dicens: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam*[g], *polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam* et cetera lamentabilia, de
cf. 2. Macch. 4, 7 sq. quibus non est modo dicendum per singula, cum in libris Machabeorum satis inveniatur, quanta in loco sancto steterit abhominatio desolationis, cum et ipsum templum plenum fuerit scortantium et altare sanctum per illicita sacrificia coinquinatum, quando et sanctus ignis legitimi tunc sacrificii, qui per LXX annos Babylonicae captivitatis sub aqua vixerat, est extinctus Antiocho rege Iasoni vendente sacerdotium. Hoc significat Augustino asserente ignem sancti Spiritus symoniacis non lucere sacramentis. Item idem beatus ait[1]: *Qui Ioseph emerat eunuchus fuit. Ita is qui gratiam sancti Spiritus mercatur vivum semen non habet siccis genitalibus.* Idem: *Si non vis corrigi, sed amas et amplecteris peccata tua contrarius es Christo. Intus sis foris sis, contrarius es Christo. Intus sis foris sis, Antichristus es. Intus sis foris sis, palea es. Omnes enim heretici,*
*f. 111. *omnes scismatici* **ex nobis exierunt, id est ex ecclesia exeunt, sed non exirent, si ex nobis essent antequam exirent.* Ex talium numerositate nimis abundante in ultimis temporibus ultimus Antichristus, quasi alter Antiochus invalescet contra paucos electos. Machabeorum similes, sed idem ipsi licet pauci adversus ipsum prevalebunt auxiliante illis Christo, qui hunc Antichristum sine manu conteret, sicut etiam Antiochus per Macha-
2. Macch. 9, 5. beos aliquantulum humiliatus tandem plaga insanabili a Deo legitur percussus, ita ut per singula momenta doloribus viscerum eius augmentum capientibus voto se obligaret
ib. 17. se *Iudeum futurum et terras peragraturum ac nomen Dei predicaturum. Iustum est,* in-
ib. 12. quit, *mortalem non paria Deo sentire.* Sic plagatus et humiliatus ille impius preostendit in semetipso formam plagae, qua humiliandus est ultimus Antichristus, quem dominus
2. Thess. 2, 8. Iesus interficiet spiritu oris sui et destruet illustratione adventus sui. Sicut enim tunc appropinquante primo adventu Christi in illo preambulo Antichristi serpens antiquus

a) D. c. b) ing. c. c) N. r. f. p. c. d) s. u. conf. ps. f. i. c. a. c. e) Pra pat p. p. qu [illegible] c. cum s. p. r. p. o. s. c. f) autummant c. g) t. p. t. s. t. p. i. in p. c. *abbrev.* c.

1) *Epist.* 185. *ad Bonifacium* § 50, *Opp. II, col.* 663.

iam tunc magnus draco factus crudelius quam antea populum, de quo Christus nasciturus expectabatur, vexavit ac templum, in quo erat cum hostiis presentandus, magis quam antea fedavit, spoliavit, profanavit, ne adimpleretur promissio, qua dictum erat: *Statim veniet ad templum suum dominator*[a], *quem vos queritis*, cum ipsum templum suis spurciciis pollutum iam non suum, sed diaboli videretur esse templum, sic etiam nunc appropinquante vel iam cito imminente secundo adventu ipsius Christi, quo idem ille draco mittendus est in abyssum in ultimo Antichristo crudelissime debachatur contra sanctam ecclesiam, que vivum Dei templum est, in qua et ipse Christus cottidie immolatur ac Patri suo misterialiter offertur. In quo nimirum Dei templo per interdicta sacrificia symoniacorum et Nycolaitarum polluto iuxta illud: *Deus, venerunt gentes in habitationem*[b] *tuam, polluerunt templum sanctum tuum*, cum se in ultimo Antichristo plus omnibus antecedentibus Antichristis avaro, tamquam sit Deus, ostentat, immo etiam extollitur super omne quod dicitur Deus aut quod colitur, utique ad hoc nititur, ut Deus per symoniam et Dei ministrorum inpudiciciam offensus dicat eisdem ministris non iam sibi, sed mammone aut Beelphegor in domo Domini famulantibus: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*, sicut regnante Antiocho eius preambulo immundissimo et avarissimo domus Dei deserta fuit in civitate Ierusalem tunc vastata. Sed confidimus in Dei clementia, quod, sicut per sanctos Machabeos et eorum fideles coadiutores domus Dei a spurciciis idolorum tunc fuit purificata, ita ut facies templi coronis aureis ornaretur et altari destructo, quod a gentibus pollutum fuerat, altare novum dedicaretur, quo dedicato facta est leticia magna in populo: ita nunc, priusquam veniat Dominus manifesto adventu, ecclesia Dei a spurciciis inmundiciae ac symoniae sic purificetur et quasi coronis aureis ornetur, ut fiat leticia magna in populo christiano Antichristo ultimo destructo per dominici adventus illustrationem, que sicut aurora solis ortum sic prevenire credenda est ipsum Dominum iudicaturum. Qui enim tunc magna fecit in Israel dans victoriam populo suo, ipse quoque nunc potens est magna facere in populo suo contra populum Antichristi, sicut nuper audivimus[1] Rome accidisse, ubi, cum in unum convenissent adversus Dominum et adversus christum eius principes multi cum domno imperatore scismaticorum fautore atque tunc episcopi scismatici cum ipsius scismatis capitaneo Gwidone, Octaviani successore, perfecissent quae voluerunt, imperatricem[2] presente imperatore coronando et eius intrusos consecrando, immo potius execrando, repente ira Dei super ipsos terribiliter veniens occidit pingues eorum et electos eorum impedivit. Nam plurimi[3] eorum subitanea morte interierunt et reliqui cum sui confusione abierunt, manifeste ostendente Deo, quod in predicti Gwidonis benedictione maledixerat illis Deus, qui de talibus dicit: *Maledicam benedictionibus vestris*. Ecce sic maledicetur populus Antichristi triumphante iusticia in populo Dei.

20. D. Distingue, queso, lucidius populum Dei a populo Antichristi.

M. Iam dudum psalmista hos duos populos distinxit dicens: *Quorum os locutum est vanitatem*, illi beatum dixerunt populum, cui hec sunt *videlicet promtuaria plena eructantia ex hoc in illud, oves fetosae, boves crassae* ac cetera quibus enumeratis insinuatur felicitas temporalis in diviciis vel male habitis vel male concupitis. Hunc populum beatum dixerunt, hi quorum os locutum est vanitatem. Sed hi, quorum os loquitur veritatem, sicut ego David, meum sentiunt et dicunt: *Beatus populus, cuius dominus Deus eius. Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.*

a) *postea ut videtur in marg. suppl. c.* b) h. t. p. t. s. t. *add. c.*

1 *Anno* 1167. *Iul. et Aug.; cf. Ann. Reichersberg. ad a.* 1167, SS. *XVII*, 489. 2 *Beatricem.* 3 *Rainoldus archiep. Colon., Eberhardus electus Ratisbon.,* [illegible] *multique nobiles.*

quod non est aliud, quam ipse Deus, quem qui habebit, omnia in ipso bona habebit. [*f. 112. Matth. 5, 4.] *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* *Quam terram nisi illam, de qua scrip- [Ioh. 6, 19-21.] tum est in Iohanne de quarta vigilia tractante: *Cum remigassent*, ait, *quasi stadia XXV aut triginta, vident Iesum ambulantem super mare et proximum navi fieri et timuerunt. Ille autem dicit eis: 'Ego sum, nolite timere'. Voluerunt ergo accipere eum in navi et* [Matth. 5, 3.4.] *statim fuit navis ad terram qua ibant.* Beati ergo pauperes et mites, pauperem et mitem dominum in suae mentis navem recipere volentes, quoniam illo recepto statim quiescet ventus quantumlibet contrarius, quantumlibet validus et navis perveniet ad terram sanctam, terram solidam, terram stabilitatis eternae.

21. D. Quid significant stadia XXV aut triginta vel quomodo potest utrumque verum esse?

M. Littora maris, ut nosti, sinuosa sunt et habent linguas in mare porrectas, unde spacium, quod distat a litore, non equaliter distat ex omni parte. Sensus vero misticus est hic: Non omnes, qui peccando elongantur a solido littore iusticiae, peccant equaliter, quia quidam peccant in opere, quod est quasi XXV stadiis aberrasse, quia quinarius quadratus, videlicet quinquies quinque significat opus bonum, opus quadratum V sensuum bono usu peractum. Quidam vero peccant errando in fide, quod est quasi XXX stadiis elongasse. Ad utrosque peccatores dignatur Dominus mare calcans longe seu longius vento contrario abactos a litore venire illisque subvenire, si tamen permanserint in Petri navicula, in sancta videlicet ecclesia Petro commissa, dicente ad [Ioh. 21, 15-17.] eum Domino: *Petre, amas me, pasce agnos et oves meas.* Qui ergo de navicula Petri exierunt neque sunt in grege agnorum vel ovium Petro commissarum, scilicet heretici ac scismatici et omnes anathematizati, omnes videlicet, qui non amant dominum Iesum, quos omnes apostolus anathematizat, frustra sperant salutem, quia non habent Salvatorem, qui suis discipulis in navicula sua laborantibus in ista quarta vigilia noctis propicius veniet eisque clementer et potenter subveniet sanando per veram penitentiam peccata eorum sive in opere sive in fide per fragilitatem vel ignorantiam commissa, [*f. 112'.] etiamsi adeo contra *fidem peccaverunt, ut quasi per XXX stadia sint requirendi et [Matth. 14, 31.] de modica fide arguendi, ut Petrus, cui dictum est: *Modicae fidei, quare dubitasti?* [ib. 15, 28.] Modica fides arguitur, magna laudatur ut illic: *O mulier magna est fides tua!* Perfidia [Ioh. 14, 6.] damnatur, si correpta non emendatur, maxime ubi Christus, qui veritas est, putatur fantasma esse. O quanta fantasmata finguntur contra veritatem, que est Christus, in scolis discolis per indisciplinatas questiones[1] et contentiosas disputationes aliis affirmantibus cum Fotino, quod homo assumptus in Deum non sit vere aut essentialiter Deus, sed solo habitu, et Deus non sit homo essentialiter, sed solo habitu, eo quod et homo Deum et Deus hominem in se habeat. Aliis cum Nestorio propter geminam eius naturam personam quoque geminantibus, quasi alter sit filius hominis, quem virgo genuerit, alter filius Dei, quem Pater eternus genuerit, cum sit unus idemque Dei et hominis filius naturalis, non adoptivus, non alter et alter, sed aliter et aliter genitus, eternaliter scilicet ante secula, temporaliter in seculo. Alii vero propter unam Christi personam cum Euticete ac Dioscoro fingunt unam solummodo eius esse naturam, cum sit ipse Gygas geminae substantiae in unitate personae. Item aliqui cum Bonoso heresiarcha fingunt hominem assumptum Dei adoptivum filium, sicut ceteri sancti, qui cum [cf. Ps. 50, 7. Eph. 2, 3.] fuissent in peccatis concepti ac proinde filii irae, postea sunt ab ira liberati atque in filios Dei adoptati. Non vacat nunc omnia eorum fantasmata commemorare, neque hoc est necessarium, cum sepius a sanctis patribus confutata sint et nos alibi ad sedem apostolicam scripta mittendo, quedam confutando bonum responsum acceperimus a

1 *Cf. Ann. Reichersberg. ad a.* 1164. *l. l. p.* 471: et omnino interdixit omnes tropos et indisciplinatas questiones in theologia *etc.*; *cf. supra p.* 505.

Romanis pontificibus Innocentio, Celestino, Lucio, Eugenio ac novissime ab Alexandro[1]. Ipsius quoque veritatis contra huiusmodi fantasticos audiamus verbum breve, sed consummans et consummatum. Cum enim vidisset[a] discipulos suos in estimatione fantasmatis conturbatos, ait illis: 'Confidete', *ego sum, nolite timere*. Ego, inquit, sum, non, ut 'vos putatis inane fantasma, sed vera substantia et solida tam in mea humanitate, quam in mea divinitate, verus homo, verus Deus, totus filius Dei verus, totus filius hominis verus, totus omnipotens imperator venti et maris, unde in me confidite et nolite timere, quia me presente neque mare, neque venti, neque seculum, neque frigidus ventus aquilo diabolus, neque ulla creatura poterit vos perdere; tantummodo in me Salvatorem confidite, quia ego sum Iesus. Huic omnes et singuli dicamus: 'Veni, domine Iesu, veni ad naviculam tuam sanctam ecclesiam in hac vigilia quarta gravissime periclitantem. Veni, Domine, dominans in medio inimicorum tuorum pseudosacerdotum in domo tua negotiantium et latrocinantium atque principum sub nomine christiano tirannizantium. Veni, salvator Iesu, salutem operans in medio terrae, in medio scilicet ecclesiae, inter regnum et sacerdocium faciens pacem. Veni pius ad salvandum per spiritum pietatis, antequam venias ad iudicandum per spiritum timoris et fortitudinis, ut te salvante sine timore de manu inimicorum liberati serviamus tibi in sanctitate et iusticia coram te omnibus diebus nostris. Fiat, fiat. Amen, amen.

D. Impleat Dominus peticiones tuas et omne bonum desiderium pauperum suorum exaudiat, ita ut revelato et destructo novissimo Antichristo nobis nichil desit in ulla gratia expectantibus revelationem domini nostri Iesu Christi, cui una cum Patre ac sancto Spiritu paraclito laus, honor, virtus, gloria, salus et victoria, decus et imperium in secula seculorum. Amen.

a) videsset c.

1 *Cf.* c. 7, 18.

DIALOGUS DE PONTIFICATU SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE.

EDIDIT

H. BOEHMER.

In codice Monacensi membr. lat. 17184 *(Scheftl.* 184*)* [1] *parvus extat libellus duabus manibus saec. XII ex. modo nigro, modo rubro atramento non sine mendis scriptus, cui primus eum editurus titulo vacante Dialogum de pontificatu sanctae Romanae ecclesiae inscripsi, cum et maximam partem talem exhiberet Dialogum et in ipso codice ubi Dialogus incipit verba* D. d. p. s. R. ę. *littera initiali essent insignita. Quem Dialogum post concilium a.* 1162. *Sept.* 7. *in ecclesia sancti Iohannis Losnensis habitum, quod ibi 'nuper' celebratum dicitur, sed ante concilium magnum Turonense (a.* 1163. *Mai.* 19*), cuius decreta auctorem, si novisset, commemorare oporteret, a.* 1162 *ex. vel a.* 1163 *in. compositum esse patet. Ubi autem et a quo confectus sit, memoriae non proditur, sed est, cur eum Rahewino, praeclarissimo Gestorum Friderici continuatori, tunc temporis in ecclesia collegiata s. Viti Frisingensi commoranti addicam. Quod cum iam fusius in annalibus nostris exposuerim* [2]*, hoc loco gravissima tantummodo argumenta breviter repetere mihi liceat.*

1. *Ac primum quidem libelli auctor ter easdem epistolas ad verbum laudavit, quas Rahewinus Gestis suis inserendas duxit, videlicet epist. Alexandri III. ad clerum, episcopum, doctores Bononienses datam, Rah. IV,* 61 *(*51*), epist. cardinalium Victorinorum, Rah. IV,* 62 *(*52*) epist. cleri ecclesiae Romanae s. Petri ad Fridericum I. datam, IV,* 76 *(*66*). Unde eum aut Rahewinum ipsum fuisse aut saltem Gesta illius lectitasse collegi.*

2. *Huc accedit, quod, sicuti Rahewinus de discordia a.* 1158. *inter Fridericum I. et Adrianum IV. exorta necnon de schismate a.* 1159. *commoto propriam sententiam ferre veretur, sed* [3] saepius lectorem *hortatur,* ut in his factis ad disquirendam veritatem non sua dicta consulat, *litteras et scripta utriusque partis inseruit,* quibus quisque innisus has controversias decidere possit, *ita noster quoque auctor pro hac vel illa parte apertis verbis agere nolens* non tam quod ipse sentit quam et alii quos super hoc verbo consuluit [4], *exponere studet.* Neque *enim — etsi eis,* qui neutrius introitum probant [5], *non assentitur, —* ego in tantum, *inquit,* presumo [6], ut vel illum vel istum leonem vel draconem appellem, sed velut organum factus multarum quas audivi sententiarum recitator potius quam propriae positionis assertor existo.

1) *Cf. Catalogus Bibl. regiae Monac. IV,* 3, *p.* 85. 2) *'N. Arch.' XXI, p.* 635—666. 3) *Gesta IV,* 75. *ed. Waitz p.* 254. 4) *Cf. infra p.* 528, *l.* 20. 5) *Cf. infra p.* 530, *l.* 25. 6) *Cf. ibidem l.* 26.

Propterea, sicut Rahewinus utriusque epistolis insertis et Alexandrum et Victorem suam quemque causam agentem fecit, ita noster quoque Dialogi formam [illegible], quia per se quisque proferre possit[1], *epistolis partim ad verbum allegatis, utrumque [illegible] ac ne in fine quidem libelli, licet* forma iudicii, *quam instituit* [illegible], ut *qui iudicis officio functus* partes suas pro dirimenda lite interponeret[2]. *[illegible] servato, animi sui sententiam certis verbis aperuit.*

3. *Iam vero eadem varia lectione noster aliis illius aetatis scriptoribus [illegible], qua Rahewinus. Novit et laudavit uterque, etsi argumentum [illegible] Dialogo, ius civile Romanum, decretum Gratiani*[3], *Sallustium, [illegible], Horatium, Lucanum, Senecam, Sidonium Apollinarem, e quibus [illegible] Sidonius [illegible] quia rarissime tunc legerentur, sententiae nostrae confirmandae iam sufficere videtur. At [illegible] eos quidem libros, qui in solo Dialogo laudantur, Rahewino incognitos [illegible] est. An putamus Ottonis Frisingensis episcopi notarium et familiarem Ottonis Chronicam ignorasse vel Pseudo-Boethii de Trinitate opus, quippe quod eius patronus tam diligenter tractasset et laudarisset? Quid? quod bis in Gestis et in libello [illegible] verbum allegatur. 1) Instit. IIII. 18. 3. 4: 2) verba cuiusdam scriptoris grammatici vel rhetorici: Rah. IV. 52. p. 231:* ut huius negotii tractatus perpetua seu continua decurrat oratione. *Dial.*[4]: ut lege oratorum disceptatio tua perpetua decurrat oratione.

4. *Quae cum ita sint, non casu evenisse opinor, ut libellus publici iuris [illegible], ut ait auctor, faciendus in uno tantummodo codice monasterii Schäftlariensis [illegible] servatus sit, cuius canonicis, dioecesi Frisingensi, Rahewini patriae, adscriptis, [illegible] Rahewini patrono, maxime dilectis et adiutis*[5], *Rahewinum tum temporis usum fuisse aliquot documentis satis superque probatur.*

5. *Ac ne dicendi quidem genus, in utroque libro adhibitum, quamvis valde argumenta dissentiant paucaque propter auctoritatem [illegible] atque [illegible] ipsi auctori tribuenda, quae proposuimus [illegible] nos vetat. Neque enim [illegible] formare aut locutionum usu Gesta et libellus, quoad ea comparare licet, tantum inter se differunt, ut non unum, sed duos auctores iure suspiceris. Accedit, quod in utroque [illegible] eaedem figurae occurrunt eademque allegandi, ut ita dicam, cupiditas conspicitur, unde evenit, ut in utroque longe plus quam dimidia pars aliorum locis enuntiatisque contineatur. Alii autem Salisburgensis provinciae scriptores tum florentes, in quibus auct[illegible] randum esse constat, ut brevi lectione patet, sermone a nostro Dialogo prorsus [illegible] usi sunt.*

6. *Neque vero ea quae scriptor noster initio libelli de se ipso protulit, a tali [illegible] ietura abhorrent. Ex eo enim, quod sibi libello evulgato pericula immi[illegible] in regno Friderici I. eum degisse [illegible]. Quod autem [illegible] tum dicit, non male quadrare videtur in Rahewini condicionem, quippe qui tunc Fri[illegible] aut diaconatu aut praepositura ecclesiae exiguae functus sit.*

7. *At dixerit quis, qui fieri potuerit, ut idem scriptor a.* 1160. *[illegible] Fridericum I. summis laudibus efferret, a.* 1162. *exeunte vel* 1163. *in. clandestino licet [illegible] Alexandro III, illius inimicissimo, faveret et auxiliaretur. Esto! Rahewinum [illegible] annis postquam Gesta confecit, ad alteram partem secessisse concedamus! At [illegible] causa opus esset miratu, praesertim cum tota dioecesis, tota provincia, tota pa[illegible] regni, ubi versabatur, iamdiu ab Alexandro staret, duce Eberhardo [illegible] sino archiepiscopo Rahewini patrono amatissimoque [illegible]*

1) Cf. infra p. 530, l. 33. 2) Cf. infra p. 545 [illegible] 3) [illegible] 668. 4) Cf. infra p. 531 [illegible] 5) [illegible] der [illegible] 187[illegible]

scriptor Dialogi apertis verbis nunquam, occulto suo more semel tantum offendit[1], *sed ne tunc quidem durius vehementiusque quam Rahewinus in Gestis*[2]. *Neque enim imperatori, sed papae tantummodo imperiali adversatur. Quid? quod ne in Gestis quidem usquam Victoris IV. causa agitur. Immo, si nondum ex animi sui sententia Eberhardum secutus Alexandri partibus totum se dediderat, at certe Victori Rahewinus tunc non adhaesit, sed etsi paululum cunctatus iamiam Alexandrinis animo erat propensior. Ergo nihil prorsus est, quod coniecturam supra propositam reiciamus.*

Cui vero hoc opusculum Rahewinus dedicaverit, a quo provocatus composuerit, explorare non potui. Id solum constat clericum illum fuisse dioecesis Frisingensis vel provinciae Salisburgensis. Sed utrum praepositus canonicusve Scheftlariensis an episcopus fuerit, ut fusius in annalibus nostris[3] *exposui, diiudicari nequit.*

Codicem in usum nostrum exscripsit Berolini a. 1892. *W. Gundlach quondam socius noster. Locorum, quos auctor allegavit, quosdam v. cl. Dümmler, quosdam J. Dieterich, quosdam sodalis noster P. de Winterfeld exploravit. Cetera mea sunt.*

Berolini a. 1896. *Aug.* 2. *HENRICUS BOEHMER.*

*f. 118. *Petivit[a] a me vestra dilecta mihi dilectio, quatenus de ancipiti huius temporis statu et bicipiti papatu quid sentiam, scripto vobis denunciem. Haec autem inquisitio talis est, acsi molendinum aquam petat a furno[4]. Sed ne mihi temptatura videatur, sinceritas inquirentis opinari dehortatur. Faciam itaque, quod petitis, et, quid non tam ego sentiam, quam et alii, quos super hoc verbo consului, quam brevius potero absolvam, postulans, ut iuxta Boetium[5] hoc ipsum, quod dico, solis mihi vobisque colloquatur, quamvis, etsi in lucem venerit, in humili positus flabra ventorum despicio,
cf. 1. Cor. 4, 3. pro minimo habens ab humano die iudicari. Habet enim preter alia bona etiam libertatem suam paupertas[6]:

Nec vixit male qui natus moriensque fefellit[7].

De papis itaque locuturus, illud primo considerandum invenio, quod sicut in re ipsa, ita et in vocabulo quiddam monstruosum occurrit et novum. Quemadmodum enim in aliis, ita et in orationibus se habet. Siquidem cum inter predicabilia quedam sint communia multis actu pariter et natura, quedam natura et [non][b] actu, accedit quiddam antiquitati de moderni temporis novitate, quod papa de pluribus enunciatur actu, natura vero minime[8]. Longe tamen aliter quam ea, quae de pluribus equivoce pronunciantur[9]. Nam equivoca saltem de uno aliquo pronunciantur nomine et ratione, istud vero cum nomine de pluribus, rationem suam dubium si vel uni hoc tempore
*f. 118'. accommodet[c]. De duobus igitur, ut *minus Romane loquar, papis tractatum instituens,

a) *primae quaeque litterae cuiusque enuntiati in codice rubro colore insignitae sunt.* b) *deest c.; e sententia enuntiati particulam negativam supplendam esse elucet.* c) *hoc enuntiatum ita intellegendum videtur:* istud vero (*sc. equivocum*) cum nomine de pluribus (*suppl. pronuncietur*), dubium, si rationem suam vel uni hoc tempore accommodet.

1) *Cf. infra p.* 540, *n.* 5. 2) *Cf. 'N. Arch.' XXI, p.* 659. 3) *L. l. p.* 665. 4) *Sententia ut videtur ab auctore aliunde sumpta, sed nescio unde.* 5) *Pseudo-Boethius de trinitate l. IV (Opera Boethii, Basileae* 1570*) prologus p.* 1120: ut haec mihi tantum vobisque — colloquantur. 6) *Cf. Seneca Ep.* 17, 6. 7) *Hor. Ep. I,* 17, 10. 8) *Cf. quod de hoc loco exposui 'N. Arch.' XXI, p.* 636. *et* 643. 9) *Quid sit aequivocum, docet Boethius comm. in categ. Aristot. l. I. de Aequivocis, Migne LXIV, col.* 163 *sqq.:* Aequivoca dicuntur, quorum solum nomen commune est, secundum nomen vero substantiae ratio diversa.

ad maius declaramentum a divisione incipiendum videtur. Tribus enim modis res declarari solent: diffinitione, divisione, exemplorum subpositione. Inter eos itaque qui se papam vocari volunt, aut ambo participant termino [illegible] et re, aut neuter, aut alter termino simul et re, alter termino solo et non re. Singulum [illegible] huius divisionis membrum ad se asserendum suas affert allegationes, et [illegible] que sunt vel que videntur[1], cuique eorum quandam probabilitatem [illegible]. Primum ergo propositę divisionis membrum absolvendum assumamus.

1) Quod ambo sint, quod dicuntur, putare vel [illegible] catholica religione prohibemur. Nempe sicut una est columba, una formosa, una [illegible] lata virgo et mater ęcclesia, sic unus et unicus eius sponsus [illegible], cuius gerunt vicem in terris Petrus et Petri successores. [illegible] solus vicarius Christi, successor Petri estimatur. Ceteri pastores [illegible] ecclesiarum formam tenent apostolorum seu discipulorum Domini, vocati in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis[2]. Unde beatus Ciprianus in libro de unitate[3]: *Ecclesia Domini luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit. Unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur*[d]. *Ra[illegible] in universam terram extendit, rivos suos latius pandit, unum tamen caput est et una origo [illegible] et una mater fecunditatis successibus copiosa.* Origenes[4]: *[illegible]*. Item Ciprianus[5]: *Factus est*, inquit, *Cornelius episcopus, cum nemo ant[illegible] Fabiani locus, id est cum locus Petri et gradus cathedre sacerdotalis vacaret. Quo occupato, quisque*[e] *iam episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ęcclesię non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, multum de se licet iactans, plurimum sibi vendicans, profanus est, alienus est, hostis est. Et cum post primum secundus esse non possit, quisque*[e] *post unum, qui solus esse debet, factus est, iam non secundus ille, sed nullus est.* Hęc Ciprianus. Merito autem ad monadem omnia referuntur, cum a monade[6] surgant omnia: ipse enim finis, qui et principium, ipse α et ω, cuius monitu arca Noe in cubito consummatur; ipse stipes candelabri medius, a quo tria hinc inde hastilia porriguntur, eique uni inherent omnes, quos sub unius regimine pastoris unus grex continet, uniusque se custodie ovilis septa concludunt. In naturalibus quoque nulla singulari forma plura subiecta inveniuntur uno et eodem tempore participare. Inpossibile est ergo ambos nomine simul et re participare.

2) Quod vero neuter eorum[f], licet grave sit dicere, non desunt tamen, qui in hac parte suam fundaverint opinionem. Obiciunt enim alteri violentiam violenter irrupti papatus, alteri irreverentiam latenter et per conspirationem surrepti[7]. Unde aiunt neutrum ascendisse per hostium, ideoque alterum fugiendum, alterum cavendum, cum voce dominica dicatur: *Qui non intrat per hostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Ioh. [illegible]
Leo in aperto, draco ex insidiis et in occulto, uterque ab ęcclesia conculcandus denunciatur, ubi dicitur: *Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et dr[aconem].* [illegible]

a) [illegible] b) [illegible] c) [illegible] d) separatur [illegible] e) quisque pro quisquis [illegible] N. Arch. XXV p. 671 [illegible] f) [illegible]

1) Sc. rationes. 2) Cf. Leonis I. ep. 14, Opp. ed. Baller. I, col. 68; Grat. Decr. C. 3, qu. 6, c. 8; cf. Greg. IV epist. Grat. Decr. C. 2, qu. 6, c. 11. 3) c. 5, p. 214 ed. Hartel; Grat. Decr. C. 24, qu. 1, c. 18. 4) Non inveni. 5) Ep. 55, c. 8, p. 629 ed. Hartel; Grat. Decr. C. 7, qu. 1, c. 5; paucis omissis vel mutatis. 6) [illegible] tatemque commutatam sequens usque concludunt auctor composuit [illegible]. Cf. Macrob. Commentar. in somn. Scip. I, c. 6, § 8. 7) Cf. Gerh. de investig. Antichr. I, c. 50, supra p. 368 et c. 73, supra p. 394; N. Archiv XXV, p. 646 sq.

Beatus quoque Ciprianus, sacerdotem Domini utroque vitio volens esse purum et purgatum, ait inter cetera[1]: *Tunc deinde post episcopatum non ambitum*[a], *non extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, voluntate susceptum* et cetera. Ubicumque ergo duo hec vitia affuerint, — non dico, quod hic fuerint, — indubitanter canonicam atque catho- 1162. Sept. 7. licam impediunt electionem, pariter et ordinationem. In concilio vel potius curia nuper[2] in Bisuntina diocesi celebrata, cum et dominus imperator et suus papa rexque Datię[3] ac totus conventus episcoporum consedissent, quidam clericus veteranus, ęcclesię beati Petri Rome decanus[b, 4], magna se et utilia spondens dicturum, silentium postulavit, et cum tanta promissione sua universos reddidisset adtentos, altius ordiens, multos scismaticos et causas scismatis, superbiam videlicet et avaritiam Romanorum, longe retro revolvens recitavit, tandemque post longum sermonem ita exempla sua et similitudines adaptavit, ut diceret: 'Sic accidit etiam tempore istorum duorum *f. 120. invasorum'. Quę vox, universorum auribus *excepta, quibusdam risum movit; nonnullis in spiritu locutus fuisse visus est. Alii, indignatione moti, ulterius sermocinandi sibi facultatem precluserunt. Ibidem etiam quidam dignitate episcopus, religione[c] Cisterciensis monachus[5], sermone habito, dixit: 'Iudicium huius negotii iudicium Sale- cf. 3. Reg. 3, 16. monis sua difficultate exuperat. Illic enim duabus contendentibus de filio[6], cum falsa ib. 26. mater diceret: *Nec mihi nec tibi sit, sed dividatur,* vera mater, maternę compunctionis viscera super filio continere non valens, malensque filium suum sub aliena matre ib. vivere quam perire, dixit: *Obsecro, date huic infantem vivum, et nolite occidere eum.* Istic autem, cum audiam utrumque de prole contendere et maternum seu paternum nomen pertinaciter affectare, maternam tamen compassionem, iactis immisericorditer hinc inde excommunicationum spiculis super filiis ęcclesię, neutrum habere, querenda mihi adhuc vera mater videtur. In dubia siquidem causa certam dare sententiam temerarium est et incautum'. Hęc illi, non ego, qui neutrius introitum probant. Nec enim ego in tantum presumo, ut vel istum vel illum leonem vel draconem appellem; sed, velut organum factus, multarum quas audivi sententiarum recitator potius quam proprię positionis assertor existo.

(3). Expeditis qualitercumque duobus ramis propositę questionis, superest ostendere, quis alter duorum papatus nomine simul et re, quisve nomine tantum[d] et *f. 120'. non re participare *credatur. Sed quia negotium hoc altum est et iudicium meę parvitatis multiformiter excedit, tropo prosopeię utens, ipsis disputationem committo, ut, dialogo quodam utentes, uterque suam partem, prout poterit, tueri laboret. Victori partes actoris tribuimus, hac videlicet ratione, quod sicut asserunt, dignitatem papatus sive iuste sive iniuste prior visus est et animo et corpore possedisse — *nam*[7] *animo solo nemo possessionem adipiscitur* — a qua per iniuriam sine interventu iudicialis arbitrii Alexander eum pellere culpatur. Rei locum tenet Alexander. Ut tamen noveritis reum hoc loco nequaquam a reatu dici. Reus enim dicitur alias a reatu, alias ad

a) exambitum *Cypr.* b) Decanus romanus *in marg. al. man. addit.* c) monachus *in marg. eadem manu, quam modo commemoravimus, addit.* d) tm *c.*

1) *Epist.* 55. *c.* 9, *p.* 630. *ed. Hartel.* 2) *A.* 1162. *Sept.* 7. *in villa s. Iohannis Losnensis (St. Jean de Losne) celebrato; cf. Reuter, 'Alexander III.' p.* 218—225. 3) *Waldemarus I* (1157—1182). 4) *Idem, ut videtur, Petrus Christianus, qui a.* 1160. *mense Februario concilio Papiensi interfuit. Cf. Rahew. Gesta Friderici IV, c.* 76. 77. *ed. Waitz p.* 254—258. 5) *Quis fuerit, nescimus. Nullum enim eorum episcoporum, qui diplomati a.* 1162. *Sept.* 7. *ipsa die concilii clero Genevensi dato subscripserunt, cf. Spon, 'Histoire de Genève' II, p.* 32. 46. *Cisterciensem fuisse constat.* 6) *Cf. Gerh. l. l. c.* 55, *supra p.* 363. 7) *Instit. IV,* 15, 5.

actoris differentiam. Interdum autem et cuicumque rei implicitur, ut ibi: *Duobus reis separatim stipulantibus, ita promissor respondeat.* Sed ut forma iudicii legitime constituatur, in qua actus trium ad minus personarum expetitur, scilicet actoris intendentis, rei intentionem devitantis, iudicis in medio cognoscentis, ego perpendens cum Ypocrate tempus acutum, experimentum fallax, iudicium difficile[2]:

Iudicii tanti libram concedo Tonanti[3].

Amodo itaque audietis personam Victoris dicentem et Alexandri respondentem.

De pontificatu sanctę Romanę ecclesię actari[5].

Victor. Ad quem[4] tu iniuriose surrepere conaris: cum per canonicam tantum electionem tamquam per hostium perveniatur, primo de ipsa videamus, quomodo legitime fieri possit. Erit utique, ni fallar, canonica, si hęc tria in ea conveniant, videlicet auctoritas eligentium, idoneitas personę eligendę et titulus vacantis kathedrę. Haec omnia si in nostra electione in unum convenisse monstrare poterimus, ni fallor, propositum tenemus.

Alexander. In exordio tuę disceptationis te arguo, litigator inprobe, ea fretus invectione, qua serpenti de muliere dicitur, *ipsa conteret caput tuum*, et David humili superbum gigantem in fronte percussisse legitur. Ut enim lege oratorum disceptatio tua perpetua decurrat oratione[a], memorialis cellę angustia non patitur: Quę si nimis oneretur, oblivione subrepente effluet aliquid, quod discussum ad cognitionem totius causę non parvum momentum existeret. Vis audire fraudem? Cum enumerare debueras omnia illa, sine quibus canonica electio esse non potest, tu velut argutus sophista iota illud, quod tibi maxime damnosum futurum sciebas, tacuisti, et sic proposito fraudem intulisti.

Victor. Quidnam est hoc? Explica! et si refellere non potero, redargutum me fatebor.

Alexander. Plura adhuc exigit electio, ut rata possit esse et canonica, quę sunt: auctoritas, libertas, vacans dignitas, petitio populi, vota civium, assensus honoratorum. E quibus si unum quodlibet defuerit, non solum inlegitima, sed et damnosa et inutilis esse iudicabitur.

Victor. Si disciplinis scolasticis ad plenum imbutus esses, huic dicto nostro non tam facile calumniam necteres. Ubi enim dixi 'auctoritas', satis erat, cum in auctoritate intelligatur pariter libertas, nec[6] umquam sit autenticum, quod non plene fuerit liberum. Nugari siquidem esset quodammodo, si separarem unum ab alio, quorum alterum intelligitur in altero, ut patet in exemplo tali. Putas: est concupiscentia delectationis? Hęc autem est appetitus delectationis. Est ergo concupiscentia delectatio delectationis.

Alexander. Falleris. Non ubicumque unum intelligitur in altero, consequens est, ut pertineat ad nugari, si quis unum proferat cum altero. Animal enim in homine intelligitur, et tamen nugari non dicetur, si quis dicet hominem animal esse. Evidenter autem ostendam, quod in hac enumeratione alind agit auctoritas, aliud libertas. Aucto-

a) l. c. [illegible] tui [illegible].

1) *Instit.* III, 16. 2) *Aphor. sect. I, aph.* 1, [illegible] 3) *Cf.* [illegible] *inter Urban. et Clement. c.* 61 (*Lib. de lite* II, *p.* 171): Iudicii tanti libram concedo [illegible]. 4) *Scil. ad pontificatum.* 5) *Simillima verba, ut supra ostendi, exhibet Rahew. l. l.* IV, 52. *Quo unde sumpta sint, explorare nequivi; cf. 'N. Arch.' XXI, p.* 653. 6) *D*[illegible] *eiusdem auctoris, quod tamen non inveni.*

ritas est, ut sint electores, quorum interest eligere. Libertas, ut qualiter convenit, id est, ut sine coactione et metu.

Victor. Ne inutili contentione tempus teratur, — illud[1] enim ubi sacramento calumnia arcetur inhiberi dinoscitur, ne videlicet causa afferendę morę quisquam litem protrahat nec calumniandi animo quicquam dicat, sed estimando se bonam causam habere, et quia bona se uti instantia putat, — concedo de hoc. Reliqua vero ita admitto, ut sint non quasi de substantia rei, sed de numero accidentium; comites sint, non preduces. *Docendus est enim populus, non sequendus*[2].

f. 122r. Alexander. *Ubi est ergo regula ęcclesiastica, quę ait[3]: *Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec ab ęcclesiasticis sunt electi, nec a plebibus expetiti?* Unde Celestinus papa[4]: *Cleri plebisque consensus et desiderium requiratur.* Et Leo primus[5]: *Vota civium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum in ordinationibus sacerdotum constituantur.* Et infra[6]: *Per pacem et quietem sacerdotes, qui futuri sunt, postulentur. Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis conventus*[a] *et plebis.*

Victor. Ego contentiosis defensionibus, ut prefatus sum, in hac parte uti nolo, fretus, quod electio mea cleri auctoritate suffulta, peticione populi postulata, honoratorum testimonio, consensu imperatoris per suos legatos adhibito, confirmata est et roborata.

Alexander. Mirum, si te non pudet dicere, quę falsa patent et lippis[7] et tonsoribus[b]. Clerus tuus extitit, ut risum moveam, per illud initium philosophi[c]. 'Unus, duo, tres'[8], vix decima portio eorum, quorum intererat, et qui eligendi haberent auctoritatem, nisi forte appelles clerum tuum pseudoclericos illos et pseudocanonicos ęcclesię beati Petri eorumque similes, circumcelliones[9] et girovagos[10]. Peticio populi tui non fuit populi Romani, sed violentia castellanorum tuorum et temerarię multitudinis, quam tu promissionibus et, ut asserunt, largitione pecunię contra sanctorum
f. 122v. patrum[d] *statuta collegisti. Si testimonio honoratorum suffultus es, ostende Centios[11]

a) *ita c.*; consensus *Leo. quod ad sententiam melius quadrat.* b) et tonsor *in loco raso in c.*; tons *rubro colore pictum.* c) phi *c.* d) *abhinc altera manus scribere incipit.*

1) *Cf. Instit. IV,* 16: De poena temere litigantium. *Unde noster non solum sententiam, sed etiam partim verba sumpsit.* 2) *Ex Coelestini I. pap. ep.* 5. *ad episcop. Apul. et Cal. c.* 3 (*Schoenemann p.* 768); *Grat. Decr. Dist.* 62, *c.* 2. 3) *Leonis I. ep.* 167, *inquis. I. ad Rusticum Narbonensem episcopum, Opp. ed. Ballerini I, col.* 1420; *Hinschius p.* 616; *Jaffé* 544; *Grat. Decr. Dist.* 62, *c.* 1. 4) *Coelestini I. ep.* 4, *c.* 5; *Schoenemann p.* 765; *Hinschius p.* 560; *Jaffé nr.* 369; *Grat. Decr. Dist.* 61, *c.* 13. 5) *Leonis I. ep.* 10, *c.* 4. *ad episcópos per provinciam Viennensem constitutos, Opp. ed. Ballerini I, col.* 637. 6) *Ibid. c.* 6, *Opp. col.* 639. *Et verba sub nr.* 4. *et verba sub nr.* 5. *laudata ex Grat. Decr. Dist.* 63, *c.* 27. *sumpta esse videntur.* 7) *Cf. Hor. Sat. I,* 7, 3. opinor

Omnibus et lippis notum, et tonsoribus esse;

qui versus in proverbium abiit. 8) *A tribus tantummodo cardinalibus Victorem electum esse Alexandrini asserebant; cf. Rahew. Gesta Frid. c.* 61, *p.* 238. *et Gerh. l. l. c.* 53. *supra p.* 360. 9) *Cf. de his Augustin. enarr. in ps.* 132, § 3, *Opp. IV,* 2, *col.* 1485: circumcelliones dicti sunt, quia circum cellas vagantur; solent enim ire hac illac nusquam habentes sedes; *cf. Isidor. de off. ecclesiast. lib. II, c.* 16, § 7. 10) *Cf. de his Regul. S. Benedicti* § 1. *ed. Wölfflin p.* 8: Quartum genus est monachorum quod nominatur gyrovagum, qui tota vita sua per diversas provincias ternis aut quaternis diebus per diversorum cellas hospitantur semper vagi, numquam stabiles et propriis voluptatibus et gulae inlecebris servientes. 11) *Genus nobile Cenciorum Alexandri partibus favisse hoc solo loco compertum habemus.*

tuos et Fraiapan[a][1] nobilissimos Romanorum viros [illegible], qui [illegible] talibus casibus ab unitate catholicę ęcclesię divisi sunt. [illegible] eis, sed vel inquilinos in urbe vel eos, qui semper [illegible] vel per alios, vitii sui consentaneos[b] in ęcclesia Romana [illegible] sensum preter imperatoris. In quo puncto, si [illegible].

V[ictor]. Aperte te nunc calumpniari [illegible] Romanorum pontificum sanctionibus obviare, quibus constitutum est, ut in electionibus summi pontificis aut personaliter assit princeps orbis et urbis, [illegible] torum presentia celebretur electio, imperatorie maiestatis auctoritate roboranda. Quod si secus hoc presumptum erit, quod factum fuerit, irritum habeatur et vacuum.

A[lexander]. Verum quidem est, quod *pro*[3] *scismaticorum et hereti*[illegible] *sensionibus, quibus*[d] *nonnumquam ęcclesia Dei concussa periclitabatur et legibu*[illegible] *morum imperatorum frequenter* muniebatur, *representabatur principibus electio ponti*[illegible] *ut eorum auctoritate roboraretur*, [illegible] Sed [illegible] *imperatores quandoque*[e] [illegible] *distribuentium* vel potius *exterminantium esse voluerunt*, novis morbis novę medicine antidotum opportunum[f] est et *sanctorum patrum statuta* [4]*contra eos prodierunt* et [illegible] *semet electioni non insererent, et quisquis eorum suffragio ęcclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur.* Unde[5] et ipsi imperatores privilegiis[g] talibus et scriptis contra ius[h] elicitis renuntiasse inveniuntur. Bene[i] ergo feceris pro te inducens, quod solum tibi, etiam si cetera taceantur, peremptorium est et ad damnationem tuam sufficiens allegatio.

V[ictor]. Parum[6] est in eloquio humano, quod subverti non possit, et fere nihil tam generale[l], quod exceptionem non admittat. Paucitatem eorum qui me elegerunt cardinalium mihi obicis. Sed ut taceam illud vulgare quo dicitur: *ea pars maior que sanior*[7], audi euangelium: *Si duo de vobis*, ait Dominus, *convenerint in terra de omni re, quecumque petieritis, contingent vobis a patre meo. Ubicumque enim duo vel III collecti fuerint in nomine meo, ego cum eis sum.* Cyprianus super hunc locum[8]: *Ostendit non multitudini, sed unanimitati deprecantium plurimum tribui.* Numerum ternarium derides. Non sine obprobrio et[m] contumelia sanctę Trinitatis. Paucitatem, inquam, meorum cardinalium calumpniaris. Sed queso: Humanum genus[n] instituit creator primo in pluribus an in paucis? Octo tantum animę de toto mundo in arca salvatę sunt, per quas post diluvium orbis perditus restauratur. De toto mundo[o] XII tantum

a) traiapan [illegible]. b) *superscribens atramento rubro corr. manus prior* ex consentaneos [illegible]. d) q[illegible]. e) qnq; [illegible]. f) opportunum, por *in loco raso*. g) *supersc. corr. manus prior* ex privilegi[illegible]. h) *supersc. corr. eadem manus* ex uis. i) Bn [illegible]. k) [illegible] *in loco raso*. l) gnale [illegible]. m) *supersc.* [illegible]. n) gns [illegible]. o) *add. in marg. manus prior.*

1) *Cf. Bosonis card. V. Alex. III. Liber Pontif. ed. Duchesne II, p.* 398 *sq.* O[illegible] *Frangepane duce populus Romanus Alexandrum in munitionem* [illegible] *Petr*[illegible]. [illegible] *Frangipanum domus postea, cum Roma a Friderico I. obsideretur, papae* [illegible] *p.* 116. 2) *Cf. Boetius de cons. phil. II, prosa II, c.* 72 *p.* 46. [illegible] *Iam tandem, inquit, intellegis me esse philosophum? Tum ille nimium inardens: Intellexeram, inquit, si tacuisses.* [illegible] *proverbium abiit.* 3) *Cf. dictum Grat. Decr. Dist.* 63, *c.* 27. 4) *Dictum Grat.* [illegible] *Dist.* 63, *c.* 28, *paucis mutatis.* 5) *Cf. idem dictum Grat.* 6) *Cf.* [illegible] 50, [illegible] 17, *l.* 202: Omnis definitio in iure civili periculosa est: parum est enim, ut non subverti posset. 7) *Proverbium. Idem Octaviani sectatores Gerh. l. l. c.* 54, *supra p.* 363 [illegible]. 8) *De unitate eccl. c.* 12. *Opp. ed. Hartel p.* 220; *cf. Grat. Decr.* [illegible] 24, [illegible] 1, *c.* 19.

patriarche[1] eliguntur, per binos tantum, videlicet Moisen et Aaron, filii Israel de ser-
[illegible] vitute[a] Pharaonis educuntur[b]. Apud aquas probati pauci assumuntur, per quos multi,
[illegible] Gedeone *duce, salvarentur. Et, ut breviter dicam, per quos mundus ad fidem Christi
Matth. 22, 14. vocatus est, XII tantummodo extiterunt, et ad ultimum: *Multi vocati, pauci vero*
[illegible] *electi*, et multę paleę ignibus exurende, pauca grana in horreo recondenda. Hinc
etiam quidam sapiens[2]:

Numquam se cura deorum
Sic premit, ut plebis morti plebisque saluti
Fata vacent; procerum motus hec cuncta secuntur:
Humanum paucis vivit genus.

A[lexander]. Profluis in verbis et presumptionibus parum aut nihil ad rem attinentibus[c].

V[ictor][d]. Sine[e] paulisper, ut ceptum sermonem perficiam. Clericos beati Petri ad ignominiam meam pseudoclericos et circumcelliones appellas, ignorans, quod conviciatores et detractores censura legum[f] puniat dicens[3]: *Si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, sed probris putaverit esse certandum, opinionis suę imminutione quatietur. Nec enim coniventia*[g] *commodanda est, ut quisquam negotio derelicto in adversarii sui contumeliam aut palam pergat aut subdole*[h]. Si quis autem aliis honestis et religiosis clericis exclusis, cathedrales[i] seu cardinales tantum putat adhibendos; parum considerat illud Innocentii pape[k], qui ait[4]: *Quod si exclusis religiosis electio fuerit facta, que absque eorum consensu et coniventia factum fuerit, irritum habeatur et vacuum.* Sic ergo ut electio aliorum episcoporum non a solis cathedralibus, ita etiam summi pontificis non a solis[l] cardinalibus, verum etiam ab aliis religiosis est facienda.

A[lexander]. Nota eos non excludendos, sed ad consulendum et consentiendum
*f. 124. *admittendos[m], sicut patet tam ex hoc ipso, quam ex alio canone Innocentii, ubi ait[5]: *Sub anathematis vinculo interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos viros, sed eorum consilio honesta et idonea persona*[n] *in episcopum eligatur.* Ut autem[o] noveris, solos cardinales ius[p] et potestatem habere eligendi Romanę sedis antistitem, audi synodalem regulam Nicolai[q] pape[6]: *Decernimus*, ait, *atque statuimus, ut obeunte huius universalis ęcclesię pontifice, in primis cardinales episcopi diligentissime simul*[r] *de electione tractantes, mox ceteros cardinales adhibeant sicque reliquus clerus et populus ad consensum nove electionis accedat.* Nota ergo eos adsciri non ad eligendum, sed ad consentiendum[7]. Sed de his hactenus. Si habes aliud, quod dicas, profer in medium.

V[ictor]. Ita fiat. De idoneitate persone eligende[s], quod secundo loco exi-
Prov. 27, 2. gitur, hesito, quid dicam, pro eo, quod dicitur: *Laudet te alienum os, non tuum.* Tamen
si gloriari oportet, habeo et hanc formam ab apostolo, qui, ne minor estimaretur ad
[illegible] 11, 30. dampnum et periculum subditorum, necessitate[t] ductus ait: *Si gloriari oportet* et cetera[u].

a) [illegible] b) educitt̀ *c.* c) eu *in marg. add.* d) V. *c.* e) Sñ *c.* f) [illegible] g) conuientia *superscr. corr.* coniventia. h) *sequitur punctum rubrum.* i) catthedrales *c.* k) pp *c.* l) non a solis *c.: linea super* n *his deleta litterisque uncis inclusis in loco raso atramento pallidiore [illegible].* m) admintendos *radendo corr.* admittendos. n) p̃ *c.* o) aᵉ *c.* p) *superscr. c.* q) Nicoai *c.* r) simit *c.* s) dignde *corr.* eligñde. t) nec̀itate *c.* u) [illegible] *c.*

1) *Duodecim scilicet filii Iacob.* 2) *Lucan. bell. civ. V,* 340—343. 3) *Cod. iur. civ. II, 6, § 6.* 4) *Innoc. II. in conc. Lateran. a.* 1139. *habito c.* 28 = *Grat. Decr. Dist.* 63, *c.* 35. 5) *Ibidem.* 6) *Nicolai II. Decret. elect. c.* 2. 3 *(Constit. imp. I, p.* 539*); Grat. Decr. Dist.* 63, *c.* 1. 7) *Cf. Grat. Decr. Dist.* 63, *c.* 26.

Ministri Christi sunt, ut minus sapiens dico, plus ego. Ita et ego insipiens factus, quia [illegible] tu me coegisti hoc de me primo dicere possum, quod ait poeta[1]

Hic murus aeneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Qualiter Timotheus[2] eum, qui episcopus [a]futurus est, describat, nosti. Lege et[3] argue in me[b], si potes, quod vis. Immo, ut cum apostolo amplius aliquid presumam ceteris: in Romana ecclesia plus aliis omnibus ego laboravi nec neophitus[3] [illegible] tius aut advena ingressus sum, ut mihi *debitam*[1] *alter sibi audeat vendicare mercedem.* Hinc Celestinus papa: *Habeat*[4] *unusquisque fructum suae militiae in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit aetatem.* Non ego de grandi naso[5] presumo, neque de torto vel parvo metuo, ut quidam, qui se efferentes supra se, dum se existimari nolunt hebetes, ex discretionis suç subtilitate inmoderata decipiuntur. Non ego, ut quidam albuginem habentes in oculo, candorem mihi iusticię seu sapientię attribuo, nec me per arrogantiam exalto, sicut hi, de quibus dicitur: *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Si domui meę, id est filiis spiritalibus et subditis meis, hactenus irrationabiliter[c] prefui, argue, si potes.

A[lexander]. Sapientis est ponderare sermones suos et quod sibi eloqui non vult, alteri non loquatur[d]. Unde bene[e] scriptura ait: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Novi, quod lex a sacerdotio vitiosos excludens ait: *Non claudum, non gybbum, non lippum, non torto vel grandi aut parvo naso* et cetera[f]. Non sum tam parvi nasi, nec tam minutę discretionis, ut non intelligam ita te quędam vitia purgare, ut coneris in meam personam referre. Sed cavendum tibi fuit, dum mihi indiscretam discretionem, quę per grandem et tortum nasum ^et arrogantiam iusticię vel elationem sapiencię[g], que per albuginem oculorum notatur, obiecisti, ne aut iugem tibi scabiem, hoc est carnis petulantiam, aut inpetiginem in corpore, hoc est avariciam, que diu mentem tuam vexavit, possem inproperare. Sicut autem inpetigine corporis decor membrorum perditur, sic aliarum virtutum, si quas habere visus es, per avaritiam pulcritudo depravatur. Unde apostolus: *Radix omnium malorum cupiditas. Quoniam non cognovi,* inquit, *negotiationem, introibo in potentias Domini*[h]. Dominus in templo mensas nummolariorum evertit. Usurarii in ęcclesia ordinari prohibentur[i], ordinati aut desinere aut deponi precipiuntur[6]. *Nemo etiam militans Deo implicat se negotiis secularibus*[k]. In Romana ęcclesia plus aliis te laborasse iactas, et propter hoc in retributionem mercedis tuę summum pontificatum tibi deberi putas. At tu, si quid laborasti, non sine fructu fuit, qui semper Romanam ęcclesiam venalem habuisti, ubi fortassis emptor comparuit[7] et, ut[l] ait quidam sapiens: *Sunt quidam, quos facit audaces nimia felicitas, non tam temperati sunt cupiditatis, ut in eo, quod contingunt, desinant. Gradus a magnis ad maiora fit et spes inprobissimas complectuntur insperata*[m] *consecuti*[8]. Ita et tu non contentus divitiis in ęcclesiis et ecclesiasticis dignitatibus conquisitis tandem etiam ipsum papatum ambitiose[n] et inique affectasti eglumque gygantea rabie inpugnans[9] celesti fulmine [illegible]

a) [illegible] b) [illegible] c) irrobiliter [illegible] d) [illegible] e) [illegible] f) [illegible] g) [illegible] h) [illegible] i) [illegible] k) [illegible] l) utut ... [illegible] m) insperati [illegible] n) [illegible]

1) *Hor. Ep. I,* 1, 60. 61. 2) *Immo Paulus in epistola* I *ad Tim.* [illegible] 3) *Cf.* 1. *Tim.* 3, 6. 4) *Ep.* 4. *Caelestini I. ad episcop. prov. Vienn. et Narbon.* c. 5 § 7 (*Schoenemann p.* 766, *Hinschius p.* 560); *Grat. Dist.* 61, *c.* 13. 5) *Levit.* [illegible] 6) *Cf. Grat. Dist.* 47, *c.* 1–10. 7) *Cf. Sallust. Iug. c.* 35: O urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit! 8) *Seneca, de clementia l. I, c.* 1, § 7. 9) *Cf. Ovid. Met. I,* 152: Affectasse ferunt regnum caeleste Gigantes.

[illegible] prosternendus[a] expectaris. Timotheus, cuius doctrinam *nuper me legere 1. Tim. 3, 3. mandasti, ait inter cetera: *Non percussorem, non litigiosum.* Percussorem vocat, qui susurriis et inutili sermone conscientiam infirmorum vulnerat; a quo vicio et litigio continuo quomodo te purgare poteris, qui semper inter fratres discordiam animę detestabilem seminare studuisti, adeo etiam, ut a quibusdam sapientibus, qui te noverunt, diu ante hunc casum previsum et prophetatum sit te futurum fore auctorem scismatis cf. Ioh. 19, 23. et inconsutilem Christi tunicam tua[1] te contentione et ambitione fore divisurum? Dignitates et magistratus tuos ambitiose acquisitos ita administrasti, ut quovis ingenio gradum preparares tibi ad apostolatus dignitatem, quem modo, cum aliter non potuisti, Matth. 7, 15. deficiente meritorum qualitate, quam per hipocrisim[b] et in vestimentis ovium mentitus es, per invasionem et laicam intrusionem obtinere moliris, cum econtra scita canonum in eos prodire clarum sit, qui quamlibet ęcclesiasticam dignitatem favore principis et manu laica adipisci moliuntur. Vicia purgando de virtutibus latenter te iactas, tamquam sub specie virtutum sepe se vicia non ingerant. Unde Gregorius[2]: *Sepe vicia se ingerunt et se virtutes mentiuntur, ut tenacia parsimonia, effusio largitas, crudelitas zelus iusticię, remissio pietas velit videri.* Sic etiam ex adverso fit, ut sicut ait poeta[3]:

Plerumque modestus
Occupet obscuri speciem, taciturnus acerbi.

f. 12v. Prov. 26, 5. Victor. *Artor e duobus hinc, quia per sapientem dicitur: *responde stulto iuxta stulticiam suam* et cetera[c]; inde, quod si huic conviciationi respondero, in vicio procacitatis similis tibi apparebo. Calumnia tamen est, qui falsum crimen bonis obiectat[4], 2. Cor. 1, 12. mihique procurandum erit[d], non quid te audire, sed quid me dicere conveniat: *Gloria* cf. Matth. 7, 27. *nostra hec est testimonium*[e] *conscientię*[f] *nostrę.* Qua in solido fundata, veniant venti conviciatorum, irruant flumina exprobrantium iniqua, non me terrere poterunt. Temperans itaque ab iniuriis, agam, quod causa desiderat, tercium capitulum prosequens, quod necessario exigitur in constitutione pontificis, videlicet titulus vacans[5]. Si enim minorum ordinum clerici promoveri prohibentur nisi ad certum titulum, multo magis episcopi, nisi forte, ut quondam, quando adhuc fervente idolatrię cultu aliqui ordinabantur et ad gentes verbum fidei perlaturi destinabantur. Sed nunc non erat his locus. Quapropter beati Cipriani[6] verba in medium proferamus, quę, ut tunc suo tempori, ita etiam nunc nostro negocio veraciter possunt adaptari. *Factus est,* inquit, *Cornelius episcopus de Dei voluntate et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium assensu et consilio, de plebis, quę tunc affuit, suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nullus ante ipsum factus esset, cum locus Fabiani, id est cum locus Petri et gradus kathedrę sacerdotalis vacaret. Quo occupato* et cetera usque ad eum locum: *Quisque*[g] *post unum, qui solus esse debet, fieri voluerit, non iam secundus* f. 12v. *est, sed nullus.* *Ergo[7], cum ego primus vacantem cathedram occupaverim, tu[h], qui post me eam usurpare conaris et ad possessa venis, non iam secundus es, sed nullus. An non prior ego, quam tu manto indutus sum? An non prior ego laudibus urbis exceptus, ut papa intronizatus, ut papa salutatus? te post nostram promotionem

a) [illegible] *scribere incipit.* b) hipocrisin *corr.* hipocrisim *c.* c) [illegible] *c.* d) [illegible] e) testim *c.* f) [illegible] *c.* g) *hoc quoque loco pro* quisquis, *v. supra p.* 529, *n. e.* h) tu [illegible] *p.* 127. [illegible] *p.* 538, *l.* 1. *atram. rubro script.*

1) *Cf. carmen aculeatum cuiusdam Britonis in Bosonis V. Alex.; Duchesne, Lib. pontif. II, p.* 398. 2) *Epist. I,* 25. *ad Ioh. Constantinop., EE. I, p.* 35 *(Jaffé* 1092*); Grat. Dist.* 41, *c.* 6. 3) *Hor. Ep. I,* 18, 94. 95. 4) *Unde hanc sententiam auctor noster mutuatus sit, non exploravi.* 5) *Cf. Grat. Decr. Dist.* 70. 6) *Epist.* 55. *ad Antonian., cf. supra p.* 529; *Grat. C.* 7, *qu.* 1, *c.* 5. 7) *Cf. epistolam Victorinorum Rah. Gesta Frid. c.* 62, *p.* 242 *sq.*

VIIII diebus[1] in urbe manente quis queso te [illegible] ego? Quis ergo tibi donare potuit, quod alter habebat? [illegible] *fiunt, pro infectis habenda sunt*, usurpata a te dignitatis possessio ante eventum iudicialis arbitrii precipitavit te in eam, que est: [illegible] proprie rei dominio cadere debeas, qui eam propria auctoritate, nec per iudicium [illegible] eum, usurpare et invadere non metuisti. Visne de hoc [illegible] Lege Milevitani concilii capitulum, quod sic incipit[4]: *Placuit* [illegible]. Vis legem de pluribus unam? Imperatores Valentinianus[a], Theodosius[b] et Archadius[c, 5]: *Si quis in tantum furoris audaciam pervenerit, ut* [illegible] *fiscum vel apud quoslibet homines constitutarum ante eventum iudicialis arbitrii* [illegible] *invaserit, dominus quidem constitutus possessionem quam abstulit restituat* [illegible] *dominium eiusdem rei amittat* et cetera[d].

Alexander. Hoc in loco acute aures desiderantur et tales, quales in evangelio postulantur, ubi dicitur: *Qui habet aures audiendi*[e], *audiat*[e]. Nunc enim aliquid [illegible] dixisse visus es, sed pervertendo scripturas et commiscendo mendatium veritati, ex illis reputaris de quibus propheta conqueritur[f] dicens: *Caupones tui* [illegible]. Verum quidem est, quod sanctorum canonum et sacratissimarum legum statuta violentos invasores cohercent et condemnant, sed verum non est, vacantem te cathedram repperisse, et priorem te dignitatem papatus introisse. Novit[6] Deus, novit etiam multorum astantium conscientia, cum de ipsa electione tractaretur, *in nostram per* [illegible] convenisse *omnes* fratres nostros, *quotquot fuerunt, tribus tantum*[1] [illegible] *clero et populo in Romanum pontificem elegisse.* Clarum est autem, si aliqui animositate ducti contradicere voluerint, sententiam plurimorum debere prevalere. Sic enim in Niceno concilio statutum legitur[7]: *Nam si communi* [illegible] *biliter*[i] *probato secundum ecclesiasticam regulam duo vel tres animositate ducti per* [illegible] *tentionem contradicere voluerint, obtineat plurimorum sententia sacerdotum*; et alibi[8]: *Si secundum*[k] *canones ordinatio*[l] *episcopi fuerit facta, et aliquis cum sua malicia in aliquo contradixerit, plurimorum consensus obtineat.* Item ex concilio Antiocheno[9]: *Si* [illegible] *dicant aliqui propter*[m] *proprias et domesticas simultates, his contemptis, sententia* [illegible] *obtineat plurimorum.* An non *mantum, quo iuxta morem ecclesie* [illegible] *rum nos induerat, a collo nostro propriis manibus violenter* excussisti?[10] An non quidam de senatoribus *spiritu divino succensus mantum ipsum de manu* tua *eripuit?* An non tu ipse temetipsum uno solo clerico tuo tibi in hoc opere coadiutore rubea cappa, quam astute provideras, induisti?[11] *Nemo* inquit apostolus *sumit sibi honorem,* [illegible]

a) Valentin c. b) Theod c. c) Archad c. d) [illegible] e) [illegible] f) [illegible] misc. aqu. vino [illegible] h) [illegible] i) [illegible]abiliter [illegible] k) [illegible] l) ordinat[illegible] m) pro propter [illegible] contemptis *habet* [illegible] *canon* pro contentione propria.

1) *Cf. epist. Alex. supra laudatam Rab. p.* 471; *Gerh. l. l. c.* 53, *supra p.* 361. 2) *Cf.* [illegible] *Cod. iur. civ.* 1, 14, *l.* 5, § 1. 3) *Cf. infra l.* 9. 4) [illegible] 87 *Mansi, Coll. conc. IV, col.* 507, *quod tamen etiam in Grat. Decr. C.* 16, *q.* 6, *c.* 2 [illegible] *tulis conc. Milevitani II. numeratur* (*Mansi IV, col.* 332, *c.* 21). 5) [illegible] *tit. IV, l.* 7. 6) *De eis, quae hoc loco Alex. exponit, cf. Alexandri* [illegible] *episcopum Bononiensem datam* (*Rab. l. l. c.* 61, *p.* 238), [illegible] 7) *Concil. Nicaeni a.* 325. *habiti c.* 6 (*Mansi, Coll. conc. II, col.* 679); [illegible] 8) *Capitula Martini ep. Bracar. c.* 3 (*Concil. Bracar. III*, [illegible] *IX*, [illegible] *Hinschius p.* 428; *Grat. Decr. Dist.* 65, *c.* 2, *pars* 2. 9) [illegible] *c.* 19 (*Mansi, Coll. conc. II, col.* 1325. 1326); *Grat. Decr. Dist.* 65, *c.* 3, § 1. 10) *Cf. epistolam Alexandri supra laudatam.* 11) *Cf. Gerh. l. l. c.* 53, *supra p.* 361.

[illegible]*tur a Deo tamquam Aaron.* An non pre nimia festinatione et ambitione *ea pars* *f. 127'. **manti, quę anteriora tegere debuerat, multis videntibus et ridentibus tegebat posteriora?* Violenter et sine iudiciaria potestate tibi prereptum papatum causaris. O utinam ea hora vel tempore [a], quando tu violentiam non pertulisti, sed intulisti, nos incontinenti et bello continuato vim vi repellere potentes fuissemus! Dicit enim lex [1]: *Recte possidenti ad defendendam possessionem, quam sine vitio possidebat, inculpatę tutelę moderatione inlatam vim propulsare licet. Recte* [2] *vero possidet, qui neque vi, neque clam, neque precario possidet.* Tu vero quomodo restitui postulas, qui usque hodie, in quantum prevales, me legitime et canonice institutum destituere et vi pellere conaris? Scio quidem iustum esse [3] in aliis casibus, ut sine iudicis auctoritate destitutus per iudicem restituatur, sed hec regula exceptionem admittit, quando apostolica sedes per violentiam occupatur, quo casu iudex non invenitur, cuius officio ille apostaticus possit excludi et iniuste destitutus restitui. Et nota, temere me a te conveniri de possessione. Certum quippe est legum peritis, quod aliud est adipisci possessionem ante non habitam, aliud retinere adeptam, aliud recuperare perditam. Ego possessionem vel quasi possessionem apostolatus per canonicam electionem post Adrianum prior omnibus adeptus numquam perdidi, nisi quod tu per invasionem et intrusionem ad momentum *f. 128. *visus es non apostolicus, sed apostaticus. Sed *quod vi metusve causa factum est, ait pretor, ratum non habebo* [4]. Et alibi [5]: *Malus custos diuturnitatis metus.*

Victor. Sapientis dictum est [6]: *Metum si quis sustulisset, omnem vitę diligentiam sublatam fore.* Est enim et metus vani hominis [7] et *vani timoris,* ait lex, *non iusta excusatio est* [8]; id est: nemo iuste metum accusat vel excusat, si timuit quod non oportuit, quia meticulosus est. Ait etiam [b] propheta de insipientibus: *Illic trepidaverunt timore ubi non e[rat] t[imor].* (Ps. 13, 5.)

Alexander. Non eum metum incuso, *sed eum qui in hominem constantissimum cadat* [9], qualem nobis incussisti, quando per vim publicam terrorem nobis intulisti, quando novem diebus in munitione, ad quam fugeramus, nos obsidione inclusisti [10].

Prov. 28, 1. Victor. Scriptum est: *Nemine persequente fugit impius.* Orandum tibi fuerat, Matth. 24, 20. *ne fieret fuga tua hieme vel sabbato.* Eia age. Tu, si, ut asseris, papatum possedisti, si pontificatum Romanę ecclesię et regalia beati Petri potenter administrare visus es, qua re vel quam ob rem me non eodem modo fugasti? *Nam vim vi repellere licuit* [11].

Alexander. Fateor. Ego nullam tibi vim intuli, vim passus sum, non feci, iniuriam pertuli, non irrogavi. Tu, cum armis et fustibus me et fratres nostros urbe 1 Cor. 6, 12; 10, 23. pellere sis conatus, lege Iulia vi teneris [12]. *Sed nec omne quod licet, et expedit.* In Matth. 26, 53. continenti *vim vi repellere* potuit, qui dixit: *An non possum rogare patrem meum, et* *f. 128'. *exhibebit *mihi* [c] *modo plus, quam XII legiones* [d] *angelorum?* Potuit utique, sed noluit. Et beatus Gregorius [e] irruentes super terram beati Petri Longobardos, tunc barbariores quam modo, potius sustinere voluit, quam per effusionem humani sanguinis resistere [13].

a) tpr[illegible] b) *superscr. c.* c) mihi *f. 128'* — promittere *f. 129 atram. rubro script.* d) leḡ *c.* [illegible]

1) *Cod. iur. civ. lib.* 8, *tit. IV, l.* 1. 2) *Cf. Instit. IV,* 15, 4a: Utrubi vero interdicto is vincebat, qui maiore parte eius anni nec vi nec clam nec precario ab adversario possidebat. 3) *Cf. Instit. IV,* 15, 6: De interdictis possessionis reciperandae. 4) *Digest. lib.* 4, *tit.* 2, *l.* 1. 5) *Cicero de officiis II,* 23. 6) *Cicero Tusc. disp. IV,* 20. 45. 7) *Cf. Dig. l.* 4, *t.* 2, *l.* 6. 8) *Digest. lib.* 50, *tit.* 17, *l.* 184. 9) *Indid. lib.* 4, *tit.* 2, *l.* 6. 10) *Cf. epistolam supra laudatam.* 11) *Dig. lib.* 43, *tit.* 16, *l.* 27. 12) *Cf. Dig. lib.* 48, *tit.* 6, *l.* 3, § 6. 13) *Cf. Greg. epist. V,* 6, *EE. I, p.* 287. *ed. Ewald.*

Idcirco, ut dictum est[1], VIIII diebus te purpura et [illegible] tumorem tuum et vim temerarię multitudinis declinantes, [illegible], que hoc in negocio inevitabiliter adesse exigitur, erepti de faucibus et de [illegible] rum conducticiorum satellitum, exemplo Domini, qui ait: [illegible] perdidi ex eis quemquam; et alibi: Si me [illegible] non tamen in obscuro, sed clara die, ubi concrepantibus [illegible] urbis me sicut papam sollempniter prosecutę sunt laudes et [illegible] quod priores te consecrati sumus et ab his quorum [illegible] versalis ęcclesię negocia disponere et disposuisse [illegible] ita fieri debere audi et disce, si nescis, ex decreto Nicolai pape[3] qui ait: *Q[illegible] rorum atque iniquorum hominum perversitas ita invaluerit, ut pura* [illegible] *in urbe fieri non possit electio, cardinales episcopi* [illegible] *katholicis laicis, licet paucis, ius potestatis obtineant eligere* [illegible] *ubi congruerit. Postquam autem electio fuerit, si bellica tempestas vel qualiscu*[illegible] *studio restiterit, ut is qui electus est in* [illegible] *consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut papa* [illegible] *Romanam ęcclesiam et disponendi omnes facultates eius.* Per violentiam tuam coacti hanc formam tenuimus. Visne, ut vim nobis illatam et libertatem [illegible] demonstremus? Et inimici nostri sunt iudices. Magnum et probabile testimonium ab inimicis! Clerici de sancto Petro quid dicunt in litteris, quas pro parte tua ad curiam miserunt?[4] Inter cetera, que dicunt, volentes monstrare, quomodo fratres nostri cardinales mantum nos induere voluerint et prohibiti sint, etiam hoc subiunxerunt[5]: *Facta autem hac prohibitione iterum eum immantare attemptaverunt* [illegible] *tamen non stetit, quin immantaretur.* Et quid dicit lex? *Ho*[illegible], inquit, [illegible] *quicquid omnino per eum fiat, aut in eis publicę aut in eis privatę crimen* [illegible].

Victor. *Quę ab initio inutilis fuit institutio*[a], *temporis* [illegible] *potest*[7]. Reduc ad mentem, quid[8] apud Anagniam tu et fautores tui feceritis, quomodo cum Siculo tiranno adversus imperium conspiraveritis, quomodo sacramento firmaveritis *personam imperatoris excommunicationi subiciendam et extunc in antea eius honori et voluntati usque ad mortem immutabiliter vos contraire, et, si contingeret papam* Adrianum[b] *vita decedere, neminem se nisi de illis, qui coniuraverant, in pontificem eligere. Circumpositos episcopos ne alicui electo, nisi in quem Siculi secta consentiret, in consecratione manus inponerent, iuramento* promittere *nihilominus* constrinxistis. Quid hoc fuit nisi committere crimen perduellionis? Quid, queso, aliud quam crimen lesę maiestatis? Ex ea die et deinceps numquam vel ad ęcclesiasticum vel secularem honorem idoneus extitit, quisquis huic conspirationi et nefandi iuramenti sodalicio noscitur interfuisse. Lege, si vis, de pęna conspiratorum plura canonum capitula, revolve sacrarum legum sanccita[c]! et invenies extraordinaria pęna puniendos, qui talia com-

a) institeo c. b) adrian c. c) [illegible] c.

1) *Cf. Alexandri III. epist. supra laudatam p.* 239. 2) *Cf.* [illegible] et fratres nostros per Urbem magnifice et honorifice cum immensis laudibus et preconiis, [illegible] panis, etiam in transitu nostro ubique pulsantibus conduxerunt. 3) *N*[illegible] *II. D*[illegible] *c.* 7. 8 (*Constit. imper. I. p.* 540); *Grat. Decr. Dist.* 23. *c.* 1. 4) [illegible] *Frid. IV. c.* 76. *p.* 254 *sqq.* 5) *Ex epistola modo laudata p.* 256, [illegible]. 6) [illegible] *lib.* 50. *tit.* 17. *l.* 152. 7) *Ibid. l.* 210. 8) *Cf. epistolam* [illegible] *Rah. Gesta Frid. IV. c.* 62. *p.* 241 *sq.*), *quam auctor* [illegible] *repetit.*

miserint[a]. *Nempe lex*[1] *Iulia maiestatis in eos qui contra imperatorem vel rem publicam aliquid moliti sunt suum vigorem extendit, cuius*[b] *pena anime amissionem sustinet et memoria rei post mortem damnatur* scilicet bonorum publicatione et perpetua infamia. *Si qui*, inquit canon[2], *clerici seu monachi inventi fuerint, coniurantes aut conspirantes a*[illegible] *vel factiones componentes, omnino cadant de proprio gradu.* Item[3]: *Clerici conspirantes, proprio gradu dimisso, retrudantur in carcerem et excommunicentur.* Et plura in hunc modum. Sufficiat tibi itaque post tanti criminis patratum ultimum supplicium evadere, nedum etiam cum indemnitate premium summę dignitatis expetas et expectes.

Prov. 19, 9. Alexander. *Testis falsus non erit inpunitus.* Qui falsa[4] fratribus obiciunt, usque ad exitum vitę a communione prohibeantur. Scio quidem te talia adversum me confinxisse et in absentem accusando vel testificando vocem funestam exhibere. Sed re-
f. 130. vera iustus mediator[5] non est, qui uno litigante et altero absente amborum emer-
Gal. 2, 9. gentes lites decidere non formidat. Ego quidem quamquam et apostoli dextras sibi invicem legantur dedisse, de crimine tamen perduellionis et reatu fictę conspirationis securam Deo teste gero conscientiam. Sed quod tu factionem, si bonus et fidus esses interpres, concordiam et pacem potius, quam factionem posses appellare. Quod enim factio in malo, si in bono, inter bonos et ad bonum fiat, concordiam et unanimitatem appellari non ignoras.

Victor. Sicut videtur, propter absentiam tuam indemnitatem expostulas, cum bene noveris, quod, quisquis abfuerit ex contumacia, inpunitatem de absentia non lucrabitur[6]. Ita enim nocens causę adesse subterfugit, quemadmodum, ut absolvatur, qui innocens est, querit. Tu ad Papiense concilium vocatus es et venire contempsisti, immo diffidentia causę adesse ausus non fuisti. Non est passum sacrum concilium te ultra tergiversari. Pro me iudicatum est[c], contra te dampnationis sententia processit. Sicut enim maiori remuneratione digna fuerat obedientia[d], ita maiori animadversione plectenda fuit inobedientia[e].

Alexander. Quod *actor forum rei sequatur*[7], quod *ante* cinctum et *civilem iudicem sacerdos non accusetur*[8], quod *non nisi ad episcoporum iudicium clericus devocetur*[9], patrum regulis statutum est. Unde unum pro omnibus: *Si quis clericus accusans clericum curiam introierit, anathema sit*[10]. Propter[f] hanc rem et alias rationabiles ego conventiculo et conciliabulo[11] potius, quam concilio Papiensi intervenire neglexi.

Victor. In hoc loco[12] *subaudiendum est: si* clericus *publicorum iudiciorum*
C. 11, 1, 8. *cognitionem*[g] *petierit. Episcopale namque iudicium nihil obest ab imperatore postulare.* Unde in Cartaginiensi[h] concilio caput VIII.[13]: *Placuit, ut quicumque ab imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio privetur. Si autem episcopale iudicium ab imperatore postulaverit, nil ei obsit.* Novimus enim, quot concilia

a) int *superscr.* b) c[illegible] *c.* c) pro — est *in marg. adiect.* d) obedia *c.* e) iobedia *c.* f) pt *c.* g) cogn. *f.* 130' — Victor: Nil. *f.* 131' *atr. rubro scriptum.* h) cartag *c.*

1) *Instit. IV,* 18, 3. 4. *Idem locus allegatur a Rahewino III, c.* 20, *p.* 154. 2) *Canon Chalced. conc.* 18 *(Mansi, Coll. conc. VII, col.* 389*); cf. Grat. Decr. C. XI, qu.* 1, *c.* 21. *paucis mutatis.* 3) *Grat. Decr. C. XI, qu.* 1, *c.* 22. 4) *Cf. Grat. Decr. C. V, qu.* 6. 5) *Imperatorem auctor dicit; cf. 'N. Arch.' XXI, p.* 659. 6) *Cf. Dig. lib.* 42, *tit.* 1, *l.* 53. *et lib.* 48, *tit.* 19, *l.* 5. 7) *Cod. iur. civ.* 3, 19, *l.* 3*; cf. Grat. Decr. C. XI, qu.* 1, *c.* 15. 8) *Grat. l. l. c.* 14. 9) *Indid. c.* 13. 10) *Indid. c.* 16. 11) *Item Alex. III. concilium nominat in epistola ad Eberhard. Salisburg. a.* 1161. *Ian.* 20. *data; cf. Tengnagel, Vetera monumenta contra schismaticos I, p.* 408. 12) *Grat. C. XI, qu.* 1, *c.* 10. *dictum.* 13) *Conc. Milevit. II, c.* 19*; Mansi, Coll. conc. IV, col.* 331*; Grat. Decr. C. XI, qu.* 1, *c.* 11.

auctoritate regum et imperatorum sint collecta, immo tunc sinodus firmitatem legitimam sortietur, quando imperatoriam maiestatem ei interfuisse vel propria subscriptione eam firmasse monstratur. In comitatu enim dominico duo gladii [illegible]. Non [illegible] solum duo, sed etiam tercius gladius[1] adversum hereti[illegible] ubi necessitas exigit. Dicit enim Deus Ezechieli prophete[illegible] *triplicetur gladius interfectorum. Non enim sine causa* iudex *gladium p*[illegible] Augustinus ad Bonifacium[2]: *Maximianus episcopus Vagiensis auxilium petiit ab im*[illegible] *tore christiano contra hostes ęcclesię, non tam sui ulciscendi* [illegible] *sibi creditę. Quod si pretermisisset, non eius fuisset laudanda patientia, sed negli*[illegible] *merito culpanda. Neque enim apostolus Paulus vitę suę transitori*[illegible] *suluit, quando contra illos qui eum occidere conspiraverant, consilium* [illegible] *proderetur, effecit*, et, ut generaliter dicam[3], *catholici adversus h*[illegible] *ordinatis* iuste *defensionem postulare possunt.*

Alexander. Crudele est semper in eos qui peccant vindictam exercere. [illegible] *sens* enim *ęcclesia simul bonos et malos recipit*[4]. Unde perfectionis et caritati [illegible] *ad caritatem nos incitat dicens: Nolite resistere malo, sed diligite inimicos vestros* [illegible] *facite*[a] *his, qui oderunt vos* et cetera[5]. [illegible]

Victor. Verum est, quod in ęcclesia[6] *quedam mala punienda sunt, quedam tolerandu.* Toleranda quidem leniter occulta[7], *severius autem ab ęcclesia punienda sunt delicta manifesta.* Quandoque enim[8] *medicinali severitate mali coguntur ad bonum*, sicut legimus ad preces Helię ignem descendisse de cęlo. Quandoque non esse vin- I. R[illegible]
dictam exercendam in eos, qui peccant[9], ostenditur ex eo[10] *quod Christus*[c] *discipulos suos increparit, quia ignem descendere super eos gestiebant, qui ipsum non receperant.* [illegible]

Alexander. Novimus aliquando detrahendum esse aliquid severitati, ut maiori bus malis sanandis sincera caritas subveniat, quandoque eos, quos in viis aut sepibus [illegible]
invenimus, intrare cogimus. Sancta enim ęcclesia[11] *salutem omnium materna caritate conquirens* est *tamquam inter freneticos et litargicos estuans. Nam et frenetici nolunt ligari et litargici nolunt excitari, sed perseveret diligentia caritatis freneticum ligare,* con*stimulare litargicum, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur.*

Victor[12]. *Quando multitudo est in scelere, nec salva pace ęcclesię mali puniri possunt,* detrahendum est aliquid severitati, et *tolerandi sunt potius, quam violata pace ęcclesię puniendi.* Unde Augustinus docet et dicit[13], *ut canes in ęcclesia propter pacem ęcclesię toleremus et canibus sanctum, ubi est pax ęcclesię tuta, non demus.*

Alexander. Hic observanda *sunt[14]: *Quando in delinquentes disciplinam exercere* *f. 131v.
non possumus, vel quia non sunt nostri iuris, vel quia illorum crimina, etsi nobis nota sunt, tamen manifestis indiciis probari non possunt. Pro[15] *iniuria* etiam *propria episcopo aliquem excommunicare non licet.* Sed ęcclesię iniuriam iuste ulcisci potest. Saul contraxit offensam, quia miseratus est Agag regem hostium. Nonne, qui uni in- I. R[illegible]

a) [illegible] b) [illegible] c) [illegible]

1) *Cf. Sigeberti Gemblac. epist. adv. Paschal. pap.* c. 10 [illegible] *II*, p. 461. 2) *Epist.* 185, *c.* 7, § 28, *Opp. ed. Bened. II, col.* 655; *Grat. Decr. C.* 23, *qu.* [illegible] 2. 3) [illegible] *Grat.* [illegible] *c.* 3. 4) *Indid. C.* 23, *qu.* 4, *c.* 15. 5) *Indid. pars* 2. 6) *Indid.* c. 18. 7) *Cf. ibid.* c. 19: Levius occulta, severius autem ab ecclesia punienda sunt delicta manifesta. 8) *I*[illegible] c. 25. 9) *Cf. ibid.* c. 24: Non semper in eos, qui peccant, vindicta exercenda est. 10) *I*[illegible] c. 26. 11) *Indid.* c. 25. 12) *Indid.* c. 17, *pau*[illegible]. 13) *Indid.* c. 18. *De* [illegible] *et operibus* c. 4, § 7, *Opp. VI. col.* 168. 14) *Indid.* c. 16. 15) *Indid.* c. 27 [illegible] *Greg. Reg. II.* 47, *EE. I. p.* 149.

dulget indigno, ad prolapsionis contagium provocat universos? Facilitas enim venię incentivum tribuit delinquendi.

Victor[1]. *Nil agit exemplum quod litem lite resolvit.* Unde et apud rethores[2] viciosum putatur exordium vel ratio seu rationis confirmatio[a], quod simul et reo et actori probatur esse commune. Eapropter omissis his, in quibus uterque nostrum notari potest, ad propositum redeamus.

Alexander[b]. Recolo te dixisse, quod reges et imperatores concilia auctoritate sua et subscriptione firmasse inveniantur. Hęc dicens forsitan aut nescis aut scire dissimulas illud Nicolai pape qui ait[3]: *Ubinam legistis imperatores antecessores vestros sinodalibus interfuisse conventibus, nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, que universalis est, quę omnium communis est, quę non solum ad clericos verum etiam ad laicos et ad omnes omnino pertinet christianos?* Sacerdotibus Domini, non imperatoribus hoc examen convenit. Et quamquam prima sedes non sit a quoquam iudicanda[4], *quę caput et cardo a Domino*[5] *et non ab alio constituta est,* ego tamen coepiscopos meos, qui sedes patriarchales obtinent potius ad iudicandum admitto, quorum constat *Con-*
*f. 132. *stantinopolitanum episcopum habuisse primatus honorem *post Romanum episcopum pro eo, quod sit nova Roma*[6], si non per heresim et scisma se ab unitate et subiectione sanctę Romanę ęcclesię precidisset. Secundum locum tenet Alexandrina. Deinde Antiochena et Hierosolimitana[7]. Augustinus[8]: *Omnis catholicus securus eam partem detestatur, cui ęcclesiam universalem apostolicis sedibus roboratam non communicare cognoscit.* Noli ergo de cetero te indempnem putare, quem pariter nobiscum et apostolicę sedes, quę supradictę sunt, detestantur.

Victor. Apostolicas sedes dici artum est non solum, quas in personis propriis apostoli tenuerunt, sed etiam has, quas missi a latere principis apostolorum in suum regimen acceperunt. Inter quas una de nobilissimis ęcclesiis est Ravennas, ad quam a beato Petro sanctissimus martir Apollinaris missus est[9]. Aquilegię sedit beatus Marcus[10], scribens euangelium in Italia. Apud[11] Treverim et Agrippinam Coloniam Maternus et Valerius, item a beato Petro missi. Quorum unus in via mortuus et per baculum beati apostoli resuscitatus, postea totidem annis iam memoratas ęcclesias

a) cfirm̄o c.   b) Alexander   Aquilegie sedit beatus *atram. rubro script.*

1) *Hor. Sat. II,* 3, 103. 2) *Cf. Cicero ad Herennium l. I, c. VI,* § 11: Vitiosum exordium est, quo nichilominus adversarius potest uti, quod commune appellatur. 3) *Nicolai I. ad Michaelem imp. ep. Mansi, Coll. conc. XV, col.* 200, *Jaffé nr.* 2796, *Deusdedit, Coll. can. IV,* 91, *p.* 104; *Grat. Decr. Dist.* 96, *c.* 4. 4) *Cf. Grat. Decr. C. IV, qu.* 3, *c.* 17. 5) *Epist. Anacleti III, c.* 34, *ed. Hinschius p.* 84; *cf. Grat. Decr. C. XXV, qu.* 1, *c.* 16. 6) *Concil. Constantin. II, c.* 3 *(Mansi, Coll. conc. III, col.* 559, *Hinschius p.* 276*), Grat. Decr. Dist.* 22, *c.* 3. 7) *Cf. Grat. Decr. Dist.* 22, *c.* 7; *Gerhohi opusculum ad card. supra p.* 406. 8) *In Augustini operibus hunc locum non inveni. Sed extat in epist. Pelagii papae ad Pancr. et Viatorem data, ubi Augustino attribuitur, Coll. Brit. nr.* 22, *'N. Arch.' V, p.* 545; *cf. Grat. Decr. C. XXIV, qu.* 1, *c.* 34, *et supra p.* 120. 406. 9) *Cf. Ott. Fris. Chron. III, c.* 14. 10) *Hoc non ex Ottonis Chronico, ubi Marcum Alexandrinae ecclesiae praefuisse legitur, sed ex Liudprandi Antapodosi III, c.* 6. *sumptum esse videtur; cf. 'N. Arch.' XXI, p.* 652. 11) *Cf. Ott. Fris. l. l.:* Qui dum Alpes transissent, Maternus in via moritur; quo facto perculsi socii Romam revertuntur. Beatus itaque apostolus pastoralem virgam, ut traditur, per eos ad suscitandum eum misit. Qui venientes ad locum sepulchri, XXXIII dies invenerunt eum in monumentis habentem; attamen viri Dei . . . virga . . . . socium a morte suscitaverunt. Qui . . . per tot annos Treverensem et Agrippinensem rexit ecclesiam, quot dies antea in sepulchro habuerat.

gubernavit, quot antea diebus defunctus in sepulcro quievit. Nos ergo [illegible] et parvipendentes peregrina seu transmarina iudicia pro [illegible] reputamus, canonibus inhibitum scientes[1], ne quis ad transmarinos [illegible] Europę episcopis iudicandus transfugiat.

Alexander. Bene facis, astutum medicum imitando, qui pro [illegible] titimallum et pro pipere pulegium vendere solet[2].

Victor. Ut de aliis omnibus taceam, quid respondes ad hoc, quod [illegible] ad audientiam vocari et venire contempsisti? tu vero statim et [illegible] VII dies arcum excommunicationis tetendisti[3] et maledictionis iacula minor in maiorem absque synodali vocatione nec congruis induciarum spaciis adhibitis proiecisti, cum [illegible] *non solo [illegible] tempore, sed [illegible] spacio [illegible], et [illegible] sibi [illegible] valeant.* Unde canones Antiocheni [illegible] inquiunt, *adsint omnes, qui se [illegible] et [illegible]* [illegible] ad Rusticum Narbonensem: *Nihil possumus [illegible] in [illegible] prolationem [illegible], priusquam universa, que gesta sunt, [illegible].* Hęc autem omnia tam tractim et tam morose prosequenda sunt, ne alicuius iudicii [illegible] reptione innocens nocentis causam cogatur sustinere.

Alexander. Aut nescis aut scire te dissimulas, aliam formam et ordinem iudicii esse de occultis, alium de manifestis, alium de dubiis, alium de certis criminibus[7]. In dubiis eliquandę[d] certius veritatis gratia vocatio[e] fit synodalis, testes preparantur, ut persona[f] conventa aut fateatur obiecta, aut de obiectis convincatur. In aperta et noti criminis causa opera testium et accusatorum vacante, non id agitur, ut causa coniecturaliter ventiletur, sed ut ęcclesiasticę disciplinę censura medicinaliter intentetur, ut videlicet spiritus salvus sit in die Domini. Unde apostolus incestuosum illum in crimine vulgatissimum 'absque omni vocatione[h] et expectatione dampnavit, scribens ad Corinthios: Ego, inquit, *absens corpore, presens autem spiritu, iam iudicavi, ut presens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et meo spiritu cum virtute Domini tradere huiusmodi satanę in interitum carnis, ut spiritus salvus sit.* Non dicit discernite vel causam ventilate, sed tradere huiusmodi satanę. Noster Symon Symonem illum magum peccunias offerentem non distulit, sed statim sententiam dampnationis intulit dicens: *Peccunia tua tecum sit in perditione.* Ananias et Saphira in aperto mendacii crimine deprehensi non differendo expectantur, sed presentiaria ultione dampnantur. Attamen nos scientes in pietate[i] iudicis [illegible] mitius iudicare quam leges, ex apostolica mansuetudine, quę severius [illegible] obduratis et misericordiam novit prestare correctis, conpetentibus pro qualitate negocii

[illegible] 132 [illegible] h [illegible] d [illegible] t p [illegible] g [illegible] h [illegible] i [illegible]

1) *Talis non exstat canon.* [illegible] 22 [illegible] II. [illegible] 116 [illegible] ad transmarina autem, qui putaverit appellandum [illegible] *Mansi, Coll. conc. III. col. 33. Hinschius p. 319* [illegible] *Grat. Decr. C. 2. q. 6.* [illegible] *N. Arch. XXI. p. 644.* 2) [illegible] 3) [illegible] *Alexandri III ad Gerard.* [illegible] IV [illegible] 61 p. 241: Noverit [illegible] quod nos supra nominatum Octavianum [illegible] in octavo die a consecratione nostra [illegible] vimus. 4) *Grat. Decr. C. 3. q. 3. c. 2. § 1.* [illegible] II [illegible] *collectione Pseudo-Isidoriana p. 489. ed. Hinschius.* 5) [illegible] 341 [illegible] 20 *Mansi, Coll. conc. II. col. 1326; Grat. Decr. Dist. 18* [illegible] 6) [illegible] *in epistola ad Rusticum* [illegible] *ad Rusticum* [illegible] 7) *Cf. Grat. Decr. C. 2. q. 1.*

et temporis tibi induciarum spaciis adhibitis, ad correctionem te invitavimus et expectavimus[1]. Quod etsi non fecissemus, novum non esset nec inrationabile[a], sed sanctorum constitutionibus[b] prefinitum. Ait enim Nicolaus papa[2]: *Quodsi quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum per seditionem vel presumptionem aut quodlibet ingenium electus aut etiam ordinatus seu intronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli perpetuo anathemate cum auctoribus suis et sequacibus, a liminibus sanctę Dei ęcclesię separatus abiciatur, sicut antichristus et invasor et destructor totius christianitatis, nec aliquando ei super hoc aliqua audientia* *f. 1[illegible] *reservetur, sed ab omni ęcclesiastico gradu, in quocumque fuerat *prius, sine retractatione deponatur.*

Victor. Ex ore tuo te iudicamus, qui audientiam reis denegas. Detectum enim te in scismate et pertinaci mente in errore iacentem, cur non omni dignitate privaremus, cur non omni potestate exueremus? Siquidem in manifestis sententiam non differendam, sed potius in continenti exequendam asseveras. Freti itaque fere omnium per ambitum et latitudinem Romani imperii archiepiscoporum et episcoporum auxilio, te cum fautoribus tuis tamquam conspiratorem et usurpatorem nominis apostolici excommunicamus auctoreque Deo perpetuo anathemate condempnamus.

Alexander. Quod, ut causaris, ad audientiam te non admitto, novum non est nec irrationabile, sed sanctorum constitutionibus prefinitum, ut supra monstratum est. Sed, quoniam ea, quę a me sparsim dicta sunt, obliviosus auditor simul in memoria habere non potest — omnia enim in memoria habere divinitatis magis est, quam mortalitatis[3] — acta faciemus, rationes partis nostrę breviter in unum colligentes sic:

Quia ego prior quam tu a canonicis et legitimis electoribus ad culmen sedis apostolicę sum electus, quia prior quam tu a cardinalibus episcopis, quibus hoc proprie debetur, sum consecratus, quia tu post me favore principis et amicorum tuorum presidio ac armatorum tuorum satellitum, quos conduxeras, adminiculo, intrusus es, a tribus tantum electus, ab alienis execratus, quia ego ad iudicium sedium apostolicarum, scilicet Alexandrinę, Antiochenę et Hierosolimitanę me converti, tu vero curiam *f. 134. intrasti, *secularem iudicem adisti, naviculam Petri fluctibus et procellis persecutionum involvisti, quia ego ratione universa, tu vero violentia totum operaris, et voluntas tibi pro ratione est[4], congregatis mecum in uno spiritu cum virtute domini nostri Iesu Christi, patriarchis, archiepiscopis, et omnibus episcopis Gallię[5], Hispanię[6], Pannonię[7], provinciarum Alexandrinę[8], Antiochenę, Ierosolimitanę[9] et compluribus

a) inr̀oabile *c.* b) ꝯstit̀onibus *c.*

1) *Cf. Alex. epistolam supra laudatam. Sed eas, quae Victori constitutae sunt, inducias iuri ecclesiastico non convenisse apparet ex Grat. Decr. C.* 3, *qu.* 3, *quem locum, quin auctor libelli cognoverit, equidem non dubito.* 2) *Nicolai II. Decret. elect. c.* 9 *(Constitut. imper. I, p.* 540*); Grat. Decr. Dist.* 23, *c.* 1. 3) *Hoc quoque dictum auctor nescio unde mutuatus esse videtur.* 4) *Cf. Iuvenal. Satir. VI,* 224: sit pro ratione voluntas. 5) *Qui Alexandro in synodo* 1160. *Tolosae celebrata se subiecerant. Cf. quod exposui 'N. Arch.' XXI, p.* 679—684. 6) *In eadem synodo rex Hispaniae litteris transmissis Alexandrum agnoverat. Tengnagel, Vetera Monumenta p.* 412, *epistola* 59. 7) *Quae Luca Banffy, archiepiscopo Strigoniensi duces tunc Alexandro iterum adhaesisse videtur; cf. Giesebrecht, 'D. KZ.' V, p.* 379 *sq. et Alex. epist. ad Eberh. archiep. Salisburg. a.* 1163. *Mai.* 29. *data v. Meiller, 'Regesten der Erzbischöfe von Salzburg' p.* 105; *et quod Gerh. exposuit de investig. Antichr. I, c.* 68, *supra p.* 385. 8) *De fide huius loci cf. 'N. Arch.' XXI, p.* 645, *n.* 1. 9) *Quae Alexandrum in concilio Nazareno a.* 1160. *exeunte celebrato agnoverat; Mansi t. XXI, col.* 1146; *Reuter, 'Alex. III.'* I^2, *p.* 110 *sq. Cui patriarcha Antiochenus interfuisse videtur.*

de Romano imperio, qui se usque adhuc pro domo Domini [illegible] inexpugnabiles [illegible] obponunt, te [illegible] auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli cum omnibus tui [illegible] astringimus [illegible] dempnamus[1].

Hactenus adhibitis utriusque litigatoris allegationibus, tempus [illegible], ut iudex pro dirimenda lite partes suas interponeret [illegible] interrogando, postea pronunciando. Sed hic modus ad humanum [illegible] quod falli potest. Noster iudex, secretorum cognitor, cordium [illegible] interrogat, et multo minus quam terrenus iudex [illegible] sed ex sententia animi sui alligatur, quid aut credat, aut parum sibi probatum opinetur. Verum peccatis nostris exigentibus dormire iam putatur, et [illegible] turbatur, navicula ecclesię fluctuat. Dormit vero ipse, [illegible], ut nos intuitu periculosi naufragii ad clamorem excitemur. Eamque sententiam, quam ab ęterno super hac re in libro prescientię conscripsit, ad nostram [illegible] adhuc a cognitione hominum abscondit. Dormit ipse, dormitant et discipuli, sed [illegible] valde dispari ratione. *Venit [illegible] ad discipulos suos et invenit eos dormientes, erant enim oculi eorum gravati.* Nescio, quam ob rem prelati ęcclesię, qui locum tenent discipulorum, sopore dissimulationis tenentur et dormitant in hoc negocio ac velut, qui litargiam[b] patitur, pene nec suum neque suorum adtendere periculum curant. Forsitan ad contundendam superbiam aliquorum, de quibus propheta: *Dies*, inquit, *Domini [illegible] super omnem superbum et excelsum et super omnem arrogantem et humiliabitur.* Et alibi: *Pro eo quod elevatę sunt filię Syon et ambulaverunt extento collo et [illegible] nutibus oculorum ibant et plaudebant, ambulabant et pedibus suis composito gradu incedebant, decalvabit Dominus verticem filiarum Syon, et crinem earum nudabit.* De quibus loquimur, scitis. Et tales sunt illi, quales fuere, quos notat Sidonius in epistola sua[2] dicens: *Illi generi hominum nihil ordinum, nihil temporum cordi est. In [illegible] Scithę, in cubiculo viperę, in exactionibus arpię, in collocutionibus statuę, in questionibus bestię, in contractibus trapezitę, ad intelligendum saxei, ad iudicandum lignei, ad succendendum flammei, ad ignoscendum ferrei, ad fallendum vulpes, ad superbiendum tauri, ad consumendum minotauri.* De cetero, carissime amicorum, noverit prudentia vestra, propter[c] has et alias dissidentium inter se rationum, — quas ideo succinxi, ne cartula in libellum porrigeretur — varietates, nonnullos esse, qui pro utraque [illegible] parte suspensam adhuc teneant sententiam. Sed et pro his vereor, ne quandoque, procella ista statuta in auram[d], audituri sint improperium ęuangelicum: *Qui non est mecum, [illegible] contra me est et qui non colligit mecum*[e], *dispergit* et illud: *Non ascendistis ex adverso [illegible] et non obposuistis vos murum pro domo Israel, ut staretis in prelio in die Domini.* Item: *Callidus vidit malum et abscondit se.* Item: *Non agnoscitur in prosperis amicus,* [illegible]

a) inquit c. b) litargiam c. c) [illegible] c. d) statuta [illegible] Mutat[illegible] sedato, [illegible]

1) *Cf. epist. Alex. [illegible] p.* 241: commonentes, ut sicut viri catholici vos pro [illegible] Domini muros inexpugnabiles opponatis *et infra:* nos supra nominatum [illegible] et scismaticum — tanquam inobedientem et contumacem — vinculo anathematis et [illegible] cationis astrinximus. 2) *Apoll. Sidon. Epist. l. V, 7, § 4, ed. [illegible] VIII p.* 82.

non ad mensam, nec absconditur in malis inimicus. Unde illud vulgare: *In necessitate probatur amicus*[1]. Item[2]:

Non est personę, sed prosperitatis amicus.
Quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat.

Ista super hoc negocio mihi ad presens dicenda occurrerunt. Reliquum est, ut illud poeticum[3] vobis dicam:

Vive vale! si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

1) *Non inveni. Cf. Pasch. Radberti in Matth. evang. l. V, Opp. ed. Sirmond p.* 386: iuxta illud antiquum proverbium, quando amicus et medicus in necessitate probantur. 2) *Müllenhoff et Scherer, 'Denkmäler' ed.* 3, *I, p.* 63; *XXVII,* 2, 127. 3) *Hor. Ep. I,* 6, 67. 68.

CARMINA AD SCHISMA ALEXANDRINUM PERTINENTIA.

EDIDIT

H. BOEHMER.

I. Codices quibus ad primum quod sequitur carmen edendum usi sumus sunt:

1. *(A) Bibliothecae armamentarii Parisini* 1136, *saec. XII. scriptus, ubi f.* 21—23. *mediis carminibus Petri qui dicebatur Riga insertum est. Cf. H. Martin, 'Catalogue des mscr. de la bibl. de l'Arsenal'* (a. 1886) *II, p.* 299. *Quem in usum nostrum contulit vir cl. H. Lebègue.*

2. *(B) Bibliothecae imperialis Petropolitanae O. I.* 15. *saec. XII. confectus, ubi in f.* 116. *manu paullo recentiore post Dialogos Gregorii I. adiectum est. Qui quamquam* 6 *ultimos versus — fortasse, ut causam inceptam in dubio relinqueret*[1] *— omisit nonnullisque mendis laborat, tamen cum e codice A non emanasset necnon hic illic meliores exhiberet lectiones*[2], *conferendus non solum, sed etiam nonnunquam praeferendus esse videbatur.*

Exscripsit autem inde hoc carmen in usum nostrum W. Arndt b. m., atque iterum Car. Gillert, quorum apographa ad editionem in annalibus nostris t. V, p. 611—613; *VI, p.* 511. *factam adhibita sunt.*

De auctore nihil certi enucleari potest, nisi quod a. fere 1163, *postquam Alexander III. in concilio Turonensi Mai.* 19. *habito a praelatis ecclesiarum Gallicanae, Anglicanae, Hispaniensis papa agnitus est, hos versus condidit. Quod enim B. Hauréau eos Petro Riga assignavit*[3], *inde quod in codice A in mediis carminibus Petri, quibus Floridus aspectus inscribitur*[4], *extant, probabiliter colligi posse nego. Accedit, quod et versuum rationem et artificiosas quibus poeta noster utitur, adnominationum figuras, a Petro, si forte ea quae P. Leyser ex eius Aurora excudenda curavit*[5], *comparaveris, penitus abhorrere intelleges*[6]. *Ergo quo iure Petrum*[7], *eodem Rahewinum qui eisdem, quas noster*

1) *Cf. Dialogum de pontificatu s. Rom. ecclesiae supra p.* 545. 2) *Cf. v.* 8. 15. 67. 82. 90. 93—102. 3) *'Bibl. de l'école des chartes' XLIV, p.* 5. 4) *De* [illegible] *sius idem Hauréau, 'Notices et Extraits' XXVIII.* 2, *p.* 293—301. 5) *P*[illegible] *p.* 692—736. 6) *Ut exemplum afferamus, elisione quam noster* [illegible]
7) *De vita et scriptis Petri cf. 'Hist. litt. de la France' t. XVI, p.* 187. [illegible]

[illegible] *epistolis usus*[1], *easdem in versibus condendis regulas secutus sit*[2] *necnon ab eisdem partibus stetisse eademque ratione, dialogo scilicet inducto, de schismate egisse videatur*[3], *auctorem pronuntiaveris. Id tantummodo inde, quod causa regis Francorum contra regem Anglorum, quae in codice A*[4] *sequitur eiusdem auctoris esse videtur — eisdem enim vel similibus adnominationibus abundat eademque dialogi*[5] *forma composita est — quem tamen Gallum natione fuisse constet*[6], *nostrum in Gallia floruisse colligendum est. Ac si cui poetarum tunc florentium opusculum attribuere licuerit, equidem id Matthaeo Vindocinensi, quem simili sermone usum fuisse*[7] *non ignoramus, potius addixerim.*

II. Ex codice Duacensi 865 *(*367*), olim Aquicinctino*[8], *unde Duthilloeul primus a.* 1846. *publici iuris fecit*[9], *carmen infra secundo loco edendum Bethmann b. m. ante* 55 *annos in usum nostrum exscripsit*[10]. *Quod cum Alexandrum III. ab omnibus populis praeter Germanos agnitum esse testetur*[11] *necnon synodos de schismate componendo celebratas respicere videatur, brevi post synodum Turonensem a.* 1163. *Mai.* 19. *habitam*[12], *qua Alexander et Gallorum et Anglorum publicum assensum adipisceretur, sed ante mortem Victoris IV.* 1164. *Apr.* 20.[13] *conditum esse existimo. De auctore nihil traditum est. Sed est, cur eum qui cum tam acri in Teutonicos invehatur odio, Gallum fuisse constet, eundem poetam habeamus, qui eisdem temporibus Causam, quam modo edidimus, composuit. Eadem enim in versibus condendis ratione utitur, eodem modo, etsi in hoc opusculo minus turgidus et inflatus est, adnominationibus et antithetis studet, quin etiam, ut infra ad singulos versus adnotavi, hic illic ad verbum Causam repetit, ut si non eundem utriusque carminis auctorem haberes, at certe nostro Causam innotuisse sit coniciendum. Quidquid ergo de Causae auctore dixi, ad nostrum quoque pertinere iudico. Cum vero eam Matthaeo Vindocinensi addici posse ostenderimus, non ineptum videtur conicere tria illa, quae hoc loco evulgamus, carmina Matthaei esse, quippe quem non solum sollertia, sed etiam multitudine versuum ceteris aequalibus praestitisse constet*[14].

III. Tertium carmen, cui de apostolicis *inscribitur, e codice Vaticano Christinae reginae* 344, *saec. XIII in.*[15], *ubi f.* 381. *post Serlonis Fontani poemata extat, primus V. cl. Wattenbach*[16], *secundus Hauréau*[17] *publici iuris fecerunt. De auctore, ut scribarum in his opusculis tradendis moris est, nihil dicitur. Sed non immerito Wattenbach propter antithetorum copiam turgidumque genus dicendi id Matthaeo Vindocinensi videtur attribuisse*[18]. *Cuius de vita et scriptis cum iam ante me satis superque actum*

1) *Cf. infra p.* 548, *n.* 4. 2) *Cf. Meyer, 'Radewins Gedicht über Theophilus', 'Münch. Sitz.-Ber. philos.-hist. Kl.'* (1873) *p.* 65—70. 3) *Cf. supra p.* 527. 4) *Cf. Hauréau, 'Bibl. de l'école des chartes' XLIV, p.* 7—11. 5) *Orator regis Francorum et orator regis Anglorum coram iudicibus, qui postea sententiam ferunt, inter se disputant.* 6) *Cf. l. l. p.* 11: Iudices loquuntur:

> Singula rimamur: tu plenus es, Anglice, rimis.
> Integra, Galle, tuo vernat in ore fides.
> Nunquam recta fuit, nunquam meruit sibi causa
> Anglica vel potius Anglica cauda fidem.

7) *Cf. eius epistolas a Wattenbach, 'Münch. Sitz.-Ber. phil.-hist. Kl.'* (1872) *p.* 561—631. *editas et quae Wattenbach exposuit ibid. p.* 562. 8) *Descriptus est in 'Catalogue des mscrs. des départem.' VI, p.* 621. 9) *'Catalogue de la bibl. de Douai' p.* 314—316. 10) *Cf. Pertz, 'Archiv' VIII, p.* 91. 431. 11) *Cf. v.* 65. 66. 12) *Jaffé ed. alt. II, p.* 168. 13) *L. l. p.* 426. 14) *Cf. 'Münch. Sitz.-Ber.'* (1872) *p.* 562. *et Prologum epistolarum Matthaei ibid. p.* 564 *sqq.* 15) *Quem copiosissime descripsit Hauréau in 'Notices et Extraits' XXIX,* 2; *cf. Bethmann, 'Arch.' XII, p.* 277. 16) *'Anz. des Germ. Mus.' XXII, p.* 215. 17) *'Notices et Extr.' XXIX,* 2, *p.* 327. 18) *Cf. 'Münch. Sitz.-Ber. phil.-hist. Kl.'* (1872) *p.* 561—563.

sit, [illegible] [illegible][1]. [illegible] per-spicue inde [illegible].

[illegible] 1159 [illegible] 1160 [illegible] non sententia definitiva, a Gallis et Anglis et Hispanis [illegible] composita [illegible] ut videtur natione, nondum Alexandri causam egerit, sed libere utrumque papam a[illegible] [illegible].

[illegible]

[illegible] a. 1896. Aug. 5. *H. BOEHMER.*

(I.) Causa duorum apostolicorum scilicet Octaviani et Alexandri[a].

Octavianus[b. 3]. Ecce senatus adest, fidei pia causa senatum
Consulit et multa saucia lite gemit.
Alexander. Sancte senatus, ave; tua consulo iura, favorem
Supplex mendicat nostra querela tuum.
O.[c] Iusta fides iustos genuit, dolet, ergo dolenti
Condoleant geniti, vos, sibi flete, sui!
A. Illud idem mea mens sitit, hoc unum precor, ungat
Ut fidei vulnus flebile vestra[d] manus.
O. Vulneris auctorem punite, notate fideles!
Pallet[e] Alexandro lesa sub hoste fides.
A. Si bene metitur rem recti linea, Victor,
Quem melius Victum nomino, causa mali.
O. Me iuvat ordo rei, rem prosequar[f] ordine certo:
Res discussa dabit, quae mala, quisve malus.
A. Iste suam causam polit, utar simplice vero,
Veri simplicitas verba polita fugit.
O.[g] Fratribus invidit Adrianum flebile fatum,
Explevit morem flebilis aula suum.
A. Curia suspirans pastorem flebat, at illi
Ridebant fletus, Octaviane, tui.
O. Flevit, flens latuit, flentis vel flendo latentis
Fletibus arrisit urbis et orbis honor.
A. In statuam[h] statuunt unum sibi Guido, Iohannes[i];
Omnis[k] Alexandro curia prona fuit.
O. Octaviane, nites manto prius et pia manti
Gratia preferri te dedit ante dati[4].
A. Risit et irrisit mantatum[l] curia, versus
Mantus perverse mentis imago fuit[5].

a [illegible] *B.* b Victor *B.* c V. *B* [illegible] d tua *A.* e pallat *B.* f prosequer [illegible] g [illegible] h [illegible] i illum *B.* k Hesit Alexander [illegible] *B.* l [illegible] *B.*

1 *'Histoire litt. de la France'* XV, p. 42[illegible]. [illegible] 1872 [illegible] 562. 2 [illegible] *'N. Arch.'* XX, p. 679—684. 3 [illegible] *Angliae et reges Franciae [illegible]* 4 *Cf. [illegible] epistola ad Gerardum episcopum Bononiensem [illegible]* IV, 63 [illegible] p. 238. *Jaffé nr.* 10587. 5 *Cf. [illegible]* p. 249.

O. Vidit et invidit aliquis, bona cuncta malignis
Sunt mala, sola[a] malis non placitura placent.
A. Illa dati, pocius rapti, me mentio manti
Ledit, Alexandro quem sua Roma dedit.
O. Non dedit, ille sibi manti[b] mentitur honorem,
Pagina mantatos non habet ulla[c] duos.
A. Non habet, unus erat, nec habens mantum neque mentem
Qui rapuit mantum, mente monente manum.
O. Octaviane, prior sollempni nomine flores,
Victor, victoris nomen et omen habes.
A. Ludit et eludit suus illum nominis error,
Nomen ab opposito, non quia vincat, habet.
O. Timpana[d] Victorem conducunt ad loca Petri,
Laudibus assurgit obvia Roma patri.
*f. 22. *A. Non laudes, sed erant fraudes, non palma, sed arma,
Et tumor[e] et multus ille tumultus erat.
O. Laude sonant leta citare[f], plebs, organa, clerus,
Illi congaudent ille vel ille sonus.
A. Non cantus, sed erant plantus[g], lira nulla, sed ira,
Arma movens agmen ense sonabat amen.
O. Peccanti venia, pulsanti porta, vaganti
Meta, reis, cecis, spes, via, Victor, ave!
A. Qui turbas turbet, qui ius[h] abiuret, iniquos
Approbet, electos exprobret, iste fuit.
O. Inclita Victoris fuit hec promotio, laudes
Fingat Alexandro quaslibet iste suo.
A. Veri candorem nullis obnubilo fictis,
Sed magis ordiri tempto, quis ordo rei.
O. Temptet, procedat, ratio satis obviat, omne
Quod probat, haec reprobat et reprobare parat.
A. Suspirantis adhuc florem collegerat urbis
Tercia[1] post cineres lux, Adriane, tuos.
O. Hic pater expirat, pia plebs suspirat, honori
Impius aspirat, hinc dolor, inde dolus.
A. In libra nutans electio sancta pependit,
Donec Alexandri ponderat illa bonum.
O. Et tu, Victor, eras bonus, illud librat et illud
Roma bonum, morum pondere vincis eum.
A. Non ita nutavit[i] sancte discretio libre,
Quin sit Alexandro pronior illa meo.

a) sola placent non placitura malis *B.* b) manto *A et B.* c) ulla *corr. in* illa *A*; illa *B.* d) tympana *B.* e) rumor *B.* f) chitare *corr.* citare *A*; tychare *B.* g) planctus *A.* h) quivis *A.* i) mutavit *A.*

1) *Cf. l. l. p.* 238: Cum antecessor noster — Adrianus papa Kalendis Septembr. debitum naturae solvisset, — eo Romam adducto et II. Non. Septembr. in aecclesia beati Petri — tumulato, coeperunt omnes fratres et nos cum eis — de substituendo pontifice cogitare.

O. Oro, notate meo, suus ille suo placet, illi[a]
De se sive suo credere nullus habet.
A. Credet Roma notans, quod in illo [illegible]
Eloquii, fidei gemma, pudoris honor.
O. Rem fugit, hec fingit, hic veri nulla colore
Pingit, sed falsi singula nube tegit.
A. Que virtus Romae non est audita: precante
Non audit nummos nobilis illa manus.
O. Commendare solet venalia venditor, istis
Vendit Alexandrum laudibus iste suum.
A. Linguas fama novas, nisi mendicet prius, istum
Tam celebrem pleno non canet ore virum.
O. Quid plus? excedat hominem, sit non homo, fiat
Angelus, elatum deprimet omne Deus[b].
A. Quid noto? ridet ei pleno Romana favore
Gratia, dat curam curia, cura metum.
O. Non favor, immo fuit furor, hunc quia praetulit, immo
Intulit, invito cesare Roma sibi.
A. Roma, manum cuius sequitur mundi rota, regum
Dedignata iugum, se sine rege regit.
O. Immo passa regi, Siculi rectoris habenam
Ausa sequi; patri, quem fovet, ille placet[c, 1].
A. Regis amor Siculi fovet illum iure, suorum
Qui variat morum floribus orbis agrum.
O. Laudatus tociens, vel adhuc laudandus[d], egebat
Laudibus, ut laudum mergeret unda scelus.
A. Numquid eum titulis[e] non debeo pingere, vitam
Cuius non potuit pungere spina doli?
O. Vincet eum Victor, vi dignior, aut nive morum
Purior, aut generis aut ope maior opum.
A. Quid moror his? illum, qui secula nostra veneno
Scismatis infecit[f], evome Roma foris!
O. Ut res declarat, manto vel nomine Victor
Vicit. Iudicium causa probata sitit[g].
A. et O.[h] Cui[i] laudi titulus ascribi debeat, ambo
Poscimus, utatur curia iure suo.

Iudices loquuntur[k]:

Utitur; audita librantur. Libra minatur
Victori. Victor — res nova — victus erit.
Vicit Alexander. Respirat naufragus orbis
Ver pacis rediit. Naviget ergo fides.

a) illi corr. ulli A. b) decus A. c) favet B. d) laudatus [illegible] e) [illegible] B. f) [illegible] fecit B. g) fuit A. h) A. et O. add. [illegible]. i) [illegible] 103–108 [illegible] B. k) [illegible]

1) Cf. Victoris epistolam Rahewini Gesta [illegible] IV, c. 60, [illegible] 257 [illegible] nr. 14426.

II.) Versus contra Octavianum[a] qui papatum sibi adversus Alexandrum papam usurpavit; qui etiam a fautoribus Victor est appellatus.

Nomine Victor eras. Te fallit nominis umbra[1],
  De te mentitur nomen inane tibi.
Victus es, o Victor! Victo Victore, papatu[2]
  Splendet Alexander, dictus ubique pater.
Fratrum pace bona promotus preminet orbi.
  Palles; pax pacem destruit illa tuam.
Insurgis paci. Pacis iubar atra serenum
  Invidiae surgens inficit aura tuae.
Igne spei motus animi te fallit iniquus;
  Summum dulce tibi spondet honoris onus.
Omne quod est, nulli satis est. Sed habens bona sperat
  Optima. Spem sequitur ad nova quisque suam.
Sic miser esse, quod es, odis. Pater esse laboras.
  Quod non es, vel quod non eris, illud amas.
Tu, reprobus, patrem reprobas. Tu frater et hostis
  Fratribus, in patrem filius arma paras.
Consulis ante tamen fratres de fraude, sed hostes
  Percipis. Esse doli solus in arte doles.
Querit bella tuus dolor aut dolus. Ad patris ausum[3]
  Aspirare decus invenit arma scelus.
Fratribus amissis emis armatos tibi fratres.
  Pallet et ad matrem confugit egra fides[4].
Lesa fides de te queritur. Miratur alumpnum
  Sic lesisse fidem curia sancta suum.
Lesae compatitur fidei, te dampnat et aufert
  Teque tuosque sibi, seque suosque tibi.
Ve tibi, ve soli, sine fratribus et sine matre.
  Quae modo mater erat, ecce noverca tibi!
Causa dolenda tibi. Dolus hic. Doleas, et iniquo
  Puniat eternus hunc dolor igne dolum!
Iamque doles, videoque dolo nil iustius isto,
  Nam tuus iste redit in tua dampna dolus.
Perdis id esse quod es, quia vis quod non potes esse.
  Hoc habet amplectens omnia: nulla tenet.
Factis digna tuis respondent premia. Perdis,
  Dum petis iniuste non tua, iure tua.
Ius concessa tibi negat inconcessa petenti,
  Icharus es; summa dum petis, ima tenes.
Quam facis, in foveam cadis. Ipsum te tua fallunt
  Retia. Summa tui tu tibi causa mali.
Quid magis offendat vitam viventis, apertis
  Nos docet exemplis res tua, forma malis.
Nil homini gravius hominis quam prona voluntas:
  Hac duce dum properas, hac[b] ruis ipse probans.

a) Octovianum c. b) ac c., *corr. Duth.*

1) *Cf. Causa v.* 39. 40. 2) *L. l. v.* 12. 105. 106. 3) *L. l. v.* 61. 62. 4) *L. l. v.* 10: Pallet Alexandro lesa sub hoste fides.

Se quicumque regit, rex est. Qui vult imperare
   Omnibus imperiis, imperet ipse sibi.
Si mentes sequimur, a nobis fallimur. Hostis
   Est sibi, quisquis amat quicquid amare iuvat.
Forsan amo mundum nec amat me mundus amantem;
   Ridet et in risu flebilis ira latet.
Nil ita nos fallit, quia quos invitat ad esse
   Ad non esse trahit. Quae serit, ipse metit.
Riserat ille diu tibi. Spem dederat tibi risus.
   Ve tibi! spe steteras stante, ruente ruis.
Ve tibi! quantus eras! par patri pene vel alter
   A patre; nam primus ille, secundus eras.
Splendor opum, generis maiestas, utilis aetas[1]
   Pretulerant cunctis te tria laude trium,
Fama magnus eras et magnis maior, ut esses
   Maximus, hoc solum defuit: esse papam.
Nec magnus nec maior eris nec maximus: in te
   Dampnat utrumque gradum tertius ille gradus.
Iam tibi diffidens opibus confidis; opumque
   Te male Theutonicus orbis adorat ope.
Erigit in statuam te cursus et ira furoris[2]
   Theutonici[3]. Sibi par certat habere parem.
Nonnisi sola tibi blanditur Cesaris aula,
   Errorique tuus consulit ille tuo.
Et regit errorem rex, et regem regit error,
   Errat nec regitur nec regit orba fides.
Ergo regat rex summus eum Petrique carinam
   Dirigat, ut mergat nulla caribdis eam.
Mergi non poterit[a] Christo sibi remige, quamvis
   Heresis impulsu fluctuet illa tuae.

(III.) De apostolicis.

Ecclesie culmen velud in duo cornua cessit,
   Et caput a membris separat hostis atrox.
Iam reprobus piscis dirumpit retia[b] Petri,
   Iam fur, non pastor intrat ovile Dei.
Pro pastore subit raptor, pro patre tirannus,
   Pro pietate ferus, pro ratione furor.
Vipereum germen corrodit[c] viscera matris[4],
   Et sine visceribus vult pater esse patrum[d].
Usurpans apicem summum discrimine summo,
   Pestifer est aliis, pestifer ipse sibi.
Sedis apostolice certamen dividit orbem,
   Urbis et orbis honor Urbe vel orbe caret.

a) poteris c. b) recia H. c) corrodit [illegible]. d) patrem [illegible].

1) *Causa v.* 97. 98. 2) *L. l. v.* 24. 3) [illegible] furoris | Teutonici. 4) *Cf. Isid. Etym. XII*, 4, 10; *Opp.* [illegible] *Dial. de pontif. Rom.* [illegible] *supra p.* 530 [illegible]

Pro cathedra Petri dum certat uterque duorum,
Dum sua plus curant, de grege cura minor[1].
Corrupte partis virus grassatur in omnes,
Et capitis languor languida membra facit.
Ut trabium nexus viget astringente cavilla,
Hac etiam rupta rumpitur ille simul:
Sic uni capiti dum plebs devota cohesit,
Una fuit; duplicem compulit esse duplex.
Unde solet membris[a] pax, gloria, vita venire,
Hinc dolor, hinc luctus, hinc necis exit odor.
cf. Matth. 5, 13. Qui sale doctrine fatuos condire iubentur,
Sal fatuum facti quaslibet infatuant.
Irradians olim cuntos erecta lucerna
Nunc moriens fumat, nunc labefacta iacet.
Iam sequitur reges, iam servit regibus illa[2],
Que residens regnis[b] regia iura dabat.
Libera captiva, felix miseranda, modesta
Preceps[c], sublimis infima, dives egens,
Sponsa Dei monstrum, iudex rea, mater acerba,
Una duplex, fervens frigida, pulcra biceps.
Quas semel evasit, rursus revocatur ad undas;
Et secura minus fluctuat arca Noe.
Naviculam Petri, quam pene pericula perdunt,
Urget predo, manent saxa, procella rapit,
Fluctus consurgunt, furit auster, frangitur arbor,
Vela fluunt, puppis solvitur, unda subit.

a) *ita Watt. et Haur.*, menibus *Beth.* b) rengnis *c.* c) prepes *Watt. et Haur.*

1) *Cf. Dial. de pontif. Rom. eccl. supra p.* 530. 2) *Victor IV. ad Fridericum I. confugit.*

GUALTERI AB INSULIS CARMINA.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Duo haec carmina quae ex serie decem carminum codicis Parisini 3245. *saec.* XIII. *medio scripti, unde W. Muldener a.* 1858. *primus publici iuris fecit*[1], *hic tamen inserenda existimavimus, sicut cetera a scriba Gualtero ab Insulis dicto de Castellione, praeclaro illi Alexandreidos auctori, assignantur. Quod quo iure factum sit, adhuc in disceptatione versatur. Postquam enim Oudinus*[2], *qui primus de his versibus retulisse videtur, Fabricius*[3], *Du Méril*[4], *Giesebrecht*[5] *scribam, de cuius fide non dubitabant, secuti sunt, primus Muldener in dissertatione de vita magistri Gualteri composita*[6] *eam in dubitationem vocarit, sed postea in editione carminum sententiam retractarit*[7]. *Cui a.* 1877. *L. Bellanger*[8] *assentitus est, sed B. Hauréau*[9] *strenue repugnarit. Quae cum ita sint, equidem non ignarus, quam temere illius aetatis scribae et librarii carmina quae latius innotuerant, claris poetis attribuere soliti sint, de uniuscuiusque auctore singulatim et accurate disquirendum esse puto, quam ob rem, cum de tota serie agere longum sit, de his tantummodo quae infra edimus disserere mihi videtur.*

Ac primum quidem carmina ea aetate, qua Gualterus ille floruit, condita esse apparet. Alterum enim, quo poeta ut Gerhohus[10] *vel auctor Dialogi de pontificatu Romanae ecclesiae*[11] *vel complures qui a.* 1062. *Sept.* 7. *synodo in ecclesia sancti Iohannis Losnensis interfuerunt*[12], *utrum papam legitimum haberet et reciperet, non indicavit, schismate ineunte, antequam synodus magna Turonensis (a.* 1163. *Mai.* 19) *Alexandrum III. agnoverat et confirmaverat, compositum esse videtur. Alterum vero quo Calixtus III. vehementissime castigatur, ad schisma autem componendum aut sedes regia*[13] *aut praesul civitatis ignotae litteris* eya *significatae, qui quidem ab Alexandri partibus steterit, apprime vocatur, vere a.* 1171. *scriptum esse conicio. Tunc enim Fridericus I. et Ludovicus VII. rex Franciae, qui summo studio pacem ecclesiae redintegrare nitebatur, cum multis nobilibus in valle Oniae inter Tullum et Vaucouleurs sita convenerunt*[14] *et colloquio de schismate et de Brabantionum rapinis habito Pontium abbatem Claraevallensem Tusculum miserunt, qui Alexandrum de condicionibus a regibus propositis certiorem faceret. Quin* [illegible]

1) *'Gedichte des Walther von Chatillon'* 1858. 2) *De script. eccl.* [illegible] *II. col.* 1668. 3) *Bibl. lat. med. et inf. aet. ed. Mansi III. p.* 112. 4) *Poésies popul. lat. p.* 144 *sq.* 5) *'Allgem. Monatsschrift'* (1853) *p.* 363. 6) *Gottingae a.* 1854. *p.* 21. 7) *Cf. Praefatio p.* 5. 8) *De vita Gualtheri. Thèse* 1877 [illegible]. 9) *'Notices et extraits'* 29. 2. *p.* 293 *sqq.* 10) *Cf. supra p.* 363 *sq.* 11) *Cf. supra p.* 545 *sq.* 12) *Cf. supra p.* 530. 13) *Cf. infra p.* 560, *n.* 5. 14) [illegible] *D. A. Z.* I. *p.* [illegible]; *Cartellieri, 'Philipp II. August.'* (*Dissertatio Berol.* 1891) *p.* 20—24.

tunc Gallus quidam poeta praesuli regem comitanti, imperatori vero non ignoto, aut ipsi regi familiaritate aut famulatu adscitus hos versus condere potuerit, nemo est qui dubitet. Atqui Gualterum illum praeclarum tum cancellarium vel saltem famulum Henrici I. archiepiscopi Remensis fuisse constat[1], *qui huic colloquio interfuisse videtur. Ergo non habemus, cur scribam errasse aut mentitum esse contendamus. Quod autem Hauréau hoc carmen a. fere* 1120. *a vehementissimo Guelforum assecla conditum esse coniecit*[2], *audacius quam verius mihi affirmasse videtur, neque latius redarguatur oportet. Iam vero ne forma quidem aut ratione versuum fides scribae in suspicionem vocatur. An Hauréau secuti celebrem illum Gualterum uno tantummodo rhythmo, hexametro scilicet, usum esse putamus? Accedit quod eadem metri et prosodiae exercitatio veterumque poetarum cognitio, qua Gualterus floruit, in his quoque versibus cernuntur. Quid? quod poeta in secundo carmine tam copiose de Alexandro Magno egit, cuius gesta Gualterus ea ipsa aetate tractare coepisse videtur? Quae cum ita sint, non est, quod Alexandreidos poetam cum prioris, tum posterioris carminum quae sequuntur auctorem fuisse negemus.*

De Gualteri vita, cum iam satis superque in 'Hist. littér. de la France' t. XV, p. 100, *a Giesebrecht*[3], *Mueldener*[4] *et Hauréau*[5] *actum sit, accuratius disserere supersedeo. De codice, unde carmina a v. cl. H. Lebègue collata damus, nihil notandum videtur, nisi quod textus quem praebet, duabus lacunis nonnullisque mendis laborat. Librum copiose descripsit Edélestand du Méril, Poésies populaires lat. du moyen âge (Paris* 1847*) p.* 146—149, *neque alio Mueldener usus esse potest, quamvis miro errore ductus numero* 8359. *eum signatum esse dicat, in quo Alexandreidem Gualteri tantum inesse constat.*

Altera prioris carminis recensio extat in codice ms. Harl. 978, *f.* 114 *(Harl.), unde primus Thomas Wright in 'the latin poems commonly attributed to Walter Mapes' (London* 1841*) p.* 159—162. *edidit;* 8 *strophae sine quibus reliquae vix intellegi possunt, omissae sunt,* 15, *quibus non tam de schismate, quam de pravitate saeculi agitur, adiectae; textum vero, ubicumque cum nostro comparari potest, peiorem esse constat. Gualtero Mapes non a scriba, sed a librariis demum Catalogi Harleiani ('Catalogue of Harleian MS.' London* 1808. *I, p.* 489*) tributum est*[6]. *Quibus de causis nobis codicem Parisinum praeferre et sequi opus fuit. Primam et secundam eiusdem carminis strophas edidit iam a.* 1828. *ex codice ignoto M. Croke, 'Essay on the history of rhyming latin verse' p.* 122, *ubi eas Waltero Disse, fratri Carmelitarum Burdegalensium, qui a. fere* 1290. *floruit, falso adiudicarit.*

Berolini a. 1896. *Aug.* 15. *H. BOEHMER.*

I.

'Galterus de Insula.

Contra statum ecclesie depravatum.

1. Eliconis rivulo modice respersus
Vereor, ne pondere sim verborum mersus;
Sed quia[a] illabitur[b] mundus universus,
Incipe Menalios[7] mecum, mea tibia, versus.

a quem *Harl.* b scriptitat *Harl.*

1) *Cf. Iohannis Sarisber. epist.* 168. *ad magistrum Raim. Pictar. data; Ioh. Opp. ed. Giles I. p.* 264; *Mueldener dissertatio laudata p.* 27. 29; *Giesebrecht l. l. p.* 366. 2) *L. l. p.* 299. *Cum ne Giesebrecht quidem l. l. p.* 366. *et p.* 378. *de carminum aetate recte iudicaverit, de qua re fusius disserui.* 3) *L. l. p.* 365—367. 4) *L. l.* 5) *L. l. p.* 296—298. *Ubi Gualtherum numquam in Anglia in curia regis fuisse demonstravit.* 6) *Aetas manuscripti in catalogo non adnotatur.* 7) *Verg. Ecl. VIII,* 21.

2. Rithmis[a] dum lascivio, versus dum propino,
Rodit forsan aliquis dente me canino,
Quia nec afflatus sum spiritu divino,
Nec labia proflui fonte caballino[1].

3. Accusator criminum iudexque sedebo
Omnium quae videro fieri sub Phebo;
Vitiosus siquidem vicia[b] delebo,
Munus et officium nil scribens ipse docebo[2].

4. Dicta fuit aurea vita pristinorum[c],
Quorum[d] nec symonia vendicabat[e] chorum[f],
Nec regnabant scismata, sed vi modernorum
Effodiuntur opes irritamenta malorum[3].

5. Ecce[g] papas geminos instruxerunt reges,
Sed cui adhereas, nescis, vel quem neges:
Utrobique pullulat viciorum seges,
Ammissae pereunt nullo discrimine leges[4].

6. Sed a Christo forsitan neuter est electus,
Neuter mihi sufficit, uterque suspectus;
Nescio, quis horum sit obliquus[h] vel rectus.
In diversa trahunt unum duo nomina pectus[5].

7. Suam Christus admodo[i] vineam non fodit,
Illam vorat ambitus, illam scisma rodit.
Sponsa Christi coniugis iussa non custodit,
Sepe etenim mulier, quem coniunx diligit, odit[6].

8. Sponsa dicit apud se: 'Heu, quamdiu[k] teror!
Quo me capit impetus scismatis, quo feror?
Sponsum, per quem meus hic relevetur meror,
Ultra promissum tempus abesse queror[7].

9. Si[l] verum subtilius licet intueri,
Iam defecit[m] dignitas et libertas cleri.
Roma prorsus cecidit in eclipsim veri,
Et, si non cecidit, potuit cecidisse videri[8].

10. Non erat a cesare papa statuendus,
Sed secundum canones erat eligendus.
Nam qui sic eligitur, hic est reverendus.
Hic tibi[n] praecipue sit pura mente colendus[9].

11. Illi, per quos hereses scismataque vici
Quondam, mihi facti sunt nuper inimici.
Quod cecidi, stabilis non debebam dici:
Quid me felicem totiens iactastis amici?[10]

a) [illegible] 2. [illegible] H. b) vicio H. c) [illegible] H. d) [illegible] e) [illegible] H. f) [illegible] H. g) [illegible] 5 et 6. [illegible] H. h) [illegible] i) [illegible] H. k) quantum nunc H. l) [illegible] 9–12 [illegible] H. m) [illegible] n) [illegible]

1) Pers. Sat. Prol. 1. 2) Horat. Ars poet. 306. 3) Ov. Met. I, 140. 4) [illegible] III, 119–120. 5) Met. VIII, 464. 6) Dist. Cat. I, 8, 2. 7) Ov. Her. II, [illegible]. 8) Non inveni. 9) Dist. Catonis I, 1, 2. 10) Boet. Cons. phil. I, 21.

12. Nemo iuste vivere novit neque pie,
Pastores ecclesie facti sunt arpie.
Ecce iam completum est illud Iheremie:
Iacent sancti lapides in capite viae[a, 1].

13. Mea gens antiquitus dici Nazarea,
Id est sancta, potuit, sed nunc pharisea,
In duo me dividunt[b], et cum non sim rea,
Praelati partiti sunt vestimenta mea[2].

14. Iam casura videor, quia tota nuto,
Mea carent menia gladiis et scuto[c],
Aurum meum scoria vilius est luto
Et princeps provincie[d] facta sub tributo[3].

15. Sed ne vos detineam turbine sermonum,
Mundi caput corruit, non habet patronum,
Hodie requiritur[e] virtus Scipionum[f],
Marcellusque loquax et nomina vana Catonum[4].

16. Veni[g] coniux optime! nam hinc[h] turba Reni,
Illinc me cum Gallicis lacerant Rutheni[5].
Veni, ne tardemus[i], et [me[k]] merentem[l] leni!
Nil mihi rescribas, attamen ipse veni![6]

17. Me desertam creditis forsitan ex toto
Sed sponsum ad nuptias[m], hoste iam remoto,
Aspiciens a longe venientem noto'.
Sic[n] ait et longo consumit gaudia voto.[7]

II.

*f. [illegible] col. a.

*Galterus de Insula.

Quod papa sit summus et imperator sub ipso[o].

1. Totus huius temporis ordo sive[p] status
Ab antique legis est[q] fonte derivatus[r];
Praesentis ecclesie tenor et ornatus
In aquis diluvii fuit figuratus.

2. Notatur ecclesia mistice per archam,
Mundus per diluvium; sed ne verbis parcam:
Per Noe colligimus summum patriarcham
Totius ecclesie caput et monarcham.

3. Ibi Noe manibus mundis, corde mundo
[illegible] Universis imperans caruit secundo[8]:

a) plateae *Threni.* b) Unam duas faciunt *Harl.* c) Mea propugnacula muri carent scuto *Harl.* d) princeps provinciarum *Harl. et Threni.* e) Ubinam est hodie *Harl.* f) *hic versus in codice post sequentem legitur. Ordinem, quem exhibemus, habet Harl.* g) *stropham* 16. *om. Harl.* h) hic *c.* i) tardamus *c.* k) *deest c.* l) merentes *c.* m) nupsias *c.* n) haec *Harl.* o) Galterus — ipso *manu recipt.* p) fu *c.* q) *erasum.* r) dirivatus *c.*

1) *Threni.* 4, 1. 2) *Ioh.* 19, 23. 3) *Threni* 1, 1. 4) *Lucan. bell. civ. I,* 313. 5) *I. e. incolae oppidi 'Rodez', ad fluvium 'Aveyron' in districtu 'Aveyron' siti. Cf. Luc. I,* 402; *Sidon. Apollinaris Carm. XXIV,* 33. *Quos solummodo rhythmi causa poeta hoc loco videtur induxisse.* 6) *Ov. Her. I,* 2. 7) *Stat. Theb. I,* 323. 8) *I. e. diluvio.*

Sic cunctis praeficitur, quotquot sunt in mundo,
'Papa navigantibus nobis in profundo.

4. Ergo vel ecclesie membrum non dicatur
Cesar, vel pontifici summo supponatur.
Ecclesie siquidem satis derogatur,
Dum per illum libera mater ancillatur.

5. Si Cesar Roma, si Cesare Roma careret,
Sancta Syon nulla pelice lesa foret.
Ex re nomen habet: cesure Cesar origo,
Ecclesie vestis Cesare cesa fuit.

6. Vestis inconsutilis, vestis illa Christi
Unitas est fidei, quam tu divisisti;
Dum personam laycam papae praetulisti,
Opus inconsutile male consuisti.

7. Si Cesar haberet vim[a] in electione
Romani pontificis, ex hac mixtione
Clericis cum laycis facta scissione
Privarentur clerici sua dicione.

8.[b] . . . .
Caderetque numerus sub divisione:
Haec est causa in[c] genesis sacra lectione:
Careat binarius[d] benedictione[1].

9. Hic est pannus bicolor, haec est illa vestis,
De qua scribit exodus Moysesque testis:
A duobus texitur, signum cuius estis
Vos, per quos haec scismata fiunt atque pestis.

10. Maior et antiquior est imperialis
Dignitas quam cleri sit[e] vel pontificalis,
'Maior' dico 'tempore'; semper enim malis
Regibus subiacuit terra laycalis.

11. Notandus simpliciter locus a maiori,
Nam Rebece dictum est Ysaac uxori:
'Duas fers in utero praegnans lege thori,
Sed maior ex debito serviet minori'.

12. Imperator Esau maior quidem natu,
Papa quidem Iacob est, minor enim statu[2]:
Ille sceptro rutilat, iste potentatu,
Ille maior viribus, iste dominatu.

13. Crede semen Chanaan, semen Hismahelis[f]!
'Estne maior Cesare qui ligat in celis? f. 41
Respondebis forsitan, si negare velis:
'Malo sic incredulus esse quam fidelis'.

a) si cesar vim haberet C. b) unus versus excidit. c) [illegible] et cautum [illegible]. d) primarius [illegible]. e) [illegible] f) [illegible]

1) Cf. Gen. 27, 10 – 36. [illegible] opinor. 2) Cf. Gen. [illegible] supra p. 343.

14. Cesar habet gladium, sed materialem;
Hunc eundem pontifex, sed spiritualem.
Cesar ergo suscipit usum temporalem
Ab eo, qui possidet curam pastoralem.

15. Papam summum nominat usus rationis
Quodam [a] privilegio dominationis.
Non ergo maioris est Cesar dictionis,
Vel gradus sunt quatuor comparationis [1].

16. Extra summum nichil est, ne loquar expresse,
Sic nec summo praesuli poterit par esse.
Quidni? constat gladium alterum deesse [2],
Igitur ut minor sit Cesar, est necesse.

17. Alexander Macedo, domitor terrarum,
Tribus vicit vicibus principem Persarum,
Alexander pontifex et dux animarum
Iam ter vicit Cesarem, regem tenebrarum.

18. Accipe per Darium hunc imperatorem,
Qui praesumpsit clericis ponere pastorem,
Sed devicit pontifex scismatis auctorem,
Et cum ipso potuit vincere Victorem.

19. Cum Victorem perdidit cathedra venalis,
Paschalem [b] substituit vis imperialis,
Sed ad mortem transiit pene iehenalis,
Nam a pascha dictus est transitus paschalis [3].

20. Hiis successit tertius novus Antichristus,
† 2 Thess. 2, 8. Spiritu quem destruet oris sui Christus,
Nam quia Theuthonicis est iniuste mixtus,
Super mortis calicem gustabit Calixtus [4].

21. Igitur si vera sint ista, quae promisi [c],
Nichil habet penitus imperator, nisi
Ab eo qui possidet claves paradisi,
Ut Petri vicarius; non est sua phisi [5].

22. Surge sedes eya [6] quid tamdiu struis?
Tu qui tam facundia, quam virtute cluis;
* Ps. 44, 3. *Cesarem si liberas erroribus suis,
Diffusa est gratia in labiis tuis.

a) Quo c. b) pascalem c.; h *superscript.* c) praemisi *corr. Muld.*

1) *Tres sunt: positivus, comparativus, superlativus. Estne ergo aliquid supra summum superlativum?* 2) *Cf. Luc.* 22, 38 *et Marc.* 14, 47, *ubi unius gladii mentio fit, quem Petrus habuerit.* 3) *Isid. Etymol.* VI, 17, 11; *Opp. III, p.* 272: a transitu Hebraeo verbo pascha appellatum est, eo quod tunc populus Dei ex Aegypto transierit. 4) *Qui obiit a.* 1178. *die Aug.* 29. 5) *I. e. non est sua natura id quod est, imperator videlicet.* 6) *Nomen civitatis episcopalis vel archiepiscopalis excidisse aut litteris* eya *significatum esse, aut* regia *in* eya *corruptum esse conicio, si modo* sedes eya *legendum est.*

DE FINE SCHISMATIS VATICINIUM.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Angliae bibliothecas perscrutanti codicesque nondum accuratius inspectos[1] *evolventi C. Hampio socio nostro in codice Musei Britannici Addit. Mss.* 22349, *ubi manu saeculi XIV. a f.* 203', *col.* 2. *inde usque ad f.* 207', *col.* 2. *Iohannis Wirceburgensis relationi de partibus transmarinis subiunctum est, hoc quoque de schismate componendo vaticinium in manus venit, quod, quamvis breve sit barbaroque sermone conditum, tamen, cum inde et novi aliquid de clericorum Germanicorum vel Italicorum consiliis et opinionibus innotescere videretur et, quam confusum mutabileque aequalium de schismate Alexandrino iudicium fuisset, satis superque eluceret, huic tomo inserendum duximus.*

Duas autem hoc vaticinium partes amplectitur, quae seorsum considerentur oportet: 10 *versus eremitae cuidam, ut finxit auctor, in solitudine Nitria commoranti ab angelo dictatos, obscuros quidem aut certe ambiguos, et copiosiorem eorum expositionem, qua verbum e verbo Sibyllinae illae obscuritates illustrantur. Ac primum quidem de his versibus mihi agere videtur. Quorum duae aliae adhuc extant recensiones, altera, quam littera B insignire liceat, ex codice Vindobonensi* 2090, *quondam Salisburgensi* 311, *ubi f.* 96. *manu saec. XIII. inserta est, iam ante* 48 *annos a W. Wattenbach in usum nostrum descripta*[2], *altera (C) in eiusdem bibliothecae codice* 609, *quondam Hist. eccl.* 154, *s. XII. conservata*[3], *ubi inscribitur:* Versus quos angelus detulit supra sepulchrum Domini. *Utraque eundem versuum ordinem exhibet, sed in B hos decem, qui in C et in A — [illegible] ita enim codicem Musei Britannici significamus — soli extant sunt, octo versus alii subsequuntur, quibus auctor, licet parum perspicue, breviter oraculum exponere voluisse videtur. Textus autem codicis C non paucis mendis laborat, aut scribae desidia aut malo exemplari, quod adhibuit, eo illatis, ab A vero et a B, ut ex notis sequenti recensionis B editioni subiunctis, satis elucet, nonnihil differt.*

Dic Cayphae [a]: mercede caput dampnatur alumni [b].
Celsa ruunt, humili pendet [c] uterque gradus.
Salvant [d] et produnt [e] a. a. [f] quae [g] sunt Ieremiae [h].
Interit et perimit, quod consonat hic [i] euphoniae [k].

a) Caiphe C. b) alumne C. c) perdet C. d) Sanctum C. e) perdunt C. f) [illegible] *cf. infra A.* g) que C. h) Ieremie C. i) *om.* C. k) eufonie C.

1) *G. Waitz h. m. primus vaticinium adnotavit* 'N. Arch.' IV, *p.* 365. 2) *Cf. Pertz* 'Archiv' X, *p.* 552—554; *Tabulae manuscript. in bibl. Vindob. II, p.* 10. 3) *Tab. [illegible] in bibl. Vindob. I, p.* 105.

In scoriam[a] ruit exitus, egra potentia[b] migrat,
  Montibus excedunt onager atque leo.
Cornua vervecis militabunt[c] cornua[d] thauri.
Sydere[e] Pollucis fraternum corruet astrum.
Una dies mortis deponit serta duorum.
Et Babel[f] Archadiae[g] perfusa[h] cruore madebit[i].

Divisum imperium rex est et summa potestas.
Haec subito pereunt, indivisus Deus exstat.
Nec feret ista diu Deus, oppressos relevabit.
Et sic ostendet, quod adhuc nostri miseretur,
Est et quod iustus iudex. Romana potestas
Redditur et papa paulum posthec morietur.
Una dies mortis, hoc est anno fit eodem,
Papa quod interit et fient quaecunque secuntur.

Vel ex hac recensionum B et C editione, quacum A infra p. 566. *excussa conferatur, nullam earum ex alia haustam esse, neque vero B et C, etsi eundem versuum ordinem exhibent, ex eodem exemplari transscribi potuisse apparet. At contra A et C, quamvis versuum ordo differat, ex eodem archetypo ductas esse non negaverim, qui, cum ordo recensionis C in B quoque extet, quam ex C non emanasse patet, hunc ordinem praebuisse videatur. Quae cum ita sint, ab A falso versus collocatos esse manifestum est. In archetypo enim eos duabus columnis scriptos esse conicio, ita ut primus recensionis A sexto, secundus septimo responderet:*

1. Dic Cayphe: mercede caput dampnatur alumni.	6. Celsa ruunt: humili pendet uterque gradus.
2. Salvant et perdunt a a a que sunt Ieremie.	7. Interit atque perit quod consonat euphoniae.

Eadem ratione tertius In scoriam *octavo* Montibus, *quartus* Cornua *nono* Sydere, *quintus* Una *decimo* Et Babel *responderunt. Cum vero poeta, si B et C credere licet, singulos secundae* post *singulos primae, quos sibi respondere intelleximus, legi et scribi voluerit, A falso primo totam columnam priorem exaravit, tum totam posteriorem adiecit*[1]. *Ita factum est, ut vetus ordo, quo licet versus obscuri vix melius intellegantur, tamen duorum codicum testimonio satis comprobatur, in hunc modum, qui in A deprehenditur, immutaretur.*

De hoc archetypo autem recensionum A et C ex eis, quae in codicibus praecedunt, aliquantulum lucis nancisci mihi videor. Sicut enim A artissime cum Iohannis, presbyteri Wirceburgensis, Revelatione de partibus transmarinis coniuncta est[2], *cuius conclusio a librario falso ei est postposita*[3], *ita C artissime cum tribus descriptionibus Terrae Sanctae cohaeret eadem manu saec. XIII. in codice exaratis, quarum prima et secunda, Rogonis videlicet vel Rorgonis Fretelli*[4], *archidiaconi Antiocheni, tractatus de distantiis locorum*

a) scorium C. b) potencia C. c) mutisabunt C. d) federa C; *cf. infra A.* e) Videre C. f) C ebabel C. g) Archadie C. h) per suo C. i) rubebit C; *cf. infra A; hic C desiit.*

1) *Interdum accidisse, ut ita librariorum desidia ordo versuum perverteretur, ostendit W. Meyer, 'Sitz.-Ber. der Berliner Akad. der Wissensch.' (a.* 1890) *p.* 279. 2) *Ed. Pez Thesaurus I,* 3, *col.* 485—534; *Migne P. L. t.* 155, *col.* 1054—1090; *T. Tobler in libro cui inscripsit Descriptiones Terrae Sanctae p.* 108 *sqq. singula capitula Revelationis suo arbitrio transposuit neque textum integrum vulgandum duxit, quapropter nemo sapiens eius editione uti possit.* 3) *Cf. infra p.* 570. *n.* k. 4) *De quo cf. Röhricht, Bibliotheca Geographica Palaestinae p.* 33—35.

sanctorum (f. 9 — 19') et epitome eiusdem tractatus (f. 19 — 21') a [illegible] episcoporum et patriarcharum Hierosolymitanorum [illegible] conclusit, sub inscriptione item de eodem tercia edicio Iherosolimit[illegible] *ad illud Iohannis opusculum [illegible], at [illegible] Fretelli enim liber in cap. 1. 2. 4 — 6 [illegible] in cap. 3. 7 — 9. 12. [illegible] restitui possit. Unde, cum Fretellus a. fere 1140, Iohannes a. fere 1170 [illegible] dicatur, Fretellum ipsum, minime compendium, quo A. [illegible] a Iohanne integrum fere transscriptum, in archetypo autem [illegible] A et C [illegible], de quo agitur, iam tam arte cum Fretelli tractatu coniunctum esse colligo, ut a I[illegible] cum Fretellum exscriberet, aut certe a librario, cuius exemplar Iohannes adhibuit, [illegible] cum tractatu transscriberetur. Neque vero ea de re carmen in ipso [illegible] esse putaverim, unde nullo commentario auctum longe lateque divulgari posse [illegible] qui neget; in recensione B enim, quam cum A et C non cohaerere saepius [illegible], iam de schismate intellegitur. Atqui B et C in codicibus non ita multo post aetatem Alexandri III. confectis, altero Salisburgensi, extant. Ergo vix temeritatis nos argui [illegible] puto in Salisburgensi provincia oraculum schismate invalescente a. fere 1160 — 1163 compositum esse suspicantes*[4], *ubi postea ab auctore recensionis B tunc, cum [illegible] abbatiae ab Alexandro stantes ab imperatore eiusque sectatoribus opprimebantur et vastabantur, i. e. a. fere 1167*[5], *brevi commentario augeretur. Quae si recte coniecimus, quaeri potest, utrum inscriptio carmini in C indita, ab ipso poeta an a librario C demum, qui totum hunc diversarum Terrae Sanctae descriptionum centonem in codice Vindob. 609.*

1) *De codice nostro C fusius egit Tobler, Theodericus p.* 152. 2) *Cf. Fret[illegible] ed. Mansi, Migne t.* 155, *col.* 1037 — 1054 *col.* 1051 *sqq. — In f.* 18' — 19. *series episcoporum Hierosolymitanorum usque ad Cyrillum († a.* 386) *extat. In f.* 19 — 21. [illegible] *supra laudata. Postea f.* 21 — 21' *series patriarcharum Hierosolymitanorum* [illegible] *Zacharia († a.* 631) *usque ad Simeonem (Euthymium? † a.* 1099? *cf. Fretellus l. l. col.* 1054) *inserta est. Deinde brevis adnotatio de Fulchero patriarcha addita est, quo patriarchatum* [illegible] *nente Ascalon expugnata sit (a.* 1153). *Denique minimo spatio relicto neque ulla littera* [illegible] *vel rubra, ut moris est, posita in eadem linea librarius libellum qui dicitur* [illegible] *II. scribere coepit.* 3) *'Oesterr. Vierteljahrschr. für kath. Theol.' VII, p.* 396 — 404. *Qua in commentatione Iohannem, Innominatum VI. (ed. Neumann l. l. p.* 404 — 438), *Anonymum Vogüé (ed. Vogüé, 'Les églises de la Terre Sainte' p.* 412 — 433), *Philippum B[illegible] (ed. Neumann l. l. XI, p.* 390 — 406), *Ordoricum de Foro Iulii (ed. Laurent.; cf. Röhricht l. l. p.* 6[illegible]) *eodem vetere compendio a. fere* 1140. *composito usos esse contendit, quod pr[illegible] Fretellus [illegible] mis mutatis ad verbum transscripsisset. At cur tale compendium fingamus eisdem [illegible], quibus Fretelli opusculum, conditum eundemque fere textum continens, cum Fretellum [illegible] lateque divulgatum esse permultis codicibus in omnibus partibus Europae [illegible] superque probetur? (cf. Röhricht l. l. p.* 33 — 35). *Accedit quod quidquid in Fretelli libro legitur, paucis omissis vel mutatis in Revelatione Iohannis ad verbum repetitum est. [illegible] quod in codice C Fretellum sequitur, in codice A Iohannem subsequi constat. Quare [illegible] quin Iohannes Fretellum ipsum adhibuerit, non dubito. Si autem Iohannes [illegible] natum VI. quoque, qui non multum ab eo differt, eo usum esse verisimile est. [illegible] postea Anonymus Vogüé adhibuisse et exscripsisse videtur. Quae ratio inter Fretellum et Philippum et Ordoricum intercedat, hoc loco illustrare longum est. Verum non Fretelli [illegible] eius compendio hausto eos contineri mihi persuasi.* 4) *Expositio enim recensioni A subiuncta a. fere* 1163. *coepta est: cf. infra p.* 564. 5) *Giesebrecht, 'D. KZ.' V. p.* 501 — 504. 636 *sq.*

servatum composuit[1], *adiecta sit, ut oraculum, quod Fretello subiunctum reperiebatur, aliquid descriptionibus, quas modo exaraverat, accommodaret. Ceterum, si quid haec coniectura ad rem facit, e Salisburgensi provincia*[2] *carmen cum Fretelli opusculo coniunctum aut Herbipolim aut alium in locum, ubi tunc Iohannes ille morabatur, pervenisse collige, cuius opera cum Fretellus exscriptus et continuatus est, tum oraculum ea interpretatione auctum esse videtur, quae in solo codice Musei Britannici eius Revelationi postposita est.*

Ad hanc igitur expositionem pedestri sermone conscriptam transeuntes primum, quod saepius interpres eundem versum bis, quin etiam ter tractaverit, valde mirabimur. Ita v. 3—7. *et postea v.* 8—10. *bis, v.* 1. *et* 2. *ter explicati sunt. Tantum vero abest, ut auctor singulos tractaturus et retractaturus pari vel simili saltem ratione exposuerit, ut contrarias et inter se repugnantes proferat sententias, unde primo conspectu, quid libellus iste sibi voluerit, vix diiudicari possit. Hic enim aetate Paschalis III. antipapae (*1164. *Apr.* 22 — 1168. *Sept.* 20*), illic Calixti III. (*1168. *Sept.* — 1178*) pennam arripuisse videtur. Hic Romanam sedem, illic urbem Romam damnandam esse iudicat. Hic utriusque papae simoniam, illic Alexandri foedus cum Wilhelmo I. rege Siciliae initum materiam et causam schismatis dicit. Hic utrumque papam, illic Alexandrum solum cum clientela sua deponendum censet. Hic pacem inter schismatizantes redintegrandam, illic bellum contra Manuelem imperatorem Byzantinum gerendum gravissimum negotiorum quae imperator susceperit et Dominus propediem per eum effecturus sit, pronuntiat. Tam diversis ergo et perversis sententiis libellus redundat, ut vix Gordium hunc opinionum disparum nodum gladio tamquam resolvens duorum vel trium auctorum expositiones hic in unum congestas esse putes. At cum sermo libelli, qui in omnibus partibus idem sit, tum difficultates, quas tali complurium interpretationum confusioni obesse patet, huic coniecturae obstant. Uni ergo auctori libellum attribuere mihi videtur, qui tamen eandem materiam bis vel ter tractaverit et retractaverit. Primitus autem hoc oraculum expositurus, neutri tamen papae etiamtunc adscitus pennam arripuisse videtur, paullo antequam Fridericus I. a.* 1163. *Oct.*[3] *in Italiam proficisceretur*[4], *quo itinere fore, ut schisma componeretur, certo sperabat. Deinde a partibus 'neutrorum' ad Paschalem III. transgressus a. fere* 1166. *antequam Fridericus quartum Alpes transcenderet (Oct.)*[5], *priorem v.* 8—10. *expositionem a nobis infra crucibus in exordio et in fine positis insignitam addidit; postremo a. fere* 1173. *exeunte vel a.* 1174. *ineunte ea quae asteriscis in initio et in fine signavimus, addidisse videtur. Tunc enim iterum in eo erat*[6], *ut Fridericus in Italiam proficisceretur, iterumque discordia, quae inter eum et Manuelem imperatorem Byzantinum intercedebat*[7], *postquam aliquamdiu, tepide licet et parum sincere, utrimque de matrimonio inter filium Friderici et filiam Manuelis contrahendo tractatum est, Anconitanis Graecorum auxilio rebellantibus*[8] *vehementissime exarserat. Cetera denique, quae duplici signo, et cruce et asterisco, signavimus, et Paschalis III. et Calixti III. aetate condi potuisse puto. Dubius ergo, utrius aetati singula addicerem, duplo hoc signo uti mihi visum est.*

1) *Auctor libelli cui inscribitur Innominatus II, ut videtur; cf. Neumann, 'Oesterr. Vierteljahrschr.'* 1868 *p.* 399. *et 'Zeitschr. des Deutschen Palaestinavereins'* (1881) *p.* 231. 2) *In Salisburgensi enim provincia Innominatum II. quoque compositum esse puto (a. fere* 1170*). Nam uterque codex, ubi hucusque servatur, ibi scriptus est. Utrumque vero paullo postquam libellus conditus est, confectum esse constat; cf. Röhricht l. l. p.* 39. 3) *Cf. infra p.* 566, *l.* 30. 4) *Giesebrecht l. l. V, p.* 381. 5) *L. l. p.* 521. 6) *L. l. p.* 722. 7) *L. l. p.* 680 *sq.; von Kap-herr, 'Die abendländ. Politik des Kaisers Manuel' passim.* 8) *Giesebrecht l. l. V, p.* 680 *sq.*

Non mediocre autem coniecturae propositae adminiculum inde existere opinor, quod eis particulis quas asteriscis aut et asteriscis et [illegible] in expositione v. 2—7. [illegible] non liquet signavimus, omissis nec sententiarum nec sermonis [illegible] perturbatur. [illegible] ratione priorem quoque duplicis v. 8—10. interpretationis a. fere 1166. *condit[illegible] legi posse patet. Quae quamquam nemo negabit, tamen [illegible] qui [illegible] a. fere* 1163. *quo ceteros explicarit, auctor v. 8—10. exposuerit [illegible] hos demum suppletos aut certe primitus tractatos esse quis est, qui [illegible] ergo eos explicatos, sed primam interpretationem, cum partes mutasset, ab auctore deletam et hanc duplicem, quae nunc legitur, suppletam esse [illegible].*

De auctore nihil constat. Sed quin clericus fuerit, non est, cur dubitemus. [illegible]rum ex eis quae de oraculi archetypo et codice, quo Iohannes Wirceburgensis Revelationem compositurus utebatur, supra diximus, aut ipsum Iohannem aut certe clericum ei[illegible] vel impulsu commotum opusculum condidisse effici videtur. A Iohanne [illegible] tellum exscriberet et continuaret, hos quoque versus explicari potuisse nemo negabit. Accedit, quod Iohannis sententiae quas quidem ex Rogone non excerpserit, a nostro, si modo particulae a. fere 1166. *et a.* 1173. *compositae accuratius conferentur, ubi tam strenue Friderici causam egerit et Manuelem imperatorem sit aggressus, non [illegible] videntur. Neminem enim ante Waltherum de Vogelweide maiore vigore et ardore Germanorum virtutes praedicasse constat*[1]. *At in epistola qua Dietrico*[2] *Revelationem dicavit, eleganti, in ceteris quae Rogoni adiecit capitulis puriore saltem sermone uti videtur, quam noster. Quod etsi non nego, tamen in hac, qua opusculum suum commendaret, sermonem maxime ornasse et limasse videtur, ut inde genus dicendi ei consuetum vix cognosci queat, in illis autem elocutiones et stilum non ita a nostro discrepare puto, ut Iohanni expositionem addicere ineptum sit.*

Neque vero quidquid ex libello de patria auctoris enucleari posse videtur, hanc coniecturam, quamvis non confirmet, aperte dissuadet. Natione enim auctorem, cum Friderico subditus esset, aut Germanum aut Italum fuisse patet. Italiam sane non male novit[3], quamquam Italum eum fuisse inde, quod imperatorem in Italiam v e n t u r u m[4] *et* a d v e n t a t u r u m[5] *esse sperabat, ut schisma concilio convocato componeret*[6], *praesertim cum haec elocutio e versu quarto hausta sit, non statuerim. Tunc demum, cum Christianus archiepiscopus Moguntinensis Anconitanos frustra per sex menses obsidebat a.* 1173. *Apr.—Oct., ex odio quo in Manuelem invehitur et de bello ei propediem inferendo agit, eum in Italia moratum esse aliqua veritatis specie conici posse mihi videtur*[7]. *Si vero Germanus fuit, cum in parte a. fere* 1166. *composita de pace 'in terra nostra' turbata queratur*[8], *eum in provincia vel dioecesi schismate tunc scissa aut certe valde commota fuisse crederes, in Salisburgensi videlicet*[9], *ubi a. fere* 1160—1163. *oraculum conditum esse coniecimus, aut in Moguntinensi*[10], *cuius praesul a.* 1173. *eisdem temporibus quibus noster, in Italia morabatur, ut Graecorum insidias opprimeret. Sed elocutio laudata parum definita est, quam ut certi quidquam inde colligi possit. Ceterum de Iohanne illo nihil compertum habemus, nisi quod a. fere* 1160—1170. *in Terram Sanctam peregrinatus est et tunc, cum Revelationem scribebat, Herbipoli presbyterio fungebatur*[11]. *Ubicunque ergo auctorem vixisse quispiam ex libello enucleare sibi videtur, Iohannem quoque vivere p[illegible]*

1) *Cf. Revelatio cap.* 9 [illegible] *T. Tobler cap.* 13. *p.* 153 *sq.*; *Migne t.* 155. *col.* 1082. 2) *Migne l. l. col.* 1054; *Tobler p.* 108. 3) *Cf. [illegible] infra p.* 570. 4) *Infra p.* 567. *l.* 43. 5) *Infra p.* 568. *l.* 38. 6) *Infra p.* 569. *l.* 9: [illegible] Longobardi intelliguntur rebus et vita nonnulli privantur. [illegible] *efficitur.* 7) *Cf. infra p.* 570. *l.* 6. 8) *Infra [illegible]* 2. 9) [illegible] *p.* 475. 10) *L. [illegible] p.* 476; *cf. quoque infra p.* 567. *l.* 20. 11) [illegible]

cere licet, donec novi aliquid de eo innotescat. Quae cum ita sint, de auctore nihil certi statuerim, sed, donec probabilior proponatur coniectura, Iohanni hanc expositionem adiudicare neque absurdum mihi videtur neque temerarium.

De codice unde C. Hampe libellum exscripsit, cum in 'Catalogue of Additions to the manuscripts in the British Museum in the years 1854—1860' *p.* 637. *actum sit, fusius disserere supersedeo. Textus hic illic mendis et lacunis laborat, quibus, ubicumque poteram, medelam adhibui. Sed non desunt, de quibus emendandis desperavi.*

Berolini, Oct. 9. 1896. *H. BOEHMER.*

Versus angelici finem scismatis venturum declarantes[a].

Dic Cayphe: mercede caput dampnatur alumpni.
Salvant et perdunt a a a que sunt Hieremie.
In scoriam ruit exitus, egra potencia migrat.
Cornua venturi mutilabunt federa thauri.
Una dies mortis deponet serta duorum.
Celsa ruunt, humili pendet uterque gradus.
Interit[b] atque perit[c] quod consonat euphonie.
Montibus excedunt onager atque leo.
Sydere Pollucis fraternum corruet astrum.
Et Babel Archadie[d] perfusa cruore rubebit.

Descriptio ordinis versuum precedencium et expositio desuper cuiusdam[e].

Veridica ut fertur relatione ad Romanas aures et ad presenciam apostolicam nuper illatum[f] est 'in illa vastissima solitudine, que ultra Alexandriam Egypti XII dietis protenditur, que absque humana conversatione innumeris serpentibus et prodigiis[g] horret, ubi corpus videlicet Macharii, quondam altissime paupertatis heremite, a quingentis ferme fratribus heremiticam vitam ducentibus colitur et veneratur[1], quendam heremitam magne simplicitatis et, qui non cognovit litteraturam, fuisse. Hic fama volante de scismate ac scissura, que modo peccatis exigentibus in ecclesia Dei perniciose a multis accitatur[h], obaudiens, et, sicut filius unicus ecclesie, matri universitatis, quam intime indolens, per triennium, ut dicitur, postulavit a Domino, ut finem huius miserie, que in hoc nefando scismate versatur, aperire sibi dignaretur.

Tercio igitur obsecrationis sue anno, sicut ferunt peregrini quam plurimi, qui illuc causa orationis, quamvis difficillime, iverunt, misit Dominus angelum suum et sue peticioni taliter satisfecit. Nam sciscitabatur[i] ab eo angelus Domini, quasi *ignarus, quam ob rem tam sedule aures Domini per triennium suis precibus propulsasset? Cui respondenti, quia pro fine scismatis cognoscendo id egisset, ait angelus*:* Ecce misit tibi Dominus X carmina[2] discenda et peregrinis venientibus huc, ut illa Romane ecclesie preferant exhibenda. Diebus ergo V sibi poemata illa bina per singulos dies proponens et eius cordi arcius infigens, sic orsus est:

Dic Cayphe: mercede caput dampnatur[k] alumpni.

a) Versus quos angelus detulit supra sepulchrum Domini *C.* b) Interiit *c.* c) periit *c.* d) Archadie *c.* e) Descriptio — cuiusdam *rubro atram. script.* f) *ita c.; fortasse* allatum *conciendum est.* g) prodiis *c.* h) *ita c.; pro* actitatur. i) scissitabatur *c.* k) dampnatus *c.; v. supra l.* 10.

1) *Rufinus hist. monachorum c.* 23. *et* 29, *Opp. ed. Vallarsius col.* 193. 196. 2) *I. e. versus.*

Et est sensus: Dic Cayphe, id est manda [illegible] Romano pontifici, qui in hoc scismate pontifex est, sicut fuit Cayphas, eo quod pontificium [illegible] Romanum [illegible] multis muneribus mercatus est, quemadmodum ille, ut esset pontifex anni illius [illegible] Herode rege Iudee precio, ut ait Iosephus[1], obtinuit; dic [illegible] quia [illegible] Romana sedes vel caput, id est ipsa Roma que est caput mundi, dampnatur mercede [illegible] id est dampnatur a precio, quod suscipit a papis et cardinalibus [illegible] dampnatus est ipse Cayphas, qui mercede auri argentique adeptus est pontificium anni illius, quo Dominus passus est. Vel dampnatur[a] mercede [illegible], id est Symonis magi, qui inprimis symoniam invenit, et inventam [illegible]. Vel dampnatur mercede alumpni, id est[b] illius, qui Romanis precia accumulando[c] plura prestitit, qui modo Rome plura pro mercede offert, sive iste papa sit, sive[d] ille; ipse dic [illegible], id est Romana [illegible] ea mercede, qua ipsa dampnatur, quia symonia est [illegible].

Quid autem illa mercede illi pape vel paparum fautores, scilicet cardinales [illegible] ceteri operentur, supponit et ponit secundo versu et dicit:

Salvant et perdunt. a. a. a que sunt Hieremie.

quasi dicat: Isti, qui caput, id est Romam vel Romanam sedem, mercede [illegible] dampnant, salvant et perdunt, cum suos fautores beatificant et a [illegible] per [illegible] apostolicam auctoritatem solvunt. Salvant et perdunt. Sed quia solius Dei est salvatio, vel qui solus possit perdere, ne forte intelligeres, quod homines scismatici et symoniaci possent aliquem salvare et perdere, supponit a a a que sunt Hieremie, quasi dicat: Ipsi salvant et perdunt evellendo et destruendo de ecclesia et eiciendo a propriis sedibus, quos volunt, et disperdunt et dissipant et iterum quos volunt edificant et plantant ponendo in eisdem sedibus. Que, id est a a a, sunt verba Hieremye. Quidam exponunt ista tria a de tribus papis, Victore, Pascali et Calixto, et dicunt, quod Rolandini salvant eos, dum eos excommunicant, quia illorum maledictio vertatur illis in benedictionem et perdunt eos, dum iura papatus et nomen quod isti veraciter habuerunt[e] sibi per invasionem usurpant; sic ergo senciunt de tribus aaa que sunt verba Hieremie, vel sic potest intelligi, ut utraque pars salvet et perdat vivificando animas que moriuntur et mortificando que vivunt. Unde dicendum est exclamati[illegible] a a a, que sunt verba Hieremie. Vel ipsi salvant et perdunt. Unde super eos dicendum est: aaa, quia vendicant sibi ea, que sunt propria Hieremie, id est Dei, qui significatur per Hieremiam. Solius Dei est salvare et perdere. Et quia mala inicia difficile valent sortiri bonum exitum, supponit tercium versum et ait:

In scoriam ruit exitus, egra potentia migrat.

Omnis exitus est alicuius inicii. Dicit ergo, quod exitus scismatici et symoniaci inicii, quo ecclesia divisa est in duas partes et in duos papantes, vel ut alii volunt, exitus illius inicii, quo federa pessima prodierunt contra imperatorem tempore Adriani pape, ille inquit exitus ruit in scoriam, id est rubiginem igne armorum imperialium [illegible] quendam; scoria enim proprie est rubigo metalli, que igne examinante purgatur[3]. Dicit ergo, quod exitus mali principii in ruinam veniet et precipicium, et quare exitus ruat, causam subiungit, quia egra potencia scismatis, quasi illi pape videbantur potentes non in Deo, sed in hominibus, migrat, id est statum habet migrandi et deficiendi et omnino nichil essendi, cum imperator in Ytaliam venerit, et quod in adventu impe-

a) dampnatus [illegible]. b) in *add.* [illegible]. c) acumulando [illegible]. d) sicut [illegible]. e) [illegible].

1) *Iosephus Antiqu. Iud.* [illegible] *II. 2; Opp. ed. B. Niese IV, p.* 146 [illegible] *dotium obtinuisse narrat, sed pretio intercedente hoc factum esse non refert. Hegesippus II* 13, 93 *sq. ed. Weber p.* 158 [illegible]. 2) [illegible]
3) *Cf. Isid. Etym. XVI.* 21, 6; *Opp. ed. Arevalo IV, p.* 294.

ratoris debeat deficere scisma et terminari, sequens versus qui et quartus est videtur loqui. Ait enim:

Cornua venturi mutilabunt federa thauri.

‡Taurum dicunt esse imperatorem propter fortitudinem et vigorem armati exercitus. Cuius cornua potencie mutilabunt illa federa scismatis quibus Rolandus cum suis se armavit in sacerdocium et in regnum. ‡Ceterum, quoniam[a] aliquis posset obviare ac dicere, quod, quanto tempore isti duo pape regnabunt, nunquam scissure istius terminus erit, respondet sermo divinus et ait in quinto versu, de illis duobus papis nuncians, *f.205'. col.1. *quod de ipsis futurum sit:

Una dies mortis deponet serta duorum.

Dicit, quod una die deponentur ambo et una die morientur ambo, et potestas eorum morietur deposita ab omni concilio tocius catholice ecclesie; arbitramur enim veniente domino imperatore in Ytaliam convocari omnem ordinem ecclesiasticum et tunc in Eph. 6, 17. gladio verbi Dei et sententia totius ecclesie illos duos papas, per quos scisma irrepsit, a suo papatu deponet, et mors depositionis et repulsionis eorum non occidat eos, sed dignitatem eorum succidat et auferat. Et quia ex censura et iudicio religiosorum virorum, qui sunt humiles spiritu et Deum timentes potencia utriusque pape deponetur, ideo sequitur in sexto versu:

Celsa ruunt, humili pendet uterque gradus.

Dicit, quod celsa et superba fastigia papalis dignitatis, scismata foventis, humili iudicio *f.205'. col.2. et censura sanctorum et bonorum virorum, qui *ab omni odio et amicicia vacabunt, et, Is. 33, 15. *qui excucient manus suas ab omni munere,* ruent et destruentur, et ideo uterque gradus et istius pape et illius pendet, id est dat penam sue presumptionis et scismatici erroris. Et quoniam gradus illi scismatici suos fautores et defensores habebant, qui consonabant utrimque, de hiis fautoribus et complicibus in septimo versu supponit, ostendens, quod etiam ipsi cum sua consonancia et mala concordia debeant interire; ait enim:

Interit[b] atque perit[c], quod consonat euphonie.

Et est sensus: Illud, quod consonat euphonie, id est scismatice concordie, id est omnis concordia scismatis sub iudicio ecclesie interit atque perit. Tanta erit censura recti iudicii, quod non solum ipsos gradus presumpti scismatis, sed et omnes, qui scismati consentiebant, perire abinde ac interire oporteat, quasi dicat: Renunciantes scismati ad concordiam unitatemque convolabunt ecclesie. *Alii vero specialiter destructionem istam referunt ad Rolandum et suos sequaces et incipiunt ab illo loco, ubi versus inchoat:

In scoriam ruit[d] exitus, egra potencia migrat.

Exitus mali principii, quod Rolandus cum suis contra imperium arripuit, quando contra imperatorem coniurarunt, ille talis exitus ruit in scoriam, quoniam purgabitur et destruetur igne imperialis animadversionis. Nam, ut aiunt, cum imperator in Ytaliam adventabit, omnis illa manus dissolvetur, et omnia machinamenta et molimina Rolandi et suorum peribunt. Ideoque potencia Rolandi quasi egra et nichili migrat, id est, migrabit a facie domini imperatoris cum exercitu venientis. Putant enim quod tunc discedant ab eo regna et principes, clerus et populus, qui nunc manutenent eum, et federa, que pepigit cum eis contra imperatorem, funditus corruant et mutilentur. Unde sequitur:

Cornua venturi mutilabunt federa thauri.

*f.206. col.1. Quod *vero additur: una dies mortis deponet serta duorum, que deponi debent[e] in monte[f], dicunt, quod ita deponentur, quod non remanebunt duo, sicut

a) quo *c.* b) Interiit *c.* c) periit *c.* d) *sequitur* ex *erasum.* e) debet *c.* f) *ita c.; inepte quidem et falso, ut videtur;* morte *conicio.*

ante erat in duobus papantibus: quasi dicat: In una die [illegible] illa paparum deponetur et, velud duo serta et due dignitates occidentur, quia altera [illegible], scilicet Rolandi, remanebit altera, scilicet Calixti. Quod vero additur:

Celsa ruunt, humili pendet uterque gradu,

dicunt, quod celsa illa serta paparum ad magnam humilitatem devenient et ruent ab eo, quod prius duo serta et due dignitates esse videbantur. Et uterque gradus [illegible] licet clericorum et laycorum, qui partem Rolandi fovebant, pendet, id est magnas dabit penas et honoris et rerum, quia de clericis plurimi deponentur et a propriis sedibus ac honore pellentur, layci vero qui specialiter Longobardi intelliguntur, rebus et vita nonnulli privantur. Unde recte adiunctum est:

Interit[a] atque perit, quod consonat euphonie,

id est populus Ytalie, qui consonat euphonie atque concordie Rolandine, ille interveniente imperatore et perit ab omni . . . . . .[b], qua contra imperium [illegible].

Hiis ita peractis revertitur spiritus ad narracionem suam, et imperatori et pape[d] Calixto, ut ipsi volunt, sequencia dicit: sequitur octavus versus:

Montibus excedunt onager atque leo.

Onagrum, id est agrestem asinum, qui aptus est phasci[e] et oneribus ferendis, dicunt eundem Paschalem, qui modo cuncta pacienter tolerat, donec Rolandus, qui ipsum urget et verberat, de medio fiat. Per leonem imperatorem significari autumant. Dicit ergo, quod onager, id est papa Pascalis, atque leo, id est imperator Fridericus, excedunt id est supereminent omnibus montibus, id est omnibus dignitatibus, omnibus regibus et principibus Romani imperii supervadunt, quasi dicat: In illis duobus omnis status [illegible] ecclesie omnisque dispositionis concordieque temptamentum constabit et tanta erit claritas istorum duorum totaque fortitudo, ut ipsa Roma[f] imperator extat[f] patricius. Que quondam Castorem et Pollucem fratres, quorum primus inmortalis, alter id est Castor mortalis erat, venerabatur, sub quadam methaphora a suo fratre id est ab imperatore tamquam Castor a Polluce destruatur et corruat. Et hoc est quod ait sub methaphora fratrum, et subdit nonum versum:

Sydere Pollucis fraternum corruet astrum.

Sydere Pollucis id est gladio imperatoris, qui erat fulminans[g] atque micans[h] velud radius syderis inmortalis, fraternum astrum, id est Romana gloria et splendor nobilium Romanorum, qui se imperatori opposuit, tamquam mortalium et qui tueri non possunt, corruet et sanguine prodente[i] sui federis et factionis, quam Rolando inierunt, luent gladio ultore promeritas penas, et tanta illic erit cruoris sanguinisque[k] effusio, quod non solum corpora occisorum, sed etiam ipsa Romana civitas profluenti sanguine taboque madebit. Et hoc est, quod ait decimus versus:

Et Babel Archadie perfusa cruore rubebit.

Babel confusio dicitur[1], Archadia pascualis sive sapiens. Bene ergo per Babel Archadie Roma in se divisa et confusa intelligitur, que usque adeo confusa sapientia fuit, ut partes in ecclesia Dei . . . . .[m] et accepta pecunia modo hinc, modo tergiversaretur illinc[n], nunc cum Rolando consisteret[o] . . . Dicit ergo spiritus Domini, quod Babel Archadie id est Roma omnigenum pecus[p] multa est sapientia[l] Rome, ideo merito vocatur Archadia. Roma inquit propter partem, qua[q] ecclesiam Domini divisit

a) Interiit c. b) *nomen substantivum supplere oportet; an* concordia? c) imperatore c. d) [illegible] e) phasce c. f) *sta c.* g) fluminans c. h) micant c., micans c. i) [illegible] k) [illegible] guisque c. l) sapia c. m) *verbum deest fortasse* taceret. n) illic [illegible], illo [illegible] *[illegible] partem [illegible] esse patet.* p) *hic quoque quaedam [illegible].* q) [illegible]

1) *Is. Etym.* XV, 1, 4. *Opp. ed. Arevalus* IV, *p.* 194.

et scidit, perfusa cruore suorum, quos mucro imperialis occidet, et rubore verecundie *f.207. l.2. et colore sanguinis effusi rubebit, et tunc pax erit in terra nostra, *cum de suis cubilibus ipsa pax venerit.† *Vel ab eo loco, quo incipit:

Montibus excedunt onager atque leo.

Secundum vere interpretationis sententiam ita videtur posse exponi, quod onager, qui est silvestris asinus et arvinosus in corde multeque pinguedinis, significet regem Grecorum [1], qui quasi in crassicie et pinguedine sui cordis ita in auro et argento multisque suis thesauris incrassatus, inpinguatus sine ullo armorum labore vel virium fervore securus quiescit. Hic ergo necessitate coactus montes Illiricos transibit et in Macedoniam inque Archadiam, ubi Achaya provincia est, contra leonem bellaturus [a] adveniet. Leo autem, id est [b] imperator Fridericus, montes Appenninos, Brundusium et *f.207'. col.1. Epyrei [c] montes marina [d] vectatione in onagrum bellaturus transibit. *Et hoc est quod dicit versus:

Onager atque leo montibus [excedunt],

id est transeunt montes inter se dimicaturi. Sequitur:

Sydere Pollucis fraternum corruet astrum.

Et est sensus: Potestate Romani imperii, qua Pollux, id est Fridericus Romanorum imperator, imperiali diademate coruscat, ipsa inquam potestate et clarissimo iubare sui exercitus atque gladii, astrum fraternum corruet, id est potestas et dominium, qua Grecorum regnum lucebat, id est regnum Castoris, fratris quondam Pollucis, imperiali inquam armorum robore contrita corruet et a propria luce sue potestatis qua dudum lucebat in obscuritatis mirabiles tenebras contrito regno Grecorum deveniet. Quomodo autem et ubi ista contingant in ultimo subsequitur versu qui ita se habet:

Et Babel Archadie perfusa cruore rubebit.

*f.207'. col.2. Et est sensus: Archadia, ubi bellum erit *inter leonem et onagrum, confligato cum suis onagro et splendore radiantis [e] in se gladii imperialis obscuro [f] erit Babel, id est confusa erit a multis gentibus. Ibi enim Romanus et Theutonicus, barbarus et Grecus, inter se pugnabunt, quorum neuter neutrum intelliget; et tanta erit imperialis gladii furentis debachacio, ut ex confusione linguarum illic conveniencium iure dicatur et Gen. 11, 9. Babel [g], id est confusio linguarum, que erit [h] in Archadia. Perfusa cruore ab imperiali gladio usque ad internicionem effuso [i] tam in hominibus quam etiam ipsa tellure rubebit [k].*

a) ballaturus *c.* b) *om. c.* c) Epyreo *c.* d) in arina *c.* e) *subintellego:* cruore Manuelis splendor gladii quo Fridericus utitur obscurabitur. f) *an* obscurato? g) *sequitur littera* .a. *qua ratione nescio.* h) erat *c.* i) *emendavi:* effusio *c.* k) *sequitur atram. rubro script.:* Explicit Revelatio de transmarinis partibus que hic per picturam, per civitates et oppida et loca et montana et regiones et maria declaratur. *Quae verba ad Iohannis Wirciburgensis Revelationem supra laudatam pertinent; cf. Pez. Thesaurus I. pars III. col.* 534.

1) *Manuelem scilicet; cf. supra p.* 564.

SUPPLEMENTA
AD
TOMOS I. II. III.
LIBELLORUM
DE LITE IMPERATORUM ET PONTIFICUM.

CAMERACENSIUM ET NOVIOMENSIUM CLERICORUM EPISTOLAE.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Veluti plerique Germaniae episcopi, Gerardus II. a Cameracensibus Liethardo a. 1076. Sept. 28.[1] *mortuo electus, etsi praeclara decreta a Gregorio VII. a. 1074. et 1075. edita ignorare non poterat*[2], *a rege excommunicato baculum episcopale impetrare non dubitavit. Cum vero Henricum ab omnibus fere principibus et episcopis derelictum videret, repente facti eum poenituit: Romam illico profectus laudabiliter se subiecit*[3] *dignitatemque ad pedes Gregorii depositam in synodo demum Augustoduni a. 1077. Sept. 10. habita a legato apostolico consecratus recepit*[4]. *Nihil autem deinceps antiquius habuit, quam ut decreta Gregoriana in dioecesi sua exsequeretur, repugnantia et precibus clericorum, quibus omnibus fere uxores et liberi fuisse videntur, penitus neglectis. Qua de re mandato Hugonis episcopi Diensis legati apostolici obsecutus qui ipsum Gregorium severitate et austeritate superasse videtur, duros quoque concilii Pictavensis canones, quibus non solum sacerdotes, sed etiam diaconos et subdiaconos uxores ducere*[5], *filios sacerdotum ordinari*[6], *complures praebendas uni clerico conferri*[7] *vetitum est, dioecesanis imponere non reformidavit. Qui cum precibus eius animum flectere nequirent, tandem Remensium*[8], *ut videtur,* litteris probabilibus[9], *quibus decreta Gregorii contra matrimonia clericorum publicata vehementer condemnarentur, incitati ad omnes clericos comprovinciales epistolam dederunt, ut concorditer publicam clericorum libertatem contra curiam Romanam tuerentur*[10], *nullam consuetudinum a patribus acceptarum toleraturi immutationem. Quare quid consecuti sint, non constat. Una enim tantummodo responsio etiamnunc exstat, Noviomensium scilicet, qui quamquam ab episcopo suo talibus mandatis non opprimebantur, tamen fratres, quid de novis illis praeceptis iudicarent, satis luculenter et copiose docuerunt. Sed ne in Remensi quidem dioecesi et provincia clerici, etsi*

1) *Sigeb. auct. Aquic. SS. VI, p.* 393; *Cauchie, 'La querelle des investitures dans les diocèses de Liège et de Cambrai' I, p.* 1, *n.* 3. 2) *Quod ipse quidem Romae postea negavit; sed facile Gregorius, si voluisset, mendacii eum convincere potuisset. Falso de hac re iudicat Cauchie l. l. I, p.* 3 *sq.* 3) *Gregor. VII. Registr. l. IV,* 22; *Jaffé, Bibl. II, p.* 274 *sq.* 4) *Cf. epist. Hugonis Diensis Bouquet, 'Recueil' XIV, p.* 778. 5) *Conc. Pictav. can.* 9, *Mansi XX, col.* 499, *cf. supra p.* 3, *n.* 4. 6) *Ibid. can.* 8. 7) *Ibid. can.* 2. 8) *Falso Cauchie l. l. I, p.* 9, *n.* 5. *epistolam Noviomensium ansam eis dedisse contendit.* 9) *Cf. supra p.* 574, *l.* 23. 10) *Cf. ibid. l.* 20.

…itate facta episcopos facillime suo arbitrio dirigere potuissent, diu et strenue restiterunt. Ergo id quod Cameracenses proposuerunt, effici non poterat, victoriam Gregorianorum aliquamdiu retardaverunt, sed minime impediverunt.

Utrique epistolae — et Cameracensi et Noviomensi — nec dies nec annus adscriptus est. Sed est, quod eas a. 1078. *mense Februario scriptas esse putemus; primum enim, quia canones Pictavenses a.* 1078. *Ian.* 15. *editi in eis licet non ad verbum, laudantur*[1], *tum, quia Manasse I, archiepiscopus Remensis, a.* 1078. *ante Mart.* 9. *a Gregorio restitutus*[2], *etiamtunc ab officio suspensus dicitur.*

Codex quo usi sumus, est bibl. Vatic. Christinae reginae 863, *ol.* 197, *f.* 62. 63, *saec. XII. in., ubi tamen hodie Noviomensis epistolae breve tantummodo fragmentum usque ad verba* adulterinis *infra p.* 577, *l.* 3. *habetur. Unde et Durandus*[3] *et Mabillon*[4] *Noviomensium epistolam olim integram exscripserunt, quorum editiones a verbis laudatis inde usque ad finem recudere visum est. Cameracensium autem epistolam Mabillon e manuscripto codicis Ottoboniani, olim Petaviani se dedisse dicit*[5], *quem tamen ad verbum cum codice Reginae convenisse apparet*[6].

De utraque epistola Theiner[7], *Mirbt*[8], *Cauchie*[9] *fusius egerunt. Cauchie quoque exordium Cameracensis in sermonem Gallicum vertit*[10].

Berolini a. 1895. *Iul.* *H. BOEHMER.*

f. 62. Sanctae matri nostrae Remensi ecclesiae omnibusque ipsius diocesi attitulatis Cameracenses fratres in tuenda publica clericorum libertate esse efficaces.

Inusitati diu decreti[11] noviter intonante procella non minus aliis conturbati et finitimorum litteris probabilibus ad resistendum incitati, nos Cameracenses, quibus pro
cf. Phil. 3, 1. *f. 62'. experimento credendum est, non fuimus pigri *eadem vobis[a] rescribere et in his de oppressione nostra quaeque ut digna videbantur memoria interserere. Actenus, fratres karissimi, in clericali ordine quo vivimus maximus vigebat honor et reverentia, et clericorum nomen, tamquam in sorte Dei attributum, caeteris insignius dignitate praeibat
Ps. 78, 4. et gratia. Nunc autem *facti sumus obprobrium vicinis nostris, subsannatio et illusio his, qui in circuitu nostro sunt,* nisi ad ea quae praetenduntur vestra nostraque sollerter invigilaverit industria. Siquidem Romanorum, ut audistis, importunitas tanta tamque vehemens nobis incubuit, ut nihil iam intactum, nihil relinquat intemptatum; praesertim cum etiam de imminutione regiae maiestatis[12] agere audeant, metropolitanos[13] vero excommunicare[b], episcopos autem quoslibet deponere, quoslibet sublimare praesumant sub specie religionis, cum potius sit ambitionis, crebra indicentes concilia et peregrina inferentes nobis iudicia. Et hoc
Ps. 25, 10. totum per quosdam impostores, quibus omnia cum pretio et quorum *dextera repleta*

a) nobis *radendo corr.* vobis. b) excumunicare *c.*

1) *Mansi XX, col.* 498; *Hefele, 'Conciliengesch.' V*[2], *p.* 116 *sq.* 2) *Gregor. Registr. V,* 17; *Jaffé, Bibl. II, p.* 312; *Cauchie l. l. I, p.* 10, *n.* 3. 3) *Edidit Bouquet, 'Recueil' XIV, p.* 780—783. 4) *Museum Italicum a.* 1687. *(ed.* 2 *a.* 1724*) I,* 2, *p.* 128—130. 5) *Ann. Ord. S. Bened. V, p.* 634. 6) *Cf. quae Durandus exposuit Bouquet XIV, p.* 778. *De cod. cf. Montfaucon, Bibl. bibliothecar. I, p.* 18; *Archiv XII, p.* 310. 7) *'Die Einführung der erzwungenen Ehelosigkeit' etc. II, p.* 220—224. 8) *'Die Publicistik des Gregor. Kirchenstreits' p.* 302—305. 9) *L. l. I, p.* 9 *sq.* 10) *L. l. I, p.* 10 *sq.* 11) *Canonum nimirum concilii Pictavensis a.* 1078. *mense Ianuario celebrati; cf. Mansi, Conc. coll. XX, col.* 498 *sq.* 12) *Scilicet Heinrici IV.* 13) *Manasse archiepiscopus Remensis, cuius ad provinciam dioecesis Cameracensis pertinebat, a.* 1077. *mense Sept. concilio Augustoduni celebrato ab officio suspensus erat; cf. Mansi l. l. col.* 488 *sq. Idem in concilio Pictavensi archiepiscopus Turonensis passus est; Hefele, 'Conciliengesch.' V*[2], *p.* 115.

est semper muneribus[1]. Hugonem videlicet Lingonensem [illegible] vita et [illegible] omnibus innotuerunt. Hugonem quoque Diensem [illegible], ut dicunt, episcopum, [illegible] nomen nulla est[a] nobis cognitio. Fertur etiam eos interminando hoc addidisse [illegible] in ecclesia duplici potiatur honore et una tantum [illegible] praebenda, cum vix duabus aut tribus provenire possit necessariorum sufficientia[4]. [illegible] karissimi, verecundiae nostrae nihil ab illis parcitur, ubi clericorum filiis, ne provehi aut ordinari debeant penitus interdicitur[5], cum beatus dicat Augustinus[6]: [illegible] *nascuntur homines, si vitia parentum non sectantur, et* [illegible] *salvi erunt.* Et beatus Isidorus[7]: *Quicumque fidem Domini* [illegible] *culis carnalis nativitatis obfuscantur.*

Adhuc eadem sententia, quae prius[8] de coniugatis sacerdotibus fuerat ventilata, nunc etiam in omni ordine clericorum[b] ab illis decernitur, cum regula [illegible] habeat, ut unius matrimonii clericus federetur vinculo, qui se continentiae non devoverit titulo, cum etiam Paphnutius de hoc eodem ita intulerit in Nicena [illegible]. *Sinodus* enim ipsa *corrigere volens hominum vitam in ecclesiis* [illegible] *leges quas canones appellamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus* [illegible] *ut episcopi et presbiteri, diaconi et subdiaconi, cum coniugibus non dormirent, quas* [illegible] *consecrationem duxerant. Surgens autem in medio Paphnutius confessor,* ad cuius [illegible] tuitum omnium pendebat sententia, *contradixit, honorabiles confessus nuptias et castum esse dicens concubitum cum propria coniuge sua; sicque concilio suasit*[b], *ne* [illegible] *ponerent legem, gravem asserens causam, quae aut ipsis aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret. Et haec quidem Paphnutius, licet nuptias inexpertus, exposuit, sinodusque eius laudavit*[c] *sententiam et nichil ex hac parte sancivit, sed hoc in uniuscuiusque voluntate, non necessitate dimisit.* Reperitur autem in tripertita historia capitulo secundi libri XIIII[to].[9] Quicquid autem in talibus agitur, a quibusdam adinventum dicitur atque suggestum, qui totius catholicae religionis, eucaristiae videlicet atque baptismi, confessionis et penitentiae, quae pro nihilo ducunt, destruere machinantur sacramentum. Et quia absolute nec libera voce refutare audent vel contradicere, sub praetextu religionis[d] et dolosa imagine sanctitatis quaerunt pervertere, credentes suae pravitati aliquid inde lucrari. In quibusdam Italiae partibus cognovimus actum, ubi pro huiusmodi voto[e] iam[f] divinae religionis penitus non agitur misterium. Qui etiam ideo abhominari dicuntur coniugium, quia inreverenter et impie[g] operantur quod abhominabile est et nefarium.

Pastores autem nostri, tamquam Romanae auctoritati appareant obedientes, his et talibus aurem libenter accommodant: gravia onera nobis imponere satagunt, et dum sibi quisque timet, in contumeliam nostri nominis gratanter consentiunt et quasi honeste et inreprehensibiliter vivant, consuetudinibus nostris contraire non desinunt, a quorum fructibus si perpendantur conversatio et vita, aut nulla aut vix aliqua invenientur bona opera. Quorum astipulationi episcopus noster[10] consentiens nos intolerabiliter aggressus,

a) est *om. C.* b) *deest in c.* c) sapientiam et *add. D.* d) religionis [illegible] e) [illegible] voto *D. M.* f) sub velamine *supplendum dicit D. in* [illegible] g) [illegible] *D.*

1) *Hoc falso noster contendit.* 2) *Qui ab aliis Raynaldus appellatur,* [illegible] *p. 10, n. 2.* 3) *Qui in Gallia legati apostolici munere fungebatur.* 4) *Cf.* [illegible] 2 [illegible] *Pictav., Mansi l. l. col. 498.* 5) *Cf. can. 8. eiusdem concilii.* 6) *De* [illegible] *c. 16. § 18. Opp. VI. col. 330.* 7) *Quaest. in vet. test. in Genes. c. 31. § 66.* [illegible] *Arevalus V. p. 358.* 8) *Cf. can. 9. conc. Pictav., Mansi l. l. col. 499.* [illegible] *tummodo sacerdotibus matrimonium etc. interdixerant.* 9) *Cassiod. Hist. tripart. II, 14.* [illegible] *ed. Garetius I. p. 230, paucis omissis et mutatis.* 10) *Gerardus II* (1076–1092) [illegible]

ad imponendum praedictum onus cervici nostrae multus ac vehemens nuper incubuit, quia et clericos coniugatos chorum intrare et ministrare et eorum filios ad sacros ordines provehi inibuit. Cuius impositionis articulo nobis admodum oppressis, ne id ageret, humiliter orantibus et ne praeter consensum[a] metropolitani aliquid decerneret, canonice suggillantibus[b] et ipsius eiusdem[c] metropolitani nostri audientiam appellantibus ab intentione tamen sua neutiquam devocari potuit. Cuius rationis nulla alia auctoritate subnixa est responsio, nisi quod a Hugone Diense sibi[d] impositum transgredi non auderet, a quo ei exibita est benedictio[1].

In his igitur, quae [prae]libata[e] sunt, et nominis nostri intolerabilem consideramus
*f. 63'. iniuriam et apud laicos, quibus futuri sumus in sibilum, maxime *perhorrescere oportet infamiam: quantoque apud maiores nostros constat esse inauditum, tanto nobis indecens videtur atque inhonestum. Quodsi viri estis, si viriliter agere vultis, parvi pendenda sunt huiusmodi concilia, quae tot et tanta nobis invehunt obprobria, contra illud sanctissimi viri Hieronimi, ubi ait[2]: *absit, ut aliquid sinistrum de clericis loquar.* Nobis autem haec est immutabilis sententia, consuetudinem hactenus nostram, religiosorum patrum aequanimitate sapienter indultam inconvulsam tenere neque inusitatis et periculosis traditionibus in aliquo consentire. Audito itaque et nostrae deliberationis efficaci proposito et quid[f] periculi quidve ignominiae in tali, nisi resistamus, nos sequatur negotio, scire a vobis volumus per litteras, quae sit erga huiusmodi animi vestri sententia, maxime obsecrantes, ut circa eandem providentiam mutuo vestra excubet vigilantia et super his vestra habeamus solatia. Valete.

Sanctae Cameracensis ecclesiae fratribus in Christo dilectis Noviomenses melius sperare in adversis et salva fide viriliter resistere emergentibus adversariis.

Orationis nostrae prolixitatem, fratres karissimi, castigantes, prout potuimus quaestioni vestrae plura quam satis est reponere non necessarium duximus, praesertim cum ecclesiae vestrae status modum antiquitatis hucusque sibi retinuerit et columnis sapientiae subnixus, in se ipso consistens, alienis sustentationibus non indigens nullis
1. Cor. 3, 10. temptationibus violari potuerit. Fundamentum enim quod ipse apostolus posuit a soli-
ib. 11. ditate sua non potest immutari apostolo attestante qui ait: *fundamentum aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Quantumlibet itaque
Matth. 7, 25. ruant venti et fluant flumina, domus superaedificata immobilis manet, videlicet sancta ecclesia, inter turbines huius saeculi constituta. Ecce iam valida tempestas incumbit, ad defendendam libertatem parata sunt arma in propugnaculis, sacrae scilicet scripturae, quibus facile obtunditur gravitas novae impositionis, partem quarum praelibastis, partem habemus suggerere vobis. Siquidem contra illud, quod filios clericorum a sacris ordinibus repellendos esse moliuntur, in expositione generationis Iesu Christi ita scriptum invenitur[3]: *Dominus noster Iesus Christus non solum ab alienigenis, sed etiam de adulterinis voluit nasci commixtionibus, nobis magnam fiduciam praestans, ut quali-*

a) consensu *c.* b) *al.* suggerentibus *D.* c) ecclesiae *add. M. D.* d) mandatum *suppl. M.* e) libata *c.* f) quod . . quodve *c.*

1) *In concilio, ut videtur, a.* 1077. *mense Sept. Augustoduni celebrato; cf. Hefele, 'Conciliengesch.' V*², *p.* 112. *et Cauchie l. l. p.* 9. 2) *Epist.* 14. *ad Heliodorum, Opp. ed. Vallarsius I, col.* 33. 3) *Non inveni; similem locum allegavit Hugo Metellus in epistola ad Garbodum data infra edenda.*

cumque modo nascamur, tantum ut illius [illegible] *remur, cuius per fidem membra effecti sumus.* [illegible] adulterinis[a] nascens commixtionibus, ita qualicumque ordine [illegible] ut perfectam fidem habeat et quod fide tenet operibus impleat, sitque [illegible] unius uxoris, nequaquam a sacerdotio repellatur. [illegible] cum Thamar, nuru sua, et ex illo coitu sunt nati Phares et Zara. [illegible] qui fuit dux in deserto, inde Obed et Ruth, indeque Booz de Rhaab, inde [illegible] qui fuit pater David. Ex illa vero progenie [illegible] Dominus [illegible] sacerdos, ideoque filii eius sumus; et quae ipse fecit, imitari per omnia debemus. [illegible] quoque Dominus in euangelio ait: *Omnem qui venit ad me non eiciam foras.* [illegible] eodem: Omnis *qui facit voluntatem patris mei qui in caelis est,* [illegible] *et mater est.* Ad confirmandam vero euangelicam doctrinam Victor papa [illegible] Afris directa dicit[1]: *Nulli liceat euangelicam doctrinam deserere et sacerdotali* [illegible]. Nihil quippe prodest hominibus legem, quae per servos data est, defendere, qui gratiam euangelii, quae per filium facta est, noluerunt recipere. Callixtus[b] quoque papa in decretis ait[2]: *Sententiam, fratres, quae misericordiam* [illegible] *sed et audire refugite, quia potior est misericordia om*[illegible] *ficiis.* Et Vigilius papa[3]: *Certe, etiamsi mens sit recti conscia, vindicta dign*[illegible] *alii extitit causa periculi.* Et in concilio Anchiritano, capite X. de coniugatis diaconis [illegible] reperitur[4]: *Diaconus cum ordinatur, si in ipsa ordinatione protestatus fuerit dicens velle se habere uxorem nec posse se continere, hic postea si ad nuptias venerit,* [illegible] *ministerio* etc. Quod autem filius non reprobandus sit propter iniquitatem patris, Dominus per prophetam protestatur dicens: *Filius non portabit iniquitatem p*[illegible] *pater non portabit iniquitatem filii.* Gregorius in pastorali de excellentia pastorum[5]: *Plerumque rector oblitus sui in voces se spargit alienas;* [illegible] *foris audit, non qualem intus discernere debuit, subiectos despicit eosque a*[illegible] *naturae ordine non agnoscit et quos sorte potestatis* [illegible] *meritis credit.* Porro ne quis[6] in ecclesia duplici potiatur honore et ut una tantum quisque contentus vivat praebenda, nulla nobis aperit ratio: cum sub religiosis patribus in clericali ordine talis semper usitata fuerit consuetudo, quae et singulis ecclesiis salva fide conceditur ab introeunte episcopo. Cuius consuetudinis licitum Gregorius commendat in epistola ad Leandrum Spalensem episcopum dicens[7]: Illaesa *una fide,* in divino officio *sanctae ecclesiae consuetudo diversa* est. Et beatus Augustinus de consuetudinibus ad Ianuarium inter caetera dicit[8]: *Ea quae in diversis locis et regionibus multipliciter sunt instituta et contra fidem et bonos mores non esse* [illegible] *habenda sunt* et consuetudine uniuscuiusque ecclesiae congruenter et simpliciter observanda. Nec quidquam aliud in eis requirendum.

Et ut ad rem reducamus stilum, miramur valde, cum ad praeterita sive praesentia retorquemus oculum. Longe enim ante nos audivimus et nos ipsi cognovimus quosdam ex filiis concubinarum fuisse religiosos presbiteros et diaconos, venerabiles quoque episcopos et abbates: insuper etiam christianissimos reges necnon ipsius Romanae sedis

a) *hic finit c. add.* explicit. b) Callistus *M.* c) [illegible]

1) *Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 130. 2) [illegible] *episcopos Galliarum c.* 20; *Hinschius p.* 143. 3) *Immo Vigi*[illegible] *causis c.* 3; *Hinschius p.* 114. 4) *Conc. Anchiritan.* a. 314 [illegible] 518. 5) *Gregor. Regulae pastoralis l. II. c.* 6, *Opp. II,* [illegible] 21[illegible] 6) [illegible] 4. 7) *Cf. Gregor. I. Registr. I.* 41; *EE. I. p.* 57: in una fide [illegible] consuetudo diversa. 8) *Cf. August. epist.* 54. *ad Ian. c.* 2. § 2, *Opp. II,* [illegible] 124.

aliquos summos praesules. Quocirca non immerito stomachamur adversus eos, qui ad id destruendum linguam suam quasi arcum intendunt, cum satis noverimus illos non meliores esse, quam sui antecessores fuerunt. Adhuc multa ad ea quae nobis obiciuntur necessaria habemus vobis dicere; sed quaedam nobis obsistunt causae, quarum una est expectatio[a] archiepiscopi nostri Manasse[b], cuius excommunicatio[1] fertur potius per invidiam, quam per iustitiam nimium accelerata fuisse.


a) exspectatio *D.* b) Manassae *M.*

1) *Ab officio suspensus est in concilio Augustod. a.* 1077. *mense Sept.; cf. Hefele l. l. p.* 112. *Paullo post Romam se contulit Gregorii VII. veniam impetraturus. Quam ab eo a.* 1078. *ante d. Mart.* 9. *acceptam esse ex epistola colligitur, quam eo die Gregorius ad Hugonem episcopum Diensem scripsit. Cf. Reg. Greg. VII. V,* 17*; Jaffé, Bibl. II, p.* 313. *His igitur diebus, dum Remenses eius reditum expectant, Noviomensium epistola scripta est.*

Codex Cantabrigiensis

Corpus Christi College

Ms. 190 p. 361.



[illegible] q̄ longo tēpore tali.
[illegible] p̄ stirpem genuerit.
Quid meruere pati quicumq: thoro generati.
Viuentes pure. noua q̄ sententia iure.
Innuentes urget. maculas cū gr̄a purget.
Omnis fonteq: sacer. iudex se cōprimat acer.
Et flecti discat. iuntiq: memor resipiscat.
Sacro fonte lotū uel mundat gr̄a totū.
Vel n̄. ē. sacri mundatio plena lauacri.
Hec q̄ tractans platores nouitatis.
Dū noua iura datis lauacri uis euacuatur.
Legis latores hominū ppendite mores.
Atq: modū uite q̄d & equū sit stabilite.
Quisq: sui portet peccati pond⁹ oportet.
Hec sit dāpnatus. p̄ris pertinnine natus.
Enat mens & ebet p̄ri mea. siui debet.
Alterius crimī paradisi claudē limen.
Qđ si scripta cadant & u̇ba dī ṅc' uadant.
Regula scripturē ni ñ erit amodo cure.
A sene cleri decernes me remoueri.
Qui seraphin tūe supma iungar turbe.
Decapis plane mītas gens indiga sane.
Plures sic natos incęli sede locatos.
Legi t̄ga dares diuine si dubitares.
hos ñc infames ob patriū crimina clames.
Quos habet aula poli p̄sumere talia noli.
Non. ē. illorum t̄pis generatio quorū.
Et ds ipse pat̄ pept̄ q̄s gr̄a mater.
Qui bona nulla gerit. ad iurum nūq̄d meruerit.
Per petue mortis q̄a s̄t legaliter orti.
Ergo censure tali q̄ regula iure.
Sorte sua pciat. male natū si bene uiuat.
Hīc hoīes uite t̄pis medii sodomite.
Et q̄ furta patrāt in nos obpbria latrāt.
Vel bene morꝫtos & despiciunt male natos.
Lex p̄mit ista bonos. & sub leuat ad mala p̄nos.
Hec curet pr̄is in delictū. neq: matris.
Impparare thorū. t̄. formā respice morꝫ.
Et que sit uite ni linea. tē sine lite.
Iudicii uerbū tolerabo tam ut acerbū.
Qđ de factorꝫ pcedit labe meorū.
Qđ si p̄duras. nec uis ascendere curas.
Qui noua iura paras. & leges ponis amaras.
Et nos sic mordes. p̄ri illas destrue sordes.
Que gui⁹ ledit. & pl⁹ alegere cedunt.
Qđ p̄ua uitas urgere grauis sodomitas.
Hec species morbi q̄ mors ḡius immunit orbi.
Si bene uixisset. p̄ri extirpanda fuisset.
Que scel⁹ obdurat. q̄ nil anathemata curat.
Qui sine censura clero tollit sua iura.
Tangi deberet. si q̄d sacer ordo ualeret.
Quā mundi partē simoniaq: nesciat artē.
Fama t̄ t̄dit. q̄ res hec ordine uadit.
Demum minis t̄cras. p̄ tergū maxima iactas.
Sunt rite seq̄ nata q̄d expetit equi.
Corrige maiores culpas p̄ri. inde minores.
Cur hō dedecorat. quē rex suppmi honorat.
Cur repbando p̄mit. quē xp̄s morte redemit.
Atq: coheredē p̄ris. reuocauit ad edem.

Tab. I.

Lichtdruck von Albert Frisch, Berlin.

DEFENSIO PRO FILIIS PRESBYTERORUM.

EDIDERUNT

E. DUEMMLER ET H. BOEHMER.

Carmen quod sequitur hi codices nobis servarunt:

1) *Romanus Vaticanus Christinae reg.* 598 *(ol.* 1382), *saec. XII, f.* [illegible] *a Bethmanno et Sackurio usui nostro collatus est. Cf. de eo (V) Montfaucon, Bibl. bibliothecar. I, p.* 45; *Pertz, 'Archiv' XII, p.* 297; *'N. Arch.' III, p.* 462; *IV, p.* 285. [illegible] *quo primum edidit M. Bouquet, 'Recueil des histor. des Gaules' t. XI, p.* 444—447 [illegible] *cundum Durandi exemplar cum titulo ab eo addito: 'Querela in gratiam nothorum'.*

2) *Oxoniensis Bodleianus Laudianus lat.* 86 *(ol.* 654), *s. XIII, f.* 120—12[illegible] *a Fel. Liebermanno collatus est. Cf. de eo (L) Catalog. bibl. Bodleian. II,* 1, [illegible] *auct. Coxe); 'Zs. für Deutsches Alterth.' XXII, p.* 257.

3) *Oxoniensis Digbeianus* 65, *s. XIII, fol.* 8'—9. *cum hoc lemmate:* Serlo Parisiacensis de filiis presbiterorum, *quem contulerunt vv. cl. Parker et Poole. Cf. de codice (D) Hardy, Descript. Catal. II, p.* 100; *Catalogi bibl. Bodleian. IX (auct. Macray* [illegible]. *Unde edidit a.* 1872. *Bouquetianae editionis prioris inscius Th. Wright, Anglo-latin Satirical poets II, p.* 208—212. *satis mendose.*

4) *Cantabrigiensis Corpus Christi coll.* 190, *p.* 361. *manu saec. XII. in. hoc* [illegible] *ordine usus: v.* 1—17. 21. 22. 18—20. 23—28. 41—44. 34—37. 29—33. 45—5[illegible] 38—40, *ceteris omissis. Cf. de codice (C), quem Liebermanni precibus motus A.* [illegible] *contulit, Nasmith, Catal. of Corp. Chr. coll. p.* 273, *n.* 29; *EE. IV, p.* 614.

Poeta, de cuius vita in annalibus nostris propediem fusius exponere mihi in [illegible] *est, natu presbyteri filius, origine Normannus, ordine canonicus Baiocensis fuisse videtur. Quando vixerit, non satis constat, sed iam antequam Odo Baiocensis epis*[illegible] *a Willelmo I. rege in custodiam ductus est a.* 1083 [illegible] *cum oppidum a.* 1105. *ab Henrico I. rege expugnatum est, canonicatu fungebatur, a* [illegible] *tamquam haereditario iure accepto. Utrum huic p*[illegible] *Phillippico* 1694. *Nicholai nomen*[1] *attribuendum sit, mox alti*[illegible] *autem codex Digbeianus Parisiaci cognomen ei addidit, cum iam B. H*[illegible] *Parisiacum vel Wiltonensem saeculo XII. demum declive* [illegible] *vetustiore a D. Brial*[3] *non recte confusum esse satis* [illegible]

1) *Cf. 'N. Arch.' XVII, p.* 374; *XVIII, p.* 724. 2) [illegible] *p.* 231—238; *cf. SS. XXVII, p.* 68. 3) *'H*[illegible] *et Extr.' XI, p.* 166—175.

Restat ut, qua aetate Defensio nostra condita sit, exponamus. Ac W. Mevs[1] *quidem perperam clerico Cameracensi opusculum attribuens id eadem aetate qua epistolas Cameracensium et Noviomensium, i. e. brevi post concilium Pictavense (a.* 1078. *Ian.* 15*), quod primum filios presbyterorum ab ordine exclusit, compositum et contra Hugonem episcopum Diensem directum esse coniecit. Sed huic concilio episcopos Normanniae interfuisse non traditur. Potius brevi post concilium Claromontanum (a.* 1095. *Nov.* 18*), quo Urbanus II. hoc interdictum Pictavense confirmavit*[2]*, eum pennam arripuisse puto. Hac enim sanctione interdictum illud iam ante* 18 *annos primitus promulgatum, sed vix umquam accurate observatum*[3] *latius demum innotuit, ut toto vigore et rigore novitatis animos eorum, qui eo e clero excluderentur, percelleret. Ceterum non semel Urbanus II. eiusque officiales ab aequalibus avariciae accusati sunt*[4]*. Huic vero concilio episcopi Normannici, inter quos Odo*[5]*, patronus poetae, interfuerunt. Quod Theobaldus Stampensis epistola ad Roscelinum data (infra p.* 694*) nonnullos versus opusculi laudavit, neque huic neque illi coniecturae ob incertam eius aetatem aliquam auctoritatem conferre videtur.*

Berolini a. 1896. *Dec.* *H. BOEHMER.*

Rex[a] immortalis[b], quam longo tempore talis
Mundo risus erunt, quos presbiteri genuerunt?
Quid meruere pati quocumque thoro generati,
Si vivant[c] pure? Nova quo sententia[d] iure
Immeritos[e] urget, maculas cum gratia purget
Omnes fonsque sacer? Iudex se comprimat[f] acer
Et flecti discat iurisque memor resipiscat!
Fonte sacro lotum vel mundat gratia totum,
Vel non est sacri mundatio plena lavacri.
Hec[g] qui tractatis, prolatores[h] novitatis,
Dum nova iura datis, lavacri ius evacuatis.
Legislatores, hominum perpendite mores,
Atque modum vite, quod et equum sit, stabilite!
Quisque sui portet peccati pondus oportet,
Ezech. 18, 20. Nec[i] sit dampnatus patris pro crimine natus.
Errat mens et hebet[k] prorsus mea, si mihi debet
Alterius crimen paradisi claudere limen.
A serie cleri decernis[l] me removeri,
Qui Seraphin[m] turbe suprema[n] iungar in urbe?
Deciperis plane, mentis gens indiga sane.
Quod si scripta cadant, et verba[o] Dei retrovadant,
Regula scripture mihi non erit amodo cure.

a) Lex *C.* b) inmort. *C. L.* c) Viventes *C.* d) sentencia *L.* e) Inm. *C. L.* f) comprimet *D.* g) Hoc *L.* h) prelatores *V.* i) Ne *L.* k) ebet *C.* l) decernes *C. V.* m) seraphim *V.* n) supprema *D.* o) iussa *L.*

1) *'Zur Legation des Bischofs Hugo von Die unter Gregor VII.' (Dissert. Gryphiswald. a.* 1887*) p.* 16 — 31. *Praeterea de hac re egerunt Mirbt, 'Publizistik' p.* 68*; Theiner, 'Einführung der Ehelosigkeit' II, p.* 333. 2) *Mansi t. XX, col.* 817 *sq., c.* 11. 25. 3) *Cf. qua condicione Gosfredus dux Aquitaniae canones Pictavenses confirmaverit; Theiner, Einführung der Ehelosigkeit' II, p.* 219 *sq.* 4) *Cf. Garsiae Tholetani tractatum de Albino et Rufino, Lib. de lite II, p.* 423 — 435. 5) *Orderici Vitalis hist. eccl. IX,* 3. *ed. Le Prévost III, p.* 470.

Plures sic natos in celi[a] sede locatos.
Legi terga dares divine, si dubitares.
Hos nunc infames ob patrum crimina clamas.
Quos habet aula poli? presumere talia [illegible]!
Non est illorum turpis generatio, quorum
Est Deus ipse pater, peperit quos gratia mater.
Ne[b] cures patris mihi delictum neque matris
Improperare[c] thorum[d], sed formam[e] respice morum,
Et que sit vite mihi linea! tunc[f] sine lite
Iudicii verbum tolerabo tui[g] vel acerbum,
Quod de factorum procedet[h] labe meorum.
Nunc homines vite turpis, mechi, sodomite,
Et qui furta patrant, in nos obprobria latrant
Vel[i] bene moratos, et despiciunt male natos:
Lex premit ista bonos et sublevat[k] ad mala pronos.
Cur homo dedecorat quem rex supremus[l] honorat?
Cur reprobando premit quem Christus morte redemit,
Atque coheredem[m] patris[n] revocavit ad edem?
Qui bona nulla gerunt, adimi nunquid[o] meruerunt
Perpetue morti, quia sunt[p] legaliter orti?
Ergo censure talis quo regula iure
Sorte sua privat male natum, si bene vivat?
Quod si perduras nec ius attendere curas,
Qui nova iura paras et leges ponis amaras,
Et sic[q] nos mordes, prius illas destrue[r] sordes,
Que[s] gravius ledunt et plus a lege recedunt!
Quid pena vitas urgere gravi sodomitas?
Hec species morbi, qua mors gravis imminet orbi,
Si[t] bene res isset[u], prius exstirpanda[v] fuisset.
Quem scelus obdurat, qui nil anathemata[w] curat,
Qui[x] sine[y] censura clero tollit sua iura,
Tangi deberet, si quid sacer ordo valeret.
Quam[z] mundi partem, Simonis que[a] nesciat artem,
Fama tibi tradit? Quo res hec[b] ordine vadit?
De minimis tractas, post tergum maxima iactas.
Si vis rite[c] sequi natura quod expetit[d] equi,
Corrige maiores culpas prius, inde minores,
Idque teneto[e] ratum, quod[f] te reor immoderatum.
Decretoque[g] tamen das tale tuo moderamen:
'Si quis se velet monachali[h] tegmine, delet
Obprobrii[i] talis[k] maculas habitus monachalis[l]'.
Quid[m], vehemens pestis, faciet[n] mutatio vestis,

a) teli D. b) Nec C. c) Inproper. L. d) torum V. e) [illegible] g) tuum L; malum D. h) procedat L; procedit C. i) Sed L. D. k) [illegible] l) [illegible] premus C; summus D. m) parens sedem pro coher. V. n) patrie L; [illegible] o) [illegible] quid in ras. C. p) sint L. q) nos sic C. r) corrige L. D; respice V. s) Quod [illegible] t) v. 51–53. om. V. u) bene vixisset C. v) extirpand. L. D. w) [illegible] L. D. x) [illegible] om. L. y) sancti D. z) Quod D. a) quam V; si D. b) [illegible] L. c) [illegible] d) [illegible] pedit V. e) tenebo V; teneto — immod. om. D. f) quia L. g) [illegible] h) [illegible] i) Oppr. V. k) tales D. l) monachalis L; monachilis D. m) Quam L. [illegible]

Quod sacramentum lavacri nequit? hoc documentum
Qui clero tradis, declivi tramite vadis.
Non magis, ut credo, panni lavat ulla nigredo,
Quam sacri fontis virtus contagia sontis.
Hic satis ostendit, tua quo sententia[a] tendit:
Ecclesie[b] florem subducere vis potiorem[c],
Perque modum talem moliris canonicalem
Adnichilare chorum, turbe querens monachorum
Ut totum[d] detur, reprobatis[e] quod rapietur;
Insanire doces monachos[f] satis ante feroces.
Quid sancti patres faciant, attendite fratres!
Impia lex horum nos[g] ponit in ore luporum,
Presidio quorum duri generis[h] monachorum
Debuerat finis vehementibus esse rapinis.
Rome censores, quorum notat actio mores,
Quando nos ledunt, nimis hoc[i] sibi profore credunt.
Nos ubi dedecorant, ibi se vehementer honorant,
Deque probris fratrum vult crescere gloria patrum.
Hec[k] qui verba serunt et honorem quem sibi querunt
Magnificare putant, dum nos in sorde volutant,
Qua specie fraudis pondus cumulant sibi laudis?
Non commendarent bene se, nisi nos reprobarent
Affectum talem non estimo spiritualem.
Nosti, summe pater, quam[l] vera superbia mater
Huic sit decreto; quod stare diu prohibeto[m]!
'Qui[1] precesserunt, nichil ingenio valuerunt;
Si quid sensissent[n] sapienter, idem statuissent!
Hos preponamus primis, his dona feramus,
Qui perspexerunt ea, que primos latuerunt.
Infusum mundo noviter[o] de fonte profundo
Spectantes lumen, Rome miremur acumen!
Huc descendentes[p] ex Urbe viri sapientes
Alpes transissent frustra, nisi quid statuissent.
Non prius auditum debet transcendere[q] ritum,
Et decet, ut fundat nova[r], quando sophia redundat'.
Sed tamen huic genti tam sancte, tam sapienti,
Si quis dona ferat veniamque dari sibi querat,
Ex hoc dampnatus, quod[s] sit sine crimine natus,
Vel proprium crimen sacrum claudat sibi limen,
Inveniet mites mutato iure Quirites:
Munere flectentur, tribuenti compatientur[t],
Blande frontis erunt, dimittent[u] quod statuerunt.

a) sentencia *D.* b) Eccl. *L.* c) meliorem *L.* d) votum *D.* e) reprobatum *V. D.* f) monacos *L.* g) vos *V.* h) durae gentis *D.* i) hic *L.* k) Hi *L.* l) quia *V.* m) proibeto *V.* n) senserunt *D.* o) vomitum *D.* p) decend. *V.* q) trancendere *V.* r) quid *D.* s) qui quod *D.* sit cum *L. D. pro* quod sit sine. t) compacientur *V.* u) rescindent *L*; mutabunt *D.*

1 *Haec usque* redundat *v.* 99. *ex animo eorum, qui censoribus illis Romanis adhaerebant, dicta esse patet, quorum superbiam poeta per ironiam illustrare sibi proposuit.*

Est vacuus sensu, quisquis [illegible]
Dum prece temptantur[a] sola, nec munere [illegible],
Quod statuere, ratum servatur et inviolatum.
Turba senatorum — mores bene novimus horum —
Omne quod est vendens, et in omnibus ad lucra tendens,
Divitibus lenis, misereri nescit egenis.
Pauper peccator, Dominus tibi sit miserator!
Cotidie crescit fallacia, ponere nescit
Nequicie metas hec detestabilis etas.
Paucis cura boni, plures ad crimina proni,
Proximus est finis mundi, fera regnat Herinis.
Unde vigor[b] mundo, cum[c] sit caput eius harundo?
Unde salus orbi, postquam vehementia[d] morbi
Ad caput ascendit? quod nequiter omnia vendit,
Nil tribuit gratis. De Romane pietatis
Ubere nil hausit, sua qui marsupia clausit.
Hic dolor est summus: quod[e] vincens omnia nummus[1]
Est Rome pluris quam sacri regula iuris.
Postquam Roma cadit, male res sibi subdita vadit[f];
Iura reliquerunt omnes et munera querunt.
Ordo sacer nutat, sua[g] dum sententia mutat
Pontificis summi, subversa cupidine nummi.
Non quia papa gerat quicquam male vel lucra querat,
Sed circumstanti turbe[h] sunt munera tanti.
Crimen ut evitet[i] nullum, dum se[k] modo ditet.
Vel nobis parcent, qui tam mordaciter arcent
A grege nos cleri, vel fiet mentio[l] veri,
Gentis Romane declarans crimina plane.
Accipiant[m] frenum, precor; et qui sic alienum
Obprobrium[n] spectant, in se sua lumina flectant,
Massam culparum qui non reputando suarum,
Nos[o] dignos pena pro labe notant aliena!
Ut[p] supra scripsi, sic nos erramus, et ipsi
Quoque modo scimus[q], si nota referre velimus.

a) tentantur V. b) salus V. D. c) caput eius cum sit arundo [illegible] D V. D. d) vehemencia L. e) quia L. f) stabit D. g) dum se pro sua dum L. h) plebi L. i) [illegible] k) se dum modo V. l) mencio L. m) Accipiunt D. n) Oppr. V. o) Non V. p) [illegible] q) simus V.

1) *Cf. Carmen, quod* W. W*ackernagel e codice Turicensi edidit:* In terra summus rex est hoc tempore nummus *etc.: Haupt, 'Zeitschrift für Deutsches Alterth.' VI, p.* 304; *'Notices et extr.'* XXXI, 1, *p.* 124.

FRAGMENTUM MERSEBURGENSE DE CAELIBATU CLERI.

EDIDIT

E. DUEMMLER.

G. Waitz reperit a. 1842. *in integumento interiore codicis* 43 *capituli Merseburgensis*[1] *fragmentum, quo epistola Pseudo-Udalrici ad Nicolaum papam impugnatur, manu saeculi XII. scriptum. Codex ipse saeculo XV. exaratus continet in foliis ex parte chartaceis ex parte membranaceis opusculum theologicum domini Petri Sparnow prepositi Merseburgensis et Honorium super Cantica canticorum. Folio ab integumento a bibliopega soluto duae fragmenti paginae, quarum finis desideratur, bene legi potuerunt easque hic sistere iuvit, cum maioris de caelibatu operis ignoti reliquias esse liqueret. In integumento posteriore eiusdem codicis aliud fragmentum exstat eodem tempore atque eadem fortasse manu scriptum et in marginibus mutilum, sed cum anteriore cohaerere minime videtur, cum nonnisi excerpta ex Augustini de diversis quaestionibus ad Simplicianum libris duobus paucis additis contineat. De auctore nostri fragmenti qui Merseburgae vixisse potest, nihil affirmare ausim, nisi post epistolam quae dicitur Oudalrici notissimam eum scripsisse oportere. At probabile videtur eum concilio illi Romano a Gregorio VII. a.* 1079. *ineunte habito (SS. V, p.* 436*) antecessisse, in quo papa* et scriptum quod dicitur sancti Oudalrici ad papam Nicolaum de nuptiis presbiterorum et capitulum Pafnutii de eadem re, immo omnia sacris canonibus adversa damnavit, *cum post hoc iudicium scripta haec refellere vix opus fuerit. Non ipsum codicem discerptum auctorem scripsisse, sed librarium posteriorem, mendis ab eo non paucis commissis probatur.*

Berolini a. 1896. *Iulio mense.* *E. DÜMMLER.*

1) *Pertz, 'Archiv' VIII, p.* 664, *ubi specimen datur.* 2) *Fragmentum incipit:* [praeterita]rum sicut praesentium — tantummodo scientiam *(Lib. II, qu.* 2, § 2, *Opp. VI, col.* 113*).* Et post aliqua: Cum legimus — voluntate dispon[it] *(*§ 4, *col.* 114*).* [Et post] pauca: Sicut quedam laudabilia — accipiendum esse *(*§ 4, *col.* 115*).* Hęc Augustinus. Non igitur huma[nae af]fectiones in Deum aspirare, sed tamen earum vocabula dici de Deo quadam ęquivocatione ostendit idem doctor in [quaestionum ad] Simplicianum solutione. Cum scientia Dei dicens — eodem modo *(*§ 2, *col.* 113*).* Longum est percurrere — pre[bent v]iam *(*§ 3, *ibid.).* Hac etiam affectionis equivocatione dictum est et illud prophetę introductum ab apostolo: Iacob dilexi [Esau au]tem odio habui. De quo Augustinus predicto Simpliciano quasdam questiones ępistolę apostolicę ad Romanos solvens [scripsit] ita: Enitendum est hoc loco — voluntate. Quod ergo [Iacob dilexit] *(Lib. I, qu.* 2, § 18, *col.* 98. 99*).*

. . . .

cum[1] extraneis mulieribus habitantes, putant se excusabiles [illegible] exemplum [illegible] dupliciter se apud Deum reos existere, dum et se ipsos [illegible] et aliis exemplum perverse familiaritatis ostendunt. Quanticumque[a] enim [illegible] per inhonestam familiaritatem castitatis ornamenta perdiderint, illorum animę [illegible] in die iudicii requiruntur, qui ex eis exemplum perditionis ostendunt. Idem alias[2]: *Hoc volo, ut soror mea mecum sit, quia quę cum sorore mea sunt, [illegible].* Simile[c] quid Hieronimus contra Vigilantium[d] presbiterum[3]: *'Cur, inquies, pergis[e] ad heremum? Videlicet, ut te non audiam, non videam, ut tuo furore non movear, ut tua bella non patiar, ne me capiat oculus meretricis, ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Respondebis: 'hoc non est pugnare', sed fugere. Sta in acie, adversariis[f] armatus obsiste, ut postquam viceris coroneris'. 'Fateor inbecillitatem meam. Nolo spe pugnare victorię, ne perdam[g] aliquando victoriam. Si fugero, gladium devitavi; si stetero, aut vincendum mihi est aut cadendum. Quid autem necesse est mihi certa dimittere et incerta sectari? Aut scuto aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas, et superari potes, et vincere. Ego cum fugio, non vinco[h] in eo quod fugio, sed ideo fugio, ne vincar. Nulla securitas est vicino serpente dormire. Potest fieri, ut me non mordeat, tamen potest fieri, ut aliquando mordeat. Matres vocamus et sorores et filias, et non erubescimus vitiis nostris nomina pietatis obtendere'.*

His Hieronimi dictis non dissentiens quintum capitulum[i] sinodi sub imperatore Theodosio aput Hippone regium opera Aurelii Carthaginiensis episcopi collectę, in qua diversa concilia Africanę provincię recitata et examinata sunt, huius inquam sinodi V. precipit capitulum[4]: *Clerici vel continentes ad viduas vel virgines, nisi ex iussu vel permissu episcoporum vel presbiterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum conclericis vel cum his cum quibus episcopus vel presbiter iusserit. Nec ipsi episcopi et presbiteri soli habeant accessum ad huiusmodi feminas, nisi aut clerici presentes sint, aut graves aliqui christiani.* Istud consilium immo edictum etiam in infantia primitive et rudis adhuc ęcclesię a sancto Clemente legitur datum[5]: *Clericus*, inquit, *solus ad feminę tabernaculum non accedat. Nec presbiter solus cum sola femina fabulas misceat, nec archidiaconus aut diaconus sub pretextu humilitatis officii frequentet[k] domicilia matronarum aut forte per clericos aut domesticos eius matronę mandetur secretum aliquid. Si cognitum fuerit, et ille deponatur, et illa a liminibus arceatur ęcclesię.* Item: *Ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen cum extranea habitet femina, nisi soror aut proxima fuerit, et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non enim ignoramus maliciam satanę.*

Sunt autem ex sacerdotibus matrimonialem sibi licenciam defendere conantes ex XIIII. capite secundi libri in tripertita ecclesiastica hystoria[6], quod predicto Nicenę sinodi conventu sic subsequitur: *Sinodus autem corrigere volens hominum vitam in ecclesiis commorantium posuit leges quas canones appellamus. In quorum tractatu videbatur aliquibus introducere leges, ut episcopi, presbiteri, diaconi et subdiaconi cum coniugalibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem Pafnutius confessor*

a) Qanticumque c. b) stulticiam c. c) Simele c. d) advigilantium c. e) pergo c. f) adversariis *Hier.* g) per quam c. h) vincor c. i) capitum c. k) frequenter c.

1) *Hunc locum apud Augustinum non inveni.* 2) *Possidii V. S. Augustini c.* 26. *Opp. X. app. col.* 275; *cf. Regino de synodal. caus. l. I. c.* 99. 3) *Contra Vigilant. c.* 17. *Opp. ed. Vallarsius II. col.* 401. 402. 4) *Concil. Carthag. III. c.* 25. *Mansi, Coll. conc. III. col.* 884 (*cf.* 850). *Hinschius p.* 298. 5) *Cap.* 46. *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 48. 6) *Cassiodori hist. tripart. II. c.* 14. *Opp. ed. Garetius I. p.* 250.

in medio contradixit, honorabiles confessus nuptias, et castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge. Suasitque concilio, ne talem poneret legem, gravem esse asserens causam, quę aut ipsis aut eorum iugalibus occasio fornicationis existeret. Et hęc quidem Pafnutius, licet nuptiarum esset[a] *inexpertus, exposuit. Sinodusque laudavit sententiam eius et nihil ex hac parte sancivit, sed hoc in uniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.* Ecce, inquiunt, agentia nobiscum edicta Nicenę sinodi. Nonne post tam divini humaniorem indulgentiam concilii, post hęc instituta Pafnutii[b], tanti confessoris, stigmatibus[c] in suo corpore presentatis, utpote unius ex illis quos Maximus imperator damnavit[1], dextris eorum oculis evulsis et sinistris eorum poblitibus incisis, per hęc, inquiunt, instituta sine fronte reluctantur rationi, qui ipsam destruentes[d] naturam nobis interdicunt usum matrimonii. Sed huius defensionis asilum intercludit eis auctoritas sancti Gregorii eandem[e] hystoriam multi in suo regesto vel registro arguens mendacii. Scribens enim episcopis Eulogio Alexandrino et Anastasio Anthioceno: *In historia,* inquit[2], *Zozomeni de quodam Eudoxio, qui Constantinopolitanę ęcclesię episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque hystoriam sedes apostolica suscipere recusat, quoniam multa mentitur et Theodorum monachum Suestię*[f] *nimium laudat atque usque ad diem obitus sui magnum doctorem ęcclesię fuisse perhibet. Restat ergo, ut si quis illam hystoriam recepit, et sinodo quę pię memorię Iustiniani temporibus de tribus*[g] *[capitulis facta est, contradicat. Qui vero huic contradicere non valet, illam historiam necesse est ut repellat]. . . . . . .*

. . . .

certius ibi illud quod antea diximus capitulum. Hic uxor domestica permittitur, in illo quaelibet suspicionem movens eliminatur; hic omnibus qui apostolicam rexerant sedem contradicatur, illic[h] omnis apostolica auctoritas quasi sacrosanctum amplectatur.

De Nicena igitur sinodo scripsit Leo ad Anatholium[3]: *Illa,* inquiens, *Nicenorum canonum per sanctum vere Spiritum ordinata condicio nulla unquam est parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis sinodalia concilia blandiantur. Neque trecentis illis decem atque octo episcopis quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat vel proferre; cum tanto divinitus*[i] *privilegio Nicena sit synodus consecrata, ut, sive per pauciores sive per plures ęcclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid*[k] *ab illorum [fuerit] constitutione diversum.* Item[4]: *Sancti et venerabiles patres, qui in urbe Nicena sacrilego Arrio cum sua impietate damnato mansuras usque in finem mundi leges ęcclesiasticorum canonum condiderunt, et aput nos in toto*[l] *orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt; et si quid usquam aliter, quam illi statuere, presumitur, sine cunctatione cassatur.* Sanctus etiam Leo ad Pulcheriam augustam[5]: *Contra statuta,* inquit, *canonum paternorum, quę ante longissimę ętatis annos in urbe Nicena spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuiquam*[m] *audere conceditur, ita ut, si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat quam illa corrumpat. Quę si ut oportet a cunctis pontificibus intemerata serventur, per universas ęcclesias tranquilla erit pax et firma concordia.* Item[6]: *Privilegia ęcclesiarum*[n] *sancto-*

a) esse *c.* b) Pasnutii *c.* c) stigmaihu *c.* d) destuentes *c.* e) eadem *c.* f) *lege cum Gregorio* Momsuestię *pro* mon. S. g) *nonnulla desiderantur interiore paginae parte abscisa.* h) illud *c.* i) privinitus *add. c.* k) quidquic *c.* l) tote *c.* m) cuique *Leo.* n) ęcclarum *c.*

1) *Cassiod. hist. tripart. II, c.* 1, *l. l. p.* 224. 2) *Reg. VII,* 3, *EE. I, p.* 479. 3) *Ep.* 106, *c.* 2, *Opp. edd. Ballerini I, col.* 1161. 1163; *cf. Lib. de lite II, p.* 45. 4) *Ibid. c.* 4, *col.* 1165; *cf. Lib. de lite II, p.* 46. 5) *Ep.* 105, *c.* 2, *l. l. col.* 1155; *cf. Lib. de lite l. l.* 6) *Ep.* 104, *c.* 2. *ad Marcian. august., edd. Ballerini I, col.* 1149; *Jaffé nr.* 481.

rum patrum canonibus instituta, et concilii Niceni [illegible] nulla [illegible] improbitate convelli, nulla novitate violari. [illegible] exequendo necesse est ut perseverantem [illegible] credita est, et ad meum tendit[a] *reatum, si paterna* [illegible][b], [illegible] *Nicena ad totius ecclesie regimen spiritu Dei instruente*[c] [illegible] *conhibente videntur.*

Hoc laudis preconio Nicenam insigniunt synodum id est apostolici, qui a propriis etiam continentes[d] uxoribus eclesiasticos decernunt deponi. Hi [illegible] ascriptam reciperent certam, aut Nicenam synodum numquam tante [illegible] exornarent, aut ipsi sua que diximus edicta mutarent. Sed cum [illegible] violari decreta, dicente Hilaro papa[1]: *Nulli fas est sine status sui p*[illegible] *constitutiones vel apostolice sedis decreta temerare*, constat, quia Nicena [illegible] meruit recipi, non quia[e] refragatur, sed concordat apostolice institutioni.

Pretendunt sue temeritati et adhuc epistolam[2], quam dicunt sanctum Odalricum Augustensem Nicholao pape, continentiam clericis precipienti, legasse, et cum talia affectantem[f] indiscrete humanitatis insimulasse et, ne hoc ordinatos strangularet laqueo, rogasse. Sed cum temporibus sancti Odalrici non fuerit papa huius nominis[3], epistolam hanc in prima fronte mendacii damnatam, eadem facilitate negatur a presule O[dalrico] missam, qua et affirmatur ad papam Nicolaum scriptam. Preterea cum eadem epistola imponat doctori[g] Gregorio, quod non in eius vita, non in eius re[illegible], non in scripto eius aliquo vel alienius de eo invenitur, ipsi legem sibi dictantes, pro sui assertione negocii videntur ea finxisse, quorum nequeunt vel auctorem vel testem alium nisi se ipsos monstrare. Dicunt[4] enim, quia sanctus O[dalricus] in litteris pape directis ad flectendum eius rigorem introduxerit piscatores sancti Gregorii quadam vice de vivario eius infantum celandi partus gratia immersorum capita circiter sex milia extraxisse et hinc vigilem papam ob cavendum damnationis[h] periculi laqueum clericis arctatas post nimio matrimonii habenas relaxasse. Sed cum ille sagax colonus ecclesie, ille interpres voluntatis divine, nihil pene non commiserit litteris, quod profuturum noverat utilitati posteritatis, nec usquam hodie legatur vel illud de capitibus fictum miserabile vel decreti mutatum incredibile, et cum tam sponsa quam filia veritatis ecclesia hodie certo sequatur passu tanti pontificis edictum de continentia sacerdotali, videntur puteum damnationis quem sibi mentiendo foderant non emersuri[i], qui has ecclesie lampades, hos divine legis tenaces, hac ausi sunt macula respergere, ut horum alter, id est Gregorius apostolicus, apostolica instituta obliteraverit, alter id est O[dalricus] et illum mutasse que non mutaverat mendaciter dixerit, et ab isto quem isti illius temporis papam finxerant[k] Nicolao mutand[l]. . . . . .

a) tendet c. b) [illegible] c. c) instruente c. d) non [illegible] c. e) [illegible] quia [illegible] c. f) affectantem [illegible] c. g) doctoris [illegible] h) damnationis [illegible] i) [illegible] k) fixerant c. l) *cetera desunt* [illegible]

1) *Synod. a. 465, c. 2. Thiel I, p. 161.* 2) *Lib. de lite I, 255* [illegible] 3) [illegible] *p. 210, n. 2.* 4) *Lib. de lite I, p. 257.*

TRACTATUS PRO CLERICORUM CONUBIO.

EDIDIT

E. DÜMMLER.

Codex Cheltenhamensis, numero 7817 *(*7208*) signatus, incertae originis, saeculo XII. exaratus*[1], *continet inter alia scripta ad ius canonicum pertinentia fol.* 33—37'. *tractatum qui sequitur pro clericis coniugatis. Quamquam de auctore nihil statui potest, eum tamen in Gallia septentrionali*[2] *et inter annos quidem* 1075—1080. *scripsisse reor*[3]. *Germanus vix Normanniae expressis verbis meminisset neque infitiari possumus argumentorum quandam similitudinem inter hanc lucubrationem epistolamque Cameracensium supra (p.* 574 *sqq.) editam intercedere.*

Tractatum nostrum satis doctum descripsit Cheltenhamii socius noster Carolus Hampe. Subsequitur eum tractatus alter de eadem re compositus hoc titulo insignitus: [H]ęc est rescriptio Volusiani Cartaginensis episcopi, in qua pape Nicholao de continencia clericorum . . . tractanti ita respondit: Cum tua, o pater et domine, decreta super clericorum continencia — habita coniunctione visurus sit Dominum. *Habemus igitur hic aliud exemplar epistolae Pseudo-Udalrici (Lib. de lite I, p.* 255—260*) qui et in titulo et in textu Volusianus vocatur. Sequuntur alia excerpta canonica, in quibus etiam:* Ex epistola Nicholai pape de eadem re. Scripsit nobis Thieberga regina regia se velle dignitate seu copula exui et sola privata vita esse contenta desiderare *etc. (Jaffé nr.* 2870*).*

Berolini a. 1896. *Iulio mense.* *E. DÜMMLER.*

1. c. 1. [Q]uisquis catholicę ęcclesie fidem tenens, ab ypocrisis iniquitate alienus, autenticas sanctorum patrum scripturas diligenter investigaverit, inveniet legittime celebrata conubia clericorum casta esse et sincera, non, ut novi dogmatis ferunt auctores, adulterina vel fornicaria. Si enim sententia Niceni concilii[4], quae maxime ita interpretatur, ut presul introductam mulierem non habeat, quę omni qui in clero est haberi in domo interdicitur, uxor etiam, quę procul dubio honesta persona est, intelligatur, repugnabunt instituta conciliorum Calcedonensis, Cartaginiensis atque Toletanii, repugnabunt universalia decreta doctorum, Siricii, Leonis, Gregorii.

1) *Cf. de codice 'N. Arch.' IV, p.* 596. 2) *De ecclesia Gallica videas Mirbt, 'Publizistik im Zeitalter Gregors VII.' p.* 255—258. 273—274. *Cf. supra p.* 579. 3) *Decreta synodi secundae a.* 1075. *a Gregorio Romae habitae ab eo impugnantur, cf. Bernoldi Chron. a.* 1075, *Mariani Scotti Chron. a.* 1097 *(SS. V, p.* 434. 561*).* 4) *Cap.* 3, *Mansi, Coll. concil. II, col.* 679; *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 258.

In Calcedonensi quippe concilio titulo XIIII.[1] concessum est lectoribus atque psalmistis uxores ducere. In Cartaginensi[2] vero XXVI. preceptum est, ut lectores uxores accipiant. Item titulo XXI.[3] placuit episcopos presbyteros ac levitas se ab uxoribus abstinere. Reliquos vero ad hoc non cogi, sed uniuscuiusque ecclesię consuetudinem debere observari. Similiter in Toletano[4]: *De his, quos voluntas parentum a primis infantie annis in clericatus officio deputaverit, statuimus observandum, ut mox detonsi vel ministerio electorum contraditi fuerint, in domo ęcclesię sub episcopi presentia a preposito sibi debeant erudiri. At ubi XVIII etatis[a] sue annum compleverint, coram totius cleri et plebis conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab episcopo perscrutetur. Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, et promissionem castimonię suę absque coniugali necessitate responderint servaturos, hi tamquam appetitores artissime vie lenissimo[b] Domini iugo subdantur. His autem, quibus voluntas propria tempore interrogationis desiderium nubendi persuaserit, concessam ab apostolis sentenciam auferre non possumus, ita ut cum provecte etatis in coniugio positi renuntiaturos se operibus carnis spoponderint, ad sacratos gradus aspirent.*

Siricius[c] in decretis suis VIIII. sic scribit[5]: *Quicumque se ęcclesię vovit obsequiis, a sua infantia ante pubertatis annos baptizari et electorum debet ministerio sociari, qui ab accessu adolescentię usque ad tricesimum ętatis suę annum si probabiliter[d] vixerit, una tantum et ea quam virginem communi per sacerdotem benedictione perceperit uxore contentus acolitus, subdiaconus esse debet.* Scribit etiam Rustico Narbonensi Leo titulo IIII.[6]: *Laici sive lectores licito et uxores ducere, et filios procreare potuerunt. Sed cum ad maiores provenerint gradus, oportet non dimittere, sed tamquam non habentes sic habere.* Qui sint autem habentes tanquam non habentes, Gregorius in expositione ewangelii de divite, qui fecit cenam magnam sic exponit[7]: *Uxorem namque habet, sed quasi non habens est, qui sic scit[e] debita carnis exolvere, ut tamen per eam mundo tota mente non cogatur herere. Ille uxorem habens quasi non habet, qui sic studet placere coniugi, ut tamen non displiceat conditori.* Idem etiam Gregorius Petro subdiacono Siciliç titulo XLII. de subdiaconibus sic scribit[8]: *Durum atque incompetens videtur, ut qui usum continencię non invenit, neque necessitatem anteposuit, compellatur a sua uxore separari, atque quod absit deterius[f] cadat.* Qui etiam Simacho defensori titulo L. sic scribit[9]: *Sacerdotes prohiberi[g] debent, ne cum mulieribus conversentur[h], excepta dumtaxat matre vel sorore, vel uxore, quę caste regenda est.* Si igitur, ut cavillant qui contentionibus de servire quam veritati malunt adquiescere, per subintroductam mulierem uxor significatur, erunt sub Niceno interdicto non solum clerici coniugati, sed etiam illi qui eos coniugio copulari concesserunt, immo preceperunt, auctores supradictorum conciliorum atque decretorum, quod quia nefas est credi, restat ut, sicut res sublata vel subtracta, id est furto ablata vel abstracta dicitur, ita mulier subintroducta latenter, id est non legittime[i], nupta significetur, quo et rata sit sanctorum sanctio patrum et institutum a Deo coniugale non solvatur vinculum.

a) ettatis c. b) lenissimo Cam. c) Silicius c. d) probaliter c. e) sit c. f) [illegible]cius c. g) proiberi c. h) coversentur c. i) legitittime c.

1) Mansi VII. col. 418; Hinschius p. 286. 2) III. a. 397. cap. 19. Mansi III col. 883; Hinschius p. 298. 3) Conc. Carthag. V. a. 401. c. 3. Mansi III. col. 969. Hinschius p. 307. 4) II. c. 1. Mansi, Coll. conc. VIII. col. 785; Hinschius p. 352. 5) c. 14 ed. Schönemann p. 412; Hinschius p. 522. 6) Epist. 167, Opp. edd. Baller. I, col. 1421, inquis. 3. 7) Gregorii opp. ed. Benedict. I. col. 1625 in evang. l. II. hom. 37 § 12. 8) Reg. I. 42. EE. ed. Ewald I. p. 67. 9) Reg. I. 50. EE. ed. Ewald I. p. 76.

Legimus etiam in tractatibus Niceni concilii titulo XIIII, quia[1] *synodus corrigere volens hominum[a] vitam et in ęcclesiis conmorancium posuit leges quas canones appellamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, ut episcopi et presbyteri, diaconi et subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Pafnutius[b] confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias et castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge. Sicque suasit concilio, ne talem poneret legem, gravem esse causam asserens, que aut ipsis aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hec quidem Pafnutius[b] licet nuptiarum esset inexpertus exposuit; sinodus laudavit sententiam eius, et nichil in [h]ac parte sanctivit, sed hoc in uniuscuiusque voluntate, non necessitate dimisit.*

Aiunt subversores canonum et perturbatores ęcclesiasticę pacis in ea sententia, quam de muliere subintroducta enucleamus, per clerum non omnem significari clericum, sed canonicos tantummodo, quibus illud interdictum iniungitur, non reliquis clericis inponatur. Ad quorum stultam intelligenciam destruendam adhibeantur ex eodem concilio sententię quibus nomen cleri inponitur, per quas evidenter pateat cleri nomen generaliter omnibus clericis convenire. Titulo enim primo eiusdem concilii[2] sic scriptum est: *Si quis se sanus homo abscidit et in clero constitutum abstinere convenit.* Sic etiam titulo X.[3]: *Quicumque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam vel per ordinantium dissimulationem, hęc aecclesiasticę non preiudicat regulę, cognīti namque deponentur.* Item titulo XVII.[4]: *Quoniam multi sub regula constituti avariciam et turpia*
Ps. 14, 5. *lucra sectantur oblitique divine scripture dicentis: Qui pecuniam suam non d. a. u. mutuum dantes centesimas exigunt, iuste censuit sancta sinodus et magna, ut si quis talis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuras accipiens, aut ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiolia id est sescupla[c] exigens vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiciatur a clero et alienus existat a regula.* Quicumque ergo clerici canonici non sunt, et ideo per supradictos contentiosos non sunt in clero, sine periculo se ipsos abscidant sanos, securi lapsi ad ordines veniant, libere usuras et turpia lucra exerceant. Solos enim in clero constitutos, id est canonicos, Nicena cohercet[d] auctoritas.

Contra quod introducantur auctores evidenter per cleri nomen in supra dictis sententiis omnem clerum designantes. Gelasius enim papa in decretis[5] suis sic scribit: *De his autem qui semetipsos absciderunt, patrum canones evidenter sequenda posuerunt quorum tenorem sufficiet indidisse. Dicunt enim talia perpetrantes, mox ut agniti fuerint, a munere clericali debere secludi.* Clericale quippe nomen a clerico, non a clero demonu[m][e] natum est. Et Innocentius papa ad Felicem episcopum Nucerinum[6]: *Quoniam*
*f. 35. *certa diffinitione monstratum est *qui debeant admitti, quive reprobari et ex his omnibus[f] quos videt indignatio tua non posse reprobari[g], eligere debes quos clericos facias.*

Sanctus etiam Leo[7] in epistola quam episcopis per universas provincias institutis mittit, premonet, ut sicut non suo, ita non alieno nomine aliquis clericorum exercere foenus attemptet.

a) hominem *c.* b) Pasnutius *c.* c) envelia secupla *c.* d) coherret *c.* e) demonu *c.* f) hominibus *Inn.* g) facias *add. c.*

1) *Cassiod. hist. tripart. II, c.* 14, *Opp. ed. Garetius I, p.* 230; *Ivonis Panormia III, c.* 85, *supra p.* 575. 585. 2) *Mansi II, col.* 678, *Hinschius p.* 258. 3) *Mansi II, col.* 680, *Hinschius p.* 259. 4) *Mansi II, col.* 682, *Hinschius p.* 260. 5) *Epist.* 14, *c.* 17, *ed. Thiel p.* 372; *Hinschius p.* 653. 6) *Ed. Schönemann p.* 657, § 7; *Hinschius p.* 533. 7) *Ep.* 4, *c.* 4, *Opp. edd. Baller. I, col.* 615, *c.* 4; *Hinschius p.* 614.

Et Gelasius[1]: *huiusmodi aut ab indignis* [illegible], *aut in quocumque gradu fuerint positi, mox a* [illegible]. [illegible] num insuper concilium lucide manifestat per clerum omnem [illegible] dicit[2]: *De his qui communione[a] privantur,* [illegible] *scopis per unumquamque provinciam sententia regularis* [illegible], *ut hi qui* [illegible] *ab aliis non recipiantur.* Ridiculum enim videtur canonicos et laicos [illegible] aliis non communicare, et clericos, non canonicos, si excommunicati [illegible], quia de [illegible] nulla prohibitio, si ex clero non sunt, ad communionem admittere. Interdicatur [illegible] omni qui in clero est, id est omni clerico, mulier [illegible] canonum ei, qui se continentie non voverit, concedatur [illegible]. [illegible] ex sanctorum patrum constitutione principaliter legalis episcopi fiat electio d[illegible] in qua ordinandus est, si numquam canonicis uxores habere [illegible] niter clamat Paulus: *Unius uxoris virum* debere elegi episcopum, aut pretermissis illis qui ab infantia sua per singulos gradus in ecclesiis militaverint, in [illegible] locum extraneos quoslibet et contra preceptum predicti apostoli rudes neophitos [illegible] tante dignitatis apicem oportebit promoveri.

Isidorus[3] vero ait: *Omnes qui in ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt generaliter clerici nominantur. Qui[4] aut castimoniam inviolati corporis perpetuo habere student, aut[b] unius matrimonii vinculo federentur.* Omnis vero clericus aut continens erit aut coniugatus, aut fornicarius[c]. Qui ergo coniugatos abiciunt, fornicarios [illegible] reprehendendo[d], immo preponendo, filios gehenne efficiunt ignis. Aut non audierunt, aut dissimulant se audisse, apostolum dicentem: *Qui adheret meretrici, unum corpus efficitur,* qui omnibus fidelibus loquitur: *Nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti quem habetis a Deo.* Unde extat conclusio. Augustinus[e] in libro de bono coniugali[5]: *Sancta ergo sunt corpora coniugatorum fidem sibi et Domino servantium.* Que sanctitas aufertur fornicariis ipso apostolo testante, qui ait: *Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis; absit.* Et quia *omnis fornicator non habet hereditatem in regno Christi et Dei,* hoc est qui estum luxurię devitare cupit, et tamen sublimitatem continentię apprehendere veretur, ne forte temptationis morbus ad peccatum eum mortale detencius trahat, incontinenciam suam legitimo refrenet coniugio, et salvabitur anima eius. *Decus*[6] enim *coniugale est castitas procreandi et reddendi carnalis debiti fides: hoc est opus nuptiarum, hoc ab omni crimine defendit apostolus dicendo: Et si acceperis uxorem, non peccasti. Sicut*[7] enim[f] *temporalis sanitas et inbecillitas non sunt duo mala, quorum alterum sit peius, sed*[f] *sanitas et inmortalitas duo bona sunt, quorum alterum*[g] *sit melius, item scientia et vanitas*[h]. . . . *Non duo*[i] *mala sunt conubium et fornicatio, quorum alterum sit peius, sed duo bona sunt conubium [et[k]] continentia, quorum alterum est melius.* Qui ergo venialibus coniugatorum peccatis tamquam criminalibus communicare nolunt, et criminalibus fornicatorum delictis tamquam venialibus et domesticis assensum prebent, incidunt in illud ve quod dicit Esaias: *Ve vobis qui dicitis bonum malum, et malum bonum.* Et in illud apostoli: *Quoniam digni sunt morte,* [illegible]

a) communionem c. b) certe *add. Isid.* c) fornicaris c. d) reprehendo [illegible] f) ista *add. Aug.* g) altñi c. h) *apud Augustinum col.* 324. [illegible] rum vanitas peius sed scientia et caritas duo bona sunt quorum caritas melius [illegible] i) *corr. e* dio c. k) et *om. c.*

1) *Epist.* 14, *c.* 15, *ed. Thiel p.* 371; *Hinschius p.* 652. 2) *C.* 5, *Mansi, Coll.* [illegible] *II, col.* 679. 3) *De ecclesiast. offic. l. II, c.* 1, *Opp. ed. Arevalo VI, p.* 413. 4) *Ibid. c.* 2, *l. l. p.* 414. 5) *C.* 11, § 13, *Opp. ed. Bened. VI, col.* 327. 6) *Ibid. c.* 11, § 12, *col.* 327. 7) *Ibid. c.* 8, § 8, *col.* 324, *ordine mutato.*

solum qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus[a]. Quia ergo[1] *longe minus peccat qui*[b] *assiduus ad uxorem, [quam] qui*[c] *rarissimus*[d] *ad fornicationem.* Scriptum est de diaconibus in concilio Ancyrano titulo VIIII.[2]: *Diaconi quicumque [cum] ordinantur, si in ipsa*[e] *protestati sunt et dixerunt se velle coniugio copulari, quia sic manere non possunt, hi, si postmodum uxores duxerint, in ministerio maneant, propterea quod episcopus eis licentiam dederit. Quicumque sane tacuerint et susceperint manus inpositionem professi continenciam, et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.*

Calcedonense vero confirmat titulo primo[3]: *Regulas sanctorum patrum per singula nuncusque concilia constitutas proprium robur obtinere decrevimus.*

Anciranum itaque conlegatur[f], Niceno antiquius erit et Calcedonensi, a quo auctoritatis pondus, quod per se minus habuerat, plenissime adquisivit, quod si quis Calcedonensi non credit, ne ewangelio credat, necesse est. Quattuor enim concilia teste Gregorio[4] ita sunt amplectenda quasi IIII[or] ewangelia. In rebus vero pariter amplectendis dum spernitur una, spernitur et altera. De non reprobandis vero presbyteris in concilio Gangrensi[g] ammonetur titulo IIII.[5]: *Quicumque discernit*[h] *a presbytero qui uxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.* Sic etiam Nicholaus papa ad optimates Achaię[i] sic scribit[6]: *Consulendum decernitis utrum [presbyterum*[k]*] uxorem habentem sustentare debeatis et honorare, an a vobis prohicere, in quo respondemus: Quoniam licet hipsi reprehensibiles sint, vos tamen convenit Deum imitari*
Matth.5,45. *qui solem suum, ut ewangelium testatur, oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos. Deicere vero eum a vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam [Dominus*[k]*], cum esset fur et mendax discipulus, de numero apostolorum deiecit. Verum de presbyteris, qualescumque sint, vobis qui laici estis, nec iudicandum est, nec de vita ipsorum quippiam investigandum, sed episcoporum iudicio per omnia quidquid est reservandum. Sciscitantibus*[l, 7] *vobis si a sacerdote, qui sive conprehensus est in adulterio sive de hac*[m] *sola fama reprehensus*[n] *est, debeatis conmunionem suscipere necne, respondemus: Non potest aliquis quantumcumque pollutus sit, sacramenta divina polluere, quę purgatoria cunctarum remedia cogitationum existunt. Nec potest solis radius per cloacas et latrinas transiens aliquid exinde coinquinationis*[o] *attrahere; proinde qualiscumque sit sacerdos que sancta sunt coinquinare non potest, idcirco ab eo, usquequo episcoporum iudicio reprobetur, conmunio percipienda est, quoniam mali bona ministrando se tantummodo ledunt et cerea fax accensa sibi quidem detrimentum parat*[p]*, aliis vero in tenebris lumen*[q]*, et unde aliis commodum exibet, inde sibi detrimentum*[r] *prebet. Sumite ergo*[s]
cf.1.Ioh.5,4. *ab omni sacerdote Christi misteria, quoniam omnia in fide purgantur. Fides est enim que vincit hunc mundum. Et quia non dantis, sed accipientis sit, docente*[t] *sancto Hieronimo*[8]*, ad credendum in omni anima baptismum esse perfectum, et in omni sacerdote corpus Christi esse perfectum, qui rursus sacre scripturę concordans ait: Priusquam audias, ne iudicaveris quemquam, atque ante probationem accusationis illate*[u] *neminem a*

a) facientes *c.* b) quamlibet *Aug.* c) quam vel *Aug.* d) rafissimus *c.* e) ordinatione *add. conc.* f) *an:* si conligatur? g) Gamgremsi *c.* h) discernitur *c.* i) *immo* Bulgariae. k) *om. c.* l) Scisitantibus *c.* m) hoc *Nic.* n) respersus *Nic.* o) contaminationis *Nic.* p) prāt *c.* q) administrat *add. Nic.* r) dispendium *Nic.* s) intrepide *add. Nic.* t) dicente *c.* u) ante *add. c.*

1) *August. de bono coniug. c.* 11, § 12, *col.* 327: Hinc est etiam quod *etc.* 2) *C.* 10, *Mansi, Coll. conc. II, col.* 518; *Hinschius p.* 262; *cf. supra p.* 577, *n.* 4. 3) *Mansi VII, col.* 373, *c.* 1. 4) *Reg. I,* 24, *EE. (ed. Ewald) I, p.* 36; *cf. supra p.* 252. 5) *Mansi, Coll. conc. II, col.* 1106; *Hinschius p.* 265. 6) *Nicolai papae responsa ad consulta Bulgaror. c.* 70, *Mansi, Coll. XV, col.* 425, *Ivon. Decret. II, c.* 82, *p.* 63. *ed. Paris. a.* 1647; *cf. supra p.* 2. 7) *Ibid. c.* 71; *Ivon. Decret. II, c.* 83, *l. l., supra p.* 216. 8) *Nescio ubi.*

tua comunione suspendas, quia non statim qui a[illegible] *tur*[a], *reus*[b] *est.* Qui etiam exemplo ostendit quod verbo [illegible] tur: vitas patrum[1]: *Fuit quidam senex solitarius* [illegible] *presbyter et consecrabat ei oblationem ad communicandum.* [illegible] *ad senem accusavit presbyterum. Qui* [illegible] *zatus senex non aperuit ei hostium. At ille discessit;* [illegible] *rium dicens: 'Tulerunt a me homines iudicium'.* [illegible] *quasi puteum aureum et situlam auream et funem* [illegible] *et leprosum quendam*[d] *haurientem et fundentem in vase,* [illegible] *bibebat propter leprosum qui hauriebat. Et ecce iterum facta est vox ad eum di*[illegible] *'Cur non bibis ex aqua hac? qualem causam habet qui haurit,* [illegible] *et refundit in vase nec inquinatur ab eo'. Tunc in se* [illegible] *et statim vocavit presbyterum et fecit eum sicut prius sanctificare sibi oblation*[illegible]

De qua re tractat[e] beatus Augustinus[2] sic: *Vere et indubitanter* [illegible] *bemus infra catholicam ecclesiam, ubi catholica fide hoc ministerium*[f] *celebratur,* [illegible] *a bono maius, nichil minus percipitur a malo sacerdote, nichilque aliud quam caro Christi et sanguis, dum catholice consecratur, quia non in merito consecrantis,* [illegible] *citur creatoris et virtute Spiritus sancti. Si*[3] *enim in merito esset sacerdotis,* [illegible] *Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est, qui per Spiritum sanctum hanc suam efficit voluntatem, et transfundit sanguinem.* [illegible][4] [illegible] *non ex se dicit, quod ipse corporis et sanguinis esse possit auctor, quia si hec posset, quod absurdum est, creator creatoris fieret; licet*[5] *sacerdos in conscientia malus esse convincatur, non suum est quod offert, sed omnium preces et vota per* [illegible] *mendat, licet*[6] *tales adulteri sint et homicidę et ex parte diaboli plura admiserint, dum fide ewangelica necdum precisi sacrificant*[g]*, is qui cum fide communicatur*[h].

Similiter et in expositione super ęwangelium Iohannis[7] idem disserit dicens: *Quicumque adulter, quicumque sacrilegus, quicumque homicida baptizet, Christus est qui baptizat,* et repetit: *Non timeo adulterum, non timeo homicidam, non timeo ebriosum. adtendo columbam dicentem: 'hic est qui baptizat'.* Nos vero quamvis ista dixerimus, non Ioh. 1 auctores sumus, ut ipsi enerviter vivant, quorum manibus et linguis tam preciosa tractantur sacramenta — concordare enim debet mundicia ministrorum purissime religioni sanctorum ministeriorum — sed ut ostenderemus fabricatores esse mendatii et cultores perversorum dogmatum, qui parvulos suos preoptant in peccato primi hominis in eternum perire, quam baptizari a sacerdote incontinente, quique docent fabulis et saltationibus debere potius[k] studere, quam[l] missarum celebrationes a presbytero coniugato percipere vel audire. Si enim reprehendendi sunt, immo quia reprehendendi, reprehendantur disciplina regulari, non errore populari coerceantur, ęcclesiastica censura, non

a) vincitur *c.* b) criminosus *Nc.* c) ostenditur *c.* d) [illegible] e) [illegible] f) mysterium *Radb.* g) non cogitandum, qui et quales sint, sed quid [illegible] *ex Radberto supplenda sunt.* h) communicantur *c.* i) religiosis *c.* k) potius *c.* l) [illegible]

1) *Vitae patrum ed. Rosweyde a.* 1617 [illegible] *p.* 453 [illegible] *a.* 1628 *p.* 595. 2) *Immo Paschasius Radbertus de corpore et sanguine Domini* [illegible] 12. § 1 *Martène et Durand Ampliss. Coll. IX. col.* 427. *Migne, Patrol. CXX. col.* 1310 [illegible] *lite I, p. 27. 247; supra p. 13. 18.* 3) *Radbert. paulo infra.* 4) [illegible] § 2 [illegible] 1312. 5) Ubi licet *ibid.* § 3, *col.* 429. 6) Tamen tales [illegible] *Migne col.* 1313. 7) *Opp. ed. Benedict. III. 2, col.* 329, § 18. [illegible] *de lite I. p.* 624; *II. p.* 442.

vulgari protervia[a] feriantur, canonum sententia, non laicorum insania. *Docendus est enim populus*, Cęlestino papa[1] testante, *non sequendus*.

Nunc vero prepostero ordine in qualibet parochia super unum infelicem presby- [illegible] terum quot[b] sunt *rustici, tot sunt archidiaconi, quem enim nec tangere nec ledere, cf. Rom. 1,30. immo[c] cui parere et honorem deferre debuerant. Contumeliosi, superbi, elati insidiari, detrahere, dehonestare atque abicere non cessant. Unde fit de villa ad villam contra statuta canonum et decreta patrum illa frequens sacerdotum transmutatio, sicut enim, Rom. 7,3. ut ait apostolus, *mulier vivente marito adultera iudicatur, si fuerit cum alio viro*, ita ecclesia presbytero sibi iure concesso, si eum iniuste reprobabit, adultera est, si con- I. ..2. mittatur[d] eo vivente alieno presbytero. Quapropter omnes sunt[e] adulteri et nequam cetus prevaricatorum. Et hec est a Paterinis orta dissensio[2] et facta canonum transgressio, qui dum se legum custodes altius videri volunt, legis veritatem convertunt in errorem. Nam quamvis verissime predicęnt sacerdotum mundiciam, falsissime[f] tamen dogmatizant eorum preces et missarum sollempnia debere reprobari propter alicuius suspitionis infamiam. Adest vero vel pertinatia pervicatiam[g], nec minori insipientia predicant filios clericorum ad sacros ordines[h] promoveri vel quolibet ecclesiastico honore sublimari. Quos redarguit beatus Augustinus in libro de bono coniugali[3] dicens: *Undecumque nascantur*[i] *homines, si vitia parentum non sectentur et Deum recte colant, honesti et salvi erunt.* Et Isidorus[4]: *Qui Deum recte credunt, nullius terrene generationis maculis obfuscantur.* Cęci vero ad videndum, surdique ad audiendum, et tardi ad intelligendum auctoritati etiam Romane ecclesię se contraire non sentiunt, quę de filiis clericorum non solum apostolicos viros, sed etiam in destruendis heresibus gloriosos patronos habere gloriatur: quod quidem, ut negare non possunt, inserantur nostro tractatui aliqui clericorum filii tantę dignitatis apice sublimati.

Bonifatius[5] *natione Romanus, ex patre*[k] *Iocundo presbytero,* XLIIII. a Petro. Hic depulso Eulalio, quem dissensio in clero facta ordinaverat, constitutus est a Valentiniano et Honorio augusto urbis Rome episcopus. Hic multa et preclara edicta constituens ecclesiis per urbem Romam innumerabilia dona concessit. *Felix*[6] *natione Romanus, ex patre*[l] *Felice presbytero,* L. a Petro. Hic damnavit episcopos Acchahium Constantinopolitanum et Petrum Alexandrinum hereticos. *Agapitus*[7] *natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero,* LVIIII. a Petro. *Hic ortu episcopatus sui libellos anathematis contra canones et contra Dioscorum in medio ęcclesię congregatis omnibus incendio consumpsit et*

a) propterviа *c.* b) quod *c.* c) inmo *c.* d) conmitatur *c.* e) *sequ.* al *c.* f) falsisime *c.* g) *hic mendum inesse patet, sed quod non tuto sanari potest, fortasse* pervicatium *legendum est.* h) non *supplendum videtur.* i) nascuntur *c.* k) patrie *c.* l) parte *c.*

1) *Ed. Schönemann p.* 768, *c.* 3, *Hinschius p.* 561. 2) *De quibus cf. Bonizonem ad amic., Libell. de lite I, p.* 593 *sqq.* 3) *C.* 16, § 18, *Opp. ed. Bened. VI, col.* 330; *cf. supra p.* 575, *n.* 6, *Ivonis Prol. in decret. (Ivonis epist. Paris.* 1610*) p.* 516, *ubi idem locus laudatur; Decret. VI, c.* 415, *p.* 236. 4) *In Genes. c.* 31, § 66; *cf. supra p.* 575, *n.* 7. 5) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 227. 228. 6) *Ibid. p.* 252; *cf. Ivonis Prolog. in decr. l. l. p.* 517: Et ut de nostris temporibus taceamus, sicut legitur in Gestis Romanorum pontificum, Felix tertius natione Romanus ex patre Felice presbytero fuit a temporibus Odoacri regis usque ad tempora Theodorici regis. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero summus pontifex fuit. Gelasius natione Afer ex patre episcopo Valerio sedit annos tres, menses VIII, dies XIX. Silverius natione Campanus ex patre Hormisda Romano episcopo sedit annum unum, menses V, dies XXI. Deusdedit natione Romanus ex patre Stephano subdiacono sedit annos tres, dies XXIIII. Theodorus natione Graecus ex patre Theodoro episcopo sedit annos VI, menses V, dies XXIIII. *Cf. supra p.* 577, *l.* 41. 7) *Lib. pontif. I, p.* 287. 288.

absolvit totam ecclesiam de invidia perfidorum. Hic convicit Antemum Constantinopolitanum episcopum, qui *discussione*[a] *patefacta* [illegible] *lice responsionis ad interrogationem beati pape* [illegible] *Iesu Christo; glorificatus est ab omnibus christianis papa Agapit*[illegible] *pianus, ex patre*[b] *Ormisda episcopo Romano,* LX. a Petro. Hic [illegible] Antemum hereticum, quem deposuit Agapitus, depositus est ab episcopatu a Theodato tyranno per Vilisarium patricium; *quem suscepit Vigilius arch*[illegible] *et misit eum* [illegible] *in exilium in Pontias et sustentavit eum pane tribulationis,* [illegible] *qui deficiens mortuus est et confessor factus est, et sepultus est in* [illegible] *multitudo male habentium et sanantur. Deusdedit*[c] [2] *natione Romanus, ex patre* [illegible] sub Dioclitiano, LXX. [a Petro]. *Hic clerum multum dilexit, sacerdotes et clerum ad loca pristina revocavit. Theodorus*[3] *natione Grecus, ex patre Theodo*[illegible] *tate Iherosolima,* LXXV. a Petro. *Hic fuit amator pauperum* [illegible] *omnes et multum misericors. Huius temporibus [venit] Pirrus ex Africa, qui fuerat patriarcha Constantinopolitanus, in urbem Romam ad limina apostolorum. Qui ing*[illegible] *libellum*[d] *optulit cum sua subscriptione apostolicę sedi[s] in presentia cuncti cleri et populi, condempnans in eodem libello omnia, que a se vel a decessoribus suis* [illegible] *nostram inmaculatam dicta*[e] *vel acta fuerant.*

Possemus innumerabiles clericorum filios ab antiquis patribus ecclesiasticorum ordinum et honorum dignitatibus sublimatos adicere. Possemus et viventes adhuc episcopos de clericis, immo de presbyteris, in Italia, in Gallia, in Normannia[f] [4] ab ipso papa intronizari concessos aut et ordinatos ostendere, sed sufficere ista credimus propter evitandam prolixitatem adversus adulteratores canonum et adversus cogitatores novarum traditionum. Quibus nec credere nec adsensum prebere prohibemus sanctorum patrum prohibitione, immo excommunicatione, sicut apostolus Paulus dicit: *Si quis aliud ewangelizaverit vobis preter quod ego ewangelizo vobis, anathema sit.* Sanctus etiam Leo papa [illegible] ad episcopos per universas provincias sic ait[5]: *Superest fratres, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus et nichil per contentionem agentes, sed ad omne*[h] *studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis et in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari.*

Sic Gregorius Eusebio archiepiscopo et conprovincialibus eius scribit: *Si quid incidentis utilitatis causa tractandum est, sic causa de qua agitur formam accipiat, ut statuta veterum nulla convellat. Unde iterum coram Deo et sanctis ipsius ammonemus, ut hec omnia summo studio et tota mentis intentione servetis. Nam si quis, quod non credimus, scripta presentia aliqua in parte neglexerit, a beati Petri apostolorum principis pace se noverit segregatum.* Extat etiam vox melliflua beati Petri apostolorum principis adversus eos, qui contra statuta canonum conmissos sibi nequiter opprimere[i] non cessant, sic dicens[6]: *Seniores qui in vobis sunt obsecro consenior ego et testis passione*[k] [illegible] *Christi, pascite gregem qui in vobis est non coacte, sed spontaneę neque turpis lucri*

a) disensione *c.* b) patrie *c.* c) Deusdedid *c.* d) libellus *c.* e) [illegible] f) [illegible] mannia *c.* g) isso *c.* h) omnem *c.* i) oppimere *c.* k) [illegible] passionem [illegible] *c.*

1) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 290—293. 2) *Ibid. p.* 319. 3) *Ibid. p.* 331—333. 4) *Cf. Gregorii Registr. VII, 1 (Jaffé, Bibl. II, p.* 380): Audivimus etiam Rotomagensem archiepiscopum (*Wilhelmum I*) sacerdotis filium esse (*Ratbodi episc. Sagiensis*). Quod si verum deprehenditur, noveris promotioni illius nos assensum nequaquam tribuere. 5) *Ep.* 12 *ad episc. Maurit., Opp. edd. Baller. I, col.* 676, *c.* 9; *Hinschius p.* 624—625. 6) *I. Petr. V,* 1—4. *Cf. Reg. IX* 156. *EE. II, p.* 158.

gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in clericis, sed forma facti gregi et ex animo. Nunc vero complures, non dico non pascunt, sed lacerant gregem Dei, coacte non
Matth. 23, 4. spontanee et turpis lucri gratia et ut dominantes in clericis, qui alleviant[a] *gravia onera et inportabilia et inponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere,* qui
ib. 25. mundant id *quod deforis est calicis atque parapsidis,* cum intro plena sunt rapina et
ib. 27. iniquitate, et similes sunt *sepulchris dealbatis quę deforis quidem apparent speciosa hominibus, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, et omni spurcicia*[b]. Vos ergo filii
*f. 57'. catholicę *ecclesię qui eretice fraudis pravitate pollui respuitis, nolite timere eos, qui ecclesiasticam veritatem subvertere nituntur, quibus, si statuta canonum, si vigor aecclesiasticus vigeret incolumis, timori esse deberetis.

a) alligant *Vulg.* b) spurticia *c.*

BERNALDI LIBELLUS DE VITANDA EXCOMMUNICATORUM COMMUNIONE.

EDIDIT

E. DÜMMLER.

In codice nunc Vindobonensi 2192, *quondam Salisburgensi* 323, *membranaceo saeculi XII*[1], *cui inscribitur* Collectiones canonum Ivonis Carnotensis episcopi; item cursus titulorum decretalium, *insunt duo folia nitida manu scripta*[2], *quae ad controversias Gregorii VII. tempore exortas spectant. Ac primo quidem duarum Pelagii papae epistolarum*[3] *excerpta nobis exhibent, quae cum aliquatenus aliunde nota suppleant nec parvi momenti sint, hic integra sequantur.*

Pelagius papa Iohanni patricio, quod una est ęcclesia et hęc in radice sedis apostolicę constituta et qui extra illam est non consecrat, sed dissecrat.

Noli[4] catholicam semper mentem aliqua scismaticorum communione pollvere. Unum Christi corpus, unam constat esse ęcclesiam. Divisum ab universitate[a] altare veritatem corporis non potest consecrare. Toleranda sunt in compage corporis positorum etiam illa nonnumquam vicia, quę unitati interdum parcentes resecare non possumus. Et paulo post. Noli[5] eorum qui igni apti sunt non consecrationibus, sed execrationibus consentire, nec existimes illos vel esse vel dici ecclesiam posse. Etenim[6] cum, sicut diximus, ecclesia una sit, cui in Canticis canticorum dicitur: *una est* [illegible] *columba mea*, nullam esse aliam constat, nisi quę in apostolica est radice fundata, a quibus ipsam fidem in universo orbe propagatam non potest dubitari. Quod ut vobis

a) unitate *Deusd.*

1) *Librum comiter Vindobona huc missum copiose descripserunt* W. Wattenbach '*Archiv*' X. p. 554. *et Tabulae manuscript. biblioth. Vindobon. II. p.* 27. 2) *Eugenii III papae epistola, quam ex eiusdem codicis fol.* 104′. *Wattenbach edidit (Jaffé nr.* 9149), *manu posteriore* [illegible] *addita est.* 3) *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 983. *et* 994, *ubi libri impressi notantur.* 4) Noli — possumus *ap. Deusdedit, Coll. can. I, c.* 144, *p.* 104. *ed. Martinucci, ubi nonnulla adduntur.* 5) Noli ergo eorum — dubitari *ibid. p.* 104. 105. 6) Etenim — extinguere *apud Gratianum* c. 24. *qu.* 1, *c.* 34.

licet omnino notissimum sit, beati tamen Augustini testimonio comprobem. Audite[1]. Ait enim[2]: Quod si nullo modo recte potest ęcclesia dici quod[a] scisma, restat ut, quoniam ęcclesia Dei nulla esse non potest, ea sit, quam sedis apostolicę per successiones episcoporum in radice constitutam nullorum hominum malicia, etiam si nota sit et excludi non possit, sed pro temporum ratione toleranda iudicetur, ullo modo valeat extinguere. De[b] qua paulo ante. Speramus in illo, qui ipsa veritas est, et qui Petri fidem licet titubari pertulerit, deficere tamen omnino non pertulit. Et paulo post. Ecce agnovistis unam esse ęcclesiam et eam in radice sedis apostolicę constitutam extingui non posse. Et paulo superius. Quid[3] autem de eorum iam principe loquar, qui et monachum, si tamen aliquando fuit, invadendi episcopatum ambitu perdidit, et episcopatum nec contra morem factus nec scismaticus potuit obtinere? Quid enim in eiusdem ordinatione vel potius destructione legitimo iure vel consuetudine canonica factum esse poterit dici? Nonne hereticorum etiam temporibus principum cum ipsorum tamen noticia vel iussione illarum partium est pontifex ordinatus adhuc in catholici contemptu principis, magis autem in ipsius catholicę fidei iniuria quę non prohibebat ut fieret, sed ne scismaticus fieret, pudenda[4], ut ita dicam, rapina in divisione est non consecratus, sed execratus episcopus? Si enim ipsius consecrationis nomen rationabili ac vivaci intellectu discutimus, is [qui] cum in universali consecrari detrectet ęcclesia, consecratus dici vel esse nulla poterit ratione. Consecrare[5] enim est simul sacrare. Sed ab ęcclesię visceribus divisus et ab apostolicis sedibus separatus dissecrat potius iste, non consecrat. Iure ergo execrandus tantum non consecratus poterit dici, quem simul secum sacrare in unitate coniunctis membris non agnoscit ęcclesia.

cf. Ioh. 11 s.

Quod iure vitandi sint qui ab universali ęcclesia divisi sunt et quod apud illos Christi corpus non est. Pelagius Viatori et Pangratio[c] illustribus.

Valde mirati sumus, quemadmodum salubrem sententiam de non dividendo se quemquam ab unitatis communione firmiter retinentes, utrum ab[6] scismaticorum sacrificiis, potius autem sacrilegiis, abstinere debeatis, aliquatinus dubitatis, cum per hoc solum quod scismatici sunt, in unitate eos esse non constet ęcclesię. Scisma[7] siquidem ipsum, quod grecum nomen est, scissuram sonat. Sed in unitate scissura esse non potest. Non ergo unitati communicant, partes sibi ipsi fęcerunt et ab eo quod unum
v. 19. est, ut apostoli Iudę verbis iam loquar, semetipsos segregantes, spiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur, ut quia in unitate unum non sunt, ut quia in parte esse voluerunt, ut quia spiritum non habent, corpus Christi sacrificium habere non possint. Ad hoc universa illa revocate, quę in vestra ad filios nostros continentur epistola, maximeque illud, quod de beati Cypriani exemplo ponere voluistis, siquidem
*f. 105'. et in hoc maxima eiusdem martyris gloria est, quod cum diversum nimis de *rebaptizandis hereticis ipse sentiret, unitatis tamen ęcclesiasticę vinculum conservandum esse et opere scripsit et voce. Non[8] autem nobis nunc illa questio est, utrum tolerare

a) in qua est *Grat.* b) De — ante *in marg.* c) Pangrantio *c.*

1) *Hic desunt nonnulla.* 2) *Nescio ubi.* Ait enim Augustinus — extinguere *ap. Deusded. l. l.* 3) Quid — obtinere *in Coll. Britann.; cf. 'N. Arch.' V, p.* 541. 4) pudenda — ecclesia *apud Gratianum l. l.* 5) Consecrare — agnoscit *ap. Deusdedit I, c.* 142, *p.* 103. 6) A scismaticorum — debetis *ibid. c.* 143, *p.* 104. 7) Scisma — non possint *ap. Gratianum c.* 24, *qu.* 1, *c.* 34. 8) Non autem — ecclesia desistit *ap. Gratianum l. l.*

malos, sed utrum debeamus scismaticis sociari[a, 1]. Sed[2] [illegible] ecclesie diviserunt, sicut beatus Augustinus ait: Omnis catholicus [illegible] partem [illegible] testatur, cui universalem ecclesiam apostolicis sedibus [illegible] cognoscit. Nec enim levigat eorum crimen, magis autem [illegible], quod [illegible] dixistis, ne apostolicis sedibus communicantes in [illegible] [illegible]. [illegible] enim dum et illi culpandi sint, qui communicare talibus [illegible], multo [illegible] illi execrandi sunt, qui non solum in sacerdotibus communionem apostolicarum sedium, verum in ipsis etiam laicis spreverunt. Sed nec illud eis prodest, quod [illegible] litteris vel ignorantia rationis vel simplicitate intellectus sui a nostra se communione suspendisse perhibetis. Id ipsum autem magis est propter quod scismatici sunt, quia non eos diversa sentiendi iudicium, sed quedam apud se delata, sibi tamen incognita, metuentes, et contra apostolicas sedes temere credentes pessima divisit opinio[4]. Ad summam autem illos ecclesiam esse creditis, et cum due ecclesie [illegible] non possint, nos quod absit scismaticos iudicabitis[b], aut si veram in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, et illos ab unitate divisos cognoscitis et communionis questionem [illegible] tam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. Noli ergo quasi nulla scismaticorum atque ecclesie differentia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non[5] est enim Christi[c] corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli reprobatione confingere. Unam, ut sepe dictum est, que est Christi corpus, constat esse ecclesiam, in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim cum ab ea quisque [discesserit], esse desistit ecclesia.

Sequitur deinde in codice nostro fol. 105′: Deusdedit papa Gordiano Hispanensi episcopo. Pervenit ad nos diaconus — Similiter vir uxorem *(Jaffé nr.* 2003, *epistola spuria).* Innocentius Victricio episcopo. Hę vero quę necdum — *f.* 106. fidem frangere conatę sunt *(Jaffé nr.* 286*).* Zacharias episcopus servus servorum Dei reverentissimo et sanctissimo fratri episcopo Theodoro Thicinensis ecclesię. Pitacium quod nobis — prestante domino nostro Iesu Christo *(Jaffé nr.* 2306; *EE. III, p.* 710*).* Hoc[6] enim censuimus atque precipimus, ut nullus presumat commatrem suam uxorem ducere — curtis regia succedat. Exordia IIII[or] euangeliorum ex epistola sancti Ieronimi contra Helvidium[7]. Sancta Maria mater Domini — Tres igitur viros Anna habuit Ioachim Cleopam Salomę.

Accedit denique libellus, quo Guibertus antipapa et factio eius acriter impugnatur. Qui post Gregorii VII. mortem a. c. 1086. *conditus cum scriptis Bernaldi et ex parte Bernhardi Constantiensium tam arta necessitudine coniunctus est, ut et ipsum Bernaldo auctori strenuissimo tribuendum esse non dubitem.*

Berolini a. 1896. *Septembri mense.* *E. DÜMMLER.*

Dominus noster Iesus Christus in euangelio secundum Matheum quemlibet catholicum a communione excommunicatorum satis evidenti preceptione deterruit dicens[8]: *Qui ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Item Iohannes apostolus et euangelista: *Si quis,* inquit, *venit ad vos et hanc doctrinam non affert,* [illegible]

a) sociare *corr. in* sociari *c.* b) indicabatis *corr. in* indicabitis *c.* c) Cristi [illegible]

1) *Hic nonnulla desiderantur.* 2) Sed quia se [illegible] cognoscit *ep. Deusdedit c.* 142. 3) *Nescio ubi.* 4) *Hic desunt nonnulla.* 5) Non est [illegible] ecclesia *ap. Deusdedit* [illegible] 143 *p.* 104, *ubi nonnulla adduntur.* 6) *Ediet. Langobard. Liutprandi Leg. c.* 34 *(LL. IV, p.* 124*), ut socius noster Zeumer me docuit.* 7) *Ubi haec nomina inveniuntur* [illegible] *forma in codice Bambergensi P. I. 9. fol.* 106. 8) *Hunc locum et qu*[illegible] *Bernhardus in libro canon. c.* 1 *(Lib. de lite I, p.* 477*).*

recipere eum in domum, nec ave dixeritis ei. Qui enim dicit illi ave, communicat operi-
1. Cor. 5, 11. *bus eius malignis.* Item Paulus in priori epistola ad Corinthios: *Si quis frater nominatur aut fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Eam* quippe, inquit beatus Augustinus[1], *nominationem intelligi voluit* apostolus, *que fit in quemquam, cum sententia ordine iudiciario profertur.*
2. Thess. 3, 14. Item apostolus ad Thesalonicenses: *Si quis,* inquit, *non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate et non commisceamini cum illo, ut confundatur.* Sanctus Fabianus papa et martyr, in cuius ordinatione Spiritus sanctus in specie columbę visibiliter adfuisse legitur[2], omnibus christianis apostolos ita instituisse testatur: *Apostoli,* inquit[3], *statuerunt dicentes: Cum*[a] *excommunicatis scienter saltem in domo simul locutus fuerit vel oraverit communione privetur.* Beatus[4] Calistus papa et martyr insuis decretalibus[5] etiam
*f. 106'. modos enumerat quibus excommunicatos *vitare debeamus, videlicet in salutatione, in osculo, in oratione et convictu. Deinde inferendo sententiam *quicumque,* inquit, *in his vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, et ipse simili excommunicationi iuxta institutionem apostolorum subiaceat.* Hanc sententiam sacratissimum Nicenum concilium ratam esse voluit; quod beatus Gregorius papa in synodica sua[6] et ęuangelio comparat, et omnes ab eo dissentientes anathematizat. Hanc beatus Augustinus in tantum amplexatus est, ut ipsam in concilio CC^torum^ et XVII episcoporum sua subscriptione confirmasse legatur[7]. Ergo et nos necessario communionem excommunicatorum declinamus, ne simili excommunicationi iuxta apostolorum institutionem subiaceamus. Nam iuxta beatum Gelasium[8] *omnes complices sectatores communicatores dampnatę semel pravitatis pari sorte censentur, nec potest perversitas refutari, complice perversitatis admisso,* et iuxta beatum Augustinum[9] in XX^a^III^a^ omelia super Iohannem *nihil sic debet formidare christianus quam separari a corpore Christi. Si enim separatur, non est membrum eius. Si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius.*
Rom. 8, 9. *Quisquis autem, inquit apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Idem contra Donatistas[10]: *Quisquis,* inquit, *ab hac catholica ęcclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter vivere se existimet, hoc solo scelere quod a Christi unitate disiunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Item Donato presbitero[11]: *Foris,* inquit, *ab ęcclesia constitutus et separatus a compage unitatis et vinculo caritatis ęterno supplitio punireris, etiam si pro Christi nomine vivus incendereris.* Ne ergo huius modi separationis dampnationem cum excommunicatis incurramus, necessario nos ab eorum communione sequestramus, illud beati Gregorii ad Iaderanos cives[12] non surda aure attendentes. *Paterno,* inquit, *affectu obtestor atque suadeo, ut ab illicita se quisque communione suspendat, et quos apostolica sedes in consortio communionis suę non recipit, omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum ęterni iudicis unde poterat salvari con-*

a) *supple ex Fabiano* Si quis.

1) *Sermo* 351, § 10, *Opp. V, col.* 1360; *cf. Bernaldi apologet. ration. (Lib. de lite I, p.* 96*).* 2) *Eusebii hist. eccles. VI, c.* 29. *sec. version. Rufini.* 3) *Ep. I, c.* 6, *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 159; *cf. Bernhardi lib. can. c.* 2 *(Lib. I, p.* 478*), Bern. apolog. rat. l. l.* 4) Beatus — subiaceamus *occurrunt fere ad verbum apud Bernaldum apolog. rat. l. l. p.* 95. 5) *Ep. II, c.* 10, *Hinschius p.* 138; *cf. Lib. de lite II, p.* 104. 6) *Ep. I,* 24, *EE. I, p.* 36; *cf. supra p.* 592, *n.* 4. 7) *In concilio Carthaginiense VI, a.* 419, *c.* 6, *Mansi III, col.* 714. 8) *Ep.* 27, *c.* 3; 12, *c.* 7. *ed. Thiel I, p.* 424. 354; *vide utrumque locum in Bernaldi epistola ad Recchonem data, Lib. II, p.* 104, *apud Bernaldum l. l. p.* 96. 9) *Tractat.* 27. *in evang. Ioh.* § 6, *Opp. III,* 2, *col.* 504; *cf. Bernhardi lib. can. c.* 8, *Lib. I, p.* 480. 10) *Ep.* 141, § 5, *Opp. II, col.* 458; *cf. Bernhardum l. l.* 11) *Ep.* 173, § 6, *Opp. II, col.* 614. 12) *Ep. VI,* 46, *EE. I, p.* 421; *cf. Bernhardi lib. can. c.* 3, *Lib. I, p.* 478.

sistat. Item ad eosdem[1]: *Rogo, hortor et moneo, ut a predictis [illegible] consortio per omnia suspendatis nec cuiquam sacerdoti [illegible]. Mandavi [illegible] catus est, contra animam suam quisquam vestrum communicare presumat.*

Guibertus[2] autem Ravennas indubitanter est excommunicatus cum omnibus fautoribus[b] suis, videlicet apostolicę sedis sacrilegus invasor et domini sui papę, utpote Gregorii, nefarius supplantator. Qui utique Gregorius eundem in multis synodis pro certis criminibus synodali iudicio excommunicavit, etiam antequam ille apostolicam sedem invasisset, dum adhuc rex et sui complices debitam eidem Gregorio obedientiam exhiberent. Nec de illa excommunicatione unquam exire curavit, sed ita excommunicatus sedem domini sui invadere et caput omnium excommunicatorum fieri presumpsit. Huius autem Guibertinę excommunicationis testes non duos aut tres, sed innumerabiles episcopos et abbates adhibere possumus, qui adhuc vivunt, qui eundem cum Romano pontifice synodaliter excommunicaverunt. Huius igitur prevaricatoris communionem et omnium eius complicum iuxta euangelicas et apostolicas sanctiones declinare debemus, ne per ęternam communionem ab ęcclesia separemur, et ita separati cum diabolo et angelis eius ęterno incendio deputemur. Iam valeas, vivas, bene vivas, optime vivas.

APPENDIX.

Adnotationes quae sequuntur reperit Victor Krause, socius quondam noster, in codice Monacensi olim Augustensi 3853, fol. 158', manu saeculi XI. scriptas[3]. Cum Bernaldus similia eisdem fere verbis cum in apologeticis rationibus (Lib. de lite II, p. 97) tum in chronico suo a. 1077 (SS. V, p. 296) exhibeat, quin haec exempla quoque ei debeantur, vix dubitaverim. Edidit primo Krause in annalibus nostris t. XIX, p. 125. 126.

Scias Constantium imperatorem magni Constantini filium a sancto Felice papa eciam inter hereticos deputatum[4]. Sanctus Germanus Parisiorum episcopus Haribertum regem libidini deditum excommunicavit anno ab incarnatione dominica DLXIII[5]. Beatus Nicolaus papa Lotarium[c] regem [pro][d] Walterada eius concubina excommunicavit anno ab incarnatione Domini DCCCLXVI[6]. Ludewicus imperator iudicio episcoporum armis depositis ad agendam penitentiam includitur anno ab incarnatione DCCCXXXIIII[7]. Per auctoritatem Stephani papae deposito ac detonso Hilderico rege Pipinus rex Francorum eligitur et a sancto Bonefacio archiepiscopo consecratur[8]. Praeterea etiam Gregorius omnes sacris canonibus adversantes anathematizavit nec aliquem excepit[9]. Beatus Adrianus papa ita decernit, ut anathema sit quicumque regum seu potentum decreta Romanorum pontificum violaverit[10]. Nota etiam, quod apostolus qui omnibus potestatibus obedire praecepit, mori potius quam Neroni imperatori morem gerere voluerit, videlicet nos suo exemplo instruens, ut, cum Deo et saeculari potestati simul obedire nequimus, Deo potius obediatur, quam hominibus.

a) maxime c. b) tactoribus c. c) Lotarum c. d) pro *add. ed.*

1) *Ibidem* cf. *Bernhard* c. 5, p. 479. 2) Guibertus [illegible] presumpsit [illegible] *fere verbis apud Bernaldum, apologet. ration.* Lib. II, p. 95. 96. 3) Cf. [illegible] XIX, p. 110. 4) Cf. *Bernoldi Chron.* SS. V, p. 408. 5) Cf. [illegible] a. 563, p. 413. 6) Cf. [illegible] a. 867, p. 420. 7) *Ibid.* a. 834. 8) *Ibid.* a. 752, p. 418. 9) Cf. [illegible] p. 495, n. 8. 10) *Capit. Angilr.* c. 20, ed. *Hinschius* p. 769.

Sane eciam discolo domino debitum reddere debemus, ita tamen ut Deo debitum suum non denegemus, quippe ut potius mori, quam ei in aliquo adversari ab aliqua potestate saeculari cogamur. Sic utique omnes sancti martires coronati sunt, eo quod nulli vellent obedire contra Dominum. Sic Valentinianus[a] tribunatum potius voluit perdere[1], quam Iuliano augusto contra Deum obedire. Et nota, quod imperator non multo post et vitam simul et regnum turpiter perdidit, ille autem qui pro Domino tribunatum dimisit,
Matth. 19, 29. ex Dei ordinatione regnum eiusdem apostate obtinuit et iuxta euangelium, qui parvam rem pro Domino dimisit, centuplum etiam in hac vita recipere meruit.

a) Valeminianus c.

1) *Pauli Hist. Rom. l. XI. ed. Droysen p.* 185.

THEOBALDI STAMPENSIS EPISTOLA AD ROSCELINUM.

RECOGNOVIT

H. BOEHMER.

De vita et gestis Theobaldi Stampensis quidquid compertum habemus, ex quinque eius epistolis colligatur oportet, ad Robertum Bloet episcopum Lincolniensem, Faricium abbatem Abendonensem, Margaritam reginam Scotorum, Philippum amicum, Roscelinum magistrum Compendiosum datis, quas iam ante 200 annos ex codice abbatiae Beccensis nunc deperdito D'Achery in Spicilegio suo t. III, p. 133–145. a. 1659. [illegible] *a. fere* 1060.[1] *in oppido Stampis (Étampes)*[2] [illegible] *Iuvenis in* [illegible] *mensi*[3], *i. e. in praeclara illa S. Stephani abbatia, cui fortasse iam a puero adscriptus erat, magistri munus sustinuit. Anno vero fere* 1090. *multorum doctorum Gallicorum vestigia secutus in Angliam profectus Oxfordiae scholas habere coepit*[4]. *Ubi quamdiu moratus sit, non traditur, nedum ubi et quando obierit. Nihil enim ex eius epistolis de hac re statui potest, nisi quod a.* 1114. [illegible] *iam in Anglia morabatur. Turstino enim* improperium *quoddam* in monachos pro presbyteris *dicavit*[5], *quod, num typis iam evulgatum sit, investigare nequiri.*

Ex epistolis eum a sententiis theologorum recentiorum, qui Berengarium et Lanfrancum secuti doctrinam traditam non solum auctoritatibus, sed etiam rationibus probare studebant, valde abhorruisse satis elucet. Inter quas fuit canon a Gregorio VII. [illegible] *adinventus quo sacerdotum filiis ordo interdiceretur, quem epistola quinta ad Roscelinum data sermone non inculto argumentisque haud ineptis impugnarit. De Roscelino illo in quem invehitur, nihil dicit, nisi quod magister Compendiosus sit et, sive ex cathedra* [illegible] *libello quodam, hoc dogma defenderit*[6]. *Sed dubitari nequit, quin famosus ille magister Compendiosus fuerit, cuius* [illegible] 1092. [illegible]

1) *Margaritam* [illegible] *Nov.* 16. *obiisse constat; cf. 'Dictionnary of National Biography' XXXVI, p.* 136. [illegible] 1093. [illegible] 1123. [illegible] *a.* 1100 [illegible] 1117; [illegible] *XVIII, p.* 204 [illegible] *a.* 1114. [illegible] *a.* 1140. [illegible] 2) *In districtu* [illegible] 3) [illegible] *III, p.* 139. 4) *Cf. epist. ad Roscelinum datam.* 5) [illegible] 6) *Qui* [illegible] non palam, [illegible] niam libidinosa peregrinatione [illegible]

nensi condemnata est[1]. *Sane quo ingenii acumine obstinatus ille dialecticae haereticus*[2] *Anselmo eiusque asseclis restitit, eodem eum nothos eorumque patronos infestasse vel ex his quae Theobaldus de eius sententiis profert, satis apparet. Etsi ergo fidem orthodoxam in dubium vocare non veritus est, tamen quidquid iuris novi curia Romana tum condidit, amplecti, quin etiam defendere non dubitavit. Qua de re epistola Theobaldi, quamvis brevis sit, non parvi videtur esse momenti.*

Quae quando composita sit, non constat. Sed inde quod Theobaldus Roscelinum magistrum Compendiosum nominavit, de Suessionensi autem synodo nihil commemoravit, eam antequam illius sententiae a. 1092. *condemnarentur, Oxfordiae scriptam esse statui potest. Atqui Roscelinus, postquam Suessionibus canonicatum suum perdidit, in Angliam profectus est*[3]. *Fieri ergo potuit, ut tunc demum quae de ordinatione nothorum censuit, Theobaldo notum fierent et antequam in Franciam reverteretur*[4], *ab illo hoc libello refellerentur. Neque vero inde quod noster Defensionem supra editam, quam incertae aetatis esse*[5] *demonstravimus, ad verbum laudavit, plusculum lucis de hac re lucrabimur. Quae cum ita sint, nihil certi definire ausim, nisi quod paenultimo vel ultimo saeculi undecimi lustro epistola conscripta sit.*

Dacherii editionem, quae mendis aut lacunis laborare non videtur, cum codicem ipsum[6] *unde epistolam dedit inspicere non licuerit, ad verbum repetivimus. Iterata est iam antea a Iosepho de la Barre in altera Spicilegii editione t. III, p.* 448. *et a Mignio in Patrologiae latinae tomo CLXIII, col.* 767—770. *Adhibuimus praeterea quae 'Histoire littér. de la France' XI, p.* 90—96, *Theiner, 'Einführung der Ehelosigkeit' II, p.* 327—333. *qui maximam partem epistolae in vernaculam linguam vertit, Mers. 'Die Legation Hugo's von Die' p.* 16 *sq., de Theobaldo et hac epistola exposuerunt.*

Berolini a. 1896. *Oct.* 19. *H. BOEHMER.*

Roscelino Compendioso magistro Theobaldus Stampensis magister
Rom. 12, 3. Oxnefordiae non[7] plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem.

Quoniam sacerdotum filios et alios ex lapsu carnis generatos non satis provida ratione calumniaris et calumniando illos exleges esse nimis impudenter astruere conaris, quae super iis a patribus sanctis rationabiliter audivimus, non quasi praesumendo, sed diligentiae subserviendo, ad memoriam revocare curavimus. In decretis namque Calixti papae[8] legendo invenimus et inveniendo legimus: Si quis praedicat *sacerdotem post lapsum carnis per poenitentiam ad sacerdotalem dignitatem redire non posse, fallitur nec catholice sentit.*

Si vero sacerdotibus post lapsum carnis licet ad sacros ordines reverti, multo magis innocentes illos qui ex lapsu carnis orti sunt sacris licet ordinibus insigniri.

1) *Mansi, Coll. XX, col.* 741. 2) *Anselmus Cantuar. de fide trin.* 2; *Migne, P. L. t.* 158, *p.* 265. 3) *De Roscelino cf. 'Hist. littér.' IX, p.* 350—368; *Ivonis Carnot. epist.* 7 *Ed. Paris* 1610, *p.* 11, *Abaelardi ep.* 21, *Rosc. ipsius epist. quae sola servata est ed. Schmeller. 'Abhandl. der I Cl. der königl.-bayerisch. Akad. der Wissensch.' t. V. III, p.* 193—210. *a.* 1849. 4) *A. fere* 1096. 5) *Supra p.* 579 *sq.* 6) *In catalogo abbatiae Beccensis, quem Montfaucon (Bibliotheca bibliothecar. II, p.* 1252) *edidit, haec de eo leguntur:* 97. Elucidarium in appendice S. Anselmi editum n. 198. in 4°. Expositio Berengaudi super visiones Apocalypsis. Theobaldi Stampensis epistotae aliquot, hinc erutae extant Spicil. tom. 3. Expositio Hieronymi presbyteri super lamentationes. De quatuor virtutibus incerti auctoris. *Sed, ut Leopoldus Delisle comiter me docuit, et chartae et libri celebris illius monasterii omnes motibus Gallicis saeculi XVIII. euntis perierunt.* 7) *Eisdem verbis utitur Ivo in inscriptione epistolae ad Roscelinum datae. cf. supra n.* 3. 8) *Cf. Ep. Calixti II, c.* 20, *ed. Hinschius p.* 142.

Errat enim, errat et os impudens in blasphemiam [illegible], qui [illegible] appellat et iudicat exleges, quos a servitute legis in libertatem gloriae [illegible] Dei gratia liberavit, quia non est infeliciter natus, qui ad vitam aeternam [illegible] est [illegible]. Inde [illegible] ait de renatis: *Unum corpus sumus in Christo*. Et alibi: *[illegible] autem Christi.* Inde etiam Petrus: *In veritate comperi, quod non est [illegible] Deus, sed in omni gente qui timet Deum et facit iustitiam, [illegible] est illi.* Et alibi de renatis: *Genus electum, regale sacerdotium, [illegible].* Inde Hieronimus [1]: *Cum baptizatus quilibet de fonte ascenderit, [illegible] in vertice, ut cognoscat se promotum esse in regnum [illegible] et sacerdotii, [illegible] consortio christianus vocetur et aeterni regni coheres fieri [illegible]. [illegible] post sacram unctionem caput eius sacro velamine, ut intelligat se exornari regni diademate et sacerdotali, sicut iam dictum est, dignitate.* Et alibi: *Qui [illegible] Christum induistis.* Sic ergo cuiuscumque generis sit ille novus homo, in utero generatur ecclesiae, generatus unitati corporis Christi indubitanter aggregatur. Iohannes quoque in Apocalypsi: *Qui lavit nos in sanguine suo et fecit nos Deo regnum et sacerdotes.* Qua igitur fronte quidam homunciones non palam, sed e latibulis loquentes et totam Campaniam [3] libidinosa peregrinatione polluentes, indignos sacerdotio iudicant, quos Petrus et Iohannes regali sacerdotio dignos esse confirmant? Christus quoque in euangelio docens orare discipulos, primum inquit: *Pater noster*, unde constat omnes [illegible] renatos esse fratres. Et alibi: *Nolite vobis vocare patrem super terram, unus est enim pater vester qui in caelis est.* Si ergo ex eodem patre et ex eodem sanctae matris ecclesiae utero sumus omnes, nihil est quo alter alteri calumniam imponat, nihil ergo alter adversus alterum superbire debeat. Et alibi Dominus inquit: *Vivo ego, [illegible] verbum amplius in Israel, quia filius non portabit iniquitatem patris. [illegible] patris, ita et anima filii mea est.* Ideoque Deus nasci voluit de progenie peccatricis, ut discerent homines peccata parentum non obesse sibi [4]. Unde in genealogia Christi nulla sanctarum nominatur, sed Thamar et aliae tres, quas divina pagina reprehendit, apponuntur [a], ut qui pro peccatoribus veniebat, de peccatricibus nasci dignaretur. Inde agnus ex pascha immolandus iussus est assumi de capreis et ovibus, quia ex iustis et [illegible] peccatoribus verus agnus erat generandus. Plus itaque prodest bene vixisse quam de iustis parentibus originem duxisse. Deus enim vitam hominis, non nativitatem attendit.

Quod autem ipsi obiciunt, quia exleges legitime ecclesiae praeferendi non sunt, bona est quidem sententia et certa, sed indecenter assignata. Assignant etenim illam renatis illis, quos mater ecclesia in curia Christi recepit, receptos lacte proprio nutrivit, nutritos pane suo solidavit: qui plane adversantur Hieronimo dicenti [illegible]: *Absit, Domine, ut in tabernaculo tuo sint divites prae pauperibus et nobiles prae ignobilibus.* Inde Basilius contra Iudaeum quemdam de lege sibi data gloriantem [illegible]: *[illegible] in Christi corpore non praefert indigenam alienigenae, non nobilem ignobili, non pauperem diviti, sed potius omnes per adoptionem Spiritus facit filios per eundem Spiritum [illegible]. Pater noster, dimitte nobis debita nostra.* Sic quoque in Christi corpore ille solus habetur [illegible]

a apponentur *Dach.*

1) *Immo Hrabanus Maurus, De clericorum institutione* [illegible] 28 [illegible] *videtur, sed non ad verbum*. Postquam enim ascenderit baptizatus de fonte, [illegible] a presbytero [illegible] ut regni Christi particeps fiat et a Christo christianus possit vocari [illegible] *Decreti p. I. c. 140.* 2) *Ibid. p. 10. c. 29*: Tegitur enim post sacram unctionem caput [illegible] mystico velamine, ut intelligat se diademate regni et sacerdotali dignitate [illegible] *Decr. I. c. 143.* 3) *Champagne, Galliae provincia.* 4) [illegible] *p. 576–577.* 5) *Non inveni.*

sublimior, qui fuerit in Dei amore potentior. Unde quidam sapiens contra quemdam de nobilitate sua praesumentem loquitur dicens:

Si longe repetas longeque revolvas,
Nomen ab infami ducis asilo[1].

Rursus quid illi opponunt? Quod, quando homo baptizatur, non conditio mutatur, sed peccata abluuntur[2], verum est; sed nullus ambigit hoc esse dictum de mundanis conditionibus. Quod si quis servus baptizatur, servitus illa non mutatur. Unde
1. Cor. 7, 21. apostolus: *Si servus est, magis utere,* quia servitus illa non est contraria coronae. Unde alibi[3]:

Servus sis, generosus eris, si mens bona fiat,
Sis liber, turpis mens tua, servus eris.

Amplius: quod prohibetur, ne filii sacerdotum ad ordines promoveantur, sic est intelligendum secundum Augustinum[3], eos qui hanc prohibitionem audiunt, ab huiuscemodi concupiscentiis abstinere debere. Si enim filius sacerdotis honeste vivit, ordinandus est. Si vero militis filius inhoneste vivit, repudiandus est, quia magis placet Deo vitae perfectio et contra peccatum afflictio quam superba de legitimis parentibus gloriatio. Filii namque sacerdotum non ideo, quod sint exleges, refutantur, sicut imperiti homines arbitrantur, sed ut sacerdotes a concupiscentiis carnis refraenentur[4]. Quia nimirum quemlibet sacro fonte renatum vel plenarie divina mundat gratia, vel sacri mundatio lavacri non est sufficiens nec plenaria, quod contradicit fides catholica[5]. Non enim sunt exleges iudicandi, *quorum Deus ipse est pater,* et *quos peperit* Christi *gratia*[6], omnium regeneratorum piissima *mater,* nec debemus illis *delictum patris* sive *thorum matris improperare,* sed potius morum perfectionem diligenter attendere[7], quoniam patris sive matris perpetratum *crimen* non potest filiis *paradisi claudere limen*[8]. Unde quidam sapiens:

Quid meruere pati quocunque thoro generati?[9]

Quod autem filii sacerdotum ab ordinibus reprobentur, ex rigore iustitiae factum est, sed nullo modo iustum est, testante Augustino[10], *quia non iuste poenam portant, qui culpam non commiserunt.* Sic itaque illi *prolatores novitatis* nova praecepta dantes et quodammodo virtutem baptismatis evacuantes[11], qui rationibus supradictis oblatrant, dum de huiuscemodi scrupulose et contentiose disputant, quasi clauso ostio ad parietem pulsant. Ut autem maior honor et gloria filiis sacerdotum accedat, Iohannes
Luc. 7, 28. baptista, quo nullus maior inter natos mulierum surrexit, filius fuit Zachariae sacer-

1) *Iuvenal. Sat. VIII, p.* 272 *sp.:*

Et tamen ut longe repetas longeque revolvas
Nomen ab infami gentem deducis asylo.

2) *Hoc Roscelinus, non inepte quidem, videtur contendisse.* 3) *Non inveni.* 4) *Cf. Ivon. Prolog. in decret. (Ivon. epist. Paris.* 1610*) p.* 516: sed ad reprimendam quorundam presbyterorum incontinentiam, vel tutius minuendam aliorum continentiam. 5) *Cf. Defension. v.* 8 *sq. supra p.* 580: Fonte sacro lotum vel mundat gratia totum, | Vel non est sacri mundatio plena lavacri. 6) *L. l. p.* 581, *v.* 27 *sq.:* Non est illorum turpis generatio, quorum | Est Deus ipse pater, peperit quos gratia mater. 7) *L. l. v.* 29 *sq.:* Ne cures patris mihi delictum, neque matris Improperare torum, sed formam respice morum. 8) *L. l. v.* 16 *sq.:* Errat mens et hebet prorsus mea, si mihi debet Alterius crimen paradisi claudere limen. 9) *L. l. v.* 3. 10) *Non inveni. Similem locum legi in Gelasii I. epist.* 6, § 5. *de sene, nomine Seneca ad omnes episcopos per Picenum ed. Thiel I. p.* 329. 330: Magisque videbitur iniustus Deus, si illic infligatur poena, ubi nulla est culpa. *Augustini Opp. X, col.* 1073, *app. col.* 142'. 11) *Defensio v.* 10 *sq.:* Hec qui tractatis, prolatores novitatis, | Dum nova iura datis, lavacri ius evacuatis.

dotis. Maria etiam mater Domini et de sacerdotali [illegible] cum dicatur cognata Elisabeth, quae de Aaron originem duxit. Si autem vellem enumerare [illegible] de lapsu carnis procedentes, qui principatum in [illegible] ficeret vita quam exempla[1]. Inde etiam *Iacob*[2] [illegible] *filios aequali honore heredes* constituit, [illegible] *nobilior* videbatur. *Quicumque fidem Domini* [illegible] *ritatis obfuscatur.* Hoc autem Iacob idcirco fecisse legitur[4], ut ostenderet, quod non *est discretio, Iudaeus an Graecus, barbarus an Scytha,* [illegible] *et in omnibus Christus* est. *Propterea enim salvator noster et Dominus* humanam [illegible] *ram induit et pro libero et servo servivit, ut omnibus in se* [illegible] *gloria coelestia praemia* largiretur. Salomon etiam qui feliciter, sapienter, subtiliter regnavit, docuit, prophetavit, etsi de lapsu carnis ortus sit, Deus ipsi tamen templum suum aedificare concessit, quod David patri suo, legitimo Iesse filio, [illegible] prohibuit; in quo nobis Deus patenter innuit, quod magis approbat vitae sanctitatem, morum honestatem, quam legitimae nativitatis generositatem. Non igitur sibi applaudat dives et nobilis nec diffidat pauper et humilis, quia *excelsus Dominus humilia* [illegible] *et alta a longe cognoscit.* Humiles respicit, ut attollat, altos, id est superbos, a longe cognoscit, ut deiciat. Sicut enim apostolus dicit: *Nemo coronabitur, nisi qui legitime* [illegible] *certaverit,* — cum dicit *nemo,* nullus excluditur, in quo superba huius mundi stultitia confutatur, quae eum exlegem appellat et iudicat in terris, quem Deus ad dexteram suam collocat et coronat in coelis.

1 *Cf. supra p.* 594. 2 *Sequentia ex Isidoro in Genesim c.* 31, § 65–66 *Opp. ed. Arevalus* V, *p.* 358: Quaeritur autem de Iacob [illegible] 3 *Cf. supra p.* 575, *n.* 7, 594, *n.* 4, *ubi idem locus laudatur.* 4 *Apud Isidorum* [illegible]

DE PAENITENTIA REGUM ET DE INVESTITURA REGALI COLLECTANEA.

RECENSUIT

H. BOEHMER.

Sicut antiquitus theologiae et iuris canonici studiosi magnas auctoritatum collectiones condebant, quibus fides vel ius tunc usitatum probaretur, ita aevo Gregorii VII. diversarum partium sectatores[1] *e canonicis undique scripturis eas sententias in usum scriptorum et suae factionis assertorum congessisse constat, quibus sua dogmata affirmari, adversariorum refelli viderentur. Quae collectanea longe lateque tunc divulgata qualia fuerint, haud scio an ex eo libello cognoscatur, qui, postquam Knust b. m.*[2] *ante* 57 *annos in annalibus nostris adnotavit et descripsit, ex codice Bambergensi* **P. I. 9. 64.** *non semel iam in libellorum de lite tomis adhibito*[3] *infra primum editur.*

Ac Knust quidem commentariolum quoddam de regum Israeliticorum paenitentia ante brevem Antichristi historiam insertum, cui libellus in codice a f. 107. *inde subiunctus est, eiusdem auctoris esse coniecit, praesertim cum hoc quoque de lite imperatorum et pontificum intellegi possit, quippe quo auctor regiam auctoritatem inde quod rex paenitentiam agat, nihil damni contrahere argumentatus sit. Quod etsi fieri potuit, tamen pro certo affirmare non ausim. Quapropter separatum titulum ei inscribere placuit.*

De libelli auctore nihil traditur. Cum vero liber Bambergensis nonnullos tractatus in dioecesi Leodiensi compositos contineat[4] *et in foliis anterioribus genealogiam quandam sacrae familiae exhibeat, cui sanctus Servatius*[5] *quoque, episcopus et patronus Leodiensis dioecesis adnumeratur, nescio, an clericus vel monachus Leodiensis aut certe Lotharingius fuerit, imperatori, ut haud pauci illius provinciae clerici, religiosissime addictus. Accedit, quod aliquantulum haec collectanea cum Wenrici, scholastici Treverensis, epistola conveniunt, qui duos locos e Maccabaeorum libris*[6]*, duos ex epistolis Gregorii I*[7]*, duos ex*

1) *Cf. Gebehardi Salisburg. epist. c.* 8, *Lib. de lite I, p.* 266; *Mirbt, 'Die Publizistik' p.* 169. 420. 612. 2) *'Archiv' VII, p.* 822 *sq.* 3) *Cf. Tractat. de investitura; Epist. Leodicensium; Ivonis, Lib. de lite II, p.* 450. 497. 642; *Const. imp. I, p.* 658. 665. 4) *Tractatum de investitura et epistolam Leodicensium.* 5) *F.* 106. 6) 1. *Maccab.* 16, 20; 14, 38; *Epist. c.* 8, *Lib. de lite I, p.* 298. 7) *Epist. I,* 5, *p.* 6: Ecce serenissimus — infirmo commisit; *l. l. p.* 298. — *Epist. III,* 61, *p.* 222: Ego iussioni — non tacui; *l. l. c.* 4, *p.* 291.

epistolis Isidori[1] *Hispalensis eisdem fere* [illegible] *Francorum sicut noster* [illegible] *maxime calluit, asserat*[3]: qui caetera quaeque in [illegible] multa alia ad hanc rem pertinentia sententiae illius [illegible] *Sed utrum Wenricus ipse hanc sententiam* [illegible] *fuerit an auctor* [illegible] *his verbis epistolae* [illegible] *matae*[5] *commotus pennam arripuerit, diiudicari nequit.* [illegible] *tentia supra laudata eiusdem auctoris est, paullo postquam H*[illegible] *tentiam egit, a. fere 1077,* [illegible]

Auctor sanctum Iohannem baptistam praecip[illegible] *in initio commenticia protulit. Quapropter* [illegible] *Iohannis*[6] *eum ascriptum fuisse forsitan conicere licebit.*

B[illegible]*ini a.* 1896. *Nov.* 4. *H. BOEHMER.*

De paenitentia regum.

ᵃTestimonia de penitencia Salemonis. Ieronimus super Iezechielem, ubi scripsit [illegible] de ędificio in monte constituto, facit mentionem de Salemone dicen[illegible] *tamen egit penitenciam scribens proverbia, ubi dicit: Novissime egi* [illegible] *et elegerem disciplinam.* Item Ieronimus[8] super Ęcclesiasten: [illegible] inquit, *Hebrei* [illegible] *hunc librum esse Salemonis penitenciam agentis.* Ambrosiusᵇ in apologya David[9]: Quid de David dicam? et *quid de sancto Salemone?* Qui quamvis [illegible] *cum venisse pro Christo, ut videretur esse super hominem,* idem Christum [illegible] divino corruit. Et David non dicitur sanctus, qui sanctus ab omnibus esse [illegible], et Salemonem sanctum nominat, ut nobis de penitentia eius dubietatem tollat, sicut David in psalmo: *Irritaverunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini.* Item Ambrosius[illegible] de Satyro, fratre suo, inquit[10]: *Hoc ait sanctus Salemon.* Item Ambrosius[illegible] inquit, *libri Hebrei Salemonem venisse in templum, quod ipse* [illegible] *virgis, de quibus dedit quatuor peritis legis*ᵈ, *ut verberaretur ab illis pro* [illegible] *Qui communi dixerunt consilio, quod in unctum Domini manum non mitterent, tes*[illegible]

a) Ierom. [illegible] b) Ambroš. [illegible] c) Ambr. [illegible] d) [illegible]

1) *Isidori Opp. ed. Arevalo* VI, p. 580: Speciali [illegible] tamen; [illegible] p. 581 De constituendo — manet incertum; *cf. l. l. c.* 8, *p.* 298. 2) *L. l. p.* 289 [illegible] *Ebbonis archiepiscopi Remensis cf. Annales Bertiniani ad a.* 835, *ed. Waitz p.* 10. [illegible] *p.* 298. 4) [illegible] *Wenricus Augustinum, Hieronymum,* [illegible] *propter infidelitatem ab Ebbone depositu*[illegible] 4, *p.* 289 [illegible] 5) *Cf. Mirbt l. l. p.* 96. 6) [illegible] *Leod.); cf. Hauck, 'Kirchengesch.' III, p.* 1013. *Tulli ecclesia paroch. cathedral*[illegible] *XIII, col.* 956 *sq.;* [illegible] 589 [illegible] *III, col.* 156 *sq.* 7) *Comment. in Ezechielem* [illegible] *XIII, c.* 43, *Opp.* [illegible] 8) *Comm. in Eccles., Opp. III, col.* 392. 9) *Cap.* 3, § 13, *Opp.* [illegible] mone sancto loquar [illegible] 10) [illegible] *Opp. III, col.* 1142: Non nos [illegible] igitur longe optimum [illegible] *Quem locum noster forsitan in animo habuit.* 11) [illegible] *esse videtur.*

Ps. 104, 15. *David: Nolite tangere christos meos. A se ipso ergo depositus est et retinuit tantummodo tribum Ephraym et fecit sibi bipertitum imperium.* Item aiunt Salemonem quinquies tractum fuisse per plateas Iherusalem causa pęnitentię[a].

De investitura regali.

*f. 107. *Legimus in divina[b] hystoria, quod rex David omnem progeniem filiorum Aaron 1. Par. 24. convocaverit diviseritque hos in partes viginti quatuor ac de his singulis singulos pontifices elegerit, ea videlicet provisione, ut, dum quilibet pontificum vita decederet, quicumque in eius parte optimus putaretur, ei in pontificium succederet. Qui autem *f. 107'. *ordo partium earundem servari deberet, missa coram David rege et principibus familiarum sacerdotalium et leviticarum sorte querebatur. In quarum distributione sortium Luc. 1, 5. 1. Par. 24, 10. etiam Abia, de cuius vice et genere Zacharias, pater Iohannis baptistę, oritur, octavo loco positus invenitur. Qui Abia[1] eiusdem regis David temporibus summus erat sacerdos ab ipso rege constitutus. Salemon quoque patri in regno succedens eiecit certis ex causis Abyathar a sacerdocio et Sadoch sacerdotem pro eo posuit. Sic et in libris Machabeorum reperitur ad locum, quando iam regnum Iudeorum dominationi 1. Macc. 10, 19. 20. Iudeorum[c] subiectum erat: *Rex Alexander fratri Ionathę salutem. Audivimus de te, quod vir potens viribus et aptus es, ut sis amicus noster et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuę* et cętera. Rursus cum alter succederet huic[d] rex, ita ib. 71, 57. dicitur ibi: *Scripsit Antiochus adolescens Ionathę dicens: Constituo tibi sacerdotium.* Hoc ib. 14, 38. mortuo cum suscepisset Simon frater eius, sic scriptum est: *Rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium* et cętera. Verum et de Onia principe sacerdotum loquitur eadem 2. Macc. 4, 4-6. scriptura dicens: Onias pontifex ad Seleucum *regem se contulit, non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud semetipsum universę multitudinis considerans. Videbat enim sine regali providentia impossibile esse pacem rebus dari.* Quo postmodum defuncto, nullus omnino prefuit summo sacerdocio nisi eius regis qui tunc temporis erat dono. Plures enim facti sunt sacerdotes eo quod morte prohiberentur permanere.

Gelasius[e] ad Anastasium imperatorem[2]: *Duę sunt personę, imperator Augustus, quibus principaliter hic mundus regitur: Auctoritas sacra pontificum et regalis potestas.* Gregorius universis episcopis per Illiricum consistentibus[3]: *Quia ex ępistolis, quas ad nos per Maximianum presbiterum et Andream diaconum direxistis, in persona Iohannis fratris et coepiscopi nostri consensum omnium vestrum et serenissimi principis convenisse cognovimus voluntatem, magna nos exultatio habuit talem Deo auctore ad sacerdotii officium fuisse provectum, qui dignus cunctorum est electionis iudicio comprobatus.* *f. 108. *Idem ad Theotistam imperatoris sororem[4]: *Ecce serenissimus domnus imperator fieri simiam leonem iussit. Et[f] quidem pro iussione illius vocari leo potest, fieri leo non potest. Unde necesse est, ut omnes culpas meas non michi, sed suę pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.* Idem inter alia quę sunt ex Domini persona loquitur ad eundem regem[5]: *Sacerdotes meos tuę manui commisi.* Item ad Theodorum[6]: *Dominus dominari eum, quin ipsum principem, non solum militibus, sed etiam*

a) *sequitur notitia de Antichristo, quam omisimus.* b) indivina *c.; saepius scriba praepositionem cum substantivo sequenti ligavit.* c) *ita c.:* Syrorum *subintellege;* Iud'orꝭ *c.* d) *abhinc alio atram. litterisque minoribus scriba usus est.* e) *auctorum et librorum nomina semper maioribus litteris scripta et atram. rubro fasciata sunt.* f) Equidem *c.*

1) *Hoc finxit auctor, opinor.* 2) *Epist.* 12, *c.* 2, *ed. Thiel p.* 351. 3) *Epist. V,* 10, *EE. I, p.* 291. 4) *Epist. I,* 5, *EE. I, p.* 6. 7. 5) *Epist. III,* 61, *EE. I, p.* 221. 6) *Ibid.* 64, *EE. I, p.* 226.

sacerdotibus concessit. Hinc ad augustam Constantinam[1]: *[illegible]* *vestrę cor suę dextra maiestatis tenet* [illegible] *Salonitanę civitatis episcopus me ac responsali meo* [illegible] *nullis anterioribus principibus evenit. Quod audiens ad eundem p*[illegible] *ordinate ordinatus est, protinus misi, ut missarum sollempnia* [illegible] *nisi prius a serenissimis dominis* [illegible] *excommunicationis interpositione mandavi.* Et iterum[2]: [illegible] *norum obediens eidem Maximo, qui me* [illegible] *sua me vel responsalem meum pretermittere presumpsit, ita ex corde* [illegible] *auctore fuerit ordinatus.* Et quibusdam interpositis: [illegible] *secundum peccata nostra, sed secundum gratię suę dona* [illegible] Item de [illegible] regimine et pace reipublicę ad Mauricium augustum[3]: [illegible] *tutus dominus noster inter cęteras augustorum ponderum curas* [illegible] *dotali caritati regimine spiritali invigilat.* Idem Gregorius Mauricio augusto[4] in epistola[a] 'Omnipotenti Deo reus[b] est': *Dominorum legem suscepi, in qua s*[illegible] *nulli, qui manu signatus est, converti liceat. Sed hoc est contra Deum* [illegible] *iussioni tuę subiectus eandem legem per diversas terrarum partes feci transmitti et quia lex ipsa omnipotenti Deo minime concordet, ecce per suggestionis meę paginam dom*[illegible] *nunciavi. Utrobique*[d] *ergo quę debui exsolvi, qui et imperatori* [illegible] *et pro Deo quod sensi, minime tacui.* Idem Gregorius Senatori presbitero et abbati xenodochii[e] in epistola[a, 6] 'Quando ad ea': *Item constituimus, ut* [illegible] *presbitero supradicti xenodochii atque monasterii, non alius sibi quacumque obreptionis astucia ordinetur, nisi quem rex eiusdem provincię cum consensu monachorum secundum Dei timorem elegerit ac providerit ordinandum.* Idem Gregorius Theodoro episcopo in epistola[a] 'Quando bona'[7]: *Valde durum mihi videtur, ut ab eius servicio imperator* [illegible] *suos prohibeat, quin et omnia protribuit et ditari eum non solum militibus, sed et s*[illegible] *dotibus concessit.* Idem Gregorius omnibus episcopis Sycilię in epistola[a] cuius inicium[8]: *Legem, quam piissimus imperator dedit, ne fortasse hi, qui milicię vel rebus sunt publicis obligati, dum causarum suarum pericula fugiunt, ad ęcclesiasticum habitum* [illegible] *in monasteriis convertantur, vestrę studui fraternitati transmittere, hoc maxime exorans, ut, quod hi qui in seculi actionibus implicati sunt, in clero ęcclesię* [illegible] *non sunt.* Gregorius Virgilio Arelatensi[9]: *Quibusdam namque narrantibus agnovi, quod in Gallię vel Germanię partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi dilacione perveniat.* Et post pauca: *Alia quoque res est nobis valde detestabilis nunciata, quod quidam ex laicali habitu per appetitum glorię temporalis defunctis episcopis tonsorant*[illegible] *fiunt subito sacerdotes.* Et post[10]: *Qua de re necesse est, ut vestra fraternitas* [illegible] *tissimum filium meum Teudebertum*[f] *regem ammonere studeat, ut huius peccati maculam a regno suo funditus repellat, quatenus omnipotens Deus tanto apud se maiora retribuat, quanto conspicit eum et amare quod diligit ipse et vitare quod odit.* Gregorius Maximo exepiscopo in Salona[11]: *Quod autem valde te pertimescere ac omnino trepidare* [illegible] *mus, ne hoc fortasse in te ulciscamur, quod sine nostro consensu ad* [illegible]

a) ea c. b) [illegible] c) in *add. Greg.* d) *ita Greg.*; utroque [illegible] dochio *corr. in* xenodochii c. f) Teldebertum c.

1) *Epist.* V, 39, *EE.* I, *p.* 326. 2) *Ibid. p.* 328. 3) *Ibid. p.* 329. 4) *Ibid.* 37, *EE.* I, *p.* 320. 5) *Epist.* III, 61, *EE.* I, *p.* 221 *sq.*; [illegible] 1266 [illegible] 6) *Epist.* XIII, 11, *EE.* II, *p.* 377. 7) *Epist.* III, 64, *EE.* I, *p.* 226. 8) [illegible] *EE.* II, *p.* 12. 9) *Epist.* V, 58, *EE.* I, *p.* 369. 10) *Ibid. p.* 370. 11) [illegible] *EE. I, p.* 403.

cognosceris ordinem inordinate prorupisse. Intolerabilis quidem culpa est, sed secundum iussionem piissimi domni[a] *imperatoris, si nequaquam amplius in contumacię tuę errore perstiteris, relaxamus.* Gregorius Mauricio augusto capitulo XVIIII.[1]: *Non enim parvę* *f. 109 *potuit esse mercedis, quod Iohanne sanctę *memorię de hac luce subtracto ad ordinandum sacerdotem ętas vestra hęsitavit. Tempus paulo longius distulit, cum metu omnipotentis Domini consilium quesivit, ut videlicet causa Dei cum magno timore debuisset disponi. Unde et aptum valde existere in pastorali regimine fratrem atque sacerdotem Cyriacum existimo, quem ad*[b] *eundem ordinem vestrę pietatis consilia longa genuerunt.* Post pauca: *Omnipotens Deus bonum hoc serenitati dominorum pięque eorum soboli et in presenti seculo atque in perpetua remuneratione retribuat, quatenus de eo pietatis vestrę iudicium non solum ante homines, sed ante supernę quoque oculos maiestatis convalescat.* Gregorius Anastasio expatriarchę Ant[iocheno][2]: *Preterea indico, quia a serenissimis dominis, quantis valui precibus postulavi, ut vos honore restituto ad sancti Petri, apostolorum principis, limina venire et, quousque Deo ita placuerit, hic mecum vivere concedat, quatenus dum vos videre meruero, peregrinationis vestrę tedium de ęterna patria invicem loquendo relevemus.* In annalibus imperatorum Karoli Magni et gloriosissimi Ludvici de ipso papa Romano[3]: *Gregorius*[c] *presbiter tituli sancti Marci electus, sed non prius ordinatus est, quam legatus eiusdem Loduvici imperatoris a Francia Romam venit et electionem cleri et populi, qualis esset, examinavit.* Leo quartus Lothario et Lůdwico augustis[4]: *Reatina ecclesia, quę per tot temporum spacia pastoralibus curis destituta consistit, dignum est, ut brachio amplitudinis vestrę sublevetur ac gubernationis tegmine protegatur. Unde salutationis alloquio premisso vestram magnitudinem*[d] *deprecamur, quatenus Coloni*[e]*, humili diacono, eandem ęcclesiam ad regendum concedere dignemini, ut vestra licentia accepta ibidem eum Deo adiuvante consecrare valeamus episcopum. Sin autem in predicta ecclesia volueritis, ut preficiatur episcopus, Asculanam*[f] *ęcclesiam quę viduata existit, illi vestra serenitas dignetur concedere, ut consecratus a nostro presulatu Deo omnipotenti vestroque imperio grates peragere valeat.* Stephanus papa Widoni comiti[5]: *Lectis sagacitatis vestrę apicibus, quę defuncto ecclesię Reatinę antistite clerum et plebem eiusdem elegisse sibi futurum antistitem nobisque consecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa ęcclesia diu sine proprio consisteret pastore fatebantur, nos de obitu prioris dolentes, quando de* *f. 109'. *unanimitate et canonica *ipsius ecclesię electione nunc ipsum electum, ut mandastis, tam citissime ordinare omisimus, quod imperialem nobis, ut mos est, absolutionis minime detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum nobis extitit*[g]*. Ideo voluntati vestrę in hoc parere distulimus, ne augustalis animus durissime modo quocumque perciperet. Sed scientes ęcclesiam Domini sine proprio diu pastore non debere consistere, glorię vestrę mandamus, quoniam aliter mox agere non debuimus, ut vestra sollercia imperiali, ut consuetudo prisca*[h] *condictat*[i]*, percepta licentia et nobis, quemadmodum vos scire credimus, directa epistola, tunc et voluntati vestrę de hoc parebimus*[k] *eundemque electum adiuvante Domino consecrabimus. Quod, karissime fili, moleste nullo modo suscipiatis nec aliter ad nos preterisse credatis, cum canonica instituta et censuram legalem inviolabilem obser-*

a) doni *c.* b) at *statim corr.* ad. *c.* c) Greg. — electus *litteris maiusculis script.* d) mansuetudinem *Grat.* e) Colono *Grat.* f) Ausculanam *Grat.* g) est *Grat.* h) pris. cons. *Grat.* i) dictat *Grat.* k) par. de hoc *Grat.*

1) *Epist. VII, 6, EE. I, p.* 449. 2) *Epist. I, 7, EE. I, p.* 10. 3) *Annales regni Francor. ad a.* 827, *ed. Kurze p.* 173. 174. 4) *Leonis IV. epist.* 20, *Coll. Brit., 'N. Arch.'* V, *p.* 385; *Gratiani D.* 63, *c.* 16; *Jaffé nr.* 2613. 5) *Stephani V. epist.* 27, *Coll. Brit., 'N. Arch.'* V, *p.* 407; *Grat. D.* 63, *c.* 18; *sed ultimum enuntiatum* nec aliter — desideremus *omisit Grat.*; *Jaffé nr.* 3446.

vare volimus et gloriam vestram prosperi semper [illegible] Leo quartus Lodvico augusto[1]: *Nos si incompetenter aliquid egimus et in subditis iustę legis tramitem non conservavimus, vestro* [illegible] *iudicio, quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere,* [illegible] *tatis discipuli, sed, quod dolentes dicimus, erimus* [illegible] *magnitudinis[a] vestrę magnopere clementiam imploramus,* [illegible] *quirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia ti*[illegible] *admodum si vestra presens fuisset imperialis gloria, diligente*[illegible] *hęc, quę superius diximus, cognitent, sed sive minora* [illegible] *nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitima terminent*[illegible] *rum nihil sit, quod ex eis indiscussum vel indiffinitum* [illegible] Leo Magnus in epistola ad Martianum augustum capitulo CX.[2]: *Quamvis* [illegible] *consuluisse videatur, ut ordinatorum suorum errorem deserens* [illegible] *salubri correctione transiret, custodire tamen debuit, ut qui* [illegible] *secutus nullius cupiditatis pravitate turbaret. Nos enim* [illegible] *habentes intuitum, cum secundum suę consecrationis* [illegible] *beniquiores circa ipsum, quam iustiores esse voluimus.* Et paulo post[3]: [illegible] *qui indebita concupiscit. Satis sit predicto, quod vestrę pietatis auxili*[illegible] *assensu episcopatum tantę urbis obtinuit.* Idem Leo ad Pulcheriam augustam capitulo XLVIIII.[4]: *Frater et coepiscopus meus Anatholius* [illegible] *vestrę beneficio et mei favoris assensu Constantinopolitanę* [illegible] *secutus* et cętera. Epistola Karolomanni capitulo LXXVI. quę sic incipit: [illegible] *Domini nostri Iesu Christi. Ego Karolomannus, dux et princeps. Per consilium* [illegible] *dotum et optimatum meorum ordinavimus per civitates episcopos et constituimus super* [illegible] *archiepiscopum Bonefacium, qui est missus sancti Petri.* Fulgentius in libro de veritate predestinationis et gratię[6]: *Quantum pertinet ad huius temporis vitam, in ecclesia* [illegible] *pontifice potior et in hoc seculo christiano imperatore nemo invenitur* [illegible] Petrus apostolus omnium hominum conditioni omnique gradui precipit dicens: *S*[illegible] *omni humanę creaturę propter Deum, sive regi quasi precellenti.* Et paulo post: [illegible] *timete, regem honorate.* Et magister gentium Paulus: *Omnis anima* [illegible] *mioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Quę autem sunt, a Deo* [illegible] *natę sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Et post pauca: [illegible] *omnibus debita.* Et quibusdam interpositis subintulit: *Cui timorem, timorem;* [illegible] *rem, honorem.* Simplicius papa[7]: *Privilegium meretur amittere, qui* [illegible] *utitur potestate.* Leo papa[8]: *Propria perdit qui indebita concupiscit.* Gregorius ad Mauricium inperatorem[9]: *Potestas super omnes homines pietati dominorum meorum* [illegible] *data est.* Eugenius apostolicę sedis reverendus pontifex[10]: *Episcopi extra trium* [illegible] *madarum spatium a propriis episcopiis non morentur, nisi[b] iussu regis.* Quod Galli[illegible]

a) magn. [illegible] b) assensu [illegible] c) [illegible] forte per iussionem metropolitani vel principis ex necessitate [illegible]

1) *Coll. Brit. Leo IV. ep. 41; 'N. Arch.' V, p. 291. Ivonis decr. V, c. 22* [illegible] *qu. 7, c. 41,* [illegible] *tamen* [illegible] quoniam [illegible] 2) [illegible] *epist. 104, cap. 2;* [illegible] *Opp.* [illegible] 1147 [illegible] 3) [illegible] *col. 1150.* 4) *Epist. 105, c. 2; Opp.* [illegible] 1155 [illegible] 5) [illegible] *EE. III, p. 310.* 6) *Lib. II, c. 22, § 38. Opp.* [illegible] 1684 [illegible] 477 [illegible] *Francor. ed. Boretius II, p. 29.* [illegible] 7) *Epist. 14,* [illegible] 8) [illegible] 9) *Epist. III, 61. EE. I, p. 221.* 10) [illegible] 826 [illegible] *Francor. ed. Boretius I, p. 373* [illegible] *Jaffé* [illegible] 2[illegible]

cana episcopia ab antiquis temporibus a solis regibus dentur episcopis, Fortunatus presbiter est testis veracissimus, qui in carminum suorum libro sic dicit[1]:

Provida disponunt regis solatia plebi[a],
Pontificem dantis, quem probat alma fides.

Quis vero rex pontificii fuerit, appellatione innotuit subnectendo:

Floreat arce decens rex Hildebertus in orbe[b. 2].

Item et de Gregorio, qui factor miraculorum in quibusdam martyrologiis vocatur, ad cives[c] Turonicos prefatur[3]:

*f. 11v. *Iura sacerdotii merito reverenter* **adeptus*
Nomine Gregorius pastor in urbe gregis.

Et paulo post[4]:

Hic Sigebertus ovans prestanti donat honore.
Iudicio regis nobile culmen adest.

De eodem Bralius episcopus Ysidoro episcopo[5]: *Spirituali*[d], inquit, *gratia fretus, spirituali*[d] *domino, in quo vires ecclesię sanctę consistunt, suggerito, ut, quia Eusebius metropolitanus noster vita decessit, habeas curam misericordię et hoc filio tuo domino nostro suggeras, ut talem illi loco preficiat, cuius doctrinę sanctitas cęteris sit vite forma.* Ysydorus rescribens ait[6]: *De constituendo episcopo Tarracinensi*[e] *non eam, quam petis sententiam regis sensi, sed tamen et ipse adhuc, ubi cercius convertat animum, manet*[f] *incertum.*

a) phebi c. b) in or. *in loco raso.* c) ci ues c. d) speciali *Braulius.* e) tracinensi c. f) monet c.

1) *Venantii Fortunati carminum l. X,* 14, *v.* 1. 2. 2) *Ibid. v.* 7. 3) Ad cives Turonicos *l. V,* 3, *v.* 9. 10. 4) *Ibid. v.* 15. 16: Huic Sigiberethus ovans favet et Brunichildis honori *etc.* 5) *Isidori opp. ed. Arevalus VI, p.* 580. 6) *Ibid. p.* 581.

DE SIMONIACA HAERESI CARMEN.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Heribertus de Losinga, i. e. Lotharingius, dictus, a. fere 1054 in pago Oximensi in Normannia natus ('Exmes, départ. de l'Orne') ex priore Fiscannensis monasterii, cuius alumnus a puero fuerat, a. 1087. vel 1088. per Willelmum Rufum, regem Angliae, abbas Ramesiensis et a. 1091. simoniace episcopus Thetfordensis factus est. 1000 enim vel 1900 libris argenti Ranulphum Flambardum, praeclarum illum regis familiarem, corrupisse sibique baculum Thetfordense, patri vero, Roberto de Losinga, abbatiam Wintoniensem emisse dicitur. Bis igitur simoniae reus a quodam tunc temporis versificatore, ut ait Guilelmus Malmesburiensis[1], *paullo postquam sedem episcopalem obtinuit, carmine satirico, quod e codice Lugd. Batavorum Bibl. Publ. 130. a Bethmanno b. m. exscriptum infra iterum evulgamus, egregie castigatus est. De versifico illo nihil constat. Sed Anglus natione fuisse videtur. Prosodiae et artis metricae non ignarus erat, etsi [illegible] hexametros etiamtunc ita composuit, ut non semel pedes sibi respondentes syllabis tam consonantibus quam assonantibus coniungeret.*

Versus quos Guilelmus Malmesburiensis inseruit (1. 2. 3. 10. 8. 16. 37. 38. 14) *et alium ordinem et alium textum praebent, atque codex Lugdunensis. Sed cum codicis lectiones omnes meliores esse videantur, non est, cur Guilelmum sequamur. Unde Flacius, qui primus id publici iuris fecit*[2], *carmen hauserit, non constat, sed lectiones a codice Lugdunensi differentes exemplar, quod adhibuit, ei simillimum fuisse demonstrant.*

Heribertus ille a. fere 1094. rege invito Romam profectus dignitatis suae insignia ad pedes Urbani II. papae deposuit, sed illico restitutus sedem episcopalem Norwicum translatam recepit. Deinde, quamquam una cum aliis episcopis Anglicanis investituram regalem et homagium a praelatis regi praestandum contra Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, strenue defendit, tamen erga subditos semper tam fidelem et austerum pastorem se praebuit, ut, cum obiisset (a. 1119), paene sancti cognomine [illegible][3].

Codex Lugdunensis saec. XI. ex. forma quarta exaratus, cui manus saec. XIV. ex. inscripsit: hunc librum donavit monasterio Egmondensi domnus Stephanus abbas eius

1) *Gesta Regum Anglorum* IV, § 338, 'Rolls ser.' II, p. 369. 2) *Varia de corrupto ecclesiae statu poemata*, Bas. 1557, p. 234—236. 3) Cf. [illegible] Goulburn [illegible] Symonds, '[illegible] and Letters of Herb. Los.'; Anstruther, *Herberti Epistolae*; Freeman, *Reign of William Rufus* II. p. 568—570; '*Dictionary of National Biography*' XXXIV, p. 144—146.

dem loci quintus [1], *continet Willerammi Ebersper̄gensis abbatis expositionem theodiscam in canticum pulcherrime scriptam, deinde alia manu Angelomi Luxoviensis tractatum in canticum et duo carmina* [2], *quorum alterum sequitur.*

Berolini a. 1896. *Iul.* 3. *H. BOEHMER.*

De symoniaca heresi.

Crevit [a] in aecclesia monstrum, genitore Losinga,
Symonidum secta, canonum virtute resecta.
Petre, nimis cessas [b]: Symon volat [c], ardua temptat [3].
Precipe spiritibus, lentescat ut iste volatus.
Qua volat arte, cadat; petra tale volatile fiat!
Ut ruat haec turris, faciat tibi tradita clavis.
Ecce domum pacis aries quatit impietatis.
Pro dolor! aecclesiae nummis panduntur [d] et aere;
Clave symoniaca reserantur [e] ovilia sancta.
Si presens esses, furem, Petre, nonne ferires [f]?
Malleus argenti confringit ovilia Christi.
Quid, lex sacra, facis? quid, sancta Nicea, silescis?
Dormis an vigilas? nam cur sententia cessat?
Res nimis iniusta [g]: fit nummis [h] presul et abba [i],
Filius atque pater. Sed Spiritus almus abhorret,
Gratia furtivae quia dampnat dona monetae.
Filius est presul, pater abbas, Symon uterque.
Est Petrus exclusus; modo Symon in arce locatur,
Sub specie sancta vestitus veste cuculla.
Cerne lupum monachum! bene gyrat abante retrorsum;
Est bene subtonsus, botis [4] tunicisque politus;
Iurat: 'crede mihi!' cui Christus credere nescit.
Stat lupus ad caulas; premit agnum dira leena.
Hic tremit [k], illa premit [l]; canis abstat [m], opilio dormit.
Ut reor, est notus, similique cadavere pastus,
Et semel emissus fugit inrevocabilis arcam [n. 5].
Ut Mopso Nisa [6], corvo datur ecce columba.
Qualis pullus erit, quem fert commixtio talis?
Ne monstrum pariant, faciat Deus, ova putrescant!
Alba datur nigro. Detur modo tigris onagro [7],
Agna lupo, lepori canis, apro capta leena [o],
Cerva bovi, bos, urse, tibi, vulpecula linci,
Passeribus perdix, milvus societur olori,

a) Surgit *Wilh.* b) tardas *Wilh.* c) nam Symon ad *Wilh.* d) venduntur *Wilh.* e) reserantur *Flac.* f) Si praesens esses, non Symon ad alta volaret *Wilh.* g) ô foedas *Flac.* h) nummis fit *Wilh.* i) abbas *Flac.* k) premit *Flac.* l) tremit *Flac.* m) *ita Flac. c.; recentior manus corr.* adstat. n) area *Flac.* o) *textus corruptus esse videtur. Aprum et leaenam, duas bestias feras, poeta vix ita coniunxit. Fortasse* agno *pro* apro *legendum est.*

1) *Cf. Ann. Egmondan.* 1105 (*SS. XVI, p.* 448): Steppo abbas obiit III. Nonas Ianuarii. 2) *Cf. de codice Williram ed. Hoffmann p.* 7, *Scherer in 'Sitzungsber. der phil.-hist. Cl. der Wiener Akad.' LIII, p.* 249. 3) *Cf. Acta S. Petri Lino suppos. c.* 10, *Acta SS. Iun. t. V, p.* 427. 4) *I. e. ocreis (bottes).* 5) *Horat. I,* 18, 71: semel emissum volat irrevocabile verbum. 6) *Verg. Ecl. VIII,* 26. 7) *Cf. ibid.* 27.

Accipitres merulis, bubonibus auca [illegible]
Omnia mutentur; possunt [illegible]
Regnat enim Symon, cum Symone [illegible],
Quid non speremus [1], si nummos [illegible]?
Omnia nummus habet: quod [illegible]
Securus regnat; obstant contraria nulla;
Distribuit leges. Quid non speret [illegible]?
Si quid forte nocet, adsit modo nummulu[illegible]
Nummulus est parma: fit nummulus [illegible].
Roma, caput mundi, tu quondam talibus ultrix,
Aut citius venias ultrices reddere poenas,
Aut, caput ut facias, modo caudae [illegible].
Si sis venalis, quod quondam Numida ri[illegible] [2],
Emptor non deerit; tu vendes atque peribis.
Talibus, ipse Deus, quondam cum reste minatus,
Mensas et sedes de sacris aedibus arce[illegible].
Dic 'sint maranatha' Deus, hii sint dic[illegible] anathema. AMEN.

a) possint [illegible] b) quod [illegible] [illegible] sic [illegible] arcens [illegible] hi dic sint [illegible].

1) Verg. Ecl. VIII, 26: Quid non speremus amantes? Cf. v. 40: quid non [illegible]
2) Cf. Sallust. Iugurtha c. 35, [illegible] V 16. [illegible]

SATIRA IN METTENSES.

EDIDERUNT

E. DUEMMLER ET H. BOEHMER.

Praeclaram quondam ducum Burgundiorum bibliothecam perlustrans G. H. Pertz ante 70 *annos hoc quoque carmen, quod infra tandem evulgatur, in usum societatis nostrae ex parte exscripsit, quae omiserat v. cl. I. Petit benigno animo supplevit. Quod quo loco et quo tempore conditum sit, non constat. Cum vero codex, unde sumptum est (Bruxell.* 10727, *ubi in f.* 138. *extat), saeculo XII. ineunte in dioecesi Trevirensi confectus esse videatur*[1], *poetam quoque Lotharingium fuisse suspicamur. Accedit, quod tunc temporis in Lotharingia Poppo quidam episcopus nobilis floruit, a subditis expulsus et postea exul mortuus, Poppo scilicet episcopus Mettensis, qui 'ex ecclesia Treverensi' a.* 1090. *Herimanno, illi Gregorii VII. amicissimo, 'absque dono et consensu imperatoris' successit*[2], *sed a.* 1097.[3] *a Mettensibus Heinrico IV. auctore, cui homagium facere neglexerat, eiectus et a.* 1103. *exul in villa Chacenai*[4] *obiisse fertur. Cuius sedem Adalbero IV, imperatoris assecla*[5], *obtinuit, qui a curia numquam agnitus vel confirmatus esse videtur*[6].

Extitit Popponi[7] *autem iam paullo postquam Mettis eiectus est*[8], *inter clericos qui ei etiamtunc adhaerebant, defensor, qui si non vi, at versibus saltem satis impetuosis Mettenses perfidos castigavit. De auctore huius carminis nihil constat, nisi quod Lotharingius et*

1) *De quo cf. Reiffenberg, 'Bulletins de l'acad. royale' (1841) t. VIII,* 2, *p.* 265 *(Annuaire de la bibl. royale V, a.* 1843, *p.* 77*); Traube, Poetae lat. aevi Carol. III, p.* 152 *sq. (cf. Steinmeyer, 'Zs. f. Deutsches Alterth.' XXXII, p.* 389*), ubi apographon in codice Brux.* 9799—9809, *f.* 142–142'. *[illegible] ex nostro codice exscriptum esse demonstratur. Non recte ibidem Traube Reiffenbergium secutus carmen satiram in Italos esse statuit.* 2) *Ann. S. Vincent. Mett.* 1090, *SS. III, p.* 153; *Chronica s. Clementis Mett. SS. XXIV, p.* 500, *sed Bernoldus in chronico suo, SS. V, p.* 456. *eum a.* 1093. *demum ante diem* 6. *Kal. April. a Gebehardo consecratum esse refert: cf. etiam Hugonem Flaviniac., Chronicon S. Huberti Andagin. c.* 71, *SS. VIII, p.* 473. 604. *et Rodulfi Gesta abbat. Trudon. l. V, c.* 7, *SS. X, p.* 254. 3) *Chron. S. Clementis a.* 1097; *cf. infra p.* 635, *v.* 1. 4) *Chron. univ. Mett.* 1093. *SS. XXIV, p.* 514; *cf. Meurisse, 'Histoire des evesques de Metz' p.* 385. 5) *Cf. V. Theogeri, episc. Mett. l. II. SS. XII, p.* 466; *Ann. S. Vincentii Mett.* 1104: Adelbero quartus episcopus Mettensis postea eiectus. 6) *Cf. Decr. Grat. p. II, c.* 1, *qu.* 5, *c.* 3, *ubi epistola quaedam ad Adalberonem (III) Mettensem data non recte Urbano II. adscribitur; cf. Jaffé, Reg. nr.* 4589. 7) *Quaedam Popponis diplomata necnon epistola ad Lambertum Atrebatensem data edita sunt a Migne t.* 155, *col.* 1651—1656; *t.* 162, *col.* 655. 8) *Ex carmine enim Popponem etiamtunc vixisse effici videtur. Cf. Gesta episcop. Mettens. c.* 51. *SS. X, p.* 543: Potestas imperialis alium subinducere nitens, Mettenses fide firma restiterunt.

forte Mettensis vel Trevirensis fuit, Popponi aut familiaris [illegible] *ficus' fuit, ut eo quo illius aetatis poetae semetipsos appellabant,* [illegible] *et artis metricae non imperitus.* [illegible] *in carmine non deprehenduntur.* [illegible] *versum*[1] *in v. 16. laudari E. Voigt contendit*[2]. [illegible] *Sed nostro Ecbasin innotuisse vix eo probari* [illegible]

B[illegible] *a. 1896. [illegible]. 10. D*[illegible]*. 27.* *H. BOEHMER*

Nulla salus et pax veniat tibi, gens [illegible]
Non maneat tecum benedictio, gens odiosa,
Gens mala, gens dura, gens aspera, gens sine cura,
Gens sine mensura, gens rumpens publica iura,
Gens sine iudicio, sine iusticia, sine lege,
Gens sine consilio, sine praesule, gens sine rege!
Tu sine pontifice[a], quia, quem tibi pontificasti,
Non sublimasti, sed cum sic dedecorasti.
Te condempnasti, cum Poponem reprobasti.
Nam reprobando tibi[b] mala plurima rite parasti.
Insanę mentis furibundaque, credo, fuisti
Et furibunda quidem, quoniam non erubuisti,
Nec bene sensisti, cum talia disposuisti.
Ex hoc concludo, quoniam male desipuisti.
Amodo si vultis, ad certamen veniamus:
Si bene fecisti vel si male, discuciamus!
Si bene fecisti, maneat sic et teneatur!
Si male, scindatur, et scissus[c] destituatur!
Pontificem sine iudicio tu deposuisti:
Sic sine iudicio mala plebs dampnanda fuisti.
Tu sine consilio tibi pontificem statuisti.
Et sine consilio furibunda crucem meruisti.
Qui sine lege facit ea quę non sunt facienda,
Hic sine lege perit, ideo sunt ista cavenda.
Tu male fecisti, quia non te corripuisti,
Et post errorem quoniam non pęnituisti.
In facto stultus non attendit racionem.
Si mihi non credis, audi sanctum Salomonem!
In factis propriis cognoscitur insipiens vir,
Noscitur in factis propriis sic et sapiens vir.
Insipiens vero differt nimis a sapiente:
Insipiens etenim semper tractat mala mente.
Insipiens etiam semper gaudet novitate;
Et vir discretus manet in propria bonitate.

a) pontifici *c.* b) vel [illegible] c) scissum *c.*

1) *Ecbasis v.* 1116: Quod sine lege stetit, [illegible]
2) *'Ecbasis Captivi' ed. Voigt (Strassburg 1875) p.* [illegible]

In bonitate manet, quia despicit impietatem,
Et non vult peccare bonus propter probitatem.
Et quoniam stultus facit hoc quod turpe videtur,
Cum reprobis in perpetuum dampnandus habetur.
Et quia discretus sibi providet et moderatur,
Idcirco bonus et probus et sapiens reputatur.
Tu vero pravos, discordes semper amasti,
Latrones et raptores tibi consociasti.
Potores et fartores tibi consiliantur,
Carnifices tibi cum latronibus auxiliantur,
Consilio quorum sevissima bella parastis,
Auxilio quorum cunctos superare putastis.
Hii cum cultellis current in tempore werrę
Et solis verbis hii defendent bona terrę.
Qui cum discumbunt, sua prelia fortia dicunt,
Depravant iustos [et[a]] sensatis maledicunt,
Ad cęlos sua facta levant, aliena tacentur,
Extollunt sua facta nimis, dum vina tenentur.
Post hoc surgentes incerto crure feruntur,
Et nimium poti iam dissona verba loquuntur.
Ergo decens non est tales sibi iungere lixas,
Namque movent[b] turbas et amant coniungere rixas.
Conveniens non est illos sibi consociare
Carnifices, vel eis abscondita participare.
Namque nihil celant, quę sunt celanda revelant,
Et quod deberent in apertum dicere celant.
Canonici vero, quibus expedit esse priores,
Et cunctis aliis quos esse decet meliores,
Hii cunctis aliis multum sunt deteriores,
Et multum viles et sunt aliis nequiores.
Horum deberent alios exempla fovere,
Concivesque suos in iusticia retinere,
Deberent symoniacos a se removere,
Deberent etiam leges pacemque tenere;
Scripturas sacras in promtu semper habere,
Utque decet sanctos in simplicitate manere.
Deberent canones investigare legendo,
Quid sibi conveniat vel quid non, discuciendo.
Deberent a se lucri removere saporem,
Nam quicumque sapit, lucri contempnit amorem.
Hii matutinis deberent nocte vacare,
Ymnis et psalmis sibi cęlica regna parare,
Ut cum psalmista David cantare valerent:
cf. Ps. 26. 13. 'Credo videre Deum', per quem sine fine manerent,
Et quoniam theshaurizavistis mala vobis,
Consilium dabimus, si vultis credere nobis.
Consilium nostrum sanum ne despiciatis,
Sed quod consiliabimur, ad presens faciatis.

a) *addidi.* b) monent *c.*

Consilium nostrum ventis ne distribuatis[a],
Nec dispergatis, sed si valet accipiatis.
Pastorem vestrum de sede sua pepulistis,
Pastori vestro servire diu renuistis.
Post hęc iniuste vobis alium statuistis[1].
Immerito cui pontifici baculum tribuistis.
Et quoniam male vos habuistis, peniteat vos.
Usque modo fecisse malum, multum pudeat vos.
Poponi cathedram reddatis pontificalem,
Hunc patrem vobis habeatis spiritualem,
Et quia peccastis, pęnam vobis sociemus,
Pęnam condignam vestris meritis tribuemus.
Allia mandetis et vinum forte bibetis.
Allia cum vino per prandia vestra teretis.
. . . .[b], quoniam suscipietis[c].
Ut mos est vester, alienos abicietis.
Hoc si feceritis, non vos per carmina ledent,
Hoc si feceritis, peccamina vestra recedent.

a destribuatis c. b *spatium dimidii versus vacuum relictum est in cod.* c suscipietis c.

1 *Adalberonem IV.*

MONACHI CUIUSDAM EXULIS S. LAURENTII DE CALAMITATIBUS ECCLESIAE LEODIENSIS OPUSCULUM.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Carmina infra edita iam quater ante me publici iuris facta sunt. Ante 40 *annos enim Bethmann b. m. in codice* 412 *(quondam* 386*) bibliothecae municipalis Cameracensis, de quo cum nuper A. Molinier satis accurate disseruerit*[1], *fusius agere supersedeo, totam seriem indagavit et inde in usum nostrum exscripsit. Sed a. demum* 1886. *primus E. Dümmler opusculum in annalibus nostris evulgavit*[2]. *Cuius editionem statim R. Rocholl in libro cui inscribitur 'Rupert von Deutz' p.* 269—287. *ad verbum repetivit. Eodem vero anno B. Hauréau, prioris editionis ignarus, denuo carmina e codice exscribenda et in 'Notices et Extraits' XXXI,* 2, *p.* 115 *sq. excudenda curavit. Quartus denique a.* 1891. *A. Cauchie in libro cui inscribitur 'La querelle des investitures dans les diocèses de Liège et de Cambrai, deuxième partie' p.* 48—64. *seriem publici iuris fecit, sed cum codicem ipsum inspicere neglexerit editionesque tantum anteriores haud raro inter se discrepantes, prout ei videbatur, commiscuerit et contaminaverit, ut Rocholl, non multum ad rem videtur attulisse. Dümmler ergo et Hauréau soli ab eis, quorum textum genuinum cognoscere intererat, erant audiendi. Qui cum nonnihil inter se differrent, placuit, ut codex a.* 1892. *a Iacobo Schwalm*[3], *sodali nostro, iterum conferretur. Correctis igitur eis quibus ille quondam adhibuit necnon suppletis, quibus Bücheler et E. Voigt versus haud raro obscuros et corruptos illustraverunt, coniecturis*[4], *ego quintum carmina editurus textum paulo emendatiorem me praebiturum esse spero.*

De textu ipso pauca praefari opus est. Librarius, qui saeculo XIII. vel XIV. titulo — si modo poeta ipse carminibus inscripsit — omisso opusculum libellis quibusdam theologicis f. 122′—129. *subiunxit, saepius singulas seriei partes litteris rubris aut initialibus, ut moris est, quin etiam hic illic singulos versus accurate distinguere neglexit*[5]. *Ceterum neque ipse exemplar, quod adhibuit, accurate transscripsisse videtur neque librarius recentior, qui carmina Latina et Gallica in ultimis codicis foliis asservata additurus non semel radendo et corrigendo nonnulla emendavit, omnibus quibus textus*

1) *'Catalogue général des bibliothèques publiques de la France; Départements' t. XVII, p.* 151—153. 2) *'N. Arch.' XI, p.* 175—194. 3) *Cf. ibid. XX, p.* 427. 4) *Ibid. XI p.* 413. 5) *Cf. infra carmen IX.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

narratur[1]. *Ergo quicumque monachorum, postquam Berengarius discessit (vere a.* 1092[2]*) senioresque fratres comprehensi sunt*[3], *in coenobio remanserant, Maio mense ineunte expulsi sunt et post aliquot dies itineris ad Berengarium pervenerunt. Post hanc igitur diem, sed ante d.* 9. *Aug. vel potius antequam Otbertus episcopus a vasallis coactus cum adversariis tractare coepisset*[4], *in villa Eberneicurti*[5] *prope Remos sita, ubi Berengarius cum suis exulabat, carmina condita esse apparet. Utrum vero Rupertus iam a.* 1092. *Berengarium secutus sit an Maio demum a.* 1095. *coenobium reliquerit, non liquet. Inde enim quod tam graviter in eos monachos invehitur, qui abbate expulso remanserant, vix Cauchie recte statuit ipsum in eorum numero non fuisse neque ipsum hanc revelationem habuisse, unde totius opusculi formam et consilium conceptum esse diximus. An peccatum illud eum minore ardore castigaturum fuisse putamus, si ipse eius expers fuisset?*

Si quis poeticam vim et elegantiam in eis requisiverit, carmina haud magni pretii esse intelleget[6]. *Sententias enim et elocutiones et similitudines, si quae maiorem animi vigorem sapiunt, aut ex Cantico canticorum, quod apprime callebat, aut ex Apocalypsi aut ex antiquis poetis Rupertus mutuatus est. Praeclaros igitur illius aetatis 'versificos', Hildebertum episcopum Turonensem et Bernardum abbatem Claraevallensem*[7], *non est cur eum aequiparemus. Qua de re non immerito, ubi opera sua ipse enumeraverit, haec carmina, ad quae condenda non tam proprio ingenio, quam more vulgari scholasticorum provocatus esse videatur, ab eo omissa esse iudico. Neque vero res tunc gestae melius ex serie nostra cognosci poterunt, quam ex variis ecclesiae Leodiensis et provinciae Belgicae chronicis, quorum non pauca etiamnunc extant. Quamquam eam pro nihilo ducere non licet. Testatur enim, quo animo monachus omni quae tunc acquiri poterat, doctrina et eruditione imbutus magnam, quae inter regnum et sacerdotium agebatur, controversiam tunc, cum vehementissime ardebat, necnon perturbationes inde in toto imperio concitatas consideraverit, et quam vehemens odium et invidia eorum fuerit, qui inter se pugnabant.*

Berolini a. 1896. *Sept.* 18. *H. BOEHMER.*

I.

*f. 122'.

*Nunc agit bellum draco bellicosus.
Ei michi! quantis spoliis onustus[8]
Tercias stellas trahit illigatas
Cauda draconis[9].
Spiritus cęlos faciens et ornans,
Fecerat solem pariterque lunam,
Fecerat stellas etiam minores,
Ordine ponens.
Presules tales hodie videmus,
Sol quod elapsus superis videtur;
Talis abbatum status, ut ruisse
Luna putetur.

1) *Chron. s. Laur. c.* 49, *SS. VIII, p.* 279. 2) *Exulavit enim per tres annos et dimidium; cf. l. l. c.* 47, *p.* 278; *atqui a.* 1095. *Aug.* 9. *revertit. Ergo vere a.* 1092. *expulsus est.* 3) *A.* 1095. *Mart.* 21; *cf. l. l. c.* 49, *p.* 278. 4) *Cf. l. l. c.* 50, *p.* 279. 5) *Cf. l. l. c.* 47, *p.* 278. *Minime in monasterio s. Huberti, ut Rocholl statuit, l. l. p.* 303. 6) *Et Cauchie et Rocholl multo pluris ea quam decet fecerunt.* 7) *Cf. de eis Rocholl, l. l. p.* 266. 8) *Aen. I,* 289: spoliis Orientis onustum. 9) *Apoc.* 12, 3. 4: et cauda eius *(sc. draconis)* trahebat tertiam partem stellarum caeli.

Syderum non est numerus minorum,
Quę trahit secum draco de supernis:
Clerici tot sunt monachique tanti
Prava sequentes.
Dixerat quondam tenebrosus ille,
Quod super montem Syon ascenderet.
Nunc sedens, tanquam fuerit locutus
Vera, superbit.
Hinc tumens calcat populum fidelem,
Ordines sacros emit atque vendit,
Et Dei servos melius volentes
Longius arcet.
Hinc et abbates profugos videmus,
Atque propulsi monachi vagantur,
Et vident terras alias et urbes
Exiliati.
Sic Syon fetam gravidamque partu
Impetens sevit draco tortuosus. Apoc. 12, 4.
Ut trahi possit, fluvium profundit
Parturienti [1].
Illa quantumvis graviter prematur,
Plus gravat matrem fuga filiorum.
Nam dolor natos cruciando matris
Viscera pungit.
Plorat et plangit laniatque crines,
Verberat pectus laceratque vestem;
Clamat in cęlum, sequiturque caros
Crine soluto.
Quam potestatem roget, ut iuvet se?
Vel quis afflictę poterit mederi,
Cum Nero Romam teneat Symonque
Papa vocetur?

II.

Cum mecum tacitus ista revolverem
— Nam tunc expulerat me Symon exulem
Post noctem mediam [2] gratus, uti solet,
Mestum me tenuit sopor.
Statim pervideo, quale periculum
Nunc est ęcclesię, quamque periculis
Nobis in mediis proximus est Deus
Et virgo, genitrix Dei.
'Quandam [a] naviculam per mare turbidum f. 123.
Venti dispulerant, undaque turgida

a) Qªdā c.

1) *Apoc.* 12, 15: Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine. 2) *Cf. Hor. Serm. I.* 10, 33: Post mediam noctem visus, cum somnia vera.

Compages laterum[1] pene resolverat:
   Pars turbę trepidę fui.
Venti quattuor[a] hinc undique corruunt;
Huc Arctos[b] Borean, Meridies Nothum
Torquent, et Zephiro perstrepit Occidens.
   Eurus solus adest domo.
Concertant validis undique viribus[2],
Quis de navicula plus sibi vindicet.
Vinci non patiens alter ab altero,
   Nunc vincit, modo vincitur.
Tum sic omne latus combibit equora,
Quod summas tabulas iam mare vicerat.
Intus pontus erat, pontus erat foris;
   Intus turba, foris chaos[3].
Cętus preterea cernitur insequi:
Nos sorbere volens ore minax hyat.
Caudę verberibus tum mare turbidat,
   Undarum cumulos agit.
Heu! heu! quantus erat Leviathan vorax,
Qui sorbens leviter grandia flumina
Confidit, quod in os ipsius influat
   Iordanis[4], lavachrum Dei.
Nos clamare Deum: 'Mitte cito, Deus,
Hamum, quem timet haec sautia belua!
Nostras huic animas tradere ne velis!
   Assis, o genitrix Dei!' —
Cum virgo, Domini mater amabilis,
Vere stella maris, portus et anchora,
Ad litus veniens visa procul fuit.
   Iam spes tota refugerat.
Nobis illa manum porrigit, et suam
Prendens naviculam fluctibus eruit,
Et tuto tremulam littore collocat.
   Cognosci quoque se dedit.

III.

Certior statim docuit figura,
Illa que navis fuit inter undas.
Scilicet cepit mulier videri
   Iam gravis ęvo.
Cepit agnosci Syon illa mater,
Cuius anguores vigilans dolebam,

a) IIII^or^ *c.* b) Arcton *c.*; arctos *coni. Bücheler.*

1) *Verg. Aen. I,* 122: laxis laterum conpagibus. 2) *Ibid. II,* 50; *V,* 500: validis . . viribus. 3) *Cf.* 2. *Cor.* 7, 5: foris pugnae, intus timores. 4) *Iob* 40, 18: Ecce, absorbebit fluvium — et habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.

Quamlibet tristi miseranda cultu,
  Pulchra videri.
Regii cultus nichil afferebat:
Crinibus passis pedibusque nudis[1],
Pulverem spargens capiti soluto,
  Pectora tundens,
Non habens mitram, nec habens inaures,
Non ei torques, nec erat monile;
Non tenens palmam, nec habens coronam,
  Nec diadema:
[2]Pectoralis fascia, brachiale, cf. 12
Fibule, dextralia, zona, vittę[2],
Quidlibet cultus alii, dolentem
  Non decuere.
Attamen prudens anulum reservat,
Quem dedit sponsus digitis puellę,
Nuptias quando celebres agebat
  In cruce pendens.
Talis accedit dominam Mariam,
Ut sui sponsi Dominique matrem,
Unicum fontem pietatis, unam
  Spem miserorum.
'Ei michi!' dixit, 'Symon atque Nero
Nunc revixerunt, miseramque matrem
Rursus oppugnant: iterum dolores
  Et fuga rursus.
Scis[a], mei sponsi genitrix, Maria:
Natus est quidam coluber pusillus, Apoc. 12, 3. 4.
Quando sponsabar. Draco factus ingens
  Hic modo regnat.
Nemo tam sevus fuit antichristus,
Arrius quamvis fuerit malignus.
Attamen tales poterant caveri
  Prava loquentes.
Hic nichil verbis, sed agit venenis.
In Dei templo[b] sedet, aureumque —
Ei michi matri! — populus fidelis
  Mammon adorat.
Israel quis rex Baal invocarit,
Qui sacerdotes Baalim sacrarint,
Qui super montes statuas locarint,
  Tu bene nosti.
Quis locus vel quę domus orbe toto
Est modo concors heresimque nescit?

a) Scis c. b) templum c.

1) *Aen. I*, 480. 481: Crinibus Iliades passis — — et tunsae pectora palmis. 2) *Isa.* 3, 18—24: in illa die auferet Dominus — torques et monilia — et inaures — et anulos — et vittas — et erit — pro zona funiculus — pro fascia pectorali cilicium.

In locis cunctis domibus[que][a] sacris
Turba redundat.
Tres modo fratres sedeant in unum:
Tercius pro me bona si loquatur,
Vera dicenti duo mox repugnant,
Lisque rotatur'.
Audiebamus simul intuentes,
Cum magis nos his peteret querelis.
Namque se vertens, ubi nos videbat,
Mesta profatur:

IV.

'O vos monachi, parcite matri!
Cur vos etiam me laceratis?
Vos esse decet sydera cęli
Pureque iubar fundere lucis.
Vos omne decet cernere verum,
Odisse malos matris amore.
Spectate, rogo, Cluniacenses
Fundere bonum semper odorem[1];
*p. 124. *Nam papa[2] michi sumptus ab illis.
Grex ille suum servat ovile.
Quicumque via vadit eadem,
Me carus amat grex monachorum.
At sunt aliqui vana sequentes,
Ęquumque vocant, quod fit inique.
Ve! qui tenebras lumen appellat[b],
Qui, dulce quod est, dicit amarum[3].
En! vim patiens vociferabor;
Clamabo, nec est auxiliator[4].
Quero, quod amo, nec datur illud.
Manant oculis fletibus ymbres.
Nam longius hinc ille recessit,
A quo poteram lętificari,
Cuius veniunt sepe latrones[5],
Et me spoliant pretereuntes.
Eius solium nunc adeamus,
Presens ut eum cernere possim.
Audire volo, quid michi dicat.
Secura fides arguet illum,
Quare thalamos negligat illos,
Quorum pretium se dedit ipsum?'

a) que *deest c.* b) apellat *Hauréau.*

1) 2. *Cor.* 2, 15: Quia Christi bonus odor sumus. 2) *Urbanus II.* (1088—1099). 3) *Isai.* 5, 20: Vae, qui dicitis malum bonum — ponentes tenebras lucem — ponentes amarum in dulce. 4) *Isai.* 63, 5: et non erat auxiliator; *Iob* 19, 7: Ecce! clamabo vim patiens, et nemo audiet. Vociferabor, et non est qui iudicet. 5) *Iob* 19, 12: Simul venerunt latrones eius.

V. Sermo Marie[a].

*Quam tibi condoleo, filia regis,
Usta quod es rapidi sydere Cancri[1],
Nigra, rugata, tremens, arida, pallens.
Quis tibi preteritos afferat annos?[2]
Quando tuo solio tuta sedebas,
Ad medias posita sede plateas; f. 120'
Quando superba iugo colla premebas[3],
Iudiciumque sedens perficiebas,
Principibusque tuis imperitabas;
Vivida quando tibi petra[4] solebat
Mellifluos olei fundere rivos;
Teque lavare pedes lacte decebat;
Quando refringebas ora leonis[5],
Quodque tibi tulerat, prorsus habebas;
Expositę nec erant vulpibus uvę[6].
At modo non pueri te reverentur.
Iamque licenter eis cornua surgunt[b],
Ante tuam faciem qui fugiebant.
Quique prius nec erant vivere digni[7],
Quos steriles heremi rodere glebas[c]
Egerat atra fames, te modo rident.
Quosque tuis nimium grande fuisset
Vivere cum canibus[8], nunc tibi presunt,
Inque tua resident sede feroces.
His igitur dominis subdita ploras.
Hos pavens dominos[d] nigra videris[9].
Iudicium Domini nunc adeamus[e]!

VI.

Iudicis itur
Ante tribunal.
Previa vadit
*Sancta Maria.
Iudicis ardet[10]
Thronus ut ignis.
Flamma rotatim[f]
Lucet et urit.
Ante sedentem
Flammeus amnis[11]
Undat et ardet,
Currit et urit. *f. 121
Ipse capillis
Candidus albis:
Alba renidet
Mundaque vestis[12].

a) s̄ mr *in marg.* c. b) surḡt t c. c) globas c. d) dus *corr.* dominos c. e) ademus c. f) rotatum c.; rotatur *coni. Wattenbach.*

1) *Ecl.* X, 68: sub sidere Cancri. 2) *Aen.* VIII, 560: O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos. 3) *Fast.* III, 376: colla premenda iugo. 4) *Cf. Iob* 29, 6: quando lavabam pedes meos butyro et petra fundebat mihi rivos olei. 5) *Cf.* 1. *Reg.* 17, 34—36. 6) *Cf. Cantic.* 2, 15. 7) *Iob* 30, 2. 3: et vita ipsa putabantur indigni, egestate et fame steriles, qui rodebant in solitudine. 8) *Ibid.* 1: quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. 9) *Ibid.* 30: Cutis mea denigrata est super me. 10) *Dan.* 7, 9: thronus eius flammae ignis, rotae eius ignis accensus. 11) *Ibid.* 10: Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. 12) *Dan.* 7, 9: vestimentum eius candidum quasi nix et capilli capitis eius quasi lana munda.

Ipsius ornat
Virgula dextram,
Aurea virga,
Virgula recta.
Sede parata
Virgo residet.
Namque iubebat
Filius eius.
Pone[a] resedit
Bar Iona[b] Petrus.
Ultio sancte[c]
Prima columbę[1]
Sedit Helyas;
Proximus illi
Finees; inde
Iudith honesta.
Ille prophetas
3. Reg. 18, 40. Ense cecidit[d];
Num. 25, 7. 8. Hic pugione
Madyanitem;
Iud. 13. Hec Holofernis
Inclyta trunco,
Sydus honestum,
t. 125 Lux speciosa.
Tunc sedet omnis
Ordo virorum,
Qui simili re[e]
Promeruerunt.
Astitit illic
Regia coniunx,
Nec modo sedit,
Dum quereretur.
Utraque[2] plangit
Flebile coram
Iudice nato,
Iudice sponso.
Sponsa dolenter
Plorat et orat.
Adiuvat orans
Sancta Maria.
'Rex bone', dixit,
'Hęc tua sponsa
Languet amore.
Num patieris
Semper amicam
Ferre labores
Exiliumque?
Nonne vides, quod
Nunc nimius sol
Urat eam, nunc
Ymber hyempsque?
Frigora, nymbos
Vellet abisse[f].
Tempora vellet
Verna redisse,
Quo[g] revireret
Gramine terra,
Vinea flore,
Frondibus arbor;
Ut resonarent
Carmine valles,
Castus et ales
Leta sonarent[h].
Nunc Aquilonis
Vis vada stringit,
Et bonus Auster
Partius obstat.
'Respice, fili,
Quanta laborat!
Iam neque virtus
Est parienti,
Quam modo totis
Equore[i] ventis
Moverat omnis
Quadruus orbis.
Conprime ventos,
Subtrahe nymbos,
Frigora pelle,
Redde serenum!'
Talibus orans
Ubera nudat,
Quę puer idem
Suxerat olim.
'Nil michi', dixit,
'Iure negabis[k],
Quam[l] tibi matrem
Gratia fecit'.

a) Pone *c.* b) Bariona *c.*; *cf. Matth.* 16, 17. c) sancta *c.*; sanctae *Haur.* d) cicidit *c.* e) repro | meruerunt *c.* f) abysse *c.* g) *ita c.* h) sonaret *coni. Wattenbach. Haur.* i) equora *c.* k) negabit *c.* l) que *c.*

1) *I. e. primus, qui extitit, ultor Spiritus sancti.* 2) *I. e. Maria et ecclesia.*

VII. Sponsus respondit.

'Sicut disposuit pater,
Sic rerum seriem currere competit,
Donec pro meritis suis
Unumquemque suus suscipiat locus.
Quid vult sponsa queri mea?
Quid tristi facie tempus inhorruit?
Ni desit sibi mens sua,
Nunquam conqueritur de vice temporum.
Totum scilicet expedit:
Quod nunc ęther humum verberat ymbribus[1],
Nunc stridens Aquilo coquit[2],
Nunc[3] Phebi radiis Scorpius estuat.
Nam si defuerint ea,
Frustra cespitibus semina subruet.
Tunc non inveniet rosas,
Ad solem folium quę reserant suum.
Nunquid non fuit utile,
Quod strinxit glacies arva rigens[4] mea,
Ne cultrum caperent[a] meum?
In palma potius scandere prestitit[5].
Nunquid non fuit utile,
Quod sol igne suo tam grave canduit
Sub Nerone vel[b] alteris,
Quando tanta seges venit ad horreum?
Nam sol semina fervidus
Comburit sterilem iacta super petram, Matth. 13, 1–8.
Sed maturat et erigit
Granum, quod melior terra receperit.
Mittat nunc glaties queri,
Ventos et pluvias! pretereunt enim.
'Nam spes et patientia[6] Cf. 125.
Quęvis dura solent levia reddere.
Nam me cura tui movet[c].
Fumantem puteum prospicis[d]? huc[e] ego
Vecte Leviathan premam: Apoc. 9, 2; 19, 20.
Quod turbavit aquas, his luet[f] ignibus.
Quid mirum, calices meos,
Ut debet merito, si bibat interim? Matth. 20, 22.
Nam debet mea me sequi,
Quam sic mitto, velut me genitor meus. Ioh. 20, 21.

a) caperet *c.* b) *sequuntur duae litterae erasae.* c) sui manet *c.*; et *manu recentiore addit.* d) prospicio *c.*; prospicis *Haur.* e) hunc *c.*; huic *Haur.* f) suet *c.*

1) *Aen. IX*, 669: verberat imber humum. 2) *Boethius de consolat. I*, 6, 9: cum saevis aquilonibus stridens campus inhorruit. 3) *Ibid. c.* 1, 2: Cum Phoebi radiis grave | Cancri sidus inaestuat. 4) *Met. XI*, 145: Arva rigent. 5) *Cantic.* 7, 8: Ascendam in palmam. *Si non sententiam, at certe verba poeta inde sumpsit.* 6) *Cf. Hor. Carm. I*, 24, 19: Durum sed levius fit patientia.

Mater, tu specialius
Nostri coniugii conscia crederis.
Nam nubentibus[a] in tuo
Nobis prebueras ventre cubiculum[1].
Tu nosti, nec es immemor:
Talis conditio coniugii fuit,
Sponsus sponsaque quod dare
Deberent animas alterutrum suas.
Feci dicta fideliter[b]:
De torrente bibi iam prior in cruce[c].
Servet sponsa fidem suam,
Si contingat ei ferre molestiam!'

VIII. Sponsa dixit.

'Olim quando iuvencula',
Dixit sponsa, 'virens eram,
Tunc querebar ego placens,
Et tunc pro foribus meis
Sponsi pulsus erat frequens[2].
Carus tunc thalamus meus.
At nunc, quando senilibus[3]
Annis primus abit nitor,
Effetum quoniam meum
Laxe corpus arant rugę[4]:
Clausum non resonat meum
Totis noctibus ostium.
Incesti tamen obsident[d]
Nostrum limen adulteri.
His[e] necdum videor vetus,
His[f] multum videor nitens,
Set non his resero fores[g],
Et conservo tibi fidem.
Ipsi vero licentius
Conquassant viduam domum,
Tot fortes quia regium
Non servant modo lectulum,
Nec, si sunt vigiles, habent
Accinctum gladio femur[5].
O si nunc venias semel!
Sim fecunda minus licet,

a) vibrantibus *c.*; nubentibus *coniecit Hauréau.* b) in cruce *addit c.* c) in cruce *deest c.*; *add. Haur.* d) en *in loco raso.* e) is *atram. pallidiore rescr.* f) s *atram. pallidiore rescr.* g) flores *c.*

1) *Cf. Ruperti comment. in Osee lib. I; Migne t.* 168, *nr.* 23. 2) *Cf. Cantic.* 5, 2. 3) *Met. VII,* 163: fessusque senilibus annis. 4) *Boethius l. l. I,* 1, 12: tremit effeto corpore laxa cutis; *Ov. Art. am. II,* 118: Iam venient rugae, quae tibi corpus arent. 5) *Cantic.* 3, 7. 8: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios . . . uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos.

Noster lectus adhuc tamen
Sanis fraglat odoribus[1],
In quo candida lilya[2]
Sunt, et cum violis rose.
Cedrinamque retro domum[3]
Hortus delitiosus est,
Vernans floribus, areis[a]
Exornatus aromatum[4];
*Et pomis redolentibus *f. 126.
Arbor feta refringitur.
Nam, quamvis glacies furit,
Non[b] messis mea friguit.
Thus et myrra, crocus, cyprus,
Nardus, fistula, balsamum[5].
Necdum vinea fertilis
Amisit laticem suum.
Menbris preterea licet
Defectis rediet viror,
Cum tu sepe reviseris,
Integre fidei thorum,
Et fecunda parens novam
Prolem parturiam tibi.
Sin vero nec adhuc venis,
Nec sponsam repetis tuam,
Lętabuntur adulteri,
Qui matrem miseram premunt,
Infantesque tuos magis
Confusamque domum prement[c]'.

IX. Sponsus respondit.

'Quam criminose me, soror, arguis,
Quo tendit ista increpitatio?
Cur esse te dicis relictam?
Coniugiine fidem reliqui?
Non permovebor, set patiar libens
Te disputantem. Stemus enim simul!
Ut iudicemur, stemus, inquam.
Iam tibi iudicio reponam.
Nunc ergo narra, si quid habes, ubi,
Quando, vel in qua re tibi defui.
Nam questa contra me videris[d],
Quod sedeas quasi derelicta[e]'.

a) aereis *c.*, *corr. Haur.*, *Bücheler*, *cf. Cant.* 5, 13: Genae illius sicut areolae aromatum. b) nos *c.* c) premunt *c.* d) vidais *corr.* videris *c.* e) re *rescript.* *c.*

1) *Cantic.* 1, 15: lectulus noster floridus. 2) *Met. IV*, 355: candida lilia. 3) *Cantic.* 1, 16: Tigna domorum nostrarum cedrina. 4) *De horto cf. Cantic.* 4, 16: Auster, perfla hortum meum et fluant aromata illius. 5) *Cantic.* 4, 13. 14: Cypri cum nardo, nardus et crocus, fistula et cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrha et aloe cum omnibus primis unguentis.

Sponsa respondit.

'Si nunc placerem taliter, ut prius,
De Libano[1] me[a] quando vocaveras,
Felicius starem, nec esset
Fracta mei capitis corona[2],
Turrimque David[3] nemo refringeret;
Pugnante quovis deforis, ex ea
Penderet armatura fortis,
Unde revincere posset hostes.
Nunc hostis antiquus ruit á mari[4],
Septemque victor collibus[5] imperat;
Pugnavit et magno molari
Perculit hoc caput ecce fractum.
Nonne vides, ubi nunc sedeat[b] Symon,
Nerone fretus, rege simillimo,
Qui cornibus finguntur agni,
Set faciunt veluti dracones?[6]
Ipsi fugarunt [vi][c] vigiles bonos,
Qui civitatem protegerent tuam[7],
Pseudoprophetas subrogavere[d]
Omne sacrum pretio trahentes.
Summus sacerdos, crimina persequens,
Aususque morbum pungere regium,
De sede Romana fugatus
Est et in exilio sepultus[8].
Mettensis antistes[9], profugus diu,
Papam secutus, plurima pertulit[e. 10].
Set digna sese fecit is, qui
Non tulit igne domum peruri,
Cum civitates Atthila[f] Gallicas[11]
Flammis cremaret — de Stephano loquor,
Servare qui novit suam rem,
Pontificemque suum reposcit[12].
*f. 126'. *Tres subrogatos stravit[g] episcopos[13],

a) quando me *c.* b) sedeas *c.* c) *add. Bücheler;* hos *supplet Hauréau.* d) subrogarunt *emendant Haur., Wattenbach, non recte, cf. 'N. Arch.' XI, p.* 413. e) tulit *in marg. atram. pallidiore addit.* f) Arthila *corr.* Atthila *c.* g) statuit *c.*; stravit *corr. Hauréau.*

1) *De Libano cf. Cantic.* 4, 8: Veni de Libano, sponsa mea *(verba sponsi petentis sponsam)*. 2) *Thren.* 5, 16: Cecidit corona capitis nostri. 3) *Cantic.* 4, 4: sicut turris David. 4) *Cf. Apoc.* 13, 1 *ff.* 5) *I. e. Romae.* 6) *Cf. Apoc.* 13, 11: et *(scil. bestia)* habebat cornua duo similia agni et loquebatur sicut draco. 7) *I. e. ecclesiam.* 8) *I. e. Gregorius VII, Salerni mortuus a.* 1085. *Mai.* 25. 9) *Herimannus (a.* 1073—1090*).* 10) *Cf. Sigeberti chronicon ad a.* 1078—1090*; SS. VI, p.* 364—366. 11) *Scilicet Heinricus IV, qui a.* 1078. *contra Mettim exercitum duxerat; cf. Kilian, 'Das Itinerar Kaiser Heinrichs IV.' p.* 81. 12) *Cf. Sigeberti chron. l. l.* 13) *Et Sigebertus (chron. ad a.* 1085*; SS. VI, p.* 365*) et Bernaldus (chron. ad a.* 1088. 1089*; SS. V, p.* 447 *sq.) et Gesta abbatum Trudonensium L. III, c.* 15*, L. IV, c.* 1 *(SS. X, p.* 246. 247*) duos tantum noverunt episcopos Herimanno a rege substitutos, Walonem et Brunonem, sed non est, cur poetae diffidamus, quia nemo aequalium tertii illius mentionem fecit.*

Et tunc reduxit pontificem suum.
Defunctus est nunc alterumque[1]
Martir[a] ei similem tuetur.
Nunc usque lugens Herbipolis sedet
Antistitem deflens venerabilem[2],
Quod functus est exul, nec eius
Vel cineres habuit sepultos.
Et civitatem Vangionum vides?
Vivente sponso[3] servit adultero[4].
Scissam dyocesim Timavi[5]
Vir suus hinc tenet, hinc adulter.
Longum tot urbes, quas[b] trahit[c], dicere,
Diffusus error[d]; nempe quis angulus
Est orbe toto tam remotus,
Qui nichil hac heresi laboret[e]?
Mirum nec est, quod de capitis malo
Sic omne corpus debile redditur;
Cum scinditur Romana sedes,
Non erit orbis in unitate.
Tu quoque modo, Leodium sedes,
Quondam meus flos[6], dulce decus meum[7],
Urbs Davidis, mons altus[f, 8], hortus
Deliciosus[9] ager[g][que[h]] plenus,
Quantum decoris deperiit tui,
Heinricus ex quo carne solutus est[10].
Insigne sceptrum, virga fortis,
Et baculus michi gloriosus[11].
Si viveret nunc, de tenebris lupi[i]
Non prodiissent, qui modo cursitant,
Nec Publicam cepisset arcem[12],
Qui merito fuit inde pulsus[13].
Vestitus alba pelle lupus[14] modo
Cum fuste longo servat[k] ovilia
Verusque pastor vult videri,
Sed lupus ipse lupis locum dat[l].

a) mater *c.*; martir *corr. Hauréau.* b) quam *c.* c) draco *coni. Bücheler*: quas draco diffusus erret. d) erret *c.*; error *corr. Hauréau.* e) laboretur *c.* f) s *alia manu addit.* g) er *alia manu addit.* h) *deest c.* i) *ad versum sequentem traxit c.* k) rvat *alia manu addit.* l) iocundat *c.*; *corr. Bücheler.*

1) *Popponem (a. 1090—1103), qui a. 1097. expulsus est; cf. supra p. 618.* 2) *Adalberonem, qui a. 1090. Oct. 6. exul mortuus et in coenobio Lambacensi sepultus est; Bernaldus ad a. 1091, SS. V, 450.* 3) *Adalberto (a. 1070—1107).* 4) *Epponi.* 5) *Aquileiensem dioecesim poeta significare videtur, sed praeter Udalricum patriarcham (1086—1121) alterum non novimus.* 6) *Cantic.* 3, 1: Ego flos campi (*verba sponsae*). 7) *Horatii carm. I, 2*: dulce decus meum. 8) *Ita saepissime Syon in vetere test. vocatur.* 9) *Cf. Cantic.* 4, 12: Hortus conclusus sponsa mea. 10) *A.* 1091. *Mai.* 23. 11) *Ierem.* 48, 17: virga fortis, baculus gloriosus. 12) *I. e. Publicum Montem (Publimont): vicus Leodiensis civitatis, ubi aedes s. Laurentii erat.* 13) *I. e. Wolbodo, minime, ut Cauchie l. l. p. 11. et p. 59. contendit, Otbertus episcopus.* 14) *I. e. Otbertus.*

Quem tu fugaras Haspanię[1] lupum[2],
In nostra rursus misit ovilia
Cum Publici montis leone[3],
Quem melior pepulit sacerdos.
Abbas probatus[4] longius exulat,
Indigna passus cum monachis suis,
Quos[a] usque nunc presens Maria,
Mater, ut est, fovet ęde parva'[5].

X.

Haec effata Dei mater[b] ad hęc ait:
*f. 127. 'O qui res hominum *noster homo regis,
Horum res egomet nunc referam[c], quia
Commisere michi seque suasque res[6].
Mons [est][d] Leodii Publicus: hic tibi
Stat sacrata domus nomine martyris
Laurentii. Satis hęc pulchra situ loci,
Heinrico satis hęc presule floruit,
A quo pulsus erat Wolbodo de domo
Predicta, sapiens nemo quod improbat,
Et Berengarius redditus in loco,
Non errante meo iudicio probus.
Quo postquam caruit presule civitas,
Is qui pulsus erat, spe sibi reddita,
Ad regem cupidum tendit et impetrat
Pravum iudicium, dando pecuniam.
Nam vis est hodie magna pecunię[e]:
Claras scit dominis auriculas dare,
Surdi sunt aliter, nil aliter vident.
Petrus, quamlibet[f] est claviger etheris,
Accedat modo, vel Paulus! 'Abi foras'
Dicetur, 'quis homo?' Si veniat Symon,
Statim notus hic est et baculum levat.
Hic, de quo loquimur, cum manibus quia
Non venit vacuis, non abiit foras.
Comparatur ad hoc illa[g] calumpnia
De Berengario: quod maledixerit
Regem, quod fuerit Gregorii[h] sequax,
Heinrico[que][i] per hoc carus episcopo,
Statim precipitur pontifici novo,

a) s *manu recentiore superscr.* b) *cum hoc carmen exscriberet, scriba usque ad lineam 25^am saepissime versuum rhythmum confudit, singulos eorum pedes dirimens diversisque lineis adnumerans.* c) rex eram c.; *corr. Bücheler.* d) *supplevi.* e) magna pecuni *alia manu in loco raso addit.* f) quidlibet c. g) illi *c.* h) *ultimum* i *in loco raso.* i) *deest c.*

1) *Hesbain.* 2) *Luponem vel Leuponem abbatem; cf. Urbani II. epist. ad Berengarium datam. Martène et Durand Coll. ampl. I, col.* 555: cuidam Luppo et symoniaca heresi et aliis capitalibus culpis publice et iuste dampnato manus imposuit (*sc. Othertus).* 3) *l. c. cum* Wolbo*done.* 4) *Berengarius.* 5) *Eberneicurte prope Remos; cf. SS. VIII, p.* 278. 6) *Cum toto hoc, qui sequitur, sermone cf. Ruperti chron. s. Laurentii c.* 44—49; *SS. VIII, p.* 276—279.

Qui presens aderat. Isque fidem dedit,
Iurans ęcclesiam prodere venditam.
Ipsi pars fuerat pacta pecunię,
Propter quam modo sunt predia vendita.
Sic eiectus abit pastor ydoneus,
Pastoremque suum pars sequitur gregis,
Illi, nota quibus vox erat illius [1]:
Externum nec enim collibuit sequi.
Occurri profugis sic quasi filiis,
Suscepique casa [a] paupere [2]. Sunt ibi,
*Donec precipias, ut sileat mare, *f. 127'
Ventorumque gravis concidat impetus [3].
Annus postea iam tercius exiit.
Quartus nunc agitur; spesque diutina
De te pendet eis cum patientia.
Hoc anno monachos, qui patientia
Suscepere [b] lupum vituperabili,
Presul Leodii, vir bonus [c], expulit [4],
Dum clamant Symonis feda negotia.
Ipsi quesierant me specialius [d. 5]:
Dispersis ideo non ego defui.
Per terras, per aquas [6] dux, comes extiti,
Donec cum socio composui grege.
Nunc omnes pariter servo fideliter,
Qui venere prius, quique novissime.
Reddendos numero, si placet, integro
Preter Gundvinum, qui tumulatus est.
Nec Laurentius hinc iure potest queri [e].
Primum namque meus, quam suus, hic fuit.
Tungris hunc alui [7]. Nunc igitur meum
Suscepi, quoniam carus erat michi'.

XI.

Presens erat Laurentius,
Miles David fortissimus,
Qui passus est martirium
Propter Marię filium.
Vicitque mundi principem
Desiderabilem sequens

a) causa *corr.* casa *c.* b) suscipere *c.* c) *ita c.; quod tamen ad sententias quas poeta et ante et postea de Otberto profert, minime quadrat, nisi ironice dictum sit; cf. XI, 31; XII, 15.* d) specialius *c.* e) potest queri *omnino praeter litteram* p *in loco raso alia manu suppl.*

1) *Ioh.* 10, 4 *sq.*: oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius, alienum autem non sequuntur. 2) *I. e. Eberneicurte; cf. IX, 88.* 3) *Cf. Marc.* 4, 39. 4) *A.* 1095. *Mart.* 21, *cf. SS. VIII, p.* 278. 5) *L. l. c.* 48; *SS. VIII, p.* 278: monachi communibus supplicationibus in communi statutis prosternebantur singulis noctibus in crypta ante altare beatae Mariae virginis et ad tumulum sancti episcopi Wolbodonis. 6) *Cf. l. l. c.* 49, *de monachorum itinere.* 7) *I. e. in ecclesia s. Mariae Tungrensi.*

Perhenne desiderium
Perpetuorum collium.
Cui debitor[a] spontaneus
Et redditor iustissimus
Duas coronas reddidit;
Duas enim promeruit.
Unam misericordię,
Quam fecerat in pauperes.
Et alteram victorię,
Qua vicit impurum Iovem[b].
Surrexit hic et astitit,
Ab igne qualis rediit,
Auro probato similis,
Quando per ignem transiit.
'O Christe', inquit, 'nunc meus
Tortor revixit Decius.
Rursus parat craticulam
Rursusque thesauros avet[c].
Et quos ego congesseram
Dandos in usus pauperum,
Furatus illi prodidit[d]
Mercator impurus[e] Symon.
Nam primus assultus tuli
Leodiensis Symonis[1].
Tu scis, michi quid fecerit,
Me quomodo nudaverit.
Sic est enim, sicut tibi[f]
Virgo parens innotuit.
*f. 128. *Memento, qui iudex meus
Et testis es et conscius,
Quod cor meum probaveris
Examinans incendiis,
Et non meis in renibus
Iniquitas inventa sit.
Ob hoc munda precor[g] prece:
Detur locus voci meę!
Iam res iacentes releva,
Causam meam iam iudica!'
Tunc Dominus, qui simplicis[h]
Respexit Abel hostiam,
Respexit ad Laurentium,

a) debite *c.*; *corr. Hauréau.* b) *v.* 15. *et* 16. *in eadem linea scriba exaravit.* c) auget *corr.* au et. d) Furatus illi prodi *manu recentiore in loco raso supplet.* e) Mercator impur *eadem manu recentiore in loco raso supplet.* f) *v.* 34. *et* 35. *in eadem linea.* g) precor munda *signis positis corr.* munda precor *c.* h) is *alia manu rescript.*

1) *I. e. Otberti; cf. Cauchie l. l. p.* 12 *sq.*

Qui concrematus ignibus
Odor suavitatis est[a],
Ex viva[b] factus[c] hostia[d].

XII.

Ecce desertis redit a Florinis[1]
Ille precursor Domini Iohannes,
Afferens scissam tunicam, cameli
Vellere textam.
Non erat sponsus, sed amicus eius[2],
Et tamen, sponsam quia diligebat,
Fornicatores et adulterantes
Oderat omnes.
Propter hoc, ira subigente iusta,
'Sunt', ait, 'iuste nimium querelę,
Quas agit coniunx. Pateris malignos
Vivere mechos?
Quis ferat, quod Leodium, fidelis[e]
Civitas quondam, Symonis forum sit?
Cum tua sponsa modo vendidit me
Venditor ille[3].
Quid modo cessas, Petre[f], qui solebas
Fortiter quondam gladio ferire,
Non ferens pennas Symonis procaces
Alta subire?[4]
Mitte iam verbi iaculum potentis:
Ut[g] cadat rursus redivivus hostis,
Quando iudex tam patienter omnes
Portat iniquos[h]'.
'In Dei verbo', Petrus inquit, 'unquam
Nil agam, verbi nisi sit voluntas.
Nempe si vellet, modo vindicassem
Me quoque tecum.
Tu vides illum[i] Bronii[k] latronem,
Qui domus claves quia non habebat,
Presulis palo sibi clausa subtus
Limina fodit'[5].

a) v. 49. et 50. in eadem linea. b) *fortasse* vivo *coniciendum est.* c) *in loco raso.* d) *ex inde, quod hanc stropham poeta imperfectam reliquit neque extremos versuum 46—50. pedes syllabis consonantibus vel assonantibus, ut supra solitus est, coniunxit, toti huic carmini extremam manum non accessisse elucet.* e) *v.* 13. *et* 14. *in eadem linea: ita in hoc carmine saepius rhythmus confusus est.* f) o Petre *c.; quod tamen cum metro pugnat.* g) et *c.* h) nquos *alia manus corr.* iniquos. i) *manu recentiore superscr.* k) *sequuntur una littera erasa et littera* c.

1) *Cf. chron. s. Huberti Andagin. c.* 70 (82); *SS. VIII, p.* 602. *Iohannes Baptista patronus monasterii Florinensis fuit.* 2) *Cf. Ioh.* 3, 29. 3) *Florinis Otbertus Gislebertum abbatem constituerat; cf. chron. s. Huberti l. l.* 4) *Cf. Acta s. Petri Lino papae ascripta c.* 10: *Acta Sanctorum Iunii t. V, p.* 427. 5) *Hic Otbertus Guiremundum intruserat; chron. s. Huberti l. l.; Petrus monasterii Broniensis patronus fuit.*

Nec minus Trudo venerabilis vir
De suo monstro[1] queritur dolenter,
Pontifex dignus sibi quem reduxit,
Quemque sacravit.
Sanctus Hubertus, venerandus evo,
Mestus[a] accedens, aliis loquutis,
*f. 128'. *De suis rebus lacrimabili sic
Voce profatur:
'Quamdiu solus senior sedebo?
Quamdiu natos profugos videbo?
Nonne te tangit mea solitudo,
Maxime princeps?
De meis nullus monachis remansit.
Exul est abbas[2] monachique secum,
Propter[b] illum, qui sibi consecravit
Mammonis aras.
Terruit mentes nova res eorum,
Quod vident monstro Symonem volantem,
Clara qui cęli petit astra pennis
Non sibi natis[3].
Quid sibi vult hoc, quia iudicavit
Clerus abbatem? 'reus', inquit, 'est hic[c],
Quod recusavit, tocies vocatus,
Dicere causam'[4].
Non erat vobis ea causa nota,
Cur refugisset Iezabel Helyas?
Scilicet tollit Domini prophetas,
Diruit aras[5].
Veritatem si nichil impediret,
Vos magis staret[6] fore iudicandos,
In choro quorum lupus est sacratus
Haspaniensis.
Ille dampnatus fuit ore vestro,
Presul Heinricus maledixit illum
Stantibus vobis. Amen addidistis
In maledictum[7].
Attamen vos nunc ibi constitistis,
Talis hic abbas[d] ubi consecratur.
Nonne vos partem sceleris tulistis
Hoc[e] patientes?

a) mestis *aut* mettis *c.* b) propropter *c.* c) hoc *c.*; oc *manu recentiore supplet.* d) albas *c.* e) oc *manu recentiore supplet.*

1) *I. e. Lupone vel Leupone abbate; cf. supra p.* 636, *n.* 2. 2) *Theodericus; cf. chron. s. Hub. c.* 70 *(*82*), p.* 603. 3) *Cf. supra p.* 639, *n.* 4. 4) *Cf. chron. s. Hub. c.* 90 *(*114*), SS. VIII, p.* 623*; epistola Theoderici abbatis ad Urbanum papam II. a.* 1098. *data:* adeo provocavimus adversum nos iram Otberti, ut — locato iudicio quorundam abbatum et archidiaconorum suorum officium abbatis omnino nos interdiceret. 5) *Cf.* 3. *Reg.* 18, 13. 6) *I. e. praestaret.* 7) *A.* 1085. *Iun.* 15*; cf. Gesta abb. Trud. III,* 3. 4, *SS. X, p.* 241. 242.

Preter hoc autem, rogo vos, videte
Publicum montem, Bronium, Florinas[a]
Wolbodonem vos quoque indicasti,
Rursus habetis.
Et meus Berengarius, rogatum
Quem dedi vobis alias in horas,
Pulsus est ulla sine lege, nulla
Cum ratione.
Quid modo, vultis, meus abbas dicat?
Queritis causas, ubi tot videtis?
Indicastis vos potius nocentes
Theodericum. c. 129.
Iudices tales, dominator orbis,
Perdoce, queso, meliore sensu,
Quo suam culpam fateantur, atque
Nostra reponant'.

XIII.

Mater nostra Sion dum stat et audit,
Quę mala pertulerit, dinumerari,
Sic oculis lacrime prosiluere,
Sicut aromatici virgula fumi
Thure superposito surgit ab igni[1].
'Sic', ait, 'excutior, summe creator.
Hec mala cuncta super me ceciderunt,
Quę sum passa[b] meo crimine nullo.
Heu me! quanta tuli! quot mala vidi,
Ex quo fratris Abel concidit ictu!
Qui tunc me feriit malleus, idem
Durat adhuc; superest et faber idem.
Iam mea continuo fracta labore
Venit ad usque gravem vita senectam.
. . . .

a) Florinis *c.* b) passa sum *c.*; *quod cum metro pugnat.*

1) *Chron. s. Laur. c.* 44, *SS. VIII. p.* 276. 2) *Cantic.* 3, 6: Quae est ista, quae ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae et thuris per desertum?

TRACTATUS EBORACENSES.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Ut in prioribus huius seriei tomis opuscula nonnulla Gallica, in quibus verbosum Hugonis Floriacensis de regia potestate et sacerdotali dignitate tractatum[1], *typis descripta sunt, corpus quoddam* 31 *tractatuum, in codice* 415. *collegii 'Corpus Christi' universitatis Cantabrigiensis servatum*[2], *e quibus unus tantum atque is minoris momenti hucusque editus est, etsi nihil ad patriae historiam faciunt, omittere noluimus, praesertim cum eorum auctor sententiarum pondere optimos sui temporis scriptores aequaverit, ne dicam exsuperaverit. De quibus postquam V. rev. Harmer, tunc bibliothecae praefectus, nunc episcopus Adelaidensis, accuratius in usum nostrum retulit, C. Hampe, A. Rogers, Maria Bateson* 12 *eorum descripserunt, ceteris, qui parum ad propositum nostrum facere viderentur, neglectis aut summatim excerptis. Acuratius, quidquid de eis statuere videbatur, in 'Zeitschrift für Kirchengeschichte' exponere mihi in animo est. Commentationem ergo ibi evulgandam adhibeat, si quis me in hoc prooemio audacius quidquam coniecisse existimat.*

Ac primum quidem similitudine sermonis, sententiarum, auctoritatum quae laudantur perductus totum corpus unius auctoris esse mihi persuasi, ex eius adversariis post mortem a discipulis vel asseclis congestum, ita ut duorum tractatuum nonnisi fragmenta, duorum recensionses priores et posteriores integrae reciperentur. De auctore nihil traditur. Sed Wilhelmo Bona Anima archiepiscopo (a. fere 1080*) maioris ecclesiae Rotomagensis, a. vero* 1102. 1103. *maioris ecclesiae Eboracensis matricularius fuit, cuius praesulem a.* 1102. *in. Romam comitatus esse videtur. Ceterum vir litteratissimus fuit, curiae a.* 1080. *et* 1103. *infestissimus, regi vero a. fere* 1103. *religiosissime deditus, ordine, cum tunc summo studio episcoporum rem ageret, a.* 1102. *ipse fortasse episcopus. Qua de re inquirere liceat, quantum ea quae exploravimus ad ea quadrent, quae de Girardo archiepiscopo Eboracensi comperta habemus.*

Girardus[3] *ille e gente nobilissima Normannica editus Wilhelmo Bona Anima archiepiscopo cantor maioris ecclesiae Rotomagensis fuit*[4]. *Unde a Wilhelmo I. rege*[5] *in An-*

1) *Falso Sackur, 'N. Arch.' XVI, p.* 369 *sqq. libellum Henrico I, regi Anglicano, dicatum non ad litem Henrici I. et Anselmi, sed ad litem imperatorum et pontificum spectare censuit.* 2) *Quod breviter descripsit Nasmith, 'Catalog. of Corpus Christi College' p.* 388, *accuratius Hampe, 'N. Arch.' XXII.* 3) *Cf. de eo Max. Schmitz, 'Gerhard von York' (Progr. Realsch. Crefeld.* 1884*); F. Liebermann, Quadripartitus, 'Ein engl. Rechtsbuch von* 1114*' p.* 36—39. 51. 54. 151—163; *'Dictionnary of National Biography' XXI, p.* 208—210. 4) *Chron. Roberti de Monte ad a.* 1100, *SS. VI, p.* 481. 5) *Hugo Sotovagina, hist. quattuor archiepisc. Eborac., ed. Raine, 'Historians of the church of York, Rolls Series' II, p.* 109.

gliam vocatus per decem fere annos in capella regia meruit. Postea vero [illegible] inter regis cancellarios et consiliarios sibi paravit, ut a. 1095 [illegible] vitteretur, pro se et pro rege Willelmo II. Rufo [illegible] Urbano II papa contra Anselmum, archiepiscopum Cantuariensem, impetraturus[1]. Quod licet non omnino, ut [illegible] expectaverat, tamen eodem anno [illegible] episcopatum Herefordensem obtinuit[2]. Willelmo II. mortuo Henricum I. regem [illegible] consilio et suffragio adiuvisse videtur. Propterea a. 1101. Ian. 6.[3] [illegible], ut moris erat, licentiam canonicam a papa petere posset, a rege ad illum [illegible] Eboracensem translatus est.

Iam autem, et propinquitate[5], ut videtur, et officio, quo in capella regia functus erat, regi admodum obstrictus, cum statim controversia, quae de [illegible] inter eum et Anselmum exarsit[6], magis magisque incitatus est, ut ab illo staret una qui [illegible] primatem [illegible] dignitatem aggrederetur. Qua de re, cum a. 1102. in pallium petiturus Romam proficisceretur, rex eum, ut a. 1095, sibi papae auxilium contra Anselmum acquirere et ius investiturae [illegible] ab illo et papa [illegible] regno a Paschali ipso vindicare iussit[7]. Et Romae quidem, qua erat [illegible]dia et sollertia[8], papam adeo sibi conciliasse dicitur, ut ille semel colloquio quodam privato se regi obsecuturum esse promitteret. At nihilominus coram Anselmi legatis Paschalis, qua erat inconstantia, quae regi modo concessisse visus erat, damnavit litterisque ad Anselmum datis[9] investituram regno iterum interdixit. Ita factum est, ut in concilio a. 1102. Sept. 29. 30. Westmonasterii habito[10], quo lis regni et sacerdotii diiudicari deberet, inter Anselmi et regis legatos magna controversia de vera sententia papae [illegible]tur. Anselmus statim secundo ad Paschalem appellavit. Qui, licet ne tunc quidem satis sibi constans, Girardum et episcopos, qui cum eo Roma modo reversi, mendacii reos excommunicavit[11] litterisque specialibus eadem die ad Girardum datis ab illo efflagitavit[12], ut tandem aliquando ius iurandum oboedientiae praestans se et ecclesiam Eboracensem primati subiceret.

Tot et tantis ergo iniuriis Girardus a primate et a papa affectus erat, ut vix aliud atque auctor tractatuum Eboracensium de eis et de primatu Romano et Cantuariensi sentiret[13]. Accedit, quod ab omnibus fere rerum scriptoribus vir admodum lubricus, infulis episcopalibus prorsus indignus[14], Deo et hominibus invisus[15], *fidei orthodoxae quoque adeo expers fuisse narratur, ut unus ex eius familiarissimis eum publice foederis clandestini cum diabolo initi accusare non vereretur[16]. Iam vero Firmici Materni libros Matheseos calluisse videtur[17], opus opinionum haereticarum refertissimum, ubi tamen eadem fere quae noster, ut ita dicam, christiano tantum velo cooperta, sescenties de praedestina-*

1) *Freeman, 'Reign of William Rufus' I. p.* 521—525. 2) *L. l. I. p.* 543 *sq.* 3) *Hugo l. l. II. p.* 109. 4) *L. l. p.* 112: Si antea elegisse licuisset, Thomae Thomas II., patruo, nepos quasi iure hereditario successisset. 5) *Nepos enim Walkelini, episcopi Wintoniensis, erat, qui gentis regiae affinis vel consanguineus esse videtur; cf. 'Dictionnary' XXI. p.* 208. 6) *De qua cf. Hugo l. l. p.* 109 *sq.* 7) *Schmitz, 'Engl. Investiturstreit' p.* 34—40. 8) *Hugo l. l. p.* 110. 9) *Epist.* 73. 74; *Migne t.* 163, *col.* 91—94; *Jaffé nr.* 5909. 5910. 10) *Schmitz l. l. p.* 41 *sq.* 11) *Pasch. II. epist.* 83. *et* 86; *Migne* 163, *col.* 105—107. *Jaffé nr.* 5928. 5929. 12) *L. l. epist.* 87. *l. l. col.* 107 *sq.; Jaffé nr.* 5930. 13) *Episcopos provinciae Cantuariensis ab Anselmo reprobatos iussu regis consecrare paratus erat; Schmitz l. l. p.* 41. 14) *Cf. Hugonis Flavin. Chronica App. SS. VIII, p.* 496; *Willh. Malmesbur. Gesta Pont. l. IV. p.* 118. 15) *Willelm. Neuburg. l. I. c.* 3, *ed. Howlett Rolls ser. p.* 28. 16) *Hugo Flav. l. l.* 17) *Ranulfus Higden. Chron. ed. Lumby VII. p.* 420; *cf. Lieberman, Quadripartitus p.* 39.

tione protulit, de fato et sideribus exponuntur. Ceterum Girardum quoque litteratissimum fuisse[1]*, in prosa cum Tullio, in poesi cum Vergilio comparandum*[2]*, inter omnes constat. Quidquid ergo usque ad id temporis de archiepiscopo explorare potuimus, quo ultimum eorum tractatuum, quorum epocha aliquanto certius definiri potest, compositum esse constat, coniecturae propositae non male congruere videtur.*

Neque vero quae Girardus ex eo tempore gessit, ei obstare existimo. Anno enim 1105. *in. et Anselmus et Paschalis II, postquam per biennium nulla inter utrosque consuetudo intercessit, repente ad archiepiscopum Eboracensem epistolas dederunt*[3]*, ille vero summa devotione, ne dicam adulatione, utrique respondit, ad Anselmi factionem se cessisse professus illumque, ne iam verbis, sed tandem factis regem impugnaret, aperte cohortatus. Qui cum Girardo parum confisus paulisper cunctaretur, Eboracensis aliis epistolis nil se antiquius habere pro certo affirmavit, quam ut primas exul tandem in Angliam reverteretur et perturbationem ecclesiae afflictae sedaret. Dubitari ergo non potest, quin, paullo antequam inter regem et Anselmum pax redintegrata est*[4]*, Girardus in gratiam primatis redire diligentissime studuerit. Quod qua de causa fecerit, non constat neque coniectura probabili assequi posse mihi videor. At hac inconstantia archiepiscopi seductus dixerit quis, quidquid de auctore tractatuum statuimus, irritum esse, cum adeo, ut Girardus, noster animum aut saltem factionem mutare vix potuerit. At cur illum a clericis sui temporis tanto differre putamus, quorum permultos in magno illo regum et pontificum certamine modo huc, modo illuc inclinasse, modo paparum sectatores devotos, modo regum propugnatores studiosos, utcumque aliquantisper eis utile videbatur, extitisse non ignoramus*[5]*, praesertim cum noster Anselmo et Paschali obstinatius repugnantibus, quam quisquam speraverat, ad hanc inconstantiam eo facilius seduci posset, quo maiore studio iam a.* 1101. *et* 1103. *investiturae regali effectum spiritualem deesse argumentatus Gregorianis quoque satisfacere contenderat? Iam vero omnes quos noster pro rege scripsit libellos ante a.* 1104. *in. compositos esse patet, multo videlicet, antequam Girardus cum Anselmo se reconciliavit. Ceterum in codice nostro fragmentum unius libelli habetur, quo auctor dignitatem pontificalem regiae multo antecedere demonstrat*[6]*, quod equidem tunc temporis, quo Girardus, nescio, qua de causa, ad Anselmi partem transiit, conditum esse coniecerim. Sic ne levis quidem suspicionis ansa relinquitur, immo non modice sententia proposita confirmari videtur. Girardum ergo aut certe clericum ei familiarissime coniunctum auctorem totius corporis libellorum pronuntiare non vereor.*

De archiepiscopo ipso, ut redeam, unde diverti, pauca adicienda sunt. Paci a. 1107. *Aug. in. inter regnum et sacerdotium factae*[7] *se non subtraxit neque pacto, quo rex litem inter ipsum et Anselmum de professione oboedientiae exortam componere studuit*[8]*, suffragium suum denegavit, praesertim cum inde Eboracensis ecclesiae auctoritas nihil damni contrahere videretur. Deinde Hierosolyma peregrinari parabat. Sed iam a.* 1108. *Mai.* 21, *cum synodum cum Anselmo celebraturus Londinium proficisceretur, in praedio suo Suthwellensi morte praeventus est*[9]*. Adeo autem de haeresi et impudicitia*

1) *Liebermann l. l. p.* 162, *n.* 9. 2) *Hugo l. l. II, p.* 109. *Carmen unum edidit Dixon-Raine, 'Lives of the archbishops of York' p.* 162. *Epistolas saeculo XII. in codice bibliothecae Beccensis asservatas (cf. catalogum librorum abb. Becc., Ravaisson, 'Rapports' p.* 793. *Migne* 150, *col.* 781) *deperditas dolemus. Quae in Quadripartitu p.* 151 *sqq. extant, non sufficiunt, ut sermonem nostri et Girardi accurate conferamus.* 3) *Cf. Quadripart. p.* 155 *sqq.* 4) *A.* 1105. *Iul.* 21; *Schmitz l. l. p.* 85. 5) *Cf. quae K. Francke de Theoderico episcopo Virdunensi praefatus est, Lib. de lite I, p.* 280 *sqq.* 6) *P.* 85—86. 7) *Schmitz l. l. p.* 101 *sq.* 8) *'Historians of York. Notice of the struggle of the churchs of York and Canterbury' III, p.* 14—16, *quam notitiam Cantuariae compositam esse patet.* 9) *Hugo l. l. p.* 111.

suspectus videbatur et capitulo suo odio erat, ut illud, quominus in eadem ecclesia sepeliretur, pertinaciter recusaret[1].

Etsi ergo sententias quas iuvenis defendit, senex, impias aut certe inutiles ratus, reiecit ideoque hi libelli, quos ei vel uni ex eius familiaribus attribuimus, penitus nihil ad componendam litem de investitura exortam fecerunt, tamen ea quae scripsisse videtur non parvi momenti esse existimo. Ut enim ipse non male mores et sententias capellanorum et clericorum Wilhelmi II. Rufo familiarium illustrare videtur, ita tractatus egregia non tam eius, qua eos scripsit, aetatis, quam aetatis Wilhelmianae documenta censeantur oportet, qua papa nondum agnito ecclesia Anglicana a rege solo administrabatur talesque de ecclesiastico principum regimine et de primatu Romano inter clericos regis sententiae nasci poterant, quales ante Iohannem Wiclefum nemo in Anglia, nedum in Europa, vel cogitare aut pronuntiare ausus est.

Berolini a. 1896. *Nov.* 18. *H. BOEHMER.*

I.

AN LICEAT SACERDOTIBUS INIRE MATRIMONIUM.

Quo anno et quo loco hic tractatus compositus sit, certo definiri nequit. Etenim et in Normannia et in Anglia scribi poterat, hic a. fere 1075—1085, *illic a. fere* 1102. *Hic iam a.* 1074. *in. Iohannes, archiepiscopus Rotomagensis*[2], *clericis matrimonium interdixit coniugatosque ab altari removere studuit. Sed clericis contradicentibus, ut alii praelati, nihil effecit. Neque vero quae synodus Iuliobonnensis a.* 1080.[3] *Wilhelmo I. rege praesente de caelibatu statuit, episcopi exsequi poterant. Immo vel* 30 *annis post clerici palam uxores legitimas ducere consuerant*[4]. — *In Anglia primus Anselmus, archiepiscopus Cantuariensis, caelibatum introducere contendit*[5]. *Deinde a.* 1102. *Sept.* 30. *synodus Westmonasteriensis Gregorii decreta de hac re edita confirmavit*[6], *sed ne illic quidem, quamquam rex quoque coniugatos aliquamdiu poenis persequebatur*[7], *Gregoriani pervicerunt. Immo* 3 *annis post Heinricus*[8], *ut aliquantulum fremitum clericorum repugnantium compesceret, regia auctoritate Anselmo invitissimo legem vix promulgatam abrogavit. Ex argumento libelli ergo, quando compositus sit, effici non potest. Sed inde quod non semel auctor eisdem rationibus et auctoritatibus utitur, quibus in apologia pro filiis sacerdotum, a. fere* 1075. *tractatum in Normannia scriptum esse coniecerim. Accedit, quod a.* 1102. *Girardus, cui hoc quoque commentariolum attribuere nobis videtur, Heinrici precibus obsecutus una cum Anselmo clericos libidinosos et coniugatos opprimere conabatur*[9].

Tractatus iam a. 1641. *ab J. Hall, episcopo Norwicensi, evulgatus et in sermonem Anglicum versus est*[10]. 150 *annis post Theiner*[11] *maximam eius partem in sermonem Germanicum vertit. Denique eum Carolus Hampe in usum nostrum contulit.*

Scire velim, quis primus instituit, ne sacerdotes christiani inire deberent matrimonia, Deus an homo. Si enim Deus, eius certe sententia et tenenda et observanda est cum omni veneratione et reverentia. Si vero homo et non Deus, d

1) *Quadrip.* p. 163; *Willh. Malmesb. hist. Pontif.* III. 118; *Willh. Newburg. l. I. c.* 3, p. 28. 2) *Hefele, 'Conciliengesch.'* V², p. 35 sq. 3) *L. l.* V, p. 153. 4) *Theiner, 'Einführung der erzwungenen Ehelosigkeit'* II, p. 313. 319 sq. 5) F. Liebermann, *'Anselm von Canterbury und Hugo von Lyon. Aufsätze, dem Andenken an Waitz gew.'* p. 172. 6) *Mansi t. XX. col.* 1149—1153. *Hefele l. c.* V, p. 268 sq. 7) *Anselmi epist.* III. 109. *Migne* 159, col. 146 sq. 8) *Ibid.* 110; *l. l. col.* 148 sq. 9) *'Historians of York'* III, p. 23—26. 10) *'The honour of the married clergie'* (London 1641), *'Works'* (London 1647) t. I, p. 756—761. 11) *'Einführung der erzwungenen Ehelosigkeit'* II, p. 323—326.

corde hominis et non ex ore Dei talis egressa est traditio, ideoque nec per eam
salus adquiritur, si observetur, nec amittitur[a], si non observetur. Non enim est
hominis salvare vel perdere aliquem pro meritis, sed Dei proprium unius[b] est.
Sed quod Deus hoc instituerit, nec in veteri testamento nec in euangelio nec in
apostolorum epistolis scriptum repperitur, in quibus quicquid Deus hominibus prę-
cepit insertum describitur. Traditio igitur hominis est, non Dei, non apostolorum
1. Tim. 3, 2. institutio. Quoniam et apostolus instituit, ut *oportet episcopum esse unius uxoris*
virum. Quod minime instituisset, si adulterium esset, quod episcopus haberet simul et
uxorem et ęcclesiam, quasi duas uxores, ut quidam asserunt. Quod quia de scripturis
sanctis non habet auctoritatem, eadem facilitate contempnitur, qua dicitur. Sancta
enim ęcclesia non sacerdotis uxor, non sponsa, sed Christi est, sicut Iohannes dicit:
Ioh. 3, 29. *Qui habet sponsam, sponsus est.* Huius, inquam, sponsi ęcclesia sponsa est, et tamen
*p. 240. huic sponsę licet in parte inire matrimonia *ex apostolica traditione. Dicit enim apo-
1. Cor. 7, 2. stolus ad Corinthios: *Propter fornicationes,* inquit, *unusquisque uxorem suam habeat* et
ib. 7. cętera usque: *Volo omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium donum*
habet a Deo, alius quidem sic, alius vero sic. Non enim omnes habent unum donum,
virginitatis scilicet et continentie, sed quidam virgines sunt et continentes, quidam vero
ib. 9. incontinentes, quibus concedit nuptias, ne temptet eos Sathanas propter incontinentiam
suam, et in ruinam turpitudinis corruant. Sed et sacerdotes quoque, alii quidem con-
tinentes sunt, alii vero incontinentes. Et qui continentes sunt, continentię suę donum
a Deo consecuti sunt, sine cuius dono et gratia continentes esse non possunt. Inconti-
nentes vero hoc donum gratię minime percipiunt, quia cum intemperantia suę con-
spersionis, tum etiam animi infirmitate per carnis desideria diffluunt. Quod nullo modo
facerent, si continentiae[c] gratiam et virtutem a Deo percepissent. Sentiunt enim et ipsi
Rom. 7, 23. 24. *aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis*[d] *suę et captivantem*[e] *eos in lege peccati*
et quod nolunt agere cogentem. Qui[f] *de corpore mortis huius* liberantur gratia Dei.
*p. 241. Hac itaque eos lege captivante, et carnis concupiscentia stimulante, *aut fornicari
coguntur aut nubere. Quorum quid melius sit, apostolica docemur auctoritate, qua
1. Cor. 7, 9. dicitur: *Melius nubere, quam uri.*

Quod melius est, id certe eligendum et tenendum est. Melius est, inquam, nubere,
quia peius est uri. Quia igitur melius est nubere, quam uri, conveniens est inconti-
nentibus, ut nubant, non, ut urantur. Bonę etenim sunt nuptię, quia, sicut Augustinus
ait in libro super Genesim ad litteram[1], in ipsis commendatur bonum naturę, *quo in-*
continentię regitur pravitas, et naturę decoratur feconditas[g]. Nam[2] *utriusque sexus in-*
firmitas, propendens in ruinam turpitudinis, recte excipitur honestate nuptiarum, ut quod
sanis possit esse officium, sit egrotis remedium. Neque enim, quia incontinentia malum
est, ideo conubium, vel quo incontinentes copulantur, non est bonum. Immo vero non
propter illud malum culpabile est [hoc[h]*] bonum, sed propter hoc bonum veniale est illud*
malum: quoniam id quod bonum habent nuptię et quod bonę sunt nuptię, peccatum esse
nunquam potest. Hoc autem tripartitum est: fides, proles, sacramentum. In fide atten-
ditur, ne preter vinculum coniugale cum altera vel cum altero concumbatur[i]. *In prole,*
*p. 242. *ut amanter *suscipiatur, benigne suscipiatur*[k]*, religiose educetur. In sacramento, ut con-*
iugium non separetur et dimissus aut dimissa nec[l] *causa prolis alteri coniungatur. Hęc*
est tanquam regula nuptiarum, qua vel naturę decoratur feconditas[g] *vel incontinentię regi-*

a) admittitur c. b) unus c. c) continentia *corr.* continentiae. d) menti c. e) capti-
vanti c. f) Quia c. g) *sic c.* h) *deest c.* i) concubatur c. k) *sic c.*; nutriatur *Aug.* l) ne c.

1) *L. IX, c. 7, § 12, Opp. III, col. 247; ed. Zycha p. 276, paucis mutatis.* 2) *Ibid.*
paullo supra.

tur pravitas. Hanc autem regulam nuptiarum et hoc tripartitum bonum instituit ęterna veritas ordine decenti et lege ęterna, contra quam quicquid fit vel dicitur vel concupiscitur, peccatum est. Quod in libro contra Faustum Manicheum Augustinus testatur dicens: *Peccatum est factum vel dictum vel concupitum aliquid contra ęternam legem. Lex vero est divina voluntas vel ratio ordinem naturalem conservari iubens, perturbari vetans*[1]. Quicquid igitur ordinem naturalem perturbari iubet, conservari vetat. Nuptias autem et earum tripartitum bonum, fidem scilicet, prolem et sacramentum, eos habere prohibet et regulam illam ęternę veritatis, qua naturę decoratur fecunditas, sed incontinentię regitur pravitas, eos solvere precipit et cętera, quibus naturalis ordo perficitur, abhominari iubet. Hoc, inquam, mandatum [a]naturalem ordinem conservari vetat, perturbari iubet et ideo contra ęternam legem fit et peccatum est. Peccant ergo, qui mandatum tale instituunt, quo naturalis ordo destruitur. Nam etiam, ut videtur, minime credunt, quod de sacerdotum filiis assumat Deus ad ędificandam supernam civitatem et ad restaurandum angelorum numerum[2]. Si enim crederent, nunquam tale mandatum instituerent, quia scienter et nimia temeritate id efficere conarentur, ut superna civitas nunquam perficiatur, et angelorum numerus nunquam reparetur. Si enim superna civitas de filiis etiam sacerdotum perficienda est, et si angelorum numerus de ipsis etiam reparandus est, qui hoc efficere conatur, ut nulli[b] sint, quantum in ipso est, et supernam civitatem destruit, et, angelorum numerus ne[c] perficiatur, efficit. Quo quid[d] perversius potest fieri? Hoc etenim fit contra voluntatem et prędestinationem illius, qui quę futura sunt fecit. Fecit enim prędestinatione quę futura sunt in opere. Quicunque ergo id efficere conatur, ut non faciat Deus in opere, quę fecit in prędestinatione, ipsam prędestinationem Dei conatur evacuare[e]. Si ergo Deus fecit in prędestinatione, ut filii sacerdotum futuri sint in opere, quia hoc efficere conatur, ut non futuri [f]sint in opere, destruere molitur factum[f] Dei quod fecit prędestinatione, et ita prędestinationem[g] Dei nititur evertere et voluntati[h] Dei contraire, quę ęterna est. Voluit enim Deus ab ęterno et ante sęculum omnes homines creare in sęculo, certo quidem ordine, quo pręcogitavit et prędestinavit eos se creaturum. Nichil enim inordinate facit, nichil in sęculo creat, quod non ante in prędestinatione suę mentis procedente omnia sęcula[i] disponendo pręordinaverit. Quecunque ergo in hoc sęculo ab ipso creantur, prędestinationem mentis prędisponentem ac pręordinantem omnia necessario secuntur, quia impossibile est non fieri, quod Deus ab ęterno voluit et pręordinavit fieri. Necesse est igitur omnes homines eo ordine creari, quo voluit ab ęterno et pręordinavit. Alioquin non sicut[k] voluit Deus neque sicut pręordinavit, omnes homines sunt creati; sed quia hoc inconveniens est, necesse est illos creari, sicut voluit ab ęterno et pręcogitavit[l] atque pręordinavit, qui omnia, quę voluit, fecit et nichil unquam fecit[m], nisi[n] quę voluit ab ęterno et pręcogitavit decreto[o] certo et incommutabili. Quia nec eius voluntas irrita potest fieri nec pręcogitatio [p]falli nec pręordinatio commutari. Quę cum ita sint, necesse est, ut sicut laici, ita etiam sacerdotes, de quibus homines creantur, ad ipsos creandos ministerium exhibeant divinę voluntati et pręordinationi. Parentes non sunt auctores creationis filiorum, sed ministri[3]. Qui si ministerium non exhiberent,

a) naturale [illegible] [illegible]

1) *Lib. XXII,* c. 27, *Opp. VIII,* col. 378; *ed. Zycha p.* 621. 2) *De hac* [illegible] *sententia auctor Augustinum secutus est;* cf. *Enchir. ad Laurentium* §§ 28. 29, *Opp. VI* col. 236 sq. 3) Cf. *infra p.* 650, *n.* 1; *Ep.* [illegible] *IV* c. 77, [illegible] *p.* 62: Auctores quidem vitę nostrę parentes non sunt, sed ministri.

voluntatem Dei et prȩcogitationem, si possibile esset, irritam facerent ordinationique resisterent. Quod si scienter facerent, gravius utique delinquerent, si nescienter, minus, non solum in Deum patrem, sed et in celestem Ierusalem, sanctorum omnium matrem, quia, quantum in ipsis esset, illos creari non permitterent, ex quibus est ȩdificanda et cȩlestis patriȩ damna sunt reparanda[a]. Sed ab hoc delicto defendit eos inpotentia, quia non possunt voluntati Dei resistere et prȩordinationi contraire. Voluntas enim Dei et prȩdestinatio lex ȩterna est, in qua omnium rerum cursus decretus est, et paradigma est, in quo omnium sȩculorum forma depicta est, quȩ[b] nulla ratione aboleri[c] potest. Huic igitur ministerium non exhibere malum est, quia exhibere bonum est et maxime, cum bona fit voluntate. Quod tunc fit, cum parentes conveniunt causa gignendȩ prolis, non appetitu exercendȩ libidinis. Gignendȩ prolis dico, quia et presens ȩcclesia multiplicetur et cȩlestis civitas fabricetur, et electorum numerus complea-
*p. 246. tur, quorum nichil potest fieri *sine conventione tali. Si enim primi parentes sanctorum omnes aut continentes permansissent aut virgines, nullus sanctorum ex eis esset natus in sȩculo, nullus gloria et honore coronatus in celo, nullus adscitus in angelorum numero. Sed quia inestimabile bonum est, quod sancti nati sunt in sȩculo, quod gloria et honore coronantur in cȩlo et quod adsciti sunt in angelorum numero, ex eo parentum fȩcunditas beatior prȩdicatur et conventus sanctior. Sic ergo melius fuit eis tales filios genuisse, quam non genuisse talemque fructum nuptiarum protulisse, quam sine fructu continentes aut virgines extitisse, quanvis[d] bonum sit quibusdam continentes esse vel virgines, illis videlicet, quos Deus voluit ab ȩterno et prȩordinavit ita creandos esse in sȩculo, ut continentia vel virginitate permaneant. Sicut enim voluit ab ȩterno et prȩordinavit quosdam ita creandos esse in sȩculo, ut fructum nuptiarum faciant et filios generent, ita etiam voluit et prȩordinavit ab ȩterno, quosdam ita creandos esse in sȩculo, ut in continentia vel virginitate permaneant. Et sicut illi ad creandos filios voluntati Dei et prȩordinationi ministerium exhibent, ita et isti ad conservandam et continentiam et virginitatem voluntati Dei et prȩordinationi ministrant. Ac pro hoc et illorum fȩcunditas et istorum virginitas bona est atque laudabilis, quȩ si non mini-
*p. 247. sterium *exhiberet voluntati Dei et prȩordinationi, nec bona esset nec laudabilis. Omne enim, quod voluntati Dei et prȩordinationi contrarium est, nec bonum est nec laudabile. Si ergo voluit Deus et prȩdestinavit[e] alios futuros virgines, alios nuptiarum fructum facientes, necesse est alios esse virgines, alios nuptiarum fructum facientes. Si enim omnes essent virgines, nullus sanctorum, qui vel nascuntur[f] vel nasci turi sunt, in hoc sȩculo natus esset vel nasciturus. Nec ipsi etiam virgines essent virgines, quia nati non essent. Ex fecunditate enim illorum orta est istorum virginitas. Magnum igitur bonum est fȩcunditas, de qua sancta processit virginitas. Qui[g] autem virgines esse debeant et qui nuptiarum fructum facientes, docet eos verbum, quod Deus seminat in cordibus illorum. In aliorum enim cordibus seminat verbum bonȩ fecunditatis, nuptiarum fructum[h]. In quorum vero cordibus seminat verbum virginitatis, angelicam vitam asseminantis, ipsi virginitatem servare desiderant; in quibus vero verbum nuptiarum seminat, ipsi facere nuptiarum fructum appetunt.

a) damna sunt preparanda *c.*; *cf. p.* 647, *l.* 16. b) qui (q̍) *c.* c) abolere *c.* d) *sic c.* e) *sequitur* ad *non deletum.* f) nasci *c.* g) quia *c.* h) *hic quaedam deesse videntur fortasse:* facientis, in aliorum vero cordibus verbum virg. angel. vitam asseminantis, *ut Hall emendavit.*

II.

APOLOGIA PRO FILIIS SACERDOTUM ET CONCUBINARUM.

Anno 1078. Ian. 15. synodus Pictavensis Hugone episcopo Diensi auctore sacerdotum filios ab ordine exclusit[1]. *Quo decreto provocatus praelatus quidam*[2] *Rotomagensis dioecesis auctori apologiae mandasse videtur, ut hoc interdictum et scripturae sacrae et fidei orthodoxae repugnare fusius explicaret. Accedit, quod tunc ipse Wilhelmus I. Bona Anima, Rotomagensis electus, vir a Gregorio VII. eiusque legato confirmatus est*[3], *cum sacerdotis filius esset, Radbodi scilicet, episcopi Sagiensis*[4]. *Paullo ergo postquam Wilhelmus electus est (a.* 1079. *Sept. in.), ipsius instinctu libellum Rotomagi conditum esse coniicio.*

Duae autem recensiones vel potius duo exempla libelli in adversariis, ut videtur, relicti hucusque in codice laudato asservantur, copiosius (A) p. 247—264, *brevius (B p.* 128—139. *Utrumque tamen eadem fere aetate conditum est, cum ne in ampliore quidem, quod paullo serius scriptum esse videtur, novi quidquam additum reperiatur*[5]. *Hoc copiosius, etsi ne huic quidem ultima manus accessit, infra emisimus, alterius lectionibus in notas reiectis.*

Apologia pro filiis sacerdotum et concubinarum, quos nunc quidam iudicant ad sacros ordines non debere admitti pro eo quod ex legitimo coniugio non sunt generati, etiam[a] si sancti sint et electi. Quod ideo faciunt, ut desinant homines fornicari et mundioris vitę vestigiis *ambulent, quibus ad regnum celorum expeditius pervenire valeant, quasi non possunt alię vię reperiri et quidem faciliores et magis idoneę, quibus id effici possit. Sed cur non similiter iudicant de filiis homicidarum et furum et similium, ut omnes isti desinant malignari et melioris vitę vestigiis incedant, quibus ad regnum cęlorum expeditius perveniant? De filiis sacerdotum et concubinarum tantum hoc iudicant, et sine discretione de sanctis electisque ac simul indignis et reprobis ęqualem ferunt sententiam. Quod utrum recte an perperam faciant, ipsi viderint. Nos autem aliter sentimus de sanctis et electis, aliter de indignis et reprobis. Unde et in hoc opere de sanctis et electis agere necessarium duximus, ea moderatione servata, ut nec fornicationi feramus patrocinium, nec peccatis hominum faveamus, sed ita dampnemus[b] fornicationem, et peccatum accusemus, ut non dampnemus[b] bonum naturę nec quod Deus ex eo facit temerarię criminemur. Qui cum sit omnipotens et bonus, ut Augustinus in encheridion[c] testatur[6], non permitteret aliquid mali esse in sua republica, nisi adeo esset et bonus, ut benefaceret et de malo. Qua sententia ostenditur, quod Deus in sua republica non permitteret esse fornicationem, nisi adeo esset omnipotens et bonus, ut benefaceret et de illa. Quod ergo fornicatio malum est, dampnemus et *accusemus, quod vero bonus Deus de illa benefacit, laudemus, et dignis ... amplectamur honoribus, maxime tamen, quod sanctum est et electum. Sicque nos agamus, ut sacramentorum magnitudinem, et gratię plenitudinem, et honoris gloriam, quibus Deus sanctos suos sanctificat, implet et honorat, de quocunque coniugio nati sint, non delere aut evacuare studeamus. Sed quos Deus honorat, et nos honoremus, et

a) etiam — generantur *p.* 650, *l.* 5. *om. B.* b) dapnemus *A.* c) *sic c.*

1) *Supra p.* 573. 2) *Infra p.* 656. 3) *Gregorii epist. ad Hubertum, a.* 1079. *Sept.* 23 *data, Jaffé, Bibl. II, p.* 380; *Reg. nr.* 5135. 4) *Mabillon, Annales ord. S. Bened. V. p.* 141. 5) *Accedit, quod Wilhelmus ipso anno* 1080. *confirmatus esse videtur. Cf. Greg. epist., Jaffé, Bibl. II. p.* 469, *Reg. nr.* 5204, *ubi in Wilh. acerbissime invehitur, sed eum legitime ordinatum esse non negat.* 6) *De fide spe et carit. c.* 100, § 26. *Opp. VI. col.* 234.

quos glorificat, et nos glorificemus, ne a viis ipsius aberremus et a veritate iudiciorum eius dissentiamus. Loquamur ergo nunc de bonis eorum quę habent per naturam communia, postea de his quę habent communia per gratiam, et illi sancti, qui generantur ex legitimo carnis coniugio et illi qui generantur ex non legitimo. Ex utroque enim coniugio sancti generantur.

Carnale[a] quippe coniugium aliud legitimum, aliud non legitimum, et* legitimum quidem est, quod secundum legem descriptam [ab][b] hominibus institutum est. Non legitimum vero, quod fit contra legis descriptionem, etiam si fit secundum legem naturę. De hoc utroque coniugio generantur sancti, non tamen secundum leges hominum, sed secundum legem naturę. Lex nanque[c] naturę utrique coniugio inesse cernitur, quia in utroque quod suum *p. 250. *est operatur, eundem ex utroque fructum faciens, quo homines crescunt et multiplicantur, Gen. 1,26. quod est munus et operatio divinę benedictionis qua dicitur: *Crescite et multiplicamini et replete terram.* Sine hac igitur benedictione, quę est summa lex naturę, nulla hominum generatio sive multiplicatio. Ex quo manifestum est, quia omnis hominum generatio sive multiplicatio legitima est per naturam et benedicta a Domino. Nam et ipse Dominus et conditor naturę dispositionis suę lege incommutabili per sapientiam suam, quę est lex omnium legum summaque iusticia, una eademque ratione in utroque coniugio creat homines ad imaginem et similitudinem suam, ex quibus et presentis ęcclesię soboles multiplicatur, et cęlestis Ierusalem tanquam de vivis lapidibus cotidie fabricatur. Non tamen illos creat de turpitudine vitiorum, sed de fecunditate seminum, non de corruptionis feditate, sed de seminali bono naturę, quod vere legitimum est, quia divina ratio, quę est summa[d] lex, et vis generativa in eo manet inseparabiliter. De *p. 251. hoc itaque bono legitimo creat Deus homines legitime in non legitimo[e] *etiam coniugio. Deus, inquam, creat, non parentes. Parentes[f] quippe non sunt auctores generationis filiorum, sed ministri[1]. Si legitime[g] ministrant, suum bonum est, non filiorum. Si non legitime[h], suum malum est, non filiorum. Deus vero auctor est et conditor[i] cf. Gen. 1,31. filiorum, qui de parentibus naturam accipit, non peccatum, cuius opera omnia valde bona sunt, qui etiam non[k] legitimo ministerio parentum legitime[l] [utitur][m] in conditione filiorum. Legitima[n] igitur et bona est origo humanę conditionis propter legitimum opus et bonitatem conditoris. Verum si quid contagionis inest generationi hominum ex peccato[o], id commune est et generatis[p] ex legitimo coniugio, et eis qui generantur ex non legitimo. Utrique etenim ęqualiter pereunt, si non eis fuerit sacri baptismi remedio salutari subventum. Nec leviori dampnationi deputantur ex legitimo coniugio editi[q], nec graviori ex non legitimo procreati. Ęqualem enim sententiam dampnationis *p. 252. cf. Rom. 5,12. excipiunt, *quia ęqualiter in Adam peccaverunt. Quoniam quidem nec illi de legitimo, nec isti de non legitimo dampnantur coniugio. Si quid enim vel boni vel mali est in

*) Et — non parentes *l.* 24. *om. B pergit:* et hoc secundum leges hominum. Nam secundum legem naturę videtur aliter. Lex enim naturę in utroque suum explet officium eundemque producit fructum, immo Deus, naturę conditor, eadem lege in utroque coniugio format homines ad imaginem et similitudinem suam, non tamen de turpitudine vitiorum, sed de fęconditate[c] seminum, non de corruptionis fęditate, sed de seminali bono naturę.

a) Incipiatur ergo a coniugio. Carnale coniugium *etc. B.* b) *suppleri.* c) *sic A.* d) est *mendose add. A.* e) creat — legitimo *bis script. A.* f) Parentes — conditione fil. *l.* 29. *in marg. superiore add. B.* g) bene *B.* h) male *B.* i) conditorum *B.* k) non — legitime *l.* 28. *om. B; pergit:* malo parentum bene utitur. l) legitima *corr.* legitime *A.* m) *supplevi.* n) Leg. — conditoris *l.* 30. *om. B.* o) peccato *A*; pecc. *B.* p) *sic B*; generationis *A.* q) ędití *B.*

1 *Cf. supra p.* 647, *l.* 40, *ubi eadem verba.*

coniugio, id parentum est, non filiorum. *Anima enim quę peccaverit ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii.*

Quod si bonum vel malum, quod est in coniugio, esset etiam filiorum, iusti et mundi essent ex legitimo coniugio editi, et iniusti atque inmundi[a] tantummodo ex non legitimo procreati nec pari tenerentur conditione peccati. At vero pari tenentur conditione peccati, et ex carnis generatione equaliter[b] sub diaboli iugo tenentur captivi. Sed et cum in Christo regenerantur, ex cęlesti et divina generatione equali[b] libertate donantur, quia ęqualiter ab omni contagione originalium peccatorum liberantur. Nec illis quidem prodest ad percipiendam baptismi gratiam, quod ex legitimo coniugio nati sunt, nec [istis][c] obest, quod de non legitimo procreati[d]. Nam neque iustiores illi aut mundiores ad baptismum veniunt [vel de baptismo exeunt, nec isti minus iusti aut mundi vel veniunt vel exeunt, quia cum toto originali peccato veniunt[e]] et sine omni peccato utrique exeunt. Veniunt portantes obprobrium antiquę prevaricationis et confusionem servilis conditionis, exeunt reportantes honorem divinę generationis et cęlestis gloriam libertatis. Veniunt portantes imaginem terreni hominis, exeunt reportantes imaginem cęlestis. Veniunt induti veterem Adam, in quo[f] *omnes moriuntur*, exeunt induti novum Adam, id est Christum, in quo *omnes vivificabuntur*. Sed fit plerumque[g], ut qui ex legitimo coniugio baptizantur, sint *vasa irę, apta in interitum*, ab ęterno presciti filii perditionis et cum diabolo puniendi, et qui ex non legitimo baptizantur, sint *vasa misericordię*, apta in salutem, ante secula electi et predestinati ad vitam, omni benedictione spirituali benedicti in cęlestibus in Christo et cives sanctorum decreti. Quare si omni benedictione spirituali benedicti sunt in cęlestibus in Christo, non est divinę sanctionis, ut ordinum benedictiones eis denegentur ab hominibus in hoc mundo. Talibus etenim *dedit Christus potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Ioh. 1, 12. Si ex Deo nati sunt, non secundum carnem nati sunt, sed secundum spiritum, non de ancilla, nec de concubina, sed de libera, illa videlicet, quę sursum est Ierusalem, quę sanctorum omnium mater est. Ex coniugio enim Christi et cęlestis Ierusalem tales nati sunt, quod est legitimum legitimorum coniugium. Ex legitimo igitur legitimorum coniugio nati sunt. Sicut ergo turpe est his, qui ex Deo nati sunt, post cęlestem et divinam generationem de lege terrenę et carnalis[h] generationis gloriari, ita e[i] contrario nefas est, ut de inhonestate[k] terreni et carnalis coniugii obprobrium[l] vel improperium aliquis obitiat[m] vel notam irroget confusionis. Nam qui filium inhonorat, Deum patrem inhonorat, cuius est filius et membrum[n], et cum quo unus est spiritus. Unde et in euangelio loquitur: *Volo pater, ut sicut ego et tu unum sumus, ita et ipsi in nobis unum sint.* Pro hac itaque unitate alibi dicit: *Qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit.* Matth. 10, 40. Luc. 10, 16.

Caveant igitur, qui tales ad ordines recipere nolunt et contempnunt, ne Deum potius spernant vel inhonorent, qui in ipsis et recipitur et spernitur. Quę enim ratio esse potest, ut eos ad ordines non recipiant, quos Christus ad unitatem sui recipit, quos suę divinitatis participes ac per hoc deos fecit, quos de Spiritu sancto genuit, quos sibi immaculata sponsa, sancta videlicet ęcclesia, immaculato partu in lęticia peperit? Non, inquam, videtur esse ratio, sed postponenda traditio. Quodam enim fastu hęc attendere negligunt, sed ad carnale coniugium, utpote carnaliter sapientes, cordis intentionem reflectunt, quasi de carnali coniugio, et non de spirituali, ad sacros ordines sint homines admittendi. Sed hoc perperam faciunt, quia, nisi de spirituali coniugio prius nascerentur, nulli ad sacros ordines admitterentur. Ordines quippe sacri non

a) inmundi *B.* b) ęqual. *B.* [illegible] c) [illegible] *B.* [illegible] *A.* d) [illegible] e) [illegible] *add. B*; *om. A.* f) quos *A.* g) *ita A*; plerumque *B.* h) carnis *B.* i) [illegible] k) in honeste [illegible], inhonestate [illegible] l) oppr. *B.* m) [illegible] *A.* n) [illegible] *B.*

pertinent ad officia carnis, sed ad misteria Spiritus sancti, et ideo iustum est, ut in his exequendis[a] nulla carnalis condicio[b] pensetur, sed spiritualis ratio comparetur, ut non filii carnis admittantur, sed filii adoptionis ex Dei spiritu generati, quia *quod natum est de carne, caro est, et quod natum est de spiritu,* non caro, sed *spiritus est,* et hic merito ad sacros ordines, qui in eodem spiritu dantur, admittendus est. De cętero *non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum*[d] *et operatur iusticiam acceptus est illi.* Hoc Petrus dicit, cui prius ab angelo dictum fuerat in visu de quadrupedibus et reptilibus de cęlo sibi missis[e], *quod Deus purificavit, tu ne commune dixeris.* Contra quod illi faciunt, qui homines a Deo purificatos communes dicunt, et acceptos Deo inacceptabiles[f] asserunt. Sive enim sit de legitimo coniugio, sive de non legitimo, si timet Deum et operatur iusticiam acceptus *est illi, qui personas hominum non accipit, sed virtutum merita quęrit. Qui vero acceptus est illi, ad serviendum ei merito debet ordinari. Nam qui illi non fuerit acceptus, ad serviendum ei non est ordinandus, quia servitium eius non acceptaret Deus. Hoc sancti apostoli considerantes ordinaverunt plurimos sacerdotes de gentili coniugio, quod videtur non esse legitimum, quia timebant Deum, et operabantur iusticiam, sed postquam ex Deo nati sunt, et *in morte Christi baptizati, in quo et vetus homo noster simul crucifixus et corpus*
Gal. 3, 27. *peccati destructum*[g] *est, et novum hominem sumus induti, ut iam non veteres, sed novi homines simus et in novitate vitę ambulemus.* Quę vita omni sacerdotio et omni ordine
Eph. 4, 24. religionis videtur esse dignissima. Et qui hanc a sacerdotio reicit, *novum hominem* reicit, *qui secundum Deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis,* immo etiam Iesum Christum, quem quisque baptizatus indutus est. Hoc, inquam, sancti apostoli considerantes, quod diximus, fecerunt et religionis huius nobis terminos statuerunt, quos qui
Gal. 1, 8. 9. transgreditur, prevaricator legis constituitur. Et quid dicit apostolus? *Si quis aliud vobis annuntiaverit, preter id quod annuntiavimus et accepistis, licet angelus de cęlo, anathema sit.*

Aliud est plane, quod nunc annuntiatur et predicatur, filios videlicet Dei, qui
Ioh. 1, 13. *ex ipso nati sunt, non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri,* sed ex Spiritu sancto et immaculata sponsa Christi[h], id est sancta ęcclesia, nati
*p. 257. sunt, non debere ordinari pro eo, quod *non de legitimo carnis coniugio nati sunt, quia apostoli hoc non annuntiaverunt nec predicaverunt, sed conversis peccatoribus
1. Cor. 6, 11. dixerunt: *Et hęc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine Domini*
Eph. 5, 8. *et*[i] *in virtute Spiritus sancti.* Et fuistis *aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino.* Sanctificata ergo lux in sanctificante luce, id est in Domino, manens inseparabiliter, qua ratione potest a gratia eiusdem lucis, id est a sacris ordinibus, separari, et quem magis decent sacri ordines, quam sanctificatam lucem? An eciam[k] decet Deum vel ad honorem ipsius fit, quod filius eius a sua gratia repellitur, quod suę naturę particeps a participatione suę benedictionis separatur, quod natus ex Spiritu sancto, ab officio sancti Spiritus respuitur, quod septiformis gratię eiusdem Spiritus veritate repletus a tipica unctione ipsius refutatur? Sed quis familiarius accedat ad patrem quam filius? Quis rectius fiat particeps divinę benedictionis, quam particeps suę divinitatis? Quis iustius admittatur ad officium sancti Spiritus, quam natus ex eodem Spiritu? Quis sanctius suscipiat typicam[l] unctionem sancti Spiritus quam qui septiformis[m] gratię eiusdem Spiritus veritate est repletus? Fidenter ausim[n] dicere, quia, dum sic[o] agitur, Deus pater offenditur, natura Dei inhonoratur, Spiritus sanctus[p] contemptus neglegitur[q], et gratię veritas typo[r] suo ac figurę[s] postponitur. Sed et cęlestis

a) exsequ. *B.* b) conditio *B.* c) *om. B.* d) eum *B.* e) misis *B.* f) inacept. *AB.* g) destrū *B.* h) Christi — ecclesia *bis scr. A.* i) et — sancti *om. B.* k) etiam *B.* l) tipicam *B.* m) septi mis *B.* n) ausin *B.* o) sec *corr.* sic *B.* p) sancti *AB.* q) neglig. *B.* r) tipo *B.* s) figure *B.*

curia dolore tangi creditur, dum coheres Domini sui et concivis[a] suus a societate ministerii sui refutatur. Sed quid ad tales loquitur apostolus? *Nescitis*, inquit[b], *quia*[c] *corpora vestra templum sunt*[d] *Spiritus sancti? et templum Dei sanctum est quod estis vos*. *Et vos estis templum Dei vivi, et Spiritus sanctus habitat in vobis*. Credo, quod verius et sanctius est hoc templum, quam illud, quod[e] ex lapidibus inanimatis construitur. Hoc enim est veritas, illud figura. In hoc templo sancta fides cordis est altare, cuius typus est altare lapideum, quod in illo est. Hostia quę in hoc altari immolatur illa est, de qua dicit apostolus: *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis*[f] *membra vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem*, et de qua iterum dicit, cum de corpore Domini loquitur: *Unus panis, unum corpus multi sumus*. Sacerdos, qui hanc immolat, est omnis, qui exhibet[f] membra sua hostiam viventem et cętera. Cuius etiam imago est ille, qui in lapideo templo immolat, et hostia, quę in illo immolatur, licet verum Christi corpus sit, huius tamen hostię sacramentum, id est sacrum signum, esse perhibetur, ac per hoc in his omnibus est veritas, in illis vero excepto Christi corpore typus et figura. Quapropter sanctiora et prestantiora sunt ista, que sunt veritas, quam figurę suę ac simbola. Unde quoque alienum est a regula iusticię[g], ut veritas a suis removeatur figuris et prestantiora atque sanctiora ab inferiorum tanquam prophana abdicentur[h] officiis. Quę si ita non essent, ut dicimus, quis tamen est, qui iudicet, quod Deus non iudicat, et qui condempnet, quos Deus iustificat? Omnis itaque discipulus Christi imitari debet doctrinam et formam magistri, ut secundum doctrinam et formam Christi vel iudicet [vel condempnet[i]] servos Christi. Nam si secus egerit, non est imitator[k] Christi, nec spiritu Dei agitur, sed spiritu movetur huius mundi[l]. *Sed tu quis*[m] *es qui iudicas servum alienum*[n]? *Suo domino stat aut cadit*. Non tibi, ib. 14, 4.
sed *suo domino stat aut cadit*. Qui dominus, et si tibi dedit iudicium in servum suum, non alterius, non tuum, sed suum dedit iudicium, ut iudices servum suum[o] non tuo, sed suo iudicio. Alioquin contra ipsius voluntatem iudicas vel condempnas. Qui si vult, ut servi sui, quales diximus, ordinentur, cum eos ab ordinibus repellendos esse iudicas, non secundum voluntatem ipsius iudicas. Si autem nollet eos ordinari, non hortaretur eos Spiritus sanctus et diceret: *Accedite ad eum et illuminamini, et facies vestrę*[p] *non confundentur*; et alibi: *Sancti estote sicut et ego sanctus sum, dominus Deus vester*, et Christus in euangelio: *Estote perfecti, sicut et pater vester perfectus est cęlestis*[q]. Si ergo sanctos et perfectos vult eos esse, vult etiam, ut nulla eis desit sanctitas, nulla perfectionis gratia, sed omnem habeant gratiam administrandi etiam sancta et divina tractandi misteria, ut quod ipse habet per naturam, hoc isti habeant per gratiam. Alioquin nec sancti nec perfecti essent, sicut ipse est. Quare si sancti et perfecti sunt, sicut ipse est, omnem habent gratiam administrandi etiam sancta et divina tractandi misteria. Sunt enim de numero illorum, de quibus in psalmo precipitur: *Congregate illi*[r] *sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia*. Si ergo ordinant testamentum Dei, ordinandi potestatem habent a Deo. *Omnis enim potestas a Deo est. Quę autem sunt, a Deo ordinata sunt*. Ordinata igitur est sanctorum potestas, sed Dei ordine. Ordinant ergo sancti testamentum Dei secundum ordinem potestatis, quem[s] acceperunt a Deo. Hinc etenim ipsi dicunt: *Fecisti nos Deo regnum et sacerdotes*. Sacerdotum enim est ordinare testamentum Dei.

Sed veniamus nunc ad *corpus Christi, quod est ęcclesia*, in quo omnia membra divino ordine disposita sunt, ut secundum vitę merita et excellentiam sanctitatis et virtu-

a) concivi *B*. b) inquid *B*. c) qui (q́) *B*. d) est *AB*. e) *om*. *A*. f) exib. *B*. g) iustię *B*. h) *ita B*; abducentur *A*. i) *add*. *B*. k) immitator *B*. l) huiusmodi *A*; mundi *B*. m) qui (q) *A*. n) al. servum *B*. o) suu *A*. p) vestri *A*. q) cel. perf. est *B*. r) illis *B*. s) quę *A*.

tum prerogativam alia superiora, alia inferiora[a] ordinata sint. Huius quippe corporis membra sunt omnes, qui vere christiani sunt, sive de legitimo, sive de non legitimo coniugio editi. Sed fit plerumque, quod is, qui de non legitimo natus est, pro vitę merito et sanctitatis excellentia ac prerogativa virtutum et sapientię privilegio oculus sanctę ęcclesię vel facies vel aliquid de superioribus membris habeatur, et ille qui de legitimo tam parum de his habeat, ut vix etiam pes esse mereatur. Si ergo ille, qui pes est, illi, qui oculus vel facies est, preferatur, dispositionis decor et pulchritudinis ordo confunditur, sicut humani corporis ordo perturbatur, dum capite in terram demerso pedes ad superiora levantur. Sic igitur fit, dum ille, qui pes est, ad sacerdotium provehitur[b], et iste, qui oculus est ęcclesię, in gradu laicorum relinquitur. Nam ille, qui cęlestem et angelicam vitam ducit, subicitur, et ille, qui carnalem et terrenam vitam gerit, preficitur, sicque fit, ut cęlestis et angelica vita terrene et carnali[c] subiciatur[d]. Sed et illud valde mirandum est, quod is, qui habet potestatem audiendi verbum Dei et faciendi[e], quia ex Deo est et apud Deum iustificatus est, non debeat habere potestatem dicendi illud in ęcclesia, cum multo melius sit obaudire et facere verbum Dei, quam dicere. Ad hoc enim dicitur, ut audiatur[f] et fiat et vita ęterna comparetur, quod est melius. Illud quoque mirandum est, quod is, qui habet potestatem manducandi et bibendi corpus et
[illegible] sanguinem Christi, non debeat *habere potestatem pronuntiandi[g] verba, quibus conficitur corpus et sanguis Christi, cum multo salubrius sit atque beatius manducare et bibere, si tamen digne fiat, quam verba illa pronunciare[h]. Ad hoc enim pronunciantur[h], ut corpus et sanguis Christi conficiatur, ad hoc vero conficitur, ut illud manducemus et bibamus. Ad hoc manducamus et bibimus, ut in Christo maneamus et Christum manentem in nobis habeamus, participes facti non tantum gratię, sed etiam divinę ipsius naturę, quod et sacerdotio sanctius atque beatius esse videtur. Non ergo quod minus sanctum atque beatum est, illi denegari debet, cui conceditur, quod magis sanctum magisque beatum est.

Sed nunc considerandum est, utrum sacerdotium[i] pertineat ad septiformem[k] gratiam Spiritus sancti an non. Si enim non pertinet ad hanc gratiam, nec ad Deum pertinet, quod nefas est dicere. Si ergo pertinet, non est ratio, ut denegetur illi, qui huius gratię plenitudinem accepit in baptismatis sacramento[l] seu confirmationis. Item si ex fide
[illegible] est sacerdotium, non est denegandum illi, cui a Deo datur integritas fidei. Non est enim
ib. 1—3. maius fide sacerdotium. Sed caritas fide maior est, sine qua nichil est loqui hominum linguis et angelorum et omnis scientia sive prophetia et omnis fides et facultatum traditio in cibos pauperum. Cum igitur his omnibus maior sit caritas, etiam sacerdotio maior esse comprobatur. Non est ergo denegandum sacerdotium, quod minus est, illi, cui datur perfecta caritas quę maior est[m]. Item: Si exclusa est ab eo vetustas et terreni hominis imago in eo mortua est, non solum baptismatis regeneratione, [sed[n] etiam nove et cęlestis vitę conversatione, non est inproperandum ei omne, quod de veteri et ter-
[illegible] reno homine carnali generatione] contraxit. In *hoc enim mortuus est et resurrexit,
Col. 3, 3. 4. et vita *eius abscondita est cum Christo in Deo, et cum Christus apparuerit, vita eius, tunc et ipse apparebit cum illo in gloria.* Corpus enim regenerati factum est caro crucifixi, et ideo, sicut in gloria Dei patris est crucifixus, ita quoque per fidem re-
[illegible] generatus[o]. *Tales* nanque[p] secundum apostolum sunt *cęlestes, qualis et cęlestis,* quoniam ipsius imaginem portant. Unde constat, quod imago et qualitas summi sacerdotis in ipsis est et ritu sacerdotis eos vivere necesse[q] est eosque[r] a sacerdotio re-

a) interia *B.* b) proveitur *B.* c) carnali *B.* d) subitiatur *B.* e) illud *add. B.* f) obaudiatur *B.* g) pronunc. *B.* h) pronunt. *B.* i) sacerdotum *B.* k) septiformam *corr.* septiformem *B.* l) *in marg. add. B.* m) *sequuntur tres versus erasi in B.* n) sed — generatione [illegible] o) regeneratis *B.* p) naque *B.* q) recesse *B.* r) eosdemque *B.*

movere irrationabile est. Hos quippe amat Deus et ornat et stola glorię induit eos, quibus in lavachro[a] dedit stolam primam et anulum, fidei signaculum. Quę sit stola prima, apostolus exposuit dicens: *Quicunque baptizati estis in Christo Iesu, Christum induistis.* Christus ergo est stola prima, quia totius[b] boni principium est Christus et letitię indumentum et vestimentum salutis et totius[c] sanctitatis amictus. Qui tali[d] stola indutus est, non est iniustum, ut sacerdotali[e] stola induatur, quę incomparabiliter inferior et[f] minus sancta est. Nulla quippe conditio, nulla nationis[g] vel sexus[h] discretio in talibus consideranda est. *Non*[i] *est enim Iudeus,* dicit apostolus, *non est Grecus, non est servus, neque liber, non masculus, neque femina. Omnes enim in Christo unum sunt.* Cuiuscumque nationis sint, cuiuscumque[k] conditionis, in Christo unum sunt, id est unum corpus Christi, et unus cum eo spiritus, ac sic unus Christus, caput, corpus et spiritus sunt. Quare et simul summus sacerdos sunt, in quo simul unum sunt. Neque corpus a capitis[l] sui unitate potest dividi, vel spiritus a veritate et virtute illius, cuius est spiritus, separari, nec ab eiusdem officio se iungi. Habet igitur corpus et spiritus capitis[l] sui veritatem, officium et virtutem. Quare et filii sacerdotum, qui corpus et spiritus sunt[f] huius capitis, quod est summus sacerdos, et[f] veritatem et virtutem et officium, id est sacerdotium non habere non possunt. Sunt[m] namque de numero et sorte electorum, qui in Apocalipsi de Christo locuntur: *Qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo et fecit nos Deo regnum et sacerdotes.* Qua sententia omnes electi sacerdotes esse monstrantur, qui sacrificium laudis Deo immolant, corpusque suum a presentis seculi cupiditatibus mortificant, ut hostia viva fiant. Si ergo filii sacerdotum sunt electi, vere Christus fecit eos sacerdotes Deo patri. Quod consequitur, ut melius habeant sacerdotium atque prestantius quam illud, quod ab alio etiam non electi sortiuntur. Habent enim verum et sanctum sacerdotium, quod non est secundum carnem, sed secundum spiritum. Immo ipsi sunt sacerdotium sanctum, sicut Petrus apostolus ad eos loquitur dicens: *Ad quem,* id est ad Christum, *accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum et honorificatum, et ipsi tanquam lapides vivi coedificamini domus spirituales, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per ipsum,* et iterum: *Vos autem genus electum, re-* ib. 9.
gale sacerdotium. Vos genus, inquit, *electum,* non de immundo et corruptibili carnis semine propagatum, sed de cęlesti et incorruptibili semine summi regis et sacerdotis procreatum, et ideo recte vocatur regale sacerdotium, sunt lapides vivi, sunt coedificati domus spirituales, sunt genus electum, profecto consequitur, quod sint sanctum et regale sacerdotium, quod videlicet a Deo patre et Christo Iesu acceperunt. Quare non est iudicandum eos non debere esse, quod per Deum sunt et non debere a vicario Christi accipere, quod ab ipso Christo acceperunt, cum multo sanctius atque prestantius sit, quod a deo Christo accipitur, quam quod ab homine tantum tribuitur.

Sed fortasse dicturus es: Lex canonum prohibet, ut tales ordinentur. Ad quod respondemus: Apostolus dicit: *Si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Quia ergo tales spiritu Dei ducuntur, et illi secundum legem canonum non sunt, sed illi, qui spiritu non ducuntur et illi secundum legem canonum ordinari prohibentur, . . .[n] Non tamen in pravis moribus naturę dona culpanda sunt, quia nec propterea non debent germinari frumenta, quod ea severit furantis manus, nec propterea non licet ex eis vesci, quod homicida vel adulter ea seminavit. Et hęc quidem dicta sufficiant[o]. Quę si bene et fideliter dicta sunt, gratulamur. Sin autem, correctionem[p] libenter accipiemus[q].

a) lavacro *B.* b) tocius *B.* c) est *A.* d) talis *B.* e) sacerdotale *B.* f) — *B.* g) rationis [illegible] h) sensus *A.* i) Non — Grecus *om. B.* k) sit *A.* l) capiti *B.* m) Sunt — [illegible] n) *quaedam deesse patet.* o) *ita B*, sufficiunt *A.* p) correptionem *corr.* correctionem *B.* q) accipiamus *A*, excipimus *B.*

III.

APOLOGIA ARCHIEPISCOPI ROTOMAGENSIS.

Paullo antequam Wilhelmo, abbati Cadomensi, sedes Rotomagensis obvenit, Gregorius VII. archiepiscopo Lugdunensi primatum Rotomagensis, Senonensis, Turonensis provinciarum, ut diplomate adulterino innisus aiebat, restituit[1], *re vera primitus concessit*[2], *ea nimirum de causa, ut iurisdictionem Romanam in his provinciis confirmaret et corroboraret. Cui concessioni cum Richerus Senonensis, tum Wilhelmus Rotomagensis vehementer repugnaverunt. Wilhelmus igitur, valde iam eo exacerbatus*[3], *quod Gregorius aliquamdiu eum confirmare dubitaverat, et pallium petere et Romam, ut Gregorius postulabat, proficisci et synodis a legato apostolico in confinio dioecesis celebratis cum suffraganeis interesse neglexit. Propterea vere a.* 1081. *a papa epistola opprobriis plena acerrime castigatus et, donec Romae coram ipso satisfactionem condignam praestitisset, ab officio suspensus est*[4].

Quae epistola auctori nostro qui tunc ecclesiae maiori Rotomagensi ascriptus erat, ansam praebuisse videtur, ut pro Wilhelmo apologeticum ad papam responsum conscriberet, non minoribus opprobriis acerrimisque Romanae ecclesiae invectivis plenum, quales usque ad Marsilii Paduani et Iohannis Wiclefi aetatem curia nunquam audivit. Sed Gregorio ipsi, quem auctor aggreditur, libellus iste vix innotuit. Quamquam enim quo tempore Wilhelmus cum curia se reconciliaverit, non traditum est Gregorioque vivo fortasse archiepiscopus satisfactionem exhibere neglexit, tamen non dubito, quin tale convicium papae facere ille nunquam ausus sit.

*p. 59. *Interrogetur Romanus pontifex, quibus de causis reprehendit et condempnat Rothomagensem archiepiscopum. Si responderit: de infidelitate, de inobedientia, de contemptu ordinis sui, recte id an perperam faciat, ipse viderit. Nos autem pro ipso apologeticum faciamus responsum. Et prima de infidelitate sonet[a] nostra defensio. Dicamus ergo: Quoniam si vere catholicus est, si orthodoxę fidei, si verus Dei cultor, si verax in doctrina predicationis, non est infidelis. Sed quin talis sit, nullus potest iure inficiari. Non est igitur infidelis ac per hoc de infidelitate non debet argui. De inobedientia autem, quid est quod eum redarguit? Dicat, in quo, et cui sit inobediens[b]. Nam in omnibus est[c] obediens Deo et christianę legi et apostolorum prę-ceptis, quantum humana sinit infirmitas, et in nullo eis refragatur. Sed forte dicturus est: 'Sanctę[d] Romanę ecclesię et mihi ac vicariis nostris est inobediens, quia non vult nobis esse subiectus'. Ad quod respondemus: Quia non solum Romanę ecclesię, verum etiam universali ecclesię subiectus est, utpote filius, immo servus servorum Dei, et non
1. Petr. 2, 13. solum Romano pontifici, sed etiam omni humanę creaturę secundum Petri apostoli doctrinam subiectus est propter Deum. Propter Deum, inquam, subiectus est, non propter hominem. Et secundum Domini imperium et traditionem apostolicam, non secundum spiritum huius mundi et hominis extollentiam. Subiectus est pari forma et ordine simili, quo apostoli, quorum vice fungitur, et quorum locum tenet et officium,

a) sònet *c.* b) inobodiens *c.* c) *sequuntur duae litterae crasae.* d) Sancte — res[pondemus] *l.* 33. *linea rubra subsignata.*

1) *Epist. ad Gebuinum Lugd. a.* 1079. *Apr.* 19. *data, Jaffé, Bibl. II, p.* 371; *Reg. nr.* 5125. 2) *W. Gundlach, 'Der Streit der Bisthümer Arles und Vienne' ('N. Arch.' XV, p.* 260—264*).* 3) *Supra p.* 649. 4) *Greg. Registr. VIII,* 24; *Jaffé, Bibl. II,* 469 *sq.; Reg. nr.* 5204.

quorumque potestate nititur, eidem ecclesie et beato Petro, qui primus eidem prefuit, fuere subiecti. Sed et eandem obedientiam eisdem exibere paratus est, *quam predecessores sui exhibuerunt[a] apostoli. Est enim non tantum imitator apostolorum, sed et vicarius, particeps nominis et officii et dignitatis: et oportet eum non deviare ab eorum vestigiis nec eorum dignitatem minuere nec glorie[b] pulcritudinem decolorare nec sublimitatis decorem suis actibus dissolvere. Quod contra Romanus pontifex nullam aliam subiectionem debet ab eo exigere, nullam aliam potestatem vel dominationem in eum exercere, nisi quam apostolus Petrus, predecessor suus, exercuit in alios apostolos, quorum vicem, locum, dignitatem et officium et potestatem tenere dinoscitur. Quod si secus agere voluerit, recordetur sententię, quam Christus, Petri magister et dominus, apostolis suis respondit, quando *contentio facta est inter eos, quis eorum videretur esse maior. Reges*, inquit, *gentium dominantur eorum et qui potestatem habent, super eos benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior*[d], *et qui precessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recunbit*[c], *an qui ministrat? Nonne qui recunbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo et sedeatis super thronos, iudicantes XII*[cim] *tribus Israel.* Tales igitur voluit eos esse in hoc mundo, quales futuri erant in regno suo, gloria pares et equales merito. Et secundum alium euangelistam[g]: *Qui voluerit inter vos primus esse, erit omnium novissimus.* Secundum quod alibi dicit: *Qui se exaltat, humiliabitur.* Luc. 18, 14

Hanc igitur sententiam quisquis servare non vult, regum gentium *morem sequitur et Christi preceptum aspernatur et exemplum. Sed et cęlestis iudicii ordinem negligit imitari. Nam si maioris sit meriti Rotomagensis archiepiscopus vitęque sanctioris, superiorem locum et maiorem illi Deus tribuit in celestibus suo iudicio gloriam, si equalis, equalem. Et valde indignum est, ut, cui Deus superiorem locum et maiorem in celestibus tribuit gloriam, humana opinio in terris illi tribuat inferiorem locum et minorem gloriam, et superius Christi membrum subdat inferiori, pedi videlicet oculum[1].

Amplius: Nullam aliam potestatem, nullam[h] dominationem debet exercere Romanus pontifex super Rothomagensem, nisi quam super se ipsum exercuit Petrus. Ipse etenim vices Petri et locum tenet et officium et in hoc Petrus est, quoniam eandem Spiritus sancti gratiam, eandem potestatem ligandi atque solvendi adeptus est et easdem claves regni celorum accepit a Christo, quas Petrus et vicarius eius Romanus pontifex, in quo et ipse Romanus pontifex Petrus est. Et tamen non tres Petri, Simon Petrus, Romanus pontifex et Rothomagensis, sed unus Petrus, quia unus in omnibus est spiritus, una potestas, una fides et secundum hęc *cor unum et anima una*. Sed et omnes apostoli[i] Act. 4, 32 et omnes episcopi, immo omnis[k] sancta ecclesia in hoc est unus Petrus, et quia verę petrę adherent, id est Christo, una cum eo petra sunt et unus spiritus. Hac igitur ratione Romanus pontifex ac Rothomagensis unus Petrus sunt, immo una petra et unus spiritus. Ac per hoc neuter alteri preferendus est nec alter ab altero iudicandus. Qua enim ratione unus ita posset dividi, ut superior se ipso fieret et inferior? Non enim secundum quod uterque homo est, alter alteri prefertur vel ab altero iudicatur, sed secundum hoc, quod uterque Petrus est. Vel quis est qui debeat iudicare Christum eoque superior fieri? Qui enim vult iudicare Rothomagensem[l] archiepiscopum et

a) exibuerunt *superscr. corr.* exhib. b) *sequitur* de *expunctum.* c) *sic c.* d) [illegible] e) super eos *superscr.* f) minor *Vulg.* g) euangelistam *c.* h) nullam — exer. *linea rubra subducit.* i) Apostoli — se ipso *linea rubra in marg. insignit.* k) omnes *c.* l) h *superscr.*

1) *Cf. Apologiam pro filiis sacerd. supra p.* 654, *l.* 6.

[*p. 42.] [1. Cor. 6, 17.] et Christum et qui *vult eo superior fieri et Christo? *Unus* enim cum eo *est spiritus.* [Luc. 10, 16. Matth. 10, 40.] Propter quam unitatem ipse Christus ad discipulos suos loquitur dicens: *Qui vos recipit,* [Zach. 2, 8.] *me recipit et, qui vos spernit, me spernit et qui vos tangit, tangit quasi pupillam oculi mei.* Sicut ergo Christus a nullo iudicandus est, ita[a] nec Rothomagensis archiepiscopus ab ullo nisi a solo Deo est iudicandus. Quia, ut aiunt beatus Petrus, Clemens et Anacletus[1], nullus episcopus nisi a solo Deo est iudicandus. Omnes etenim episcopi dii sunt, et dii nisi a solo Deo sunt iudicandi. Qui etiam, quia servi Dei sunt, non [Rom. 14, 4.] nisi a solo Deo sunt iudicandi. *Suo enim domino stant aut cadunt.* Alii nec stant nec [Ps. 93, 1.] cadunt et ideo ab alio iudicandi non[b] sunt. Nam, si ab alio iudicentur, Deus, *ultionum dominus, Deus ultionum, libere agens* ultionem faciet de iudicantibus.

Sed revertamur ad propositum et videamus, cur[c] Rothomagensis archiepiscopus a Romano pontifice de inobedientia causetur. Quia, inquit, non recipit Viennensem[2] archiepiscopum sicut magistrum, et quia non vult eum vocare magistrum. Sed dicat nunc Romanus pontifex, ubi vult, quod Rothomagensis archiepiscopus Viennensem vocet magistrum, super terram an super cęlum? Si super cęlum, ubi hoc precipit Christus, ubi hoc docet Spiritus sanctus? Vel ubi legitur, quod ille a Deo magister huius in celo sit constitutus? Caret itaque hoc et ratione et auctoritate. Si ergo super terram, audiat [Matth. 23, 10.] Christum prohibentem omnibus discipulis suis et dicentem: *Nec vocemini magistri super terram; unus est enim magister vester, id est Christus.* Ideo ergo iste non vult illum vocare magistrum, quia Christus precipit, ne vocetur magister, cui non vult esse inobediens ac rebellis atque contrarius. Qua re non debet de inobedientia causari, quia magis debet oboedire Christo, quam Viennensi archiepiscopo vel Romano pontifici. Neuter igitur horum debet vocari magister super terram, quia hoc Christus prohibet, [*p. 43.] hoc Deus defendit, hoc[d] et sanctus vetat Spiritus.

Sed alloquamur *eos, cur velint esse magistri Rothomagensis archiepiscopi. Aut enim ideo hoc volunt, ut eum doceant, aut, ut non doceant. Si autem ut non doceant, perspicuum est, quod ex appetitu inanis glorię et ex fastu tirannicę dominationis hoc faciunt. Si vero ut doceant, quid eum docere volunt? Illudne quod Petrus et Paulus [Gal. 1, 8.] et ceteri predicaverunt apostoli an aliud? *Sed si quis aliud docuerit, vel adnunciaverit*[e], *preter quod adnunciavimus vobis,* inquit Paulus, *licet angelus de cęlo, anathema*[f] *sit.* Si vero id quod adnunciaverunt Petrus et Paulus, hoc superfluo faciunt, quia his omnibus sufficienter edoctus est et eorum, quantum in homine est, plenariam habet scientiam et ratione caret, ut eum, qui doctus est, doceant de his, de quibus doctus est.

Sed iterum alloquamur[g] eos, utrum preesse tantum illi velint an etiam prodesse. Si preesse tantum volunt, hoc ideo faciunt, ut ab eo timeantur et in hoc contra naturam superbiunt. Contra naturam quippe superbire est ab ęquali velle timeri. Si vero etiam prodesse volunt, id qui fieri potest, cum eum adeo gravant et opprimunt, ut eundi Romam et conciliis[h] suam exhibendi presentiam necessitatem cotidie imponant, quod implere nequit, nisi mori velit et habitum deponere religionis et mentiri se esse, quod non est, et non esse, [Sap. 1, 11.] quod est, quod nullus absque morte animę facere potest? *Os enim, quod mentitur, occidit* [Ps. 5, 7.] *animam.* Et ad Deum dicitur: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* Omne quippe mendacium a diabolo est, qui est mors et perditio. Tot itaque in via obsistunt pericula, tot insidię, tot raptores, tot persecutores sanctę ecclesię, ut propter eos nullus ire possit Romam, nisi deponat religionis habitum et mentiatur[i] se esse laicum et

a) ita — iudicandus *l. 5. linea rubra subsignat.* b) *superscr.* c) quod *superscrib. corr.* cur; *abhinc usque* causetur *linea rubra.* d) h *superscr.* e) vi *superscr.* f) the *superscr.* g) adloquamur *corr.* all. h) *haec verba usque ad* monachum *p. 659. l. 1. linea in marg. insignita.* i) mentiatur — neget *linea subsign.*

1) *Pseudoisid. ed. Hinschius p. 42, c. 38, p. 85, c. 39.* 2) *Immo Lugdunensem; cf. 'N. Arch.' XV, p. 260—264.*

neget se esse clericum vel monachum. Et licet hęc ita se habeant, tamen Romanus pontifex et ministri sui compellunt Rothomagensem archiepiscopum ingerere se periculis, obviare insidiis, [a]raptoribus et persecutoribus aut temerarie se opponere aut deceptorie[a] agere, mentiri et irreligiosum se ostendere. Hoc quidem non est prodesse, sed obesse. At Christus dominus e contrario nos suo verbo docuit et exemplo. Verbo, quo dixit: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam.* Exemplo, quia Matth. 10, 23. sepe declinavit persequentium impetus et abscondens se fugit Iudeorum lapides. Hoc Ioh. 8, 59. igitur verbo instructus et exemplo, Rothomagensis archiepiscopus tenet salutarem Christi et humilem doctrinam, [Christi[b]] sequitur exemplum, declinat persequutorum[c] rabiem et iccirco[c] vituperatur, arguitur, dampnatur et ab episcopali officio suspenditur[1]. Recte id an perperam fiat, Deus viderit. Imponunt enim ei isti tales magistri *onus grave et* Matth. 23, 4. *importabile*[c] et, *quod digito suo movere nolunt.* Exigunt ab eo, quod exigi a se nolunt. Faciunt illi, quod ab illo sibi nollent fieri. Declinant ipsi sua pericula, fugiunt discrimina et volunt, ut iste inconsulte subeat. Pro huiusmodi[c] volunt esse magistri.

Sed fortasse ad hęc dicturi sunt: 'Non pro his que tu dicis preesse volumus, sed propter hoc, quod ita decretum est a sanctis patribus, ut Romana ecclesia sit mater et magistra omnium ecclesiarum et episcopus eius summus sit omnium episcoporum'. Hoc, inquam, sancti patres decreverunt, eiusdem videlicet ecclesie pontifices et sequaces eorum, et hoc per potentiam Romani imperii et propter urbis excellentiam, quę caput erat totius orbis[2]. Verum ab initio nascentis ecclesię non sic. Neque enim Christus hoc decrevit, non hoc sanxerunt apostoli, non septuaginta duo discipuli, non prothomartir[c] et primus archidiaconus Stephanus et socii eius hoc statuerunt, quos principes et primos patres omnium credentium esse nemo nisi imperitus[c] negat. Quorum etiam doctrinam, mores et actus et [a]exempla quisquis non sequitur, infidelis esse iudicandus est, immo insanus et psicophanta[d]. Indecens etenim iniustumque erat, ut filia preponeretur matri et magistrę discipula et, quę in fide sequitur[e], conversione et doctrina, ei quę precedit et previa est. Ecclesia enim, quę est in Hierosolimis, ipsa omnium ecclesiarum mater est. Ipsa enim prima accepit a Christo fidei[f] gratiam et doctrinam et septiformem Spiritum sanctum paraclitum de celis et *potestatem, quam dedit eis filios Dei fieri* qui Ioh. 1, 12. primi *receperunt eum*[g]. Hanc etiam parturivit et genuit per fidem ipsum verbum Dei caro factum et corporaliter in ea conversatum[h] est. Ipsa denique per totum mundum ceteras[i] parturivit ecclesias, donec Christus in eis formaretur. Unde et matris reverentiam merito possidet et misterium. Ipsa, sicut prima fuit in terris, prima con- Phil. 3, 20. versationem habuit in cęlis ac per hoc celestis Hierusalem vocata est, de qua dicit apostolus: *Illa autem, quę sursum est Hierusalem, libera est, quę est mater nostra.* Et Gal. 4, 26. de qua Iohannes in Apocalipsi: *Vidi,* inquit, *civitatem sanctam Hierusalem novam de-* Apoc. 21, 2. *scendentem de cęlo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Ipsa etenim Dei patris sponsa erat ac per hoc filiorum Dei mater[k] merito debet nominari. Hęc[l] de Roma non sunt scripta vel predicta, nisi forte per imitationem et figuram, non per primatum dicatur Hierusalem. In hac ecclesia Christus functus est sacerdotis officio

a) *sequitur locus rasus.* b) *suppleri.* c) *sic c.* d) *ita c.; super p aliquid rasum.* e) *sequente duae litterae rasae.* f) fidi *c.* g) eam *c.* h) u *in loco raso.* i) cetas *c.* k) mer. mater *signis positis corr.* mater mer. l) Hęc — Roma *linea subsign.*

1) *Cf. Greg. VII. epist. ad Wilh. (a.* 1081. *Mart.* 15 — *Apr.* 18*); Jaffé, Bibl. II, p.* 470: *Reg. nr.* 5204: Proinde apostolica tibi praecipimus auctoritate, ut nullum deinceps episcopum vel sacerdotem ordinare seu ecclesias praesumas consecrare *etc.* 2) *Cf. exempli gratia conc. Constant. c.* 3; *Hefele, 'Conciliengesch.' II, p.* 17 *sqq. Cf. quoque Friedr. Maassen, 'Der Primat des Bischofs von Rom und der alten Patriarchalkirchen' p.* 3 *sqq.*

[cf. Gal. 2, 9.] et episcopi. Huius apostoli fuere columpne et sacerdotes. In hac prothomartir Stephanus archidiaconus extitit et socii eius diaconi, quos omnes alii sacerdotes et archidiaconi et diaconi sequntur et martires, quia horum vices, locum, fidem et officium tenent ac per hoc ipsi totius ecclesię principatum habent et isti merito illis obsequi [*p. 46.] debent. Adhuc etiam addendum est, quod ipsa prima ecclesia sancta Syon *mater est [Ps. 86, 5.] capitis nostri Iesu Christi, sicut in psalmo canitur: *Mater Syon dicet homo et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam altissimus.* Si ergo sancta Syon mater est[a] capitis et domini omnium ecclesiarum, quę temeritas est, ut servus audeat se preferre matri domini sui et menbrum[b] extollat se super caput suum, ut matre ipsius velit esse superius, quoniam tanta apud omnes fideles debet esse Domini et capitis nostri reverentia et apostolorum honorificentia et beati prothomartiris Stephani sublimitas et primitivę ecclesię dignitas et sancte civitatis honor, ut nulla persona, nulla ecclesia, nulla civitas se eis preferre debeat, quos iure debent imitari? Nam quicquid omnis persona, omnis ecclesia, omnis civitas habet sanctitatis et religionis et potestatis et ordinis, hoc habet a Christo, ab apostolis, a beato Stephano, ab illa primitiva ęcclesia, quę omnes gentes docuit sanctum ewangelium, salutarem doctrinam, legem Dei et verbum Domini. Quia [Is. 2, 3. 4.] sicut predixit Isaias: *De Sion exivit*[c] *lex et verbum Domini de Hierusalem et iudicavit gentes et arguit populos multos.* Sed[d] licet hęc vera sint, Romana tamen ecclesia ab hominibus, non a Christo vel apostolis ei prelata est. Qui etsi sancti sunt, Christum tamen et eius apostolos eis preferre debemus et auctoritatem eorum magis sequi, quę est veritatis lumen et magisterium nostrę salutis. Nam sicut etiam ipsi sancti patres testantur, quod Romana ecclesia prefertur, hoc[e] fit propter potentiam imperii et dignitatem urbis, ut quę videlicet erat caput orbis et princeps erroris, caput quoque[f] fieret religionis. Verumtamen hoc ab hominibus institutum est, non a Christo deo vel ab apostolis. Ac per hoc in hac institutione non consistit causa nostrę salvationis. Unde etsi non preferretur, non procederet inde causa nostrę perditionis. Si quis ergo ei [*p. 47.] se subdere non vult, quid *dampni meretur a Deo, cuius in hoc ordinationi minime resistit?

Sed quod prefertur, videamus, utrum sit ordo legitimus an usurpatio, quam necessitas compellit fieri. Sed non est ordo legitimus, quia hoc lege sua decrevisset Christus et senatus ordinasset apostolicus. Est ergo usurpatio[g], quam necessitas[g] fieri compulit. Antequam enim diaboli instinctu studia in religione fierent et dicerent in [1. Cor. 1, 12.] populis: *Ego sum Pauli, ego Apollô, ego autem Cephe,* communi presbiterorum consilio ecclesię gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos, quos baptizaverat, putabat suos, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbiteris electus superponeretur cęteris, ad quem omnis cura ecclesie pertineret et scismatum semina tollerentur. Scismata itaque causa sunt, quod Romanus pontifex cunctis prelatus est. Si ergo non sunt in nobis scismata, non est, quod nobis faciat. Ad hoc enim tantum prelatus est, ut scismata tollat. Sed timeo, ne et[h] ipse scisma faciat in ecclesia. Dum enim ecclesiam, quę una est, dividit, et ex una duas facit, aliam superiorem et aliam inferiorem, [cf. Cant. 6, 8.] quia unitatem ecclesię dividit, scisma[i] utique facit. Una enim est ecclesia, una columba, una Christi sponsa. Nam si duę essent sponsę, alterutra earum esset adultera. Et si non esset adultera, esset tamen minus amata. Nam si ęqualiter amarentur a Christo, neutra alteri esset pręlata ab ipso. Sed et illi iniuriam faceret, qui alteram alteri subiceret. Quod si una est sponsa, nec dividi potest nec sibi subici vel preferri. Nam si divideretur, et [Matth. 12, 25.] desolaretur. Si enim *omne regnum in se ipsum divisum desolabitur,* et regnum Christi,

a) *superscr. c.* b) *sic c.* c) exibit *corr.* exivit *c.* d) Sed — est *l.* 19. *linea rubra subsign.* e) hoc — urbis *linea rubra subsign.* f) quosque *c.* g) *linea subsign.* h) et — faciat *linea subsign.* i) sc. ut. *linea subsign.*

quod est ecclesia, si divisum fuerit, in se ipsum desolabitur. Sed regnum Christi nunquam desolabitur. Nunquam ergo [in[a]] se ipsum dividetur.

Sed quid erga nos agere debeat, qui prelatus est, videamus. Debet *confirmare fratres suos*, non infirmare. Debet honorare, non vituperare. Debet omnem substantiam suam et se ipsum, si necesse fuerit, pro eis inpendere, non eorum substantias et animas pro sua temporali vita tollere. Debet peccantes instruere *in spiritu lenitatis*, non destruere in spiritu austeritatis. Debet unumquenque[b] admonere secundum qualitatem morum ipsorum, non secundum suam voluntatem[c] vel proprii animi qualitatem. Debet venire, non ut mactet et perdat, sed ut pascat, salvet et nutriat. Si enim ad hęc venerit, audietur vox eius et oves eum sequentur. Sin autem, nec vocem eius audient nec illum sequentur, sed quasi alienum abhominabuntur.

Sed nunc respondeamus ad hoc, quod arguit Rotomagensem archiepiscopum de contentu[b] ordinis sui. Quod quam recte faciat, ipse viderit. Nam Rothomagensis archiepiscopus ordinem suum minime contempnit, sed honorat et veneratur et ad hoc semper nititur, ut officium suum religiose exequatur et in Dei servitio indesinenter glorietur[e]. Monachos amplectitur ut fratres, clericos[f] suscipit ut consortes, ecclesiam Dei frequentat, pro salute populi sine intermissione Deum exorat et horis constitutis laudes Deo debitas persolvit et gratias. Qui ergo sic agit, de contentu[b] ordinis sui minime debet redargui. Opera vero eius quam mala sint, testetur metropolitana ecclesia Rothomagensis, testetur decor domus Dei, quam diligenter exornavit, testentur sanctorum corpora, quę in loculis auro textis et argento cum gemmis reposuit[1], testentur et edificia officinarum, quę magnifice apparavit, testentur candelabra, libri, cortinę et cetera omnimoda ornamenta, quę officiosissime eidem ecclesię comparavit, immo testentur elemosinę, quas pauperibus erogavit[2] et beneficia, quę indigentibus exhibuit. Nam qui horum testimonium susceperit, de malis operibus illum redarguere non poterit.

Hęc pro apologia ipsius dicta sint, non pro alterius iniuria. Verum illud summopere cavendum est, ut non preferatur sanctis et iustis hominibus, qui sanctus et iustus non est et menbris[h] Christi hii, qui non sunt menbra[h] Christi[3]. Idem quippe esset, ac si Christo preferretur diabolus. Nam qui non sunt menbra Christi, menbra sunt diaboli. Menbrum Christi non est, qui discipulus eius non est. Discipulus autem eius non est, quisquis non renunciat omnibus, quę possidet. Ait enim: *Nisi quis renunciaverit omnibus, quę possidet, non potest meus esse discipulus.* Et qui ditari vult, ubi ipse Christus pauper factus est, discipulus eius non est. Sed neque ipse discipulus eius esse potest, qui cupit habere potestatem dominationis, ubi ille suscepit formam servitutis, sicut scriptum est: *Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se ęqualem Deo, sed semetipsum exhinanivit*[b], *formam servi accipiens.* Sed et qui potestates ambit terrenas et non vult ministrare, sed ministrari, et in illo sedere tribunali, ante quod[h] Matth. 20, 28.

a) suppleri. b) sic c. c) qualitatem superscr. corr. voluntatem. d) de — sui linea cincta. e) gloriatur c. f) reliquos del. et superscr. corr. clericos. g) con- in loco raso. h) in loco raso.

1) *De translatione sancti Romani anno* 1079. *Oct.* 23. *facta auctor cogitavit; cf. Acta SS. Oct. X. p.* 82. 2) *Cf. Orderici hist. eccles. l. V. c.* 4, *ed. Prévost. II. p.* 314: Matricem basilicam (*Wilhelmus*) omnimodis ornatibus cultui divino necessariis affatim locupletavit et claustrum episcopii domosque convenientes a fundamentis eleganter renovavit. Corpus s. Romani praesulis de propria aede in metropolitanam basilicam gloriose transtulit et in scrinio auro argentoque cum pretiosis lapidibus operose cooperto reverenter locavit. . . . Monachis et clericis, omnibusque sibi subiectis ut dulcis pater blandiens profuit *etc.* 3) *Cf. Apol. pro filiis sacerd. supra p.* 653, *l.* 44 *sqq.*

stans Christus auditus et iudicatus est, discipulus eius non est. Neque enim ambulat sicut Christus ambulavit, in[a] quo manere se dicit. De iis autem superfluum est dicere, quos a prelatione[b] sacra repellit auctoritas. Sed neque inferiora[c] Christi menbra preferantur superioribus, ne meliorum vita deteriorum prelatorum corrumpatur exemplo.

a) *in loco raso.* b) a prel. *linea subsign.* c) infer. *del., superscr. corr.* super.

IV.

DE CONSECRATIONE PONTIFICUM ET REGUM.

Anno 1100. *Sept.* 23. *Anselmus archiepiscopus Cantuariensis, postquam per* 3 *annos exulavit, ab Henrico I. et episcopis qui eius ordinationi interfuerant, sollemniter invitatus*[1] *ad Angliam appulit*[2]. *Sed vix pax redintegrata videbatur, cum primate regi homagium et ius investiturae denegante lis iterum exarsit*[3]. *Ea aetate, intra a.* 1100. *ex. et* 1103. *in. hanc regni contra arrogantiam sacerdotum apologiam compositam esse conicio, quae in codice saepius laudato bis asservata est: recensio prior,* (*A*) *p.* 143 — 204, *posterior,* (*B*) *p.* 204 — 234, *alia manu priori ilico subiuncta. In posteriore auctor breve exordium praemisit, infra initio excussum, paucaque omisit, nihil tamen adiecit, unde aliquanto serius eam conditam esse effeceris. Ea enim qua et hanc et illam scripsit, aetate neque papam investituram regi omnino interdixisse neque episcopos a.* 1102. *in. Romam profectos excommunicatos esse patet: immo auctor etiamtunc brevi fore, ut lis componeretur, sperasse videtur. Unde equidem opusculum, antequam illi Romam mitterentur, a.* 1100. *ex. vel* 1101. *compositum esse coniecerim. — Libellum admodum verbosum, cui vix ultima manus accessit, integrum edere nobis non necessarium videbatur. Duas appendices recensioni B subiunctas, locos nonnullos ab auctore ad verbum laudatos, in quibus actionem primam concilii Chalcedonensis, formulas consecrationis pontificalis et regalis, fusas de nomine regis et regni disquisitiones ex Isidoro, Patricio, proverbiis Graecorum etc. transsumptis, copiosam de voce 'Sanctus' digressionem, iam in B non iteratam, quae parum ad propositum nostrum facere viderentur, omisimus.*

Sancta[a] ęcclesia sponsa Christi est, qui est verus rex et sacerdos, sed non secundum hoc quod sacerdos est sponsa eius dicitur, sed secundum hoc quod rex est. Nam
Ps. 44, 10. et ideo regina dicitur, sicut scriptum est: *Astitit regina a dextris tuis, in vestitu de-*
aurato, circumdata[b] *varietate,* et beatus Augustinus[1] in sermone, cuius initium est: *recte*
festa ęcclesię colunt, reginam eam esse manifeste denuntiat. Hinc est etiam quod cum
*p. 205. adventus *eius ad sanctam ęcclesiam a prophetis predictus, non sacerdos, sed rex ven-
Zach. 9, 9. turus prenuntiatus est. Isaias enim et Zacharias prophetę ita dixerunt: Dicite *filię*
Ier. 23, 5. 6. *Syon. Ecce rex tuus venit tibi, iustus et salvator.* Et Ieremias: *Ecce dies veniunt, dicit*
Dominus, et suscitabo David germen iustum et regnabit rex usque *habitabit confidenter.*
Similiter et in aliis cunctis locis repperies, quod ad nuptias sanctę ecclesię non sacer-

a) *abhinc usque* consecrate *p.* 664. *l.* 18. *exordium recensionis B.* b) *sic c.*

1) *Ipse iam profectus erat, cum regis et episcoporum litteras accepit; F. Liebermann, 'Anselm und Hugo' l. l. p.* 184. 2) *M. Schmitz, 'Engl. Investiturstreit' p.* 12. 3) *Ibid. p.* 13. 4) *Hunc locum non inveni.*

dos, sed rex venturus esse predictus est. Ideoque nuptię illę regales sunt appellatę, sicut in Epiphania Domini canitur: *Hodie cęlesti sponso iuncta est ęcclesia usque ad regales nuptias*[1]. Regales enim dicuntur istę nuptię, non sacerdotales, et hęc sponsa regina dicitur, non sacerdotissa. Unde et sacramentum harum nuptiarum magis convenit regię dignitati, quam sacerdotali, et ideo reges qui Christi regis imaginem preferunt, his nuptiis magis apti sunt, quarum sacramentum magis preferunt. Nam et cum ad Christum dicitur: *Tu es sacerdos in ęternum*, additur *secundum ordinem Melchisedech*, id est regis iusticię. Melchisedech enim interpretatur rex iusticię[2]. Non enim secundum ordinem leviticum, sed secundum ordinem regis iusticię factus est sacerdos. Unde manifestum est, quod sacerdotium Christi ab ordine regis iusticię ducit exemplum, quoniam et ipse Christus rex est iusticię, qui ab ęterno regnat, et regnabit in ęternum et ultra. Qui sacerdos dicitur in ęternum, non ultra. Neque enim in ęterno vel ultra ęternum sacerdotium erit *necessarium.

Auctoritate divina simulque sanctorum patrum institutione reges in ęcclesia Dei ordinantur, et ad sanctum altare sacra unctione et benedictione consecrantur, ut habeant potestatem regendi populum christianum, populum Domini, *genus electum, gentem sanctam, populum adquisitionis*, qui est ęcclesia sancta Dei. Ecclesia quippe Dei quid aliud est, quam congregatio fidelium christianorum in una fide spe et caritate, in domo Dei cohabitantium? Ad hanc itaque regendam reges in consecratione sua accipiunt potestatem, ut regant illam et confirment in iudicio et iusticia et disponant eam secundum christianę legis disciplinam; ideo enim regnant in ęcclesia, quę est regnum Dei et Christo conregnant, ut eam regant, tueantur atque defendant. Regnare enim est subditos bene regere, et Deo servire in timore. Ad hoc ipsum etiam et episcopalis ordo instituitur et sacra unctione et benedictione consecratur, ut et ipse regat sanctam ęcclesiam secundum formam doctrinę a Deo sibi traditam. Propter quod et beatus papa Gelasius ita dicit[3]: *Duo sunt quibus hic mundus principaliter regitur: sacerdotalis auctoritas et regalis potestas.* Mundum hic appellat sanctam ęcclesiam, quę in hoc mundo peregrinatur. In hoc igitur mundo habent principatum sacri regiminis sacerdotalis auctoritas et regalis potestas. *Quem quidem principatum ita nonnulli distribuunt, ut dicant sacerdotem habere principatum regendi animas, regem vero regendi corpora, quasi animę possint regi sine corporibus et corpora sine animabus. Quod nulla potest fieri ratione. Necesse est enim, si bene regantur corpora, bene regantur et animę et e converso, quoniam utraque ideo reguntur, ut in resurrectione simul utraque salventur. Veruntamen[a] si rex haberet tantum principatum regendi corpora christianorum, nonne etiam haberet principatum regendi templum Dei quod sanctum est? Dicit enim apostolus: *An nescitis, quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti?* et iterum: *Vos estis templum Dei vivi, quod sanctum est*, et: *Iam non estis hospites et advenę* usque *coędificamini in habitaculum Dei in Spiritu* sancto. *Nam et ideo christianorum corpora in baptismate sanctificantur et sacra unctioni*[b] *consecrantur, et post unctionem mistica veste induuntur, ut regia simul et sacerdotali dignitate potiantur*, sicut dicit beatus Ambrosius[4]. Quę cum ita sint, manifestum est, quod rex habet principatum regendi eos qui sacerdotali dignitate potiuntur. Non ergo debet excludi rex a regimine sanctę ęcclesię, id est populi christiani, quia ita divideretur regnum ęcclesię et fieret *desolatum. *Omne*, inquit, *regnum in se ipsum divisum desolabitur*, dicit Dominus. Non est igitur bonum, ut

a) *ita* c. b) uncione c.

1) *Hymnum non inveni.* 2) *Hieron. de nomin. Hebr., Opp. III. col.* 14: Melchisedec rex iustus; *cf. Isid. Etym. VII.* 6, 25. 3) *Epist.* 12, c. 2; *ed. Thiel p.* 351. 4) *Non inveni.*

regnum sanctę ęcclesię desoletur, quia et ipsa ęcclesia carens regno cito desolaretur. Carebit autem regno, si reges ab eius procuratione et tuitione separentur. Sed et corpora christianorum minime regerentur, si regalis potestas ab ęcclesia divideretur. Hoc sancti patres, hoc et apostolici pontifices intelligentes per divinam providentiam reges consecraverunt in protectionem sanctę ęcclesię et defensionem catholicę fidei, quia nisi regali potestate cohercerentur gentiles et heretici, et ęcclesiam et fidem catholicam et christianam religionem in irritum redegissent et in confusionem. Sed christiani reges gentiles ab ęcclesia reppulerunt, hereticos condempnaverunt et eorum prava dogmata in sinu ecclesię penitus extinxerunt; Christo enim conregnabant, immo in Christi regno christiana iura dispensabant. Non enim auctoritate sacerdotali sola hęc fieri poterant, et ideo regalis potestas necessaria erat sacerdotali, ut ipsam tueretur atque defenderet, et pax ecclesię et securitas intemerata permaneret. In hoc igitur istę duę personę, sacerdos videlicet et rex, vices Christi tenere videntur et imaginem.

Sicut enim beatus Augustinus asserit in primo libro de consensu euangelistarum[1]: *Dominus noster Iesus Christus, unus verus rex et unus verus sacerdos, illud ad regendos nos, illud ad expiandos has duas personas apud patres singillatim*[a] *commendatas suam figuram egisse declaravit.* Quoniam et istę duę personę in veteri testamento olei sancti unctione consecrate[b] et divina benedictione sanctificate leguntur ad hoc, ut in regendo populo[c] Christi Domini figuram vicemque tenerent et in sacramento preferrent imaginem. Ad ipsam quippe unctionem et divinam benedictionem insiliebat in eos spiritus Domini et virtus deificans, per quam Christi figura fierent et imago et quę mutaret eos in viros alios, ita ut uterque impersona[d] sua esset[e] alius vir, et alius in spiritu et virtute. Nam verbi gratia Aaron, primus ex unctione pontifex, et Saul primus ex unctione rex alius vir erat impersona[d] sua et alius in spiritu et virtute. Quoniam quidem iste impersona[d] sua erat Aaron, ille autem Saul; in spiritu vero et virtute nequaquam, sed christus Domini. Itaque in unoquoque gemina intelligitur fuisse persona, una ex natura, altera ex gratia, una in hominis proprietate, altera in spiritu et virtute. Una, qua per conditionem naturę ceteris hominibus congrueret, altera qua per eminentiam deificationis et vim sacramenti cunctis aliis precelleret. In[f] una quippe erat naturaliter individuus homo, in altera per gratiam Christus[g], id est Deus-homo. Et una quidem unicuique propria erat, altera communis. Regi enim et pontifici erat commune, ut esset christus Domini, quamvis in scriptura sacra frequentius et specialius invenire possis regem christum Domini appellatum esse, quam pontificem. Sed ut verum esse liqueat, quod vir unctus oleo sancto et divina benedictione sanctificatus mutetur in virum alium, id est in christum Domini, et habeat in se spiritum Dei et virtutem, sine quibus christus esse non
*p. 144. potest, et cum quibus non potest non esse christus, adhibeo testem fidelem, *de quo
1. Reg. 10, 1. nemo dubitare debeat, Samuelem prophetam, qui sic locutus est ad Saul: *Ecce unxit*
ib. 6. *te Dominus super hereditatem suam in principem, et insiliet in te spiritus Domini et*
ib. 8. *prophetabis et mutaberis in virum alium. Quando ergo evenerint signa hęc omnia tibi, fac quęcunque invenerit manus tua, quia Dominus tecum est, et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem et immoles hostias pacificas.*
ib. 9. *Itaque cum avertisset humerum suum, ut abiret a Samuele, immutavit ei Dominus cor aliud.* Et hęc quidem Samuel. Verum si unxit Dominus Saul super hereditatem suam in

a) sigill. *c.* b) *abhinc A et B consentiunt. A praemisit:* Duę in veteri testamento personę, pontificis scilicet et regis, olei sancti unctione consecratę. c) vel expiando *add. B.* d) *ita A*; in p. *B.* e) esset in p. sua *B.* f) In — Deus-homo *om. B.* g) Christi *A.*

1) *Lib. I, c.* 3, § 5; *Opp. III, p.* 2, *col.* 4.

principem et super filios Aaron et super cunctos viros[a] levitici[b] generis unexit[c] eum in principem, quoniam et ipsi maxime erant hereditas Domini. Post unctionem vero insilivit[d] in eum spiritus Domini, et propheta factus est, et mutatus est in virum alium, ut etiam sacerdotali ritu immolaret hostias pacificas. Et immutavit ei Dominus cor aliud, ut veritate cordis esset christus Domini, sicut in sequentibus idem Samuel loquitur: *Testis Dominus adversum*[e] *vos et testis christus eius.* Unde et David ad viros suos, qui cum eo in spelunca latebant, quando abscidit oram clamidis[f] Saul, sic ait: *Propitius*[g] *sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quoniam christus Domini est.* At et de ipso David in eodem libro legitur: *Tulit Samuel cornu olei et unxit David in medio fratrum eius, et directus est spiritus Domini in David a die illa et in reliquum*[h]. Ecce audistis, quod directus est spiritus Domini in David, postquam unctus[i] est a Samuele, immo a Domino. Unde et in psalmis Dominus loquitur: *Inveni*[k] *David servum meum, oleo sancto meo unxi*[l] *eum.* Unxit ergo Dominus Saul, unxit et David, sed per Samuelem, qui fidelis[m] propheta erat in domo [r]Domini. Et propter hoc uterque iure vocatus est christus Domini et habuit in se spiritum Domini, immo, quia *Domino adherebant, unus cum eo erant spiritus.* Unde et in lege etiam dii vocati sunt, ut ubi dicitur: *Diis non detrahes et principi populi tui non maledices.* Et alibi: *Ego dixi: dii estis.* Nec inmerito. Erat enim uterque christus Domini et unus cum Domino spiritus. Christus etenim Deus et homo est.

cf. Lev. 8, 12 — 1 Reg. 12, 5 — ib. 24, 7 — ib. 16, 13 — Ps. 88, 22 — ib. 14 — 1 Cor. 6, 17 — Ex. 22, 28 — Ps. 81, 6

Habet[n] itaque rex et sacerdos communem olei sancti unctionem et sanctificationis spiritum et benedictionis virtutem et Dei et Christi commune nomen et rem communem, cui merito debetur hoc nomen. Nam nisi rem haberent, falso designarentur hoc nomine. Sed hanc veraciter habent et huius participes existunt, non tamen per naturam, sed per gratiam, quia solus Christus, filius Dei et filius hominis, hoc habet et per gratiam et per naturam. Natura enim Deus est et a nullo est deificatus. Natura sanctus est et a nullo sanctificatus. Sed ideo dixi et per gratiam, quia secundum hominem deificatus est et a patre[o] sanctificatus. Rex autem ille et sacerdos, qui huius Christi, id est Dei et hominis, imago et figura erat, quia uterque totus homo erat, totus deificatus erat et[p] sanctificatus per gratiam unctionis et per benedictionis consecrationem. Nam et si Greci sermonis utaris ethimologia, consecratio, id est apotheosis[q], sonabit tibi deificatio. Si ergo sacerdos et rex uterque per gratiam deus est et christus Domini, quicquid agit et operatur secundum hanc gratiam, iam non homo agit et operatur, sed deus et christus Domini. Sed et quicquid in eum fit, iam non in hominem fit, sed in deum et in christum Domini. Et[r] quicquid prerogat vel tribuit, sive rex episcopatum, sive sacerdos regnum, iam non homo prerogat et tribuit, sed deus et christus Domini. Et si verum fateri volumus, et rex sacerdos et sacerdos rex, in hoc quod christus Domini est, iure potest appellari. Nam et sacerdotis est [r]in spiritu Christi regere populum, et regis est sacrificare et immolare in spiritu. Ipsius etenim est exhibere *se ipsum hostiam vivam, hostiam sanctam, hostiam Deo placentem,* et immolare Deo *sacrificium laudis,* sacrificium iusticie, sacrificium spiritus contribulati, quod totum significatum est per carnale sacrificium, quod sacerdos offerebat iuxta ritum visibilem sacramenti. Quod si quis velit discutere, cur sacerdos visibiliter sacrificabat, et rex non sacrificabat, hoc ideo fiebat, ut nonnulla in eis monstraretur esse diversitas propter diversitatem sacramenti. Nam aliud erat in parte sacramentum regis, aliud

Rom. 12, 1 — Ps. 49, 14; 50, 19

a) om. B. b) leviti corr. alia manu coaeva levitici A. c) ita A; unxit B. d) ... delevit B. e) adversus corr. rad. adversum A. f) sic c. g) propicius B. h) -quum ... A. i) untus B. k) invenit rad. corr. inveni A. l) rad. corr. ex unxit A. m) qui fid. ... A. o) habebat B. n) a patre in loco raso A. p) in loco raso A. q) apotheosia a ... B. r) Et — sacerdotis infra p. 666, l. 1. om. B.

sacerdotis. Sacerdos quippe[a] aliam prefigurabat in Christo naturam, id est hominis, rex aliam, id est Dei. Ille superiorem qua[b] ęqualis est Deo patri, iste inferiorem quę minor est patre. Prefigurabat etiam sacerdos, quod Christus ad oram[c] esset passurus [Eph. 5, 2.] mortem et traditurus semet ipsum in oblationem et *hostiam Deo patri, in odorem suavi-* [cf. Ps. 10, 16.] *tatis.* Rex autem prefigurabat, quod regnaturus esset in ęternum et sessurus in solio [cf. Eph. 1, 21.] et sede cęlesti *supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem,* et quod coronandus esset gloria et honore et constituendus super omnia opera Dei, et quod sibi subicienda essent omnia. Nam et ideo Saul et David electi dicuntur a Deo et uncti super hereditatem dei Israel et sederunt in solio et sede regni in Hierusalem[d], super quod et a propheta et ab angelo sessurus esse Christus in ęternum describitur. [Is. 9, 7.] *Multiplicabitur* enim, inquit Ysaias, *eius imperium et pacis non erit finis*[e] *super solium David et super regnum eius, ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iusticia, amodo* [Luc. 1, 32. *p. 147.] *et usque in sempiternum*[f]. Et angelus ad Mariam: *Et dabit,* inquit, **ei Dominus*[g] *sedem David patris eius* et cetera[h]. Non[i] dicit: dabit illi sedem Aaron patris eius, nec dicit: super solium Aaron et super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, sed dicit: dabit illi Dominus sedem David et sedebit super solium et regnum David. Quibus verbis ostenditur, quod unum solium et una sedes est et unum regnum Christi et David. Unde et in spiritu unus est Christus et David et una potestas[k], una gloria, una dignitas Christi et David. Quare et sedes David et solium et regnum et potestas et gloria et dignitas super omnia et maior omnibus et universis sanctior. Ideo etiam et potestatem et imperium dedit illi Dominus super ipsos etiam sacerdotes Domini. Dominus, inquam, dedit, qui nichil iniuste, sed omnia iuste facit. Iustum ergo fuit, ut rex super sacerdotes et potestatem haberet et imperium.

Sed de Moyse quid dicemus, qui non fuit rex unctione sacratus, non fuit sacerdos, sed dux tantum populi fuit? Nonne et ipse super sacerdotes potestatem habuit et imperium? Nonne Aaron et filios eius uncxit[l] et consecravit in sacerdotes et levitas et tabernaculum et altaria et omnia vasa eius sanctificavit et totum dedicavit sanctuarium? Quę nulla ratione facere potuisset, nisi illi super hęc omnia Dominus et potestatem dedisset et imperium, qui nichil iniuste agit vel iniquum. Quare iustum et equum fuit, ut etiam dux super hęc omnia et potestatem haberet et imperium. Et ne de solo Moyse hoc intelligas, audi, quod etiam Iosuę[m] et cęteri[n] duces hanc habuerunt. Nam secundum scripturę sacrę testimonium, sicut fuit Dominus cum Moyse, ita fuit cum Iosue et cęteris ducibus, quoniam et ipsi in spiritu et virtute Christi venerunt et personam eius gesserunt et [*p. 148.] vices tenuerunt, et sacramentum. *Salomon quoque pacificus rex ipse tot sacramentis [2. Par. 2—7.] Christi et ęcclesię refulsit, ut ęcclesiastes merito vocaretur. Ipse, quod nulli sacerdotum concessum fuit, domum Domino ędificavit novumque sanctuarium[o] construxit, novum [ib. 8, 13—15.] sacrificandi ritum instituit, sacerdotum numerum ampliavit, templum Domini dedicavit et [ib. 6, 1—42.] omnia interiora eius sacravit, sollennitatem dedicationis fecit et sacerdotali more oratio- [3. Reg. 8, 55—61.] nem ad Deum fudit et populum benedixit. In his igitur omnibus per figuram christus Domini fuit et Christi futuri vices exercuit. Similiter et de cęteris regibus sentiendum est, qui in spiritu Dei venerunt et virtute, non de illis qui regnaverunt et non ex Deo, quoniam non reges, sed tiranni[p] fuerunt et in spiritu maligno et contraria virtute venerunt. Quorum[q] unus fuit Ozias, qui, quoniam per superbiam usurpavit sacerdotium, lepra percussus [2. Paral. 26.] est, quoniam non erat christus Domini, nec cum Domino unus erat spiritus, sed agebatur spiritu huius mundi. Nec de eo legitur, quod oleo sancto fuerit consecratus.

a) Verumtamen sac. *B.* b) *om. B.* c) ad horam *B.* d) Ierus. *B.* e) *in marg. add. A.* f) *sequitur verbum eras. A.* g) Deus *add. in marg. B.* h) cęt. *B.* i) Non — regnum David *l.* 16. *om. B.* k) *sequitur* et *eras. A.* l) unxit *B.* m) Iosue *B.* n) *rad. corr. ex* ceteris *A.* o) sanctuarum *A.* p) tyranni *B.* q) Quorum — consecratus *l.* 45. *om. B.*

Nunc veniamus ad novum testamentum, quia et in eo sacerdotes et reges oleo sancto sanctificantur et chrismate et divina benedictione consecrantur. Estimo, quod verius et certius possumus asserere de illis ea, quę de sacerdotibus et regibus veteris testamenti superius dicta sunt, tanto siquidem, quanto certius et verius participes facti sunt divinę gratię[a] atque naturę. Sunt enim et ipsi unum cum Deo et christo eius, sunt et dii et christi per adoptionis spiritum, et in eis etiam loquitur Christus et Spiri- cf. Rom. 8, 15.
tus sanctus, et in eis vices suas perficit et operatur; in eis sacrificat et regnat et regit populum suum. Unde et uterque in spiritu et Christus et deus est, et in officio figura et imago Christi et[b] Dei est. Sacerdos sacerdotis, rex regis. Sacerdos inferioris officii et naturę, id est humanitatis, rex superioris, id est divinitatis. *Christus enim Deus *p. 149.
et homo, verus et summus est rex et sacerdos. Rex est, sed ex eternitate divinitatis, non factus, non creatus, non inferior vel diversus a patre, sed ęqualis et unus[c] cum patre[1]. Sacerdos vero est ex assumptione humanitatis, factus secundum ordinem Melchi- Hebr. 6, 20.
sedech et creatus et ideo minor patre. Qui etiam secundum quod rex est, creavit omnia, regit omnia, et homines simul gubernans et angelos salvat; secundum vero quod sacerdos est, homines tantum redemit, ut secum regnare faciat. Hęc enim est tota intentio, qua sacerdos factus est, et se ipsum obtulit in sacrificium, ut homines regni sui et potestatis regię faceret esse participes. Regnum enim cęlorum ubique scripturarum[d] promittit fidelibus, nusquam autem sacerdotium. Hinc igitur apparet maiorem esse in Christo[e] regiam, quam sacerdotalem potestatem, et pręstantiorem, tanto scilicet, quanto divinitas eius maior est humanitate atque pręstantior. Quare et a quibusdam[f] estimatur[g], ut in hominibus similiter maior sit[h] et pręstantior regia[i] potestas, quam sacerdotalis, et rex maior et prestantior, quam sacerdos, utpote melioris et prestantioris[k] Christi naturę imitatio[l] sive potestatis emulatio. Quapropter non est, inquiunt, contra Dei iusticiam, si sacerdotalis dignitas instituitur per regalem vel ei subdita est, quia in Christo ita actum est, ut sacerdos fieret per suam regiam potestatem et subditus patri sit per sacerdotalem[m], cui est equalis per regiam. Quod[n] si quis dicat, quod etiam sacerdos rex sit — omnis enim, qui regit rex iure potest appellari — hic pro eis melius facere videtur, ut rex instituatur per regem, minor per maiorem. Et ipsi econtra dicere possunt, quia rex in scriptura sacrę benedictionis *princeps presul*[2] appellatur. Habent[o] tamen[p] rex et sacerdos communia quędam privilegiorum *karis- *p. 150.
mata et eandem[q] gratiam, habent[o] et quędam propria officiaque diversa. Quanvis[r] enim in regendo communem gratiam habere videantur[s], aliter tamen sacerdotibus atque aliter regibus in quibusdam agendum est et alia atque alia est implende suę administrationis gratia. Verum si sacerdos per regem instituitur, non per potestatem hominis instituitur, sed per potestatem Dei. Potestas enim regis potestas Dei est, Dei quidem est per naturam, regis per gratiam. Unde et rex Deus et Christus est, sed per gratiam, et quicquid facit non homo simpliciter, sed Deus factus et Christus per gratiam facit. Immo ipse, qui natura Deus est et Christus, per vicarium suum hoc facit, per quem vices suas exsequitur.

Sed nunc videamus, quid rex conferat homini, qui creandus est episcopus per prerogativam baculi pastoralis. Estimo, quia neque ordinem, neque ius sacerdotii confert illi, sed quod sui iuris est et regni terrenarum, videlicet rerum dominationem

a) gratiae *B.* b) *om. B.* c) unum *B.* d) scripturar *A*; ũ *in loco raso.* e) in Chr. *in loco raso A.* f) quabusdam *A.* g) estimatur *A.* h) rex *suprascr. B.* i) regia — prest. *om. B.* k) *in loco raso A.* l) immitatio *A*; immittatio *B.* m) sacerdotalem *A.* n) Quod — appellatur *l. 31. om. B.* o) habet *A.* p) enim *B.* q) *sqq.* habet *delet. B.* r) *sic A.* s) videatur *B.*

1 *Cf. symbolum Niceno-Constantinopolit.* 2 *Cf. formulam consecrationis infra p. 678, n. 9.*

et tutelam ęcclesię et potestatem regendi populum Dei, qui est templum Dei vivi et ęcclesia sancta[a] sponsa Christi domini nostri. Quod autem terręnarum rerum dominationem, id est villarum possessionem, iure regum possideat episcopus, testatur Augustinus in fine sexti sermonis super Iohannem, ubi dicit[1]: *Ecce sunt villę. Quo iure defendis villas? Divino an humano? Respondeant: Divinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Unde quisque possidet, quod possidet, iure humano. Nam iure divino Domini est terra et plenitudo eius. Pauperes et divites Deus de uno limo*[b] *fecit, et pauperes et divites una terra subportat. Iure tamen humano dicitur: Hęc villa mea est, hęc domus mea, hic servus meus est. Iure ergo humano, iure imperato-*
*p. 151. *rum. Quare? *Quia ipsa iura humana per imperatores et reges seculi Deus distribuit generi humano. Vultis, legamus leges imperatorum et secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges imperatorum. Videamus, si voluerunt aliquid ab hereticis*[c] *possideri. Sed quid mihi est imperator? Secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura imperatorum et quis audet dicere: mea est illa villa, aut meus est iste servus, aut domus hęc mea est? Si autem ut teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt regum, vultis, recitemus*[d] *leges, ut gaudeatis, quia vel unum hortum habetis, et non imputetis nisi mansuetudini columbę, quia vel ibi vobis permittitur permanere? Releguntur enim leges manifeste, ubi preceperunt imperatores eos, qui preter ęcclesię catholicę communionem usurpant sibi nomen christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nichil nomine ęcclesię audeant possidere. Sed quid nobis et imperatori? Sed iam dixi: de iure humano agitur. Et tamen apostolus voluit serviri re-*
1. Petr. 2, 17. *gibus, voluit honorari reges, et dixit: Regem reveremini. Noli dicere: Quid michi et regi? Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones.* Et hęc quidem Augustinus. Ex cuius verbis consequitur, quod episcopus iure accipit[e] a rege possessiones. Et non solum possessiones, sed etiam tutelam ęcclesię et potestatem regendi populum Dei, qui est templum Dei vivi et ęcclesia sancta sponsa Christi domini nostri. Hęc enim sunt sui iuris et regni, quoniam a Deo hęc illi cęlitus col-
*p. 152. lata sunt et divinitus pręrogata, et hoc pręrogat[f] et tribuit illi qui novus *creandus est episcopus. Propter quod et huiusmodi hominis sacerdotium regale dicitur, quod est a rege dirivatum[f], regis habens et potestatem et officium. Sicut enim rex sua potestate regit populum a Deo sibi subditum, ita et sacerdos. Nam, ut ait beatissimus papa Gelasius[2]: *Ista duo sunt quibus hic mundus principaliter regitur, sacerdotalis auctoritas et regalis potestas.* Quod quidem sequitur, ut regis et sacerdotis communis sit huius regiminis principatus, in quo etiam et paris privilegii videtur esse sacerdotalis auctoritas et regalis potestas et rex et sacerdos equales in principatu sacri regiminis. Quare non magis videtur absurdum, si rex hęc pręrogat homini qui futurus est episcopus, quam si eam prerogaret episcopus, presertim cum neque rex neque episcopus ea pręrogant, sed eorum caput, id est Christus deus, in cuius sacramento, immo in quo, non sunt duo, sed unus Christus. Nec puto, quod aliquis iustius debeat ea prerogare quam Christus ex natura per Christum ex gratia, sanctus ex natura, per sanctum ex gratia, quoniam et ea quę pręrogantur sancta sunt, nec ad illa accedere quisquam iure potest, nisi sanctus. Propter quod per benedictionem et consecrationem sublimatur[g] uterque in potestatem regiminis, ut sanctus sit et benedictus ad regendum populum sanctum Domini et exequenda animarum iudicia. Sancta quippe est potestas

a) *om. B.* b) luno *A.* c) hereticis *A.* d) recitamus *A.* e) accepit *B.* f) *ita c.* g) sullimatur *A.*

1) *Expos. Ioh. evang. c. 1, tract. VI, § 25. 26, Opp. III, 2, col.* 340. 341. 2) *Ep.* 12, *c.* 2, *ed. Thiel p.* 351; *cf. supra p.* 663, *n.* 3.

reginimis, sanctum et regimen ipsum, nec ad illud accedere quisquam iure potest, nisi sanctus. Hii etiam qui reguntur *genus sunt electum, gens sancta, populus adquisitionis, semen, cui benedixit Dominus*, et ad quos specialiter loquitur dicens: *Sancti estote, quia et ego sanctus sum, dominus Deus vester*. Ideo igitur consecrantur et benedicuntur[a] sacerdotes et reges, ut sancte gentis et seminis benedicti, sancti sint rectores et benedicti et sancte potestati sanctoque regimini sancti chereant, et ministri et sanctorum decens[b] sit copula[c] et in glutino Dei unita conventio[d]. . . . . .

Ideo igitur consecrantur sacerdotes et reges et sanctificantur, ut nullis negotiis vel actibus, qui ad Deum minime pertinent, occupentur, sed sancti sint, id est extra terram et extra mundum segregati, inter Deum et populum mediatores effecti, et in cęlis conversentur et in terris subditos moderentur. Ideo, inquam, sanctificantur, sed isdem sanctificantibus causis. Nam eodem sancto Spiritu sanctificantur, eodem sancto chrismate et oleo sanctificantur, eodem sancto verbi Dei misterio[e] et virtute sanctificantur. Unde et eandem sanctificationem et eundem consecrationis effectum eos habere quidam arbitrantur propter easdem causas sanctificantes et propter eandem unctionem. Unde una eademque videtur esse sanctificatio sacerdotis et regis et propter hoc virtus eadem, qua uterque uniformiter deificatur, et induendo dominum nostrum Iesum Christum fit et ipse christus Domini. Neque enim in unguendo[f] regem minus sanctum vel deterius efficitur oleum illud et crisma sanctum et in unguendo sacerdotem sanctius atque melius, sed ad utrumque est unius eiusdem virtutis et sanctitatis. Et propter hoc videtur esse potestas eadem. Etenim si ad ea tantum respiciamus, quibus sanctificantur, una eademque videbitur in utroque esse et unctio et sanctificatio et potestas. Si vero ad exempla divinę rationis, iuxta quę unguntur et sanctificantur, maior regis quam sacerdotis et unctio et sanctificatio et potestas. Etsi enim secundum materiam olei et visibile sacramentum eadem sit unctio et sanctificatio sacerdotis et regis, sed secundum interiorem gratiam et veritatem invisibilis et spiritualis unguenti et maxime secundum exemplum filii Dei, ad quod instituta est, maior et sanctior videtur unctio et sanctificatio et potestas regis quam sacerdotis. Nam unctio quidem et sanctificatio sacerdotum ad exemplum Aaron instituta est, quem Moyse unexit[g] et sanctificavit, et quod maius est, ad exemplum apostolorum, quos unexit Deus pater unctione spirituali[h] et gratia spiritus sancti. Regis vero unctio instituta est ad exemplum illius, quem *Deus* pater[h] *unxit* ante secula[i] *prę omnibus participibus suis*, Iesu Christi domini nostri. Hebr. 1, 9. Participes etenim regum sunt in sacra unctione episcopi, presbiteri et omnes christiani. Sed prę iis omnibus *unxit eum Deus oleo lęticię et gratia Spiritus sancti*. Ps. 44, 8. Nam quemadmodum dictum est, sacerdotes quidem unxit sicut apostolos suos unctione spirituali, regem vero sicut filium suum primogenitum et ante secula genitum prę omnibus participibus suis. Et hoc quidem habemus ex auctoritate et sententia divinarum consecrationum, quibus eis divinitus datur, quicquid habent sanctificationis et gratię[k] et potestatis. Quapropter sicut melior est filius Dei apostolis suis, et sanctior unctio eius unctione apostolorum et potestas eius sublimior potestate illorum, ita melior[l] esse videtur rex sacerdotibus et sanctior unctio[m] eius unctione illorum et potestas eius illorum potestate sublimior. Eadem ratione sicut sedes filii Dei prestantior est apostolorum sede, ita[n] sedes regis prestantior est sacerdotum sede et virga regni eius virga officii illorum, quia sedes et virga illorum sacramentum est sedis et virgę apostolorum, virga autem et[o] sedes regis sacramentum est virgę et sedis Christi. Hoc etiam testatur auctoritas utriusque benedictionis. Nam ad regem

a *corr. ex* benedicantur *A*. b des *A*. c copupula *A*. d *sequ.* [illegible] sanctus [illegible] *iam omissa*. e *rad. corr. ex* ministerio *A*. f ugnendo *A*. g unenxit *B*. h [illegible] *B*. i [illegible] *B*. k grae *B*. l melor *A*. m *rad. corr. ex* unctione *A*. n ita [illegible] sedes [illegible] *B*. o [illegible] *A*.

Ps. 44,7. Hebr. 1,8. in benedictione sua dicitur, *ut*[1] *in omnibus sequi merearis eum, ad quem dicitur: sedes tua Deus in seculum seculi, virga equitatis*[a] *virga regni tui.* Non dicitur: ut sequi merearis Petrum vel Paulum vel cęteros apostolos, sicut episcopi faciunt iuxta ordinem suum, sed dicitur, ut in omnibus sequi merearis eum, ad quem dicitur sedes tua Deus in seculum seculi, virga ęquitatis virga regni tui. Rex enim principaliter sequitur Christum, id est ex eius vice et imitatione[b], episcopi vero, etsi secuntur[c] Christum, hoc tamen faciunt interposita vice[d] et immitatione[e] apostolorum. Unde et regis potestas et ordinatio episcoporum potestate et ordinatione sublimior esse cernitur, et si non sublimior, non tamen esse videtur[f] inferior.

Rom. 13,1-7. Sed quod superior sit, apostolus designare videtur, ubi dicit: *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Non est enim potestas, nisi a Deo. Quę*[g] *autem sunt a Deo ordinata sunt.* *p. 173. *Itaque qui resistit potestati, Dei* *[h] *ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi dampnationem adquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum, si male feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui operatur malum. Ideoque necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo autem et tributa prestatis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo in omnibus debita. Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal*[i], *cui timorem, timorem, cui honorem, honorem.* Ecce audistis, quod apostolus sublimiores potestates dicit principes, qui ministri Christi sunt in bonum bonis et gladium portant et vindices sunt in iram eis qui operantur malum, et tamen de[k] gentilibus loquebatur. Ideo, inquit, subditi estote eis non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Subditi estote, inquit, hoc est, omnis anima. Si ergo omnis, nec sacerdos excipitur. Ita quippe, ut videmus, ordinata est potestas regum sive principum[l], ut etiam[m] sacerdotibus dominetur. Ordinata est, sed[k] a Deo. Nisi enim a Deo ita esset ordinata, inordinata potius quam[n] ordinata esset, immo
Rom. 13,1.2. etiam nec potestas esset. *Non est enim,* inquit, *potestas nisi a Deo. Quę autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi dampnationem*[o] *adquirunt.* Ideo igitur sancti pontifices subditi sunt regibus et principibus, ne Dei ordinationi resistant et sibi dampnationem adquirant. Alioquin grave crimen incurrerent, [ni]si[p] contra Dei ordinationem[q]
*p. 174. *sponte eis subderentur. Sed sponte quidem subduntur, nec tamen delinquunt, quia secundum Dei ordinationem se subdunt, cui resistere verentur, ne sibi dampnationem[o] adquirant. Non enim ignorant, quod potestas regibus super omnes homines cęlitus data est et tributum est eis a Deo dominari non solum militibus sive laicis, sed etiam sacerdotibus Domini.

Quoniam et beatissimus papa Gregorius, vir totius sanctitatis et summę auctoritatis, vas et loquutorium Spiritus sancti, in epistola ad Mauritium augustum[2] non solum reliquos sacerdotes, sed etiam se ipsum, qui solus pontifex erat summus, eidem imperatori a Deo esse subditum et debitam ei obedientiam exhibuisse asseruit. Ait enim: *Quia contra auctorem omnium Deum hanc intendere constitutionem sentio, dominis tacere non possum. Ad hoc enim potestas super omnes homines pietati dominorum meorum celitus*[r] *data est, ut qui bona appetunt, adiuventur, ut cęlorum via*

a) virga equ. *bis scr. semel delevit B.* b) *rad. corr. ex* immit. *A.* c) sequuntur *B.* d) *in loco raso A.* e) *sic c.* f) videt. esse *B.* g) Quę — Deo *primo omissa ead. manu in marg. addita sunt in A.* h) *quaternionibus mutatis* 12 *paginae hic praeter mittuntur.* i) *in marg. add. A.* k) *superscr. A.* l) principium *A.* m) *bis scr. A.* n) qui *A.* o) dapnationem *B.* p) *suppleri.* q) ordinem *B.* r) cęlitus *B.*

1) *Cf. infra p.* 678, *n.* 5. 2) *Reg. III,* 61, *EE. I, p.* 221.

largius pateat, ut terrestre regnum cęlesti regno famuletur. Et ecce aperta voce dicitur, ut ei qui semel in terrena militia signatus fuerit, nisi aut expleta militia aut pro debilitate corporis repulsis Christo militare non liceat. Ad hęc ecce per[a] *me servum ultimum suum et vestrum respondet Christus dicens: Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum cesarem, de cesare imperatorem, non solum hoc, sed etiam patrem imperatorum feci. Sacerdotes meos tuę manui commisi, et a servitio meo tuos milites subtrahis? Responde, rogo, piissime domine, servo tuo, quid venienti et hoc dicenti responsurus es in iudicio Domino tuo.* Hęc igitur beatus Gregorius cum dicit, Christum affirmantem inducit, quod et comitem et cesarem et imperatorem facit, et sacerdotes suos manui *eius, id est potestati, committit. Qui etiam postea[b] subiunexit[1]: *Ego quidem iussioni vestrę subiectus eandem legem per diversas terrarum partes feci transmitti, et quia lex ipsa omnipotenti Deo minime concordet, ecce per suggestionis meę paginam serenissimis dominis nunciavi. Utrobique ergo quę debui exsolvi*[c], *qui et imperatori obędientiam prebui, et pro Deo quod sensi minime tacui. Prębui*, inquit, *obedientiam imperatori, quia debui.* Quo sermone ostenditur, quia summus pontifex imperatori debet esse obediens et subditus. Nisi[d] enim obedientia[e] eum excusabilem faceret, rem detestabilem et duram fecisse videretur. Iterum autem in epistola ad Theodorum medicum[2] dicit: *Valde mihi durum videtur, ut ab eius servitio milites suos prohibeat, qui et ei omnia tribuit et dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit.* Unde manifestum est, quod imperatoris sive regis potestas et dominatio, qua dominatur etiam sacerdotibus, cęlestis est et divina et cęlesti iudicio super sacerdotalem potestatem et dominationem ordinata precellit[f]. *p. 175.

Propter quod et apostolorum princeps ad eos loquitur, quos vocat *genus electum, regale sacerdotium*[g], *gentem sanctam, populum adquisitionis*, dicens: *Subiecti*, inquit, *estote, omni humanę creaturę propter Deum, sive regi quasi pręcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Voluntas quippe Dei est, ut rex precellat et duces mittantur, ut vindicent malefacta et laudent bona, et propter hoc subiectum sit ei regale sacerdotium et maxime propter Deum. Sed quid in Paulo et Petro et Gregorio tantum inmoramur[h]? Annon et[a] ipse, qui est caput totius ęcclesię et Petri magister et dominus et hostium[i] cęlestis ovilis[k] summusque pontifex, ostendit sic tam verbo quam exemplo regiam potestatem esse precellentem et omnes illi debere esse subditos? verbo quo dicit: *Reddite, quę sunt cęsaris cęsari et quę sunt Dei Deo*: exemplo, quia[a] ipse cęsari tributum reddidit et Petro, ut hoc idem faceret pręcepit. Reddite, inquit, quę sunt cęsaris cęsari, non quę sunt Tyberii Tyberio. Reddite potestati, non personę. Persona enim nequam, sed iusta potestas. Iniquus Tyberius, sed bonus cęsar. Reddite ergo non personae[l] nequam, non iniquo Tyberio, sed iuste potestati et bono cęsari quę sua sunt. Et ut hoc opere[m] compleret[n], ait Petro: *Vade ad mare et mitte hamum, et eum piscem qui primus ascenderit tolle, et aperto ore eius invenies staterem; illum sumens, da eis pro me et te.* 'Da', inquit, 'pro me et te, iuste potestati[o] et bono cesari, cui secundum hominem subditi sumus'. Hoc enim est et preceptum et exemplum illius, qui de se suisque menbris[p] ait: *Decet nos*[q] *implere omnem iusticiam.* Sciebat[r] enim hoc pertinere ad iusticiam, ut redderet

1 Petr. 2, 9.
13. 14.
Matth. 22, 21.
17, 26.
3, 15.

a) *superscr.* A. b) *om.* B. c) s *superscr.* A. d) nisi — ob. *in loco raso* A. e) obed. B. f) pre *in loco raso* A; prę B. g) *ita* B; sacerdotum A. h) immor. B. i) *sic* A. k) lis summusq; *in loco raso* A. l) personę B. m) *in marg. add.* A. n) complerer B. o) *sic* B; potenti A. p) *sic* A; mebris B. q) *corr. ex* non A. r) Sciebat — iusticiam *p.* 672. *l.* 1. *bis scripsit semel delevit* B.

1) *Reg. III*, 61, *EE. I. p.* 222. 2) *Reg. III*, 64. *EE. I. p.* 226.

cesari quę sunt cesaris. Alioquin[a] non impleret omnem iusticiam, si hoc vel pręciperet
vel ageret perperam. Sed in iis[b] omnibus implevit iusticiam. Iustum[c] quippe erat,
ut humana infirmitas divinę subderetur potestati. Christus namque secundum hominem tunc infirmus erat, cęsaris vero potestas divina.

Quare et sanctissimi[d] sacerdotes subditi sunt regibus tanquam Christo eisque obsequium pręstant, quia in regibus eum regnantem intelligunt et dominantem omnibus.
Ac per hoc denique dum per reges intrant in ovile ovium, id est in potestatem regiminis, per hostium id est per Christum intrant, et pastores sunt ovium. Rex enim per
*p. 177. I Joh. 10, 7. potestatem Christus est et Christus hostium. Quicumque igitur per regis potestatem *intrant, per Christum intrant. Ac per hoc intrant per hostium et pastores sunt ovium.
ib. 2. 3.

Ps. 27, 8. Ita ergo potestas regis Christus est, sicut et *Dominus* est *fortitudo plebis sue,* quia
neque rex quicquam potest sine Christo, sed ipse in populo fortis est et in[e] rege potest[f],
cf. 1. Paral. 27, 11. ad quem dicitur: *Tua est potentia, tuum regnum, Domine.* Ipse enim regnat in regibus et
dominatur populis. Et hęc est magna gratia dignationis eius, ut homines velit fieri participes potestatis suę et nominis[g], quatinus et regant populum et dicantur christi. Quia
igitur et episcopi christi sunt et reges claves regni cęlorum accipiunt, quę magis ad
regiam potestatem pertinent, quam ad sacerdotalem. Regni enim cęlorum claves dicimus,
non sacerdotii cęlorum, per quod sacerdotes signantur fore[h] etiam reges. Nam claves iste
proprię regis sunt, quoniam regnum honor proprius regis est. Qui etiam per bene-
I. Cor. 6, 17. dictionis sacramentum efficitur christus Domini, et quia *adheret Domino, unus* cum eo
Is. 22, 22. *est spiritus.* Inde fit, ut et ipse, in spiritu quidem Christi, fiat[1] *clavis David et scep-*
ib. 42, 7. *trum domus Israel, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, qui educit vinctum*[i] *de domo carceris, sedentem in tenebris et umbra mortis,* quoniam accepit hanc
gratiam, ut in omnibus sequi possit eum, qui talis est per naturam. Quapropter[k] si
oportet, aperit per gratiam regnum cęlorum et nemo claudit, et educit vinctum de
domo carceris, quod est a peccatis solvere, sedentem in tenebris et umbra mortis, quod
est ad regnum vitę et claritatis transferre. Huiusmodi ergo clavis clavis regni cęlorum iure potest appellari. Et hęc quidem[l] gratia communis est regum et sacerdotum, in quantum et ipsi reges sunt. Nec quemquam moveat, quod dixi, in quantum
*p. 178. ipsi reges sunt, quia claves regni, id est potestas *et regimen regni et regnum ipsum
honor est proprius regum, non etiam sacerdotum, sed in quantum sacerdotes sunt.
Nam et Petrus et ceteri apostoli, priusquam sacerdotio fungerentur, sed tamen iam
cum Christo regerent discipulos Christi, claves regni cęlorum acceperunt a Christo.
Quę res indicio est, ut non sacerdotibus debeantur claves istę, sed regibus.

Notandum[m] vero, quod aliquando dicuntur claves regni cęlorum plurali numero, aliquando clavis David singulari. Sed illud per figuram quandam locutionis, hoc autem per proprietatem, quia non est nisi una eademque clavis[n] regni cęlorum et David, id est regis cęlorum. Non enim est nisi una eademque potestas et virtus et sapientia Dei, per quam reges regnant et sacerdotes sanctificant et utrique iudicant. Quia nec in Deo duplex est potestas, duplex virtus, duplex sapientia, nec in regibus et sacerdotibus alia potest esse, quam quę in Deo est potestas, virtus et sapientia, quia preter Deum nulla potest inveniri, nulla cogitari, nulla confingi. Quapropter si rex instituit sacerdotem, vel sacerdos regem, non homo instituit hominem, sed sancta Dei potestas, sancta virtus, sancta sapientia et istum instituit et illum alium per alium.

a) Alioquim *A.* b) his *B.* c) Iustum — div. *l.* 4. *om. B.* d) sanctisimi *B.* e) *superscr. A.* f) *an* potens? g) *in loco raso A.* h) etiam esse *B.* i) unctum *A.* k) Quapr. — appellari *l.* 28. *om. B.* l) *om. B.* m) Not. — per alium *l.* 44. *om. B.* n) s *superscr. A.*

1) *Cf. formulam consecrationis infra p.* 678, *n.* 5.

Hinc est etiam, quod et reges et sacerdotes hanc habent gratiam communem, ut sua potestate doceant sanctam ecclesiam et erudiant populum Domini et doctrinę spiritualis[a] verbo et bonę conversationis exemplo, ut de medio eius auferant totius hereticę pravitatis seminarium, et contra scismaticorum venena temperent fidelis et divinę censurę potentissimum[b] antidotum, quatinus ecclesia Dei sit catholica, sit casta, sit libera. Catholica per fidem et communionem sanctorum, casta per sobrietatem et continentiam, 'libera per inhabitantis in se Spiritus sancti presentiam. *Ubi* enim *spiritus Domini, ibi libertas.* Libera sit, inquam, ut nulli turpitudini serviat, ut non regnet peccatum in suo mortali corpore, ut non obediat desideriis et concupiscentiis carnis, ut non obsequatur spiritibus inmundis, sed sicut accepit a Domino *potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici*, ita per virtutem domini nostri Iesu Christi erecta sit supra omnem turpitudinem, supra omne peccatum, supra omne desiderium et omnem carnis concupiscentiam, supra omnem spiritum inmundum, ut propter suam libertatem cum Christo regnet[c] in ęternum. Hoc[d] enim est propter quod reges regnant et regunt ecclesiam, ut cum Christo regnet in ęternum. Iam quippe misterium futuri regni operatur, et ipsi sunt primitię cum Christo in futuro regnantium. Regnum enim eorum figura est cęlestis regni et libertas eorum futurę libertatis, quę est summum bonum civitatis Dei nostri. Quapropter et summus typus est summaque figura omnium, quę figurant cęlestia bona. Ac per hoc sanctissima et optima omnium est regia potestas. Et propter hoc etiam ad eos dicitur: *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, servite Domino in timore et exultate ei cum tremore. Quomodo ergo*, inquit Augustinus[1], *reges Domino serviunt in timore, nisi ea, quę contra iussa Domini fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit, quia homo est, aliter, quia etiam rex est. Quia homo est enim, servit vivendo fideliter, quia vero etiam rex est, servit leges iusta precipientes et contraria prohibentes convenienti vigore sanctiendo. Sicut servivit Ezechias lucos et templa idolorum et illa excelsa, quę contra Dei 'precepta fuerant constructa, destruendo; sicut servivit rex Ninivitarum universam civitatem ad placandum Dominum conpellendo; sicut servivit Darius idolum frangendum in potestatem Danieli dando et inimicos eius leonibus ingerendo; sicut servivit Nabugodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos a blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo serviunt Domino reges, in quantum ea faciunt ad serviendum illi, quę non possunt facere nisi reges. Cum[2] itaque nondum reges Domino servirent temporibus apostolorum, sed adhuc meditarentur inania adversus eum et adversus christum eius, ut prophetarum prędicta omnia conplerentur, non utique tunc possent inpietates[f] legibus prohiberi, [sed] potius exerceri. Sic enim ordo temporum volvebatur, ut et Iudei occiderent prędicatores Christi, putantes se officium Deo facere, sicut prędixerat Christus et gentes fremerent adversus christianos et omnes patientia[g] martyrum vinceret. Postea vero quam cępit impleri[h] quod scriptum est: Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei, quis mente sobrius regibus dicat[i]: nolite curare in regno vestro a quo teneatur vel obpugnetur[k] ecclesia Domini[l] vestri, non ad vos pertinet[m] in regno vestro quis velit pudicus esse, quis inpudicus[n].* Hoc enim intelligere debent reges, et qui iudicant terram in hoc servire Domino, ut timeant et curent, ne in regno suo obpugnetur ecclesia domini Dei sui, ne aliquis sit sacrilegus

a) spiritualis A. b) potentissimum A. c) *sequitur* in regnet *delet.* [illegible] d) hoc [illegible] l. 15. *om. B.* e) *hic* [illegible] f) impiet. B. g) patientia B. h) impleri B. i) d[illegible] *loco ras.* k) *ita B;* obpugnetur A. l) Dei *add.* B. m) [illegible] pertinet. [illegible] n) inp. B.

1) *Epist.* 185, *c.* 5, § 19; *Opp. II, col.* 651. 2) *Ibid.* § 20.

et inpudicus[a] et irreligiosus[b]. Neque enim est contra regulam iusticię[c], ut leges constituant reges, quibus sanctam ęcclesiam tueantur[d] et protegant. Nec vereantur sancti regum leges implorare atque suffragia, quia Paulus apostolus Romanas leges implorare [*p. 181. Act. 16, 37.] *minime dubitavit, civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemque, ne Iudeis eum interimere cupientibus traderetur, cesaris poposcit auxilium, Romani quidem principis, sed non christiani. Ubi satis ostendit, quid facere postea deberent Christi dispensatores, quando imperatores christianos periclitante [Is. 11, 4.] ęcclesia reperirent. Quorum etiam gratia est, ut *iudicent in iudicio pauperes et arguant in ęquitate pro mansuetis terrę. Et percutiant terram virga* regni *sui et spiritu* gladii *sui interficiant impium.* Gladius quippe eorum, etsi per materiam corporeus est, sed per virtutem sacramenti Spiritus sanctus est, ut quos materia corporis per iusticiam exterius interficit, sacramenti virtus per Spiritum sanctum interius vivificet. Hac enim de causa gladium portant, ut in eo feriant peccatores et vindicent iniuriam domini [Matth. 13, 41. cf. Ier. 50, 41.] Sabaoth, et de *regno eius tollant omnia scandala* et ascendant ad predam, quasi leo [Is. 40, 3.] contra hostes Domini, et diripiant fortitudinem inimicorum eius, et[e] *vox* eorum tanquam leonis *clamantis in deserto.* Et si queris, quid clamet, *parate,* clamat, *viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Domini nostri.* Hoc enim clamat rex iustus voce, clamat opere. Clamat verbo, clamat exemplo. Clamat minis, clamat blandimentis. Clamat legibus, clamat edictis. Clamat imperio, clamat iudicio. Ideo in republica[f] omnipotentis Dei, id est in sancta ęcclesia sive in hoc mundo, tenet solium summi regiminis, solium glorię et pulchritudinis, solium iusticię et fortitudinis, solium iudicii et equitatis, solium regni et imperii, solium misericordię et pietatis, solium gratię et decoris, solium modestię et dilectionis, solium propitiationis et reconciliationis, solium [*p. 182.] David et filii *eius pacifici, solium Christi et Dei, solium quod neque par habet neque prestantius in sedibus huius seculi. Sic enim docent nos eloquia Dei et misticę verba consecrationis. Nos dico, qui nutriti sumus in lacte non tantum Petri, sed etiam Christi, qui sedimus ad mensam veri Salomonis et vidimus cibos mensę eius et de soliditate gustavimus ciborum pacifici.

Et hoc est eorum singulare privilegium et ab omnibus inparticipata gratia. Habent tamen et sacerdotes quandam regiminis communionem cum eis et eiusdem regiminis signa quędam communia, ut est virga pastoralis et virga regia. Hę[g] quippe unius sunt misterii, unius virtutis, et commune optinent sacramentum. Nam de virga pastorali cum datur ad episcopum, dicitur: *Accipe baculum signum regiminis!*[1] De virga autem regia ad regem dicitur: *Accipe virgam iudicii et ęquitatis*[h, 2], quod est proprium decus sacri regiminis. Audistis, quia dictum est episcopo[1], ut *inbecilles*[i] *consolides, titubantes confirmes, pravos corrigas, errantes dirigas in viam salutis ęternę, et in corrigendis viciis sis seviens et, cum iratus fueris, misericordię recordaberis.* Audistis, quia dictum est regi[3], *qua*[4] *intelligas mulcere pios et terrere reprobos, errantes viam doce, lapsisque manum porrige, disperdasque superbos et releves humiles, et aperiat*[k] *tibi hostium Iesus Christus dominus noster, qui de se* [Ioh. 10, 9.] *ipso ait: Ego sum hostium, per me si quis introierit, salvabitur.* Nonne ergo unum idemque est in sententia, quod ad utrumque dictum est, etiam si diversitas sit in prolatione sermonis? Ita est, inquam, et in sententia et in sacramento et virtute et *benedictione unum [*p. 183.]

a) imp. *B.* b) ir *superscr. A.* c) instię *A.* d) tu. ęccl. *B.* e) et — iudicio *l.* 19. *om. B.* f) in r. *in marg. add. A.* g) Hęc *B.* h) virtutis et et equitatis et cetera. Ecce audistis baculum episcopi signum esse regiminis, ecce audistis virgam regis virgam esse virtutis et ęquitatis *add. B.* i) imbec. *B.* k) t *superscr. A.*

1) *Non inveni.* 2) *Eadem fere verba infra p.* 678, *l.* 21. 3) *Cf. infra p.* 678, *n.* 7. 4) *Scilicet virga.*

idemque est ac per hoc etiam in potestate. Unde sequitur, ut etiam e duobus alterum dicamus, videlicet, ut aut sacerdos sit etiam rex, aut rex sit etiam in hac parte sacerdos. Sed quodlibet horum verum sit sive[a] utrumque, negare non possumus, quin sit in hac parte una eademque utriusque potestas, et in toto misterio et virtute unum virga regalis et episcopalis.

Quapropter etiam non est contra Dei ordinationem, contra veritatis regulam, contra decorem iusticię, si rex, si sanctus, si consecratus, cuius totum est et virgę sacramentum et virtus et potestas, illi dat quod suum est, cuius neutrum est, et qui horum nichil habet. Sanctus enim in hoc non sancto, consecratus non consecrato, habens non habenti committit[b] sanctitatis et virtutis ministerium, et secum intrare facit per hostium sibi apertum. Christus enim est hostium primum, rex autem secundum, quia post Christum est hostium, quia alter Christus per adoptionem post Christum, cui Christus verus vices suas credere dignatur et regnum. Ideo igitur et qui intrat et cui committitur[c] a rege, per hostium intrat et pastor est ovium. Alioquin[d] fur potius esset et latro. Quod si ita non esset, sanctus papa Gregorius non esset papa sanctus, sed fur et latro, quia imperator eum Ioh. 10, 10 fieri papam iussit, et virtutis huius commisit ei[e] ministerium, sicut ipse perhibet in epistola Theotistę[f] sorori imperatoris[1]: *Ecce,* inquit, *serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem pro iussione illius vocari leo potest, fieri autem leo non potest. Unde necesse est, ut omnes culpas[g] ac neglegentias meas non mihi, sed suę pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit*[h]. Si ergo imperator virtutis ministerium, id est pontificatum, commisit illi qui fuit summus[i] pontifex, et tamen ita per hostium intravit, id est per Christum, nec fuit hoc contra regulam veritatis, necesse est[k] et de [illegible] ceteris pontificibus inferioris ordinis, circa quos similiter agitur, similiter estimari.

Cęterum quanta[l] sit imperatorum[m] sive regum auctoritas congregandi concilia eisque preessendi, testatur sanctorum patrum et sacerdotum auctoritas, quę de quattuor principalibus conciliis sicut sancta IIII[or] euangelia omnibus fidelibus amplectendis[2] ita dicit[3]: *Prius*[n] *horum Niche[n]um concilium est CCCX*[o] *et VIII episcoporum sub Constantino augusto peractum, in quo Arrianę perfidię blasphemia condempnata est. Secundum concilium CL patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli*[p] *congregatum, quod Macedonium sanctum Spiritum Deum esse negantem condempna[vi]t*[q]. *Tercium Efesinum*[r] *primum CC[torum] episcoporum sub iuniore Theodosio augusto editum, quod Nestorium II*[as] *personas in Christo asserentem iusto anathemate condempnavit. Quartum est Calcedonense DCXXX sacerdotum sub Marciano principe habitum, in quo Euthicem Constantinopolitanum abbatem verbi Dei et carnis unam naturam pronunciantem*[s] *et eius defensorem*[t] *Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum et ipsum rursus*[u] *Nestorium*[v] *cum reliquis hereticis una patrum sententia predampnavit.* Hęc igitur IIII[or] concilia sub istis IIII[or] imperatoribus dicuntur habita, quia et imperatores isti eisdem conciliis prefuisse narrantur, et ea sua auctoritate convocasse, et in eisdem resedisse, sicut in prefationibus eorundem conciliorum legitur. Quod ut melius cognoscatis, ultime et[?] maioris numero Calcedonensis sinodi prefacionem inserere curavimus, cuius est inicium[w]. . . . . .

a) *sequuntur* 2 *litt. erasae A.* b) comitit *B.* c) comittitur *B.* d) aliоquim *A.* e) [illegible] *A.* f) ad Theostitam sororem *B.* g) *in marg. add. A.* h) *sic A.* i) summus *A.* k) esse est [illegible] *raso A.* l) quarta *A.* m) imperator *A.* n) ius *in loco raso A.* o) trecentorum decem, octo *superscr. A*; trec. *superscr. B.* p) *rad. corr. ex* -li *A*; *rad. corr. ex* -litani *B.* q) condempnat *corr. ex* condampnat *A.* r) um *in loco raso A.* s) pronuntiante *B.* t) defensorem *B.* u) [illegible] *raso A.* v) Mestorium *A. B.* w) *sequitur conc. Chalced. actio I.* Consulatu piissimi — nostre fidei. *cf. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 282. 283. *quam omisimus.*

1) *Reg. I, 5; EE. I, p.* 6. 7. 2) *Gregorii Reg. I,* 24; *EE. I, p.* 36. 3) *Pseudo-Isidori praefatio c.* 11, *ed. Hinschius p.* 20.

*p. 158. *Et talis quidem est prefationis huius series. Ex qua videlicet perpendere potestis, quantum imperator prelatus sit pontificibus et erectus usque ad cęlum[1] per Dei providentiam, *ut*[2] *totius orbis pontifices ad sinodum convocaret et gratia domini nostri Iesu Christi cooperante omnem mendatii pestilentiam ab ovibus Christi removeret easque veritatis germinibus reficeret.* Dictum est enim[3]: *Nutu supernę gratię* et cetera. Et utique magna et sancta imperatoris potestas, quę cooperatrix est gratię Dei in pascendis ovibus eius veritatis germinibus et cui a Deo omnes regere[a] concessum est, cui totius mundi pontifices ad concilium convocare, cui de sacramentis catholicę fidei et cęlestibus *p. 159. negotiis tractare et ipsis pontificibus, ut inde *tractent[b], imperare per cooperantem sibi eandem gratiam collatum est. Propter quod usque ad cęlum a domino Iesu Christo erectus esse dicitur. Ad cęlum, inquam, non utique istud corporeum quod videmus, sed incorporeum quod non videmus, id est invisibilem Deum. Usque ad Deum quippe erectus est, quia ei in potestate ita coniunctus est, ut nulla potestas Deo sit propinquior, imperatore sublimior, sed omnis[c] sit alia inferior. Quia summi et cęlestis imperatoris et[d] secundi terrenique una eademque potestas est, sed cęlestis principaliter, terreni secundarię[e]. Sed et si quis replicare voluerit, concilia apud Toletum habita inveniet gloriosissimos reges, Richaredum[4] videlicet, Sisenandum[5], Chitillanum[6], Recensvintum[7], Ervigium[8], Ariamirum[9] per divinam providentiam et dispositionem illud super pontifices regimen et potestatem et dominationem habuisse et eos decretis[f] suis ad concilia convocasse, et eisdem conciliis interesse et preesse, et de sacramentis catholicę fidei sermones fecisse, et de cęlestibus negociis[g] et de ecclesiastico regimine pie fideliterque tractasse et ipsis pontificibus, ut hoc idem facerent, divinitus imperasse et potestatem faciendi dedisse, hereticos anathematizasse et eos qui contra statuta sanctorum patrum agere presumerent suo regio, immo divino iudicio condempnasse. Et tamen ita acta concilia sancta dicta sunt, et reges sancti et pontifices sancti, et quicquid in eis decretum est sanctum et sanctis omnibus ad exemplum sanctitatis propositum. Unde manifestum est reges habere sacrosanctam potestatem ęcclesiastici regiminis super ipsos etiam pontifices Domini et imperium super eos, ut et ipsi pie fideliterque regant sanctam ęcclesiam, inmaculatam sponsam inmaculati *p. 160. sponsi, dignam digni, divinam Dei, cęlestem cęlestis. Non est igitur contra *regulam sanctitatis, si eis conferunt signa sacri regiminis, id est baculum et anulum honoris, quibus etiam habent tribuere potestatem et ministerium regendi.

Nunc autem inseramus benedictionem et consecrationem sacerdotis et regis[10], ut in eis videamus, quid virtutis et gratię, quid[h] sanctitatis et cęlestis prerogativę in ipsis efficiant. Aut enim aliquid horum efficiunt, aut sine effectu et inutiles sunt. Sed efficiunt quidem, et magnum est, quod efficiunt. Consecrant enim et sanctificant, immo deificant, alia regem, alia pontificem. Alia quippe ideo regem consecrat et deificat, ut divine[11] *pietatis dono ditatus, plenusque gratia veritatis — summi regiminis*[i] *solium gratię supernę largitate gau-*

a) *rad. corr. ex* regeres *A.* b) *cf. supra p.* 667, *n.* h. c) omis *A.* d) et — terrenique *in marg. add. A.* e) *sic c.* f) decritis *A.* g) negotiis *B.* h) qui *B.* i) regimini *A. B.*

1) *Cf. Conc. Chalced. actio I, Pseudo-Isid. p.* 283: imperatorem [Deus] erexit ad zelum, *quod in codice quo noster usus est in* celum *corruptum videtur esse.* 2) *Ibid. paucis mutatis.* 3) *Ibid.* 4) *Cf. concil. Tolet. tertium, Mansi IX, col.* 977. 5) *Concil. Tolet. quartum, l. l. ib. X, col.* 611. 6) *Quintum et sextum, l. l. ib. X, col.* 653. 659. 7) *Octavum — decimum, l. l. X, col.* 1206; *XI, col.* 25. 33. 8) *Duodecimum — decimum tertium, l. l. XI, col.* 1023. 1059. 9) *Bracarense conc. I. et II, l. l. IV, col.* 287; *IX, col.* 773. 10) *Quae de consecratione regis auctor inseruit, conveniunt cum formula consecrationis quae dicitur Aethelredi II. ed. A. Taylor, 'The glory of royality' p.* 395 — 403. 11) *Cf. l. l. p.* 395 *sq. paucis omissis.*

dens suscipiat et populum christianum sibi commissum cum pace propitiationis feliciter regat. Fit ergo summus rector et quo superior nullus est et pacificus propitiator[a] populi christiani, qui est ecclesia sancta et templum Dei vivi, per quod vices Christi potest exequi in[b] remittendis peccatis et reconciliatione[c] peccatoris. Deificatur etiam[d], *ut in diebus eius oriatur omnibus equitas et iusticia, amicis adiutorium, inimicis obstaculum, humilibus solatium, elatis correctio, divitibus doctrina, pauperibus pietas, peregrinis pacificatio, propriis in patria pax et securitas, unicuique secundum suam mensuram moderate gubernans se ipsum sedulus discat, ut irrigatus divina compunctione toti[1] populo placita prebere vitę possit exempla, et per viam veritatis[e] cum grege gradiens sibi subdito, opes frugales habundanter adquirat, simul ad salutem non solum corporum, sed etiam cordium a Deo concessam cuncta accipiat sicque in Deum cogitatum animi consiliumque *omne* componens, plebis gubernacula cum pace simul et sapientia semper invenire videatur.*

Ad hęc omnia consecratur et deificatur. Sed per hęc omnia ostenditur, quod ipse per gratiam sibi a Deo collatam potest iustificare et salvare hominum corda et corpora ac per hoc fit iustificator hominum et salvator. Qui etiam ideo consecratur et deificatur, ut tocius[f] regni[2] *ecclesiam cum plebibus sibi adnexis enutriat ac doceat, muniat et instruat, contraque omnes visibiles et invisibiles ostes*[g] *idem potenter regaliterque divinę virtutis*[h] *[regimen*[i]*] administret.* Quapropter necesse est, ut sanctam ęcclesiam pascat[k] cibo cęlesti, et doctrina salutari et muniat spiritualibus armis et instruat atque ordinet salutaribus institutis, et ab eadem pravos homines et potestate divinę virtutis inmundos eiciat demones. Unde et pastor sanctę ęcclesię et magister et custos atque defensor, ordinator ac liberator esse comprobatur. Multiplici quoque sanctorum patriarcharum et prophetarum benedictione[3] *condecoratus et in regimine regni sublimiter*[l] *collocatus et oleo gratię* Spiritus sancti perunctus est. Hac unctione perunxit eum Christus in regimen[4], *unde unxit sacerdotes, reges et prophetas ac martires*[m], *qui per fidem vicerunt regna et operati sunt iusticiam atque adepti sunt promissiones*[n]. Hęc est Dei *sacratissima unctio,* qua nulla reperitur sacratior. Hęc *super capud*[o] *eius defluit et ad interiora descendit et cordis illius intima penetrat, et promissionibus, quas adepti sunt victoriosissimi reges, gratia Dei dignus efficitur, quatinus et in presenti seculo feliciter regnet et ad eorum consortium in celesti regno perveniat.* Hęc est illius signum unctionis et exemplum, qua Deus pater filium suum unigenitum unexit[p] oleo *exultationis pre participibus suis. Hac unctione tante religionis gratiam[q] sortitur, ut exempla Aaron in Dei servitio debeat imitari, id est sicut summus[r] pontifex in his[s] quę Dei sunt Domino famulari.

Nam et iuxta ritum pontificis[5] *accipit anulum, signaculum videlicet sanctę fidei, soliditatem regni, augmentum potentię, per quę sciat triumphali potentia hostes repellere, hereses destruere, subditos coadunare, et catholice fidei perseverabilitati conecti.* Unde manifeste datur intelligi, quod per anuli sacramentum pontificale sortitus est ministerium.

Accipit[6] *et gladium cum Dei benedictione sibi collatum, in quo per virtutem Spiritus sancti eicere valeat omnes inimicos suos et cunctos sanctę ęcclesię adversarios, regnum sibi commissum tutari atque protegere castra Dei, ut omnis hostium suorum fortitudo virtute gladii spiritualis frangatur.* Gladius etenim iste duplex[t] est. Alius enim est in

a propiciator *B.* b in — peccatoris *om. B.* c reconciliatore *A.* d *sup.* 3 *litt. eras. A.* e vitatis *B.* f totius *B.* g) *os A.* h virtuti *A. B.* i *om. A. B.* k pascat *A.* l) sullimiter *A. B.* m martyr. *B.* n repromissiones *A.* o caput *B.* p unxit *B;* * — * *om. A.* q) grantiam *A.* r sumus *A.* s iis *B.* t dapplex *B.*

1) *Ibid. tertia oratio p.* 396. 2) *Ibid. p.* 397. 3) *Ibid. p.* 398. 4) *Ibid. p.* 398. 5) *In codice Cotton. Claudius A.* 111. *quem Taylor adhibuit uno folio exciso hi*[illegible] *desideratur.* 6) *Ibid. p.* 399.

materia, alius in sacramento. In materia corpus, in virtute spiritus est et anathematis Luc. 22, 38. misterium optinet. Unde merito dici potest: *ecce gladii duo hic,* et responderi: *satis est.*

Accipit etiam coronam[1] *glorię atque iusticię quę est honor et opus fortitudinis* et signum corone cęlestis, de qua ad Deum dicitur: posuisti in capite eius, id est regis, christi videlicet domini coronam *de lapide precioso.* Cum hac igitur corona et illud benedictionis munus accipit[2], *ut ubicumque*[a]*, pro quibus auxilium Dei invocaverit, cito adsit et protegat ac defendat eos Deus.*

Accipit et[3] *sceptrum regie potestatis insigne, virgam scilicet rectam regni, virgam* *p. 163. *virtutis, qua se ipsum bene regat, sanctam ęcclesiam *a Deo sibi commissam regia virtute ab improbis defendat, pravos corrigat, rectos pacificet, et ut viam rectam tenere possint,* divino *iuvamine dirigat, quatinus de temporali regno ad ęternum regnum*[b] *perveniat:* Hoc quippe sceptrum in spiritu est illud, quod appellatur[4] *clavis David et sceptrum domus Israel,* id est Christus dextera Dei, *qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit.* Propter hoc ergo illud in dextera portat, quia in spiritu dextera Dei est, id est Chri- cf. Is. 42, 7. stus[5], *qui educit vinctum de domo carceris, sedentem in tenebris et umbra mortis, ut in* Ps. 44, 7. 8. *omnibus sequi mereatur — et imitari ipsum, ad quem dicitur: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga recta est, virga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem, propterea uncxit*[c] *te Deus, Deus tuus, oleo leticię pre consortibus tuis. Ad exemplum* quippe *illius*[6] est unctus et deificatus, et ideo illum sequi potest in omnibus. Quare et peccata remittere[d], et panem et vinum in sacrificium potest offerre, quod utique facit in die quo coronatur, precipue videlicet solennitatis[e].

Accipit et *in sinistra manu*[7] *virgam virtutis et equitatis, qua mulceat pios et terreat reprobos, errantes viam doceat lapsisque manum porrigat, disperdat superbos et relevet* Ioh. 10, 9. *humiles et aperiat ei hostium Iesus Christus dominus noster, qui de se ipso ait: Ego sum hostium, per me si quis introierit, salvabitur.* Si ergo rex per hostium intrat, pastor est ovium. Nam et virga hęc, per quam intrat, et virga presulis eandem vim habent unumque misterium. Propterea in consecratione illa ab episcopo dicitur[8]: *Benedic, Domine, hunc*[f] *presulem*[9] *principem, qui regna omnium regum a seculo moderaris.* Si *p. 164. ergo *presul princeps est, et summus presul est, quia super alios presules principatum habet, quapropter[g] cum aliis presulibus tribuit virgam et anulum, sacri videlicet signa regiminis, quod est honor, immo officium regis, quoniam a regendo dicitur rex, non laica manus hęc tribuit, sed sanctificata manus presulis.

Qui[10] *tali benedictione glorificatus* est, *ut Davitica teneat sublimitate*[h] *sceptrum salutis et sanctifice propitiationis*[i] *munere reperiatur locupletatus.* Unde et animas[k] salvare et peccatis hominum propiciari, ut sanctificentur, videtur esse idoneus. Cui etiam[11] *Deus dat*[l] *a suo spiramine regere populum, sicut Salomonem fecit regnum optinere pacificum.* Ipsi etenim sanctus Spiritus per os pontificis attribuit dicens[12]: *Omnipotens Deus det tibi de rore cęli*[m] *et de pinguedine terrę habundantiam frumenti et vini et serviant tibi populi et adorent te tribus; esto dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii matris tuę, et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur, et Deus erit adiutor tuus.* Per quę verba honor Christi ei attribuitur[n], ut ei a populis serviatur, ut adoretur[o], ut

a) ubicunque *B.* b) *om. B.* c) unxit *B.* d) destruere *in loco raso B.* e) *ita A.* f) *superscr. A; 2 litt. erasis.* g) Quāpropter *A.* h) sullimitate *A.* i) propiciationis *B.* k) anima *A. B.* l) dat Deus *B.* m) de cęli *A.* n) atrib. *A.* o) adhor., h. *del. A.*

1) *Ibid. paucis mutatis.* 2) *Ibid.* 3) *Ibid. p.* 400. 4) *Ibid. p.* 400, *ubi tamen haec verba pontifex virgam regi traditurus loquitur.* 5) *Ibid. p.* 401. 6) *Cf. ibid. p.* 401: ad ex. illius, quem ante saecula unxerat *etc.* 7) *Ibid. p.* 400. 8) *Ibid. p.* 402. 9) Praeelectum *Form. Aeth.;* praesulem *Pontificale Egberti cf. Maskell, Monum. Ritualia eccl. Anglic. II, p.* 29. 10) *Form. Aeth. ibid.* 11) *Ibid.* 12) *Ibid.*

sit dominus fratrum suorum, filiorum videlicet Dei, et incurventur ante eum filii matris suę, sanctę videlicet ęcclesię, ut qui benedixerit ei, benedictionibus repleatur, quoniam et ipse omnium benedictionum est plenissimus. Benedixit enim ei Deus[1], *benedictionibus cęli desuper, in montibus et collibus, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus patrum antiquorum, Abraham et Isaac et Iacob*[2], *ut repleatur terra eius de fructu cęli et rore atque abyssi subiacentis, de fructu solis et lunę, de vertice antiquorum montium, de pomis eternorum collium et de frugibus terrę et plenitudine eius. Benedictio illius, qui apparuit in rubo, venit super caput eius et plena est benedictio Domini in eo*[a], *ut*[b] *tingat in oleo pedem suum. Cornua rinocerotis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terrę, quia*[b] *ascensor cęli auxiliator suus in sempiternum fiat.*

Ei ergo qui talibus ac tantis benedictionibus benedicitur, qui talibus ac tantis sacramentis consecratur et deificatur, nullus est iure preferendus, quia nullus pluribus vel melioribus benedictionibus benedicitur, nullus pluribus et maioribus sacramentis consecratur et deificatur, immo nec tot nec paribus, ac per hoc nullus est ei coęquandus. Quare non est appellandus laicus, quia christus Domini est, quia per gratiam Deus est, quia summus[c] rector est, quia pastor et magister et defensor et instructor sanctę ęcclesię summus[c] est, quia fratrum suorum dominus est et ab omnibus adorandus est, quia presul princeps et summus est. Nec ideo minor est dicendus pontifice, quia consecrat eum pontifex, quia plerumque fit, ut minores consecrent maiorem, inferiores superiorem, ut cardinales papam et metropolitanum suffraganei. Quod ideo fit, quia non sunt auctores consecrationis, sed ministri[3]. Deus enim operatur sacramentum, illi exhibent ministerium. Cui ergo vult, Deus maiora tribuit sacramenta et cui vult, minora. Nec offendatur domnus papa in his, quę de rege dicta sunt, quoniam et ipse summus pontifex est, in quantum rex est.

Nunc inseramus consecrationem sacerdotis et videamus, si adeo excellens est, ut consecratio 'regis[d]. . . . . . .

a) in filiis eius *Acth.* b) et *Acth.* c) sumus *A.* d) *quae sequuntur omisimus.*

V.

DE ROMANO PONTIFICE.

Girardus et qui una cum eo a. 1102. *in causam Henrici I. Romae agebant collegae, quamquam colloquio quodam privato se regi ius investiturae antiquitus possessum a papa revindicasse confidebant, tamen in Angliam reversi brevi se deceptos esse aut certe verbo obiter vel casu illi elapso vim sollemnis sententiae parum providenter indidisse intellexerunt*[4]. *Epistola enim a.* 1102. *Dec.* 12.[5] *ad Anselmum data Paschalis II. eos mendacii reos excommunicavit rigideque regi quae concessisse visus erat interdixit. Quod postquam a. fere* 1103. *mense Febr. per legatos Anselmi in Anglia innotuit, vere a.* 1103. *hic libellus compositus esse videtur, quo auctor, quidquid in itinere illo visu auditue comperit aut iam antea de regimine ecclesiastico Romani pontificis compertum habebat, ad instruendam accusationem congessit, qua nulla acrior tunc in curiam Romanam edita est.*

1) *Ibid. paucis omissis p.* 403. 2) *Ibid. p.* 404. 3) *Cf. supra p.* 647, *l.* 40 *et p.* 650, *l.* 24. 4) *M. Schmitz l. l. p.* 34–40. 5) *Epist.* 85, *Migne* 163 *col.* 105. *Jaffé nr.* 5928.

Singula quae papae irroganda duxit interdum accuratius perspici nequeunt. Verbi gratia: de quanam abbatia vel de quibus abbatibus in secunda parte, ubi de exemptionibus monasteriorum agitur, auctor cogitaverit, non liquet. De monasteriis dioecesis Eboracensis parum constat, ut haec ad illa spectare conicere liceret. Neque vero litem abbatiae s. Edmundi et Heriberti episcopi Norwicensis, qui a. 1102. *in. frustra Romae privilegia huius coenobii destruere contendebat*[1], *reprehensionis illius ansam fuisse affirmaverim. Fieri autem potest, ut in hac quoque parte paucis ex epistola Ivonis ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem adiectis tractatulum quendam repetiverit iam ante* 20 *fere annos Rotomagi compositum. Wilhelmum I. enim archiepiscopum non semel*[2] *cum abbatibus dioecesis suae de exemptionibus litigasse constat. Accedit, quod in hoc libello alium quoque tractatum adhibuit tunc conditum, apologiam scilicet archiepiscopi Rotomagensis, et libellum de consecratione pontificum et regum supra excussum partim ad verbum exscripsit. Tales autem exemptiones tunc permultis episcopis invidiae fuisse non ignoramus*[3]. *Vel ea de causa auctor hanc querelam, quae ad certas quasdam abbatias spectare videtur, huic libello, quo totum regimen curiae castigare sibi proposuerat, inserendam esse facile sibi persuadere potuit.*

*p. 265. *Romanus pontifex ideo apostolicus cognominatur, quod apostolorum vice et officio fungi creditur; quibus, si vere fungitur, consequens est, ut etiam apostolus nominetur. Qui si vere apostolus Christi est, a Christo utique missus est. Apostolus namque nostra lingua missus interpretatur[4]. Quod si a Christo missus est, Christi mandata adnuntiare, Christi gloriam querere, Christi voluntatem debet et ipse facere, ut Christi verus apostolus possit esse. Nam si sua mandaverit, si propriam gloriam quesierit, si voluntatem suam fecerit et non Christi, quis eum verum Christi esse apostolum audeat confiteri? Porro, si quę Christi sunt mandaverit, quesierit et fecerit voluntatem Christi, suscipiendus est a nobis quasi apostolus Christi in omni reverentia et
*p. 266. honore propter mittentis auctoritatem. *Alioquin, ut a nobis suscipi debeat quasi apostolus, nulla nobis incumbit necessitas. Que autem sint mandata Christi que adnuntiare debeat, que voluntas, sancta nos edocent ewangelia et doctrina simul apostolica. Ea igitur debet mandare nobis Christi apostolus, que mandavit in ewangelio Christus et que senatus sanxit apostolicus, quia voluntas Christi est, ut hec omnis facere debeat christianus. Si autem aliud mandaverit, si aliud adnuntiaverit, quomodo id acceptare[a]
Gal. 1, 8. 9. debeamus, sanctus nos instruit apostolus. *Si quis*, inquit, *vobis aliud adnuntiaverit preter id quod euangelizarimus*[b] *vobis et accepistis, licet angelus de celo, anatema sit.* Sed hoc de fide Christi dicit et predicatione veritatis. Et[c] tamen Romanus pontifex multa alia mandat, quae non mandavit Christus, multa alia adnuntiat, quae nullus adnuntiavit apostolus. Mandat enim et sacramento compellit omnes archiepiscopos per singulos annos visitare limina apostolorum[5], mandat et conpellit episcopos Christi ire

a) aceptare *c.* b) euuanglicavimus *c.* c) Et — adnuntiavit apostolus *linea rubra insignit.*

1) *Mabillon, Annales V, p.* 433. 2) *Paullo postquam electus est, libertatem monasterii Fontanellensis impugnavit; cf. Mabillon l. l. V, p.* 187. *Eadem aetate fortasse abbatiam Beccensem sibi subicere studuit. Neque vero libertatem coenobii Fiscannensis agnovit, unde a.* 1089. *interdicto per totam Normanniam pronuntiato inter eum et monachos lis magna exarsit, qua animatus noster quoque tractatulum quendam condidisse videtur. Summa igitur cum diligentia iurisdictionem episcopalem contra privilegia Romana defendere solebat; cf. Mabillon l. l. V, p.* 637 *sq.* 187. 263c; *Gallia christ. XI, col.* 39. 3) *L. Thomassini, vetus et nova eccl. discipl. P. I, l. III, c.* 36 *sq.; cf. quoque Möller, 'Kirchengesch.' II, p.* 181 *sq.; Freeman, 'N. C.' IV, p.* 109—111. 4) *Cf. Isid. Etym. VII,* 9, 1. 5) *Eadem fere noster exposuit supra p.* 658.

Romam sine ulla necessitate et causa racionabili, sed solo libitu proprie voluntatis et ostentatu dominationis. In quo etiam compellit eos aut fallere homines et mentiri se esse, quod non sunt, et non esse, quod sunt, aut temere se ingerere in discrimina periculorum et molestias persecutionum, quod totum est contra mandatum Christi et regulam veritatis. Qui etiam, ut astute fallant et mentiantur, deponunt religionis habitum et se indumentis laicalibus induunt, ne agnoscantur, quod episcopi sunt. Si enim agnoscerentur, graviter periclitarentur; et tamen, si non corpore, in anima periclitantur.

Aliud quoque non minus periculosum inde contingit, quod oves dominicas derelinquunt et interim veniens diabolus eas dispergit et in diversa flagitia pertrahit. Pastorum enim absentia et metu et custodia privantur; et ideo securius peccant et ad maiora pertrahuntur. Accedit ad hęc et flagitia aliud malum, quod cum debeant offerre sacrificium corporis et sanguinis Christi, ut vivi a peccatis redimantur et mortui a penis liberentur, non offerunt impediti ab itinere sicque et vivi redemptionis beneficio et mortui tormentorum suorum fraudantur remedio.

Est[a] quoque et aliud Deo valde contrarium, quod vendunt bona ęcclesiarum, quibus et elemosinam dare et pauperes alere . . .[b], precia [que[c]] secum ferunt, ut habeant[d] quod officialibus pontificis tribuant, non dico palatinis canibus[1], — hoc enim dicere absurdum est, — sed officialibus[2], apud quos, nisi dederint pecuniam, nullam invenient gratiam et Christus ante fores et fame sitique cruciatur[e] et egestatem in membris suis patitur. Hoc quippe omnes episcopi certissime experiuntur, qui pro aliquibus negotiis Romam ire coguntur.

Hęc igitur mala omnia eveniunt ex eo, quod mandat et[f] querit Romanus episcopus, quę nullo modo evenirent, si omnes vellent obędire his, que mandat et requirit dominus Christus. Alia quippe voluntas est hominis, alia Dei, sed *oportet nos Deo magis obedire quam homini*, presertim tali, *qui in caritate non maneat* Act. 5, 29. 1 Ioh. 4, 16.
et in Deo et Deus in eo non maneat. Si enim in caritate maneret, nulli alii faceret, quod sibi ab alio fieri non vellet. Non enim fatigaret[g] et gravaret servos Dei episcopos cum longi difficultate itineris, cum etiam rerum suarum dispendio, cum metu periculorum, molestia egritudinum, tedio laborum et, quod peius est, derisu et obprobrio laicorum obiurgantium et populorum exasperantium. Nam inde apud tales et episcopalis vilescit auctoritas, minuitur potestas, infirmatur rigor iusticię, et ęcclesiasticę frangitur severitas discipline. Ex quo manifestum est, quod in homine huiusmodi non est caritas, qui servos caritatis eo modo detrectat, quo se tractari ab alio reformidat. In quo autem non est caritas, a servis caritatis nulla eis debetur obędientia, quia non possunt simul[h] et homini huiusmodi exhibere obedientiam et caritati. Et si propterea aliquem excommunicaverit, quod ei in talibus obediens non sit, si in aliis omnibus Deo obediat, non vereatur, sed audiat summum pontificem, qui omnibus sibi obędientibus dicit: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem* Matth. 28, 20.
seculi. A quo nulla excommunicatione poterit sibi obedientem separare[i]. Sicut enim absolutione sua non potest efficere, ut membrum diaboli fiat membrum Christi, ita sua excommunicatione non potest efficere[k], ut membrum Christi fiat membrum diaboli.

Sed his obmissis[l] ad alia veniamus, quę Romani pontifices faciunt, et que pacis ecclesiasticę vinculum et concordiam rumpunt. Inter ecclesias quippe abbatum et episcoporum et inter ipsos abbates et episcopos dissensionis iurgia faciunt, dum abbatibus,

a) Est — tribuant *linea rubra insignit.* b) deberent *suppl.* c) *supplevi.* d) haut c. e) cruciatur c. f) et — episcopus *linea rubra insignit.* g) satigaret c. h) [illegible] i) seperare c. k) *super* i *littera una erasa.* l) obmissis — pacis eccl. *in loco raso.*

1) *Nescio, quid haec verba sibi velint. Fortasse quae sequuntur ex carmine quodam de Romanorum avaritia sumpta sunt.* 2) *Cf. Defension. pro filiis presbyteror. c. 129—131; supra p. 583.*

ut non obediant vel adquiescant episcopis suis, qui sunt summi sacerdotes Domini,
privilegia conferunt[a] et inferiores superioribus adequare contendunt[b]. Unde fit, ut ab
ipsis abbatibus[c] nec audiantur episcopi nec recipiantur, sed spernantur[d] et iniuria tan-
gantur. Sicque consequitur, ut ab eisdem Christus nec audiatur nec recipiatur, sed
[illegible] spernatur et *pupilla oculi sui* tangatur[e], sicut ipse ad eos loquitur: *Qui vos audit,*
Zach. 2, 8. *me audit* usque *pupillam oculi mei.* Pensate ergo, quantum malum sit talia perpetrare,
1 Reg. 15, 23. et[f] detestabile peccatum sit episcopis non obedire. *Quasi scelus ariolandi est,* dicit
*p. 2[illegible] sanctus Samuel, *non obedire et quasi peccatum idolatriae* **nolle adquiescere,* quia tanto
deterior est inobedientia, quanto melior est obedientia. Per unius enim hominis in-
cf. Rom. 5, 19. obedientiam periit universitas hominum, et per unius obędientiam reparata est salus
cf. Phil. 2, 8. omnium. Qui obedientes sunt, secuntur Christum, qui factus est *pro nobis obediens
patri usque ad mortem crucis.* Hunc[g] inobedientes sequi nolunt, sed eius ordinationi
Rom. 13, 1. 2. resistunt. Quę autem sit eius ordinatio, ostendit ipse, qui loquitur in Paulo: *Omnis
anima sublimioribus potestatibus subdita sit*[h]. *Non est enim potestas nisi a Deo. Quę
autem a Deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.
Qui autem resistunt, ipsi sibi dampnationem adquirunt.* Ex quibus apostoli verbis mani-
feste datur intelligi, quia omnes abbates sibi dampnationem adquirunt et Dei ordina-
tioni resistunt, qui episcopali potestati, quę sublimior a Deo ordinata est, subditi esse
nolunt. Adversus hoc divinum et apostolicum decretum nullum debet dari vel recipi
privilegium. Nec ullus pontifex discipulus Christi est, qui adversus mandatum eius
Matth. 5, 19. aliquid statuerit et mandatum eius solverit. Dicit enim in euangelio: *Qui solverit
unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno
celorum.* Caveat igitur Romanus pontifex sic operari et sic docere homines, ne, qui
magnus debet vocari in regno cęlorum, vocetur minimus, et qui debet esse doctor
salutis, fiat doctor dampnationis nec doceat abbates Dei ordinationi resistere, quia
non poterit eos a dampnatione defendere. Non doceat eos maledicere patri vel matri,
Lev. 20, 9. *p. 270 ne faciat eos devenire in condamnationem[i] mortis. Scriptum est enim: *Qui *male-
dixerit patri vel matri, morte moriatur.* Quod non tantum de patre vel matre secun-
dum carnem dictum est, verum etiam de eo, qui est secundum spiritum. Sed si tali
pęna dampnatur, qui maledicit patri vel matri, quali dampnabitur, qui, quod gravius
est, patrem vel matrem persequitur et illis malefacit? Gravius enim peccatum pęna
graviore est puniendum. An non vero abbates patri maledicunt eundemque perse-
quuntur et illi malefaciunt, dum verba dicunt et opus faciunt, quibus Dei patris ordi-
nationem sacratissimam et decretum cęleste et opus sanctum male destruere quęrunt, dum
vicarium eius episcopum, qui et ipse spiritualis pater est, quoniam per euangelium in
Christo Iesu ipse eos genuit, potestate et vicibus, quas ei Christus tribuit, privare conan-
cf. Zach. 2, 8. tur et illum, qui oculus Dei est, tangunt ac per hoc pupillam oculi Dei tangunt, ut, que
Matth. 10, 40. apud se fiunt, minime possit speculari? Dicit enim in euangelio Christus: *Qui vos recipit,
me recipit* et cętera. Ex quibus verbis consequitur, ut abbates non recipiant Christum, si
suum non recipiunt episcopum, et spernant Christum, si suum spernant[i] episcopum, et
tangunt pupillam oculi Dei, dum episcopum suum tangunt. Et matri nonne maledicunt
eandemque persecuntur et illi malefaciunt, dum verbum dicunt et opera faciunt, quibus
ecclesię, matri suę, matris reverentiam et maternum honorem et debitum et gloriam a
sponso suo, Christo videlicet domino, sibi collatam et potestatem cęlitus datam male sibi
auferre conantur? Quid ei peius possunt dicere vel facere et quam sibi ipsi maio-
rem hac[k] dampnationem seu mortem possunt adquirere? Si enim Spiritus sanctus in
cf. Prov. 28, 24. scripturis sanctis homicidas esse decernit, qui res ecclesię etiam corporales auferunt

a) confertur *c.* b) ndunt *in loco raso.* c) bus *in loco raso.* d) spern; n *in loco raso.* e) tangantur, n *expuncto corr.* tangatur. f) *supple* quam. g) H'c *c.* h) subd. sit *in loco raso.* i) *ita c.* k) h *superscr.*

tantum, quanto magis deputandi sunt homicide, qui et corporales simul et spirituales diripiunt? Omnis autem *homicida non habet vitam ęternam in se manentem*, ac per hoc est extra sanctorum communionem. Sed fortasse dicturi sunt: Hęc non sunt ita, sicut asseris. Nam quod facimus, auctoritate Romanę ecclesię facimus. Habemus enim privilegia Romani pontificis, quibus ab omni subiectione episcoporum absoluti et liberi sumus effecti. Sed ad hoc respondemus, quia nullum privilegium factum contra Dei ordinationem, contra apostolorum doctrinam et contra precedentium sanctorum instructionem, non solum non est tenendum, sed nec etiam audiendum, quoniam et Romanus pontifex non ad hoc ordinatus est, ut Dei ordinationi vel ipse resistat, vel alios resistere faciat vel ut contra apostolorum doctrinam aliquid agat et predecessorum suorum statuta convellat et ecclesiis Dei malefaciat easque exhonoret et gloria et potestate a Deo sibi collata expoliet[a] et inter matres ęcclesias et filias et inter membra et capita scisma[b] et divisionem faciat, que desolationis causa est et cadendi. *Omne enim regnum in se ipsum divisum*, dicit veritas, *desolabitur et domus supra [domum[c]] cadet.* Nonne et quicunque huiusmodi divisionem facit, caritatis vinculum rumpit et solvit fedus sanctę societatis et seminarium parat inimicitiarum et inique iurgia dissentionis? Sed ad nichil horum ordinatus est Romanus pontifex, quia ad hoc tantum ordinatus est, ut Dei ordinationi famuletur, ut Christi vestigia sequatur, ut apostolorum doctrinam sectetur, ut sanctorum patrum dicta et statuta immittetur[a], ut ecclesiis benefaciat easque honoret[d] et gloriam et potestatem earum tueatur et in caritatis societate retinere conetur.

Ad hec, inquam, ordinatus est et hec sibi licent. Ad illa vero nec ordinatus est nec sibi ea licent. Quod ex auctoritate Romanorum pontificum veraciter asserere possumus. Dicit namque papa Sozimus scribens Narbonensibus[1]: *Contra statuta patrum condere aliquid vel mutare nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam.* In libro quoque pontificum, qui dicitur diurnus, ita continetur de professione Romani pontificis[2]: *Nichil de traditione, quam a probatissimis predecessoribus meis traditam et servatam repperi, diminuere vel mutare aut aliquam novitatem admittere, sed ferventer ut eorum discipulus et sequipeda totis viribus meis conatibus que tradita canonice comperio, conservare et venerari profiteor.* Beatus quoque Gregorius Maurencio[g] magistro pro causa Theodori[3]: *Grave nimis est contra veterem usum* [illegible]. Item idem: *Omnia que usus antiquitatis statuit, inconvulsa serventur.* Inde Leo quartus[h] iudici Sardinię[4]: *Nec nos nec nostris introducta consuetudo nostrę ęcclesię a nostris predecessoribus fuit contra canonum statuta vel novitata presumere.* Item Gregorius universis episcopis Numidię[5]: *Consuetudinem que contra fidem nihil usurpare dinoscitur, immotam permanere concedimus, sive de primatibus constituendis sive de ceteris capitulis.* Item Leo quartus Lothario[6]: *Quod iusta et sedula consuetudo* [illegible] *et antiqua precepta nos custodire oportet.* Nicholaus quoque inter cetera sic scribit Hincmaro[7] Remensi archiepiscopo[8]: *Ridiculum est et satis abhominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus a patribus suscepimus, infringi patiamur.* Gelasius quoque universis episcopis per Dardaniam de hac eadem re ita scribit[9]: *Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam ęcclesiarum iura turbare et privilegia, que metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas, avida presumptione pervadere, non respicientes, quia ęterno iudici rationem tam de catholicę sinceritatis amore, quam de traditionum preiudiciis paternarum sese suo proposito ęternę dampnationis[m] interitu reddituri, sed, si in hac obstinatione permanserint,* [illegible] *et vos omnes in commune fratres per Dardaniam sive per quamlibet* [illegible] *vos sub metropolitanis vestris esse imministis[n] et ab hisdem* [illegible]

a) sic c. b) scima c. c) suppleri. d) h superscr. e) suppleri ex. [illegible] f) [illegible] g) Mauricio superscr. corr. Maurencio. h) scribit add. Leo. i) add. Leo. k) [illegible] l) nos add. Leo. m) dapnationis c. n) imministis c.; primum i [illegible]

1) Epist. 5. ad episc. Vienn. et Narbon. prov. ed. Schoenemann p. 285. [illegible] modis omnibus censeatis in p. 684, l. 1. exscripta est Ivonis Carnot. epist. ad Hugonem archiep. Lugd. LL. de lite II, p. 642, 30 — p. 643, 25. 2) Liber diurnus ed. Sickel c. 83, p. 92. 3) Epist. IX, 53. EE. II, p. 78. 4) Mansi XIV, col. 887. 5) Epist. I, 75. EE. I, p. 95. 6) Coll. Brit. Leonis IV. epist. 36, 'N. Arch.' V, p. 390. 7) Hincmaro scilicet. 8) Epist. 70. a. 867. Mansi XV, col. 357. 9) Epist. 28. ed. Thiel I, p. 435. 436.

pariliter studeatis antistites et vicissim, si metropolitanus humanę conditionis sorte recesserit, a provincialibus[a]
[illegible] quis, sicut vetus forma transmisit, sacrari modis omnibus censeatis[b]. Et hęc quidem Romani pontifices sancti statuerunt, quorum statuta nec transgredi licet, nec prevaricari sine periculo dampnationis.

Veniamus nunc ad aliud, quod Romanus pontifex facit non sine magno quidem ecclesię scandalo et populorum periculo. Excommunicat enim episcopos, quos Deus unxit et sanctificavit oleo sancto suo, quibus etiam dedit potestatem ligandi atque solvendi, sicut et illi. Quos cum excommunicat, apostolos Christi et christos Domini excommunicat et ita et[c] unctionem et sanctificationem eorum in irritum[d] redigit[e] et ęcclesiarum, quibus presunt, capita amputat, quod absque interitu cor-
1. Cor. 6, 17. porum nequit fieri. Item omnis episcopus, *qui adhęret Domino, unus cum eo est spiritus.* Et qui talem excommunicat, illum unum spiritum excommunicat, id est Deum et episcopum. Quo quid perversius potest fieri? Item: Omnis episcopus manens in
1. Ioh. 4, 16. caritate, *in Deo manet et Deus in eo.* Et qui talem excommunicat, Deum de mansione sua[f] expellere et de eo, qui in se manet, nititur evacuare. Quo quid peius in Deum potest fieri? Sed forte dicet Romanus pontifex: 'Quod ego facio, hoc facio per iusticiam, quia corripio eos, qui in me peccaverunt per inobędientiam'. Sed dominus noster Iesus Christus non ita Petrum docuit, non ita discipulos suos instruxit, non
Matth. 18, 15—17. talem correptionis regulam eis instituit. Sed dixit: *Si peccaverit in te frater tuus, vade*
p. 274. *et corripe eum inter te ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* **Si autem te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum,* — correptionis videlicet, ne transeat ad plures, si eos audierit frater —. *Quod si eos non audierit, dic ecclesię. Si autem ęcclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.* Hunc correptionis ordinem instituit Christus, hunc observare debet omnis christianus et ante omnes Romanus episcopus et legati, qui ab eo mittuntur. Sed non observant, quia fratres suos episcopos hoc ordine minime correptos faciunt sicut ethnicos et publicanos et non sibi tantum, sed quantum in ipsis est, etiam Deo et omnibus hominibus, quod in euangelio non precepit Christus. Et cum magis
Matth. 18, 22. dimittere deberent fratribus in se peccantibus non tantum *usque septies, sed usque septuagies septies,* sicut Petro a Domino dictum est, nec etiam semel dimittere volunt, sed maledicto et anathemate eos feriunt et, quantam possunt, ab eisdem vindictam reposcunt. Et fit plerumque, ut etiam immeritos anathemate feriant et maledictis appe-
1. Petr. 3, 9. tant. Et cum interdictum sit eis[g] a Domino *non reddere malum pro malo vel maledictum pro maledicto,* isti econtra vel pro bono vel pro nichilo mala reddunt et pro benedictis maledicta restituunt. In quibus omnibus sibi magis nocere videntur, quam illis, quibus hec faciunt, quia et Deum offendunt, quem non secuntur, et cuius mandatis non obediunt, et faciet illis, qui fratribus suis de cordibus suis non remittunt,
Matth. 18, 23—34. quod in euangelio fecisse dicitur rex servo, cui dimiserat debitum decem milium talentorum, pro eo quod conservo suo per misericordiam noluit dimittere debitum centum
ib. 22, 13. 25, 30. denariorum. Iussit enim eum mittere in *tenebras exteriores* nec inde exire, donec
ib. 18, 35. redderet omne debitum. Unde et ad discipulos suos veritas loquitur: *Sic et pater*
*p. 275. *vester celestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque *fratri suo de cordibus vestris.*

Sed his obmissis ad aliud transeamus, quod faciunt ad maximum totius ecclesię detrimentum, quod videlicet regalem potestatem removere nituntur a principatu et regimine omnium ęcclesiarum, cum beatus papa Gelasius dicat[1]: *Duo sunt quibus hic mundus principaliter regitur: sacerdotalis auctoritas et regalis potestas.* Mundum[2] videlicet

a) comprovincialibus *Leo.* b) *sic Leo;* censeamus *c.* c) ec *c.; super* e *duae litterae erasae, quarum una* o *erat.* d) m *partim erasum.* e) r *partim eras.* f) suo *c.* g) *superscr.*

1) *Gel. ep.* 12, *c.* 2; *ed. Thiel p.* 351. 2) *Cf. supra p.* 663, *l.* 27 *sqq.*

appellans christianum populum, id est sanctam ecclesiam in mundo adhuc peregrinantem. Hanc quippe principaliter regit sacerdotalis auctoritas et regalis potestas. Unde et merito principatum sanctę ecclesię utraque habere dinoscitur, quia ab utraque principaliter regitur. Neque enim altera sine altera obtime[a] salubriterque regeretur. Sed utranque[a] habet necessariam, ut obtime[a] salubriterque regatur. Nam sacerdotalis auctoritas ad hoc necessaria est, ut expiet nos et doceat et contra invisibiles hostes sollicite invigilet et pro peccatis populi dona offerat et sacrificia[1]. Regalis vero potestas ad hoc ordinata est a Deo, ut a pravis et iniquis hominibus sanctam ecclesiam, ipsam quoque sacerdotalem auctoritatem, protegat et tueatur et contra visibiles hostes pro eius defensione regaliter potenterque prelietur. Quod quidem sacerdotali auctoritati[b] minime licere conceditur. Hac quippe de causa rex gladium portat, sicut Paulus dicit, *vindex in eum qui male operatur, minister Dei* in hoc ipsum constitutus. Unde et Petrus apostolus precipit, ut omnes *subiecti sint regi quasi precellenti sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum*. Hoc quippe regis est sive ducum, non sacerdotis officium. *Rex enim Christo conregnat. Unde beatus Gregorius Nazanzenus[2] episcopus imperatori suo locutus est dicens: *Christo conregnas, immo in Christi regno quę sunt humana dispensas. Ab illo tibi et vitę venia et potestas mortis indulta est, et ab illo tibi gladius datus est, non ut tam opereris, quam ut comineris*[2]. Magnum ergo et divinum munus est et cęlestis investitura, quod rex Christo conregnat et in regno Christi quę sunt humana dispensat, et quod ab illo ei vitę venia et mortis potestas indulta est, et gladius datus est, ut non tam operetur, quam ut comminetur. Beatus quoque papa Gregorius his consonans plus aliquid dicit, loquens ad Mauritium imperatorem[3]: *Ad hoc enim potestas super omnes homines dominorum meorum pietati celitus data est, et qui bona appetunt adiuventur, et celorum via largius pateat, et terrestre regnum celesti regno famuletur.* Itemque Christum inducit loquentem ad eundem imperatorem[4]: *Ego te de notario comitem excubitorum, de comite excubitorum cęsarem, de cęsare imperatorem, nec solum hoc, sed etiam patrem imperatorum feci. Sacerdotes meos tuę manui commisi.* Iterum autem in epistola ad Theodorum medicum dicit[5]: *Valde autem durum videtur, ut ab eius servitio milites suos prohibeat, qui ei et omnia tribuit et dominari eum non solum militibus, sed etiam sacerdotibus concessit.* Unde manifestum est, quod imperatoris sive regis potestas et quę dominatur etiam sacerdotibus celestis est et divina et [illegible], et quę super sacerdotes etiam ipsos ordinata precellit. Unde et ipse summus pontifex subiectum se iussioni imperatoris et ei ex debito obedientiam prebuisse in prefata epistola asseruit. Et hęc quidem sublimis et gloriosa investitura est, qua Deus imperatorem sive regem investit, ut habeat potestatem celitus datam super omnes homines ad hoc, ut qui bona appetunt adiuventur, ut celorum via largius pateat, et terrestre regnum celesti regno famuletur, et ut manui suę sacerdotes suos Christus committat et eisdem etiam dominari concedat. Qui ergo hanc investituram eis auferre nititur, contra Dei ordinationem iudiciumque agere molitur. Iustum quippe est, ut eadem manus quibus sacerdotes a Deo commissi sunt, ut eis etiam dominetur ipsis sacerdotibus, partem investiturę huius eisdem sacerdotibus largiatur. Investiture dico huius regiminis videlicet et dominationis in populum et possessionis temporalium rerum, non sacerdotii et sacerdotalium gratiarum[6]. In his enim numquam audivi investituram nominari. Cum autem hanc investituram rex tribuit, non laicus, sed christus Domini tribuit, christus videlicet Domini per gratiam ei conregnans, qui Christus dominus est per naturam, et quia isti

a) *ita c.* b) auctoritate c.

1) *Cf. exordium tract. de consecratione pontificum et regum recensionis B, supra p.* 664 *l.* 1 — 13. 2) *Non inveni.* 3) *Epist. III,* 61, *EE. I, p.* 221. Ad hoc — [illegible] *cf. supra p.* 670, *l.* 41 — 671, *l.* 22. 4) *Ibidem.* 5) *Ibid.* 64, *EE. I, p.* 226. 6) *Cf. supra p.* 667, *l.* 40 — 669, *l.* 5.

Christo[a] conregnant simul, quę ad regnum suum pertinent, ambo simul tribuunt, ambo simul execuntur. Et qui hos ab hoc opere dividere nititur, id efficere conatur, ut Luc. 11, 17. domus Dei cadat, et regnum Christi desoletur. *Omne enim regnum in se ipsum divisum desolabitur, et domus supra domum cadet,* ait Dominus. Verumtamen Christus iste per gratiam, id est rex, servit Christo per naturam[1]. Sed *aliter servit, quia homo est, aliter, quia etiam rex est. Quia homo est enim, servit vivendo fideliter. Quia vero etiam rex est, servit leges iusta precipientes et contraria prohibentes convenienti rigore sanciendo. Sicut servivit Ezechias lucos et templa idolorum et* *p. 278. *illa excelsa que contra Dei precepta fuerant constructa *destruendo, sicut servivit rex Ninivitarum universam civitatem ad placandum Dominum compellendo, sicut servivit Darius idolum frangendum in potestatem Danieli dando et inimicos eius leonibus ingerendo, sicut servivit Nabuquodonosor, de quo iam diximus* – verba Augustini[2] sunt – . . .[3] *a blasphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo serviunt Domino reges, in quantum ea faciunt ad serviendum illi quę non possunt facere nisi reges. Quis*[4] *ergo mente sobrius regibus dicat: nolite curare in regno vestro, a quo teneatur vel obpugnetur ecclesia Domini vestri, non ad vos pertinet in regno vestro, quis velit pudicus esse, quis impudicus?* Hoc enim intelligere debent reges et qui iudicant terram, in hoc servire Domino, ut timeant et curent, ne in regno suo obpugnetur ecclesia domini Dei sui, ne aliquis sit sacrilegus et impudicus et irreligiosus. Neque enim est contra regulam iusticię, ut leges constituant reges, quibus sanctam ecclesiam tueantur et protegant. Nec vereantur sancti regum leges implorare atque suffragia, quod Paulus apostolus Romanas leges minime implorare[b] dubitavit, civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affligi verberibus non licebat. Itemque ne Iudeis[c] eum interimere cupientibus traderetur[d], cesaris poposcit auxilium, Romani quidem principis, sed non christiani. Ubi satis ostendit, quid facere postea debent Christi dispensatores, quando imperatores christianos periclitante ecclesia repperirent. Ad hęc enim necessaria est regalis potestas, ut ecclesia periclitans liberetur, non periclitans pace fruatur et sacerdotalis firmetur auctoritas, quę per se subsistere non potest, nisi eam sustentet[e] regalis potestas. Qui ergo inter has scisma facere conatur, id efficit, ut etiam sacerdotalis auctoritas subruatur.

a) christi *c.* b) *addidit super* dub. *c.* c) iuderis *c.* d) tradetur *c.* e) substentet *c.*

VI.
DE OBEDIENDO ROMANO PONTIFICI.

Accedant huic tractatui quaedam ex libello de obediendo Romano pontifici *excerpta, quem eadem fere aetate, paullo postquam Paschalis II. a Girardo*[5]*, ut Anselmo professionem oboedientiae exhiberet, Eboraci compositum esse conicio. Fusius de eo hoc loco agere longum est. Accuratius in 'Zeitschrift für Kirchengesch.' quae statui, explicabo.*

*p. 279. *Cum multę sint ęcclesię in Romana civitate, aut omnibus equaliter debemus obedire, aut quibusdam tantum. Sed neminem puto dicturum, quod omnibus equaliter obędire debeamus, quia non est equalis dignitas omnium. Si ergo quibusdam aut pluribus debemus obedire aut uni tantum, sed pluribus non, quia nec illę ęquales sunt in dignitate, ergo uni tantum debemus obedire, illi videlicet que est in Lateranis, in qua sedes est apostolica. Sed inquirendum est, utrum lapidibus et edificiis, an hominibus. Sed absurdum est dicere, quod lapidibus et edificiis debeamus obedire. Si ergo hominibus, aut bonis equaliter et malis, et illis qui sunt membra Christi et illis qui sunt membra diaboli, aut bonis tantum et qui sunt membra Christi. Sed malis et qui sunt membra diaboli nos obędire minime convenit. Si ergo bonis et qui

1) Sed – repperirent *l.* 22. *cf. supra p.* 673, *l.* 23 – *p.* 674, *l.* 9. 2) *Epist.* 185, c. 5, § 19; *cf. supra p.* 673, *l.* 22; *Opp. II, col.* 651. 3) *Hic nonnulla desunt.* 4) *Ibid.* § 20. 5) *Epist.* 87; *Migne* 163, *col.* 107 *sq.; Jaffé nr.* 593.

sunt membra Christi nos obedire convenit [a], aut pluribus simul aut uni tantum nos obedire convenit. Sed quia illi plures in dignitate non sunt equales, illis omnibus non debemus equaliter obedire, sed illi tantum, qui apostolicus est. Sicque fit, ut non ecclesię, sed personę debeamus obedire. Sed in quo debemus obedire? aut enim in eo, quod homo est, aut in eo, quod apostolicus est, debemus ei obedire. Sed non in eo, quod homo est, quia homini talis obedientia exhibenda non est. Alioquin omni homini deberetur obedientia talis. Ergo in eo, quod apostolicus est, obedientia illi exhibenda est, id est in eo, quod missus est, a Christo videlicet. Nam si ab aliis missus est, nulla ei a nobis in hoc obedientia exhibenda est. Sed si a Christo missus, ad quid missus est? Aut enim ad hoc missus est, ut mandata Christi ad nos perferat et doceat nos, aut ad aliud, quod nescimus et quod ad Dei mandata pertinere minime videtur, in quo eum nec etiam audire debemus. Si ergo ad hoc missus est, ut mandata Dei ad nos perferat et doceat nos, id superfluo factum est, quia nos scripturas propheticas et euangelicas et apostolicas [habemus [b]], in quibus omnia mandata Dei continentur et horum scientia plenius est apud nos quam apud illum, et perfectior habetur et celebrius colitur. Eat ergo ad gentes [c] quę nondum [d] fidem habent Christi nec mandatorum ipsius scientiam, et illis predicet, illos doceat, ut illo predicante et docente fidem Christi suscipiant et agnitionem atque doctrinam, sicut fecit Petrus et ceteri apostoli, qui a Christo missi sunt, ut irent in universum mundum et predicarent *euangelium omni creaturę et docerent omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et filii* [e] *et Spiritus sancti*. Hęc inquam, faciat, si vult, ut salutaris et utilis sit eius missio, et si non vult recedere a vestigiis Petri et apostolorum magisterio. . . . . . .

Considerandum [f] est de Romana ęcclesia, unde sit dignior ex eo, quod Romana est, an ex eo, quod ęcclesia est. Sed mihi videtur ex eo esse illam digniorem, quod ęcclesia est. Nam ex eo Christi sponsa est, Christi columba est, Christi proxima est, Christi electa est, Christi pulchra amica est, Christi gloriosa et immaculata est, *non habens maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi*, sed tota speciosa est. Ex eo autem quod Romana est, non talis est, sed paucos electos et Dei filios habet, multos reprobos et diaboli filios, qui quasi paleę sunt in area Domini et tegunt grana tritici, id est electos obprimunt; quos quidem ecclesiam Sathane possumus appellare, non Christi. Nam solos electos et Dei filios iure possumus dicere esse ecclesiam Christi, quia sunt etiam membra corporis Christi, quia sunt templum Christi quod sanctum est, *et in ipsis habitat Spiritus sanctus Christi.* Reprobi autem et filii diaboli, quorum maior numerus est, non sunt membra corporis Christi, non sunt templum Christi, nec in eis habitat spiritus Christi, et ideo ecclesia sunt Sathanę, non Christi. Sicque fit, ut duę sint Romanę ecclesię, una Sathanę, altera Christi. Ecclesie autem Sathanę Christi ecclesia nullomodo [d] debet esse subiecta. Nos tamen paucis electis et sanctis filiis Dei qui sunt Romę exhibere debemus reverentiam, sed qualem pater noster qui est in celis precipit et vult, ut exhibeamus fratribus nostris in caritate, non in exactione, propter Deum, non propter seculi fastum. Amen.

a covenit c. b *suppleri*. c gs c. d nundum c. e fratris c. f *abhinc eadem manu alio atramento pergit.*

DE SEPULTURA EORUM QUI FALSO EXCOMMUNICATI DICUNTUR NON TURBANDA.

EDIDIT

E. DUEMMLER.

In codice bibliothecae Bambergensis P. I. 9, saec. XII. iam saepius a nobis adhibito (cf. supra p. 608) invenit Knust b. m.[1]*, cum accurate eum perlustraret, fol. 125. tractatum brevem sine titulo contra eos scriptum, qui mortuos quasi excommunicatos e sepultura effodiendos esse censebant. In fine opusculi, quod Knust imperfectum esse suspicatus est, nihil certe in codice desideratur.*

Cum liber Bambergensis commentationes nonnullas ad litem inter regnum et sacerdotium exortam pertinentes regique faventes praebeat, hanc quoque tempora illa turbulenta respicere coniecturam capiemus. Sed haec non solum coniectura, immo certa opinio vocari licet, si verba Chronici Ekkehardi Uraugiensis quae sequuntur[2]*, recte perpenduntur.* Sic nimirum *(scil. a. 1105. exeunte)*, sic per tot iam annos obnubilata lux oriri coepit nostris in partibus orthodoxa; depublicatur et ventilatur, diiudicatur et convincitur, foetet et respuitur, condempnatur et anathematizatur heresis Wigbertina vel Heinriciana; abdicatis sive fugatis hereticis catholici kathedris pontificalibus destinantur, e quibus etiam aliqui inter ipsa festa *(sc. natalis dominici)* consecrantur. Denique in tantum divinae legis subito zelus efferbuit, ut etiam ipsa cadavera pseudoepiscoporum ab aecclesiis eliminarentur, quotquot autem ab ipsis erant ordinati, usque ad generalem audientiam ab officiis suspenderentur. Iam enim exaltatis sibi divinitus aecclesia Romana cornibus, ad incutiendum timorem cunctis usquequaque scismatum membris, etiam capitis ipsius ossa, Wigberti scilicet dicti papae, de sepulchro suo, quod per sex iam annos in aecclesia Ravennensi possederat, proici fecerat, universaque eius instituta, ut vere non apostolici sacerdotis, sed ut apostatici invasoris annullari decreverat. *Cum his quae de toto imperio, locis non indicatis, referuntur concordat bene synodus Saxonica Maio exeunte Northusae celebrata*[3]*, quae ad exstirpandam simoniacam haeresim* invasores

1) *'Archiv' VII, p.* 825. *Sequitur Clementis III. papae epistola = Jaffé nr.* 16595. *et Reginonis de synodal. causis l. II, c.* 371, *p.* 354. *ed. Wasserschleben.* 2) *SS. VI, p.* 233. 234. 3) *Annal. Hildesheim. a.* 1105 *(p.* 53. *ed. separ.). Cf. etiam Gesta Alberonis metr. v.* 27, *SS. VIII, p.* 237: *(Adalberonem)* Officioque suo fecitque carere sepulchro. *Cf. Jaffé, Reg. nr.* 6105.

episcopos necnon et eos qui tunc temporis intraverant symoniace vivos deponere et sepultos effodere et ab eis ordinatos manus inposicionem a catholice recipere iussit.

De auctore opusculi nostri nihil aliud affirmare ausim, nisi Germanum clericum eum fuisse, cui fortasse Bambergensis codex, in quo ab Auxilio et Vulgario de Formosiana calamitate agitur[1], *ad manus fuit. Anno circiter* 1105. *eum scripsisse probabile est.*

Berolini, Ianuar. mense 1897. *E. DUEMMLER.*

*Ne quis mortuos excommunicet[a] vel etiam temere de his iudicet, diffinita est *f. 125.
sententia ab apostolicis viris, cum dominus Iesus apostolis dederit potestatem ligandi Mansi [illegible]
et solvendi eos tantum qui sunt super terram, id est vivos, non etiam eos qui sunt subter[b] terram, id est mortuos. Unde Vigilius papa scribens Iustiniano sanctum Cirillum episcopum introducit sic loquentem contra quosdam, qui volebant, ut quidam episcopus iamdiu mortuus excommunicaretur et dampnaretur, et dicentem[2]: *Obliviscimini vos ipsos, quando adversus cineres arcus extenditis. Non enim superest qui apud vos inscriptus est.* Et paulo post: *Grave est insultare defunctis, vel si laici fuerint, nedum illis qui in episcopatu hanc vitam deposuerunt. Iustissimum enim apparet prudentibus viris cedere prescienti uniuscuiusque voluntatem, et cognoscenti qualis unusquisque futurus sit.* Item post aliqua interposita[3]: *Post hęc*, inquit, *ampliori cura prospeximus, si quid de his qui iam defuncti sunt, et minime repperiuntur in vita damnati, etiam sanctę recordationis predecessores nostri decreverint*[c]. *Quibus inspectis agnovimus, quod huius cautelę providentięque formam veneranda predecessorum nostrorum sedis apostolicę [presulum] constituta nobis apertissime tradiderunt. Nam beatissimus papa Leo ad Theodorum Foroiuliensem post alia dicit*[4]: *Nec necesse est nos eorum, qui sic obierunt, merita actusque discutere, cum Dominus noster, cuius iudicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale ministerium implere non poterat, suę iusticię reservavit. Item Gelasius papa in ępistola quam episcopis Dardanię de causa Achacii scripsit, post alia ita dicit*[5]: *Qui postquam in collegium pravitatis recidens iure meruit ab apostolica communione secludi, in hac eâdem damnatione persistens mortuus est, absolutionem quam superstes nec*[d] *quesivit omnino, nec meruit, mortuus iam non potest impetrare. Siquidem ipsis apostolis Christi voce delega- Ib.
tum est, quę ligaveritis super terram et quę solveritis super terram. Ceterum iam de eo qui in divino est iudicio constitutus, nobis fas aliud decernere non est preter id in quo dies eum supremus invenit. Item beatę papa Gelasius recordationis in gestis sinodalibus de Meseni episcopi Cumani absolutione*[e] *confectis hoc evidenter edocuit dicens*[6]: *Totum quod supra nostrę facultatis est modulum, divino iudicio relinquamus: non autem nobis poterunt imputare, cur prevaricationis offensam viventibus remittamus, quod ęcclesię, Deo largiente, possibile est, nec nos iam mortuis veniam prestare deposcant, quod nobis non esse possibile manifestum est,* *quia, cum dictum sit quę ligaveritis et solveritis super *f. 125'.
terram, hos quos super terram non esse constat, non humano, sed suo iudicio Deus reservavit, nec audet ęcclesia sibimet vindicare quod ipsis apostolis conspicit non fuisse concessum, quia est alia causa superstitum, alia defunctorum.*

Ex istis verbis Vigilii papę utentes quoque auctoritatibus antecedentium patrum videlicet Cirilli[f] episcopi, Leonis papę, Gelasii papę redarguitur et retunditur furiosa

a) excomect *B.* b) super *B.* c) decreverunt *B.* d) ne *B.* e) absolutionem *B.* f) Cirirli *B.*

1) *De quo cf. Duemmler, 'Auxilius und Vulgarius'* p. 47 *sqq.* 2) *Mansi, Coll. conc. IX. col.* 94; *Jaffé nr.* 935. 3) *Ibid. col.* 95. 4) *Opp. edd. Ballerini I, col.* 1174. 1175. *ep.* 108, *c.* 3; *Jaffé nr.* 485. 5) *Ep.* 18, *c.* 5. *Mansi, Coll. VIII, col.* 48, *ed. Thiel I, p.* 385; *Jaffé nr.* 638. 6) *Ep.* 30, *c.* 13. 14. *ibid. col.* 183. 184, *ed. Thiel I, p.* 445. 446

temeritas eorum qui nostris temporibus de sua non divina auctoritate presumentes eliminari faciunt de sepulchris suis plerosque episcopos vel abbates iamdiu mortuos et in ęcclesiis quibus prefuerunt sepultos, censentes eos excommunicatos fuisse, cum tamen omnibus comprovincialibus eorum coepiscopis et cęteris constiterit, quod dum adhuc vixerunt, nulla canonica accusatione pulsati vel deiecti fuerint.

Inveniuntur quidem exempla vesanię eorum, sed hęc exempla, sicut a precedentibus patribus catholicis viris interminata et prohibita sunt ne fierent, sic postquam facta sunt a subsequentibus patribus cassata sunt. Etenim Stefanus papa [1], tercius a Formoso, eiusdem Formosi papę cadaver de tumulo extrahi et in concilium trahi fecit, ibique eum quasi sinodaliter damnavit, ferroque duobus dextrę digitis amputatis, in quodam peregrinorum tumulo sepeliri iussit, nec multo post in Tiberim precipitari. Omnes quoque ab eo ordinatos ab ordinibus suis deici statuit. Sed papa Theodorus [2], successor Stefani, considerans nequiter actum esse cum Formoso, corpus eius cum exultatione ad apostolicam tumbam venerabiliter reduxit et ordinatos ab eo, sed iniuste depositos, ordinibus suis restituit. Si quem ergo hoc delectat quod Stefanus in Formoso fecit, illum terreat et revocet quod precedentium et subsequentium patrum auctoritas de eadem re sancivit.

1) *VI, a.* 897; *cf. Jaffé, Reg. I, p.* 440. 2) *II, cf. ibid. p.* 441.

MARBODI EPISCOPI REDONENSIS OPUSCULA ALIQUOT.

RECOGNOVIT

H. BOEHMER.

Marbodus[1] *a.* 1035. *fere Andegavis natus a patre Roberto*[2], *qui pellionis artem exercuisse aut pelles vendidisse*[3] *neque parvam pecuniam sibi videtur comparasse, admodum puer Dei servitio mancipatus est. A Rainoldo, scholastico ecclesiae maioris, diligenter educatus, adolescens aliquamdiu in patria eloquentiam professus, a.* 1076. *vero ab Eusebio Brunone episcopo archidiaconus et rector ludi cathedralis factus est. Quem ludum tam sollerter gubernavit, ut posteris ingenium et studium ipsum Andegavos transtulisse videretur*[4]. *Anno* 1096. *Febr. episcopus Redonensis electus est, non sine simonia, si quidem verba quaedam Roberti de Arbrissel*[5] *ad eius promotionem spectant.* 27 *annis post iam diu oculis captus*[6] *in ecclesiam sancti Albini Andegavensis, cui iam pater et fratres non modice faverant, recessit ibique a.* 1123. *Sept.* 11. *mortuus est.*

Vitas Sanctorum, librum de ornamentis verborum, librum lapidum, 6 *epistolas, permulta carmina ecclesiastica, paraenetica, epigrammatica reliquit. Easdem ergo fere materias tractavit quas alii scriptores sui temporis. Sed optimum quemque veterum poetarum imitatus inusitatum aliis leporem et elegantiam sermonis consecutus est, ut ab aequalibus, qua erant arrogantia*[7], vatum spectabile sidus, eloquentiae Gallicanae rex *praedicaretur, Ciceroni, Homero, Maroni aequiparandus*[8].

Quamquam adolescens 'amori lascivo' admodum deditus erat[9] *nec sine pecunia ad infulas promotus esse videtur, tamen episcopus factus et simoniacos et fornicarios valde*

1) *Cf. Beaugendre, Hildeberti et Marbodi opera ed. Paris.* 1708 *col.* 1381 *sq., 'Histoire littéraire de la France' X. p.* 343—392, *'Biographie générale' XXVI. p.* 424; *Ropartz, 'Les poésies de Marbode traduits en vers français, préface'; Wetzer-Welte, 'Kirchenlexikon' VIII. p.* 640—642; *Ernest Ernault, 'Marbode, évêque de Rennes, sa vie et ses oeuvres. Bulletin et Mémoires de la Société archéologique des départ. d'Ille-et-Vilaine' XX.* 2. *p.* 1—260 *Rennes* 1889. 2) *Beaug. col.* 1381. 3) *Paramentarius vel pelliciarius nominatur. Vix ergo M., ut Beaug. contendit, nobilis prosapiae erat.* 4) *Cf. versus Ulgerii, Beaug. col.* 1385. 5) *Roberti Vita, auctore Andrea, Migne* 162. *col.* 1078: Confitebatur coram omnibus —, quod dum adhuc esset saecularis in ordinatione cuiusdam Redonensis episcopi in venenum simoniae semel inciderit. 6) *Gesta episc. Cenom. c.* 35, *Mabillon, Analecta vet. III. p.* 303 *sq., ed.* 2. *p.* 317. 7) *Cf. Beaugendre col.* 1383—1386; *Delisle, 'Notes sur les poésies de Baudri de Bourgueil' Romania a.* 1872 *p.* 25. 35. 40. 45. 8) *Cf. 'Hist. litt.' X. p.* 391. 9) *Cf. Beaug. col.* 1563: poenitudo lascivi amoris.

detestatus est et tam austere se gessit, ut per septem annos cibo potuque se abstinuisse diceretur[1] *et paene sancti cognomine ornaretur*[2]. *Huius conversionis testes ea quoque scripta sunt, quae etsi sententiarum novitate non excellunt, huic tomo inserenda putavimus, duae epistolae ad sacramenta sacerdotum coniugatorum spectantes, ad Ingelgerium vel Ingungerium eiusque sodales datae, et elogium Milonis, cardinalis episcopi Praenestini, quo de assiduo illius contra simoniacos certamine agitur. De Ingelgerio illo nihil constat, nisi quod Roberti de Arbrisselo, praeclari ordinis coenobiorum Fontis Ebraldi auctoris, religiosissimus assecla cum sociis in silva vasta ad Fulgerias*[3] *('Fougères, dép. d'Ille-et-Vilaine'), in* confinio Cennomannicae Britannicaeque regionis *sita, quae* quasi altera Aegyptus multitudine eremitarum per diversas cellulas habitantium *tunc* florebat[4], *solitariam vitam egerit ibique Robertum secutus contra vitia clericorum studiosissime praedicaverit. Ac coniugatos quidem clericos epistola quadam contra priorem Marbodi edita, quae si non periit, etiamnunc latet, haereticos, ergo vitandos esse fusius exposuit; quam sententiam Marbodus in posteriore epistola non improbavit, at ne eremitae iudicis officium sibi arrogarent iurisdictionique ordinariae episcopi hanc causam detraherent, poposcit. Quo tempore parvam hanc controversiam habuerit, non satis constat neque coniectura probabili assequi posse mihi videor.*

Milo[5] *ille monasterii s. Albini Andegavensis alumnus erat. Anno* 1093. *a Gerardo abbate Romam missus ab Urbano II. papa in curiam receptus et a.* 1098. *cardinalis episcopus Praenestinus factus est. Anno* 1095. *Urbanum in Gallias comitatus est, ubi inter Britones et Aquitanos legati munere functus contra simoniacos*[6] *strenue dimicasse fertur. Anno* 1102.[7] *secundo patriam petiit, ut litem episcopi Augustodunensis et abbatis Cluniacensis diiudicaret. Paullo post mortuus esse videtur. Anno enim* 1105. *Dec.* 27. *Conradus, eius successor, sedem Praenestinam iam tenuisse dicitur*[8]. *Unde a. fere* 1105. *hoc Marbodi elogium compositum esse colligo.*

Codices, quos Beaugendre[9] *epistolas et Mabillon*[10] *(mscr. s. Albini Andegav.) carmen edituri adhibuerant, investigari iam non poterant. Quapropter eorum editionem paucis correctis repetere nobis opus fuit.*

Berolini a. 1896. *Nov.* 12. *H. BOEHMER.*

I.

1. Marbodus minimus episcoporum Ingilgerio servo Dei solitario et fratribus solitariam vitam secum agentibus *Appellare lucem diem*
Gen. 1, 5. *et tenebras noctem.*

Inter multa bona quae de vestra sanctitate praedicantur audivimus, quod zelum
cf. Rom. 10, 2. Dei habetis contra indignos sacerdotes, sed non secundum scientiam. Dicitur enim,

1) *Cf. eius epitaphium, Ernault l. l. p.* 239. 2) *Ibid.* 3) *Alexis Lobineau, 'Hist. de la Bretagne' (livre IVtième) I, p.* 117. 4) *Baldrici Vita Roberti Arbriss. c.* 17; *Acta SS. Febr.* 25 *(VI, p.* 604*).* 5) *Cf. de eo 'Hist. littér.' X, p.* 19 *sq.* 6) *De sacerdotum Britonum simonia cf. epistolam Roberti de Arbrisselo ad Ermengardem comitissam datam, 'Bibl. de l'école des chartes'* (1854) *p.* 208 *sq. Non deerant episcopi qui uxoribus uterentur filiisque episcopatus tanquam haeredia relinquerent; cf. Lobineau l. l. I,* 1, *p.* 3. 7) *Mansi t. XX, col.* 1161—1164. *charta de concilio Massiliensi ex chartulario Cluniacensi data. Quod concilium ibi a.* 1103. *habitum esse dicitur. Sed interfuisse dicuntur Gerardus archiepiscopus de Evroic, Herbertus de Titford, Robertus episcopus Cestrensis, quos a.* 1102. *ineunte Romam per Gallias profectos esse aut per Gallias Roma revertisse constat; cf. Max. Schmitz, 'Der engl. Investiturstreit' p.* 30 *sq.* 8) *Gams, Series episcoporum p. XVI.* 9) *Col.* 1395—1398 *(Migne, Patrol. t.* 171, *col.* 1472—1474*).* 10) *Annales Ord. s. Bened. V, p.* 670. *Unde repetitur a Mignio, Patrol. t.* 171, *col.* 1685—1686.

quod non solum vos eorum oblationibus interesse non vultis, sed etiam laicos, ne per eos aliquod sacramentum suscipiant, dogmatizatis. Quodsi verum est, timendum valde est, dilectissimi, ne forte diabolus, qui vos ad manifesta flagitia, Deo servante, non potest attrahere, per huius erroris occultum laqueum animas vestras in perditionem, quod absit, deiciat. Quid enim aliud vetus heresis Novatianorum? Quid habet aliud novus eorum error, qui Patarini vocantur, quam ut per ministrorum indignitatem ecclesiae catholicae sacramenta vilescunt? Quod quam contrarium sit veritati, subiectae auctoritates ostendunt. Augustinus [in] tractatu X. psalmi contra hereticos[1]: *Christus*, inquit, *quid fecit vobis, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, ut ei primam*[a] *eucharistiam confectam manibus suis et ore suo commendatam, sicut et*[b] *ceteris apostolis traderet? Christus quid*[c] *vobis fecit, qui eundem traditorem suum, quem diabolum nominavit, qui ante traditionem*[d] *nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum ceteris apostolis ad praedicandum regnum caelorum misit, ut demonstraret dona Dei pervenire ad eos qui cum fide accipiunt, etiamsi talis sit [per] quem*[e] *accipiunt, qualis Iudas fuit?* Idem alibi[2]: *Sacramenta ecclesiae neque bonus melius, neque malus peius implere potest. Nam quaecumque sit persona exterior, Spiritus sanctus operatur interius.* Item ex registro Nicolai papae in epistola ad Bulgaros[3]: *Consulendum*[f] *decrevitis, utrum presbyterum habentem uxorem sustentare debeatis et honorare an a vobis proicere. In quo respondemus: Quoniam, licet ipsi valde reprehensibiles sint, vos tamen Dominum convenit imitari, qui solem suum, ut testatur evangelium, oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. proicere*[g] *a vobis [eum*[h]*] ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero discipulorum deiecit. Verum de presbyteris vobis nec iudicandum est nec de vita ipsorum quidpiam investigandum, sed episcoporum iudicio quicquid illud est per omnia reservandum.* Idem in eodem[4]: *Sciscitantibus vobis si a sacerdote, qui sive in adulterio deprehensus est, sive de hoc sola fama respersus, debeatis communionem suscipere, respondemus: Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta divina polluere, quae purgatoria cunctarum remedia contagionum existunt, sicut nec potest solis radius per cloacas transiens et latrinas aliquid contagionis exinde attrahere. Proinde qualiscumque sacerdos sit, quae sancta sunt coinquinare non potest. Idcirco ab eis, quousque episcoporum iudicio reprobentur, communio percipienda est, quoniam mali bona ministrando se ipsos tantummodo laedunt, et cerea fax accensa sibi quidem detrimentum praestat, aliis vero lumen in tenebris administrat.* Augustinus [in][h] epistola ad Vincentium[5]: *Non propter malos boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut toleraverunt prophetae eos contra quos tanta dicebant; nec tamen communionem sacramentorum illius populi relinquebant, sicut ipse Dominus nocentem Iudam usque ad condignum exitum toleravit.* Idem in libro de verbis Domini[6]: *Quam multa et quam vehementer Ieremias increpavit in peccatores et sceleratos populi sui! Inter eos tamen erat, unum cum illis templum intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in ea sceleratorum hominum congregatione vivebat, sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere: corde non consentire et ore non parcere.* Sunt et

a) primam *Aug.* b) *deest Aug.* c) Qu. v. f. Chr. *Aug.* d) Domini *add. Aug.* e) [illegible] f) consulendo *c.* g) deicere *Na.* h) *om. c.*

1) *Enarratio in psalm.* 10, *c.* 6; *Opp. IV, col.* 62. 2) *Paschas. Radbert. de corp. et sang. Dom. c.* 12; *Martène et Durand. Coll. ampl. IX, col.* 427; *cf. supra p.* 13. 593. 3) *Cap.* 70. *Mansi t. XV, col.* 425, *paucis mutatis; cf. supra p.* 592. 4) *Cap.* 71. *Mansi XV, col.* 425; *supra p.* 592. 5) *Epist.* 93, *c.* 4, § 15; *Opp. II, col.* 237. 6) *Sermo* 88 *de verb. evang. Matth.* 20, *c.* 21, § 24; *Opp. V, col.* 421.

alia multa sanctae auctoritatis loca ad hoc ipsum pertinentia, quae possem subnectere. Sed cui haec non sufficiunt, nec plura sufficerent. Valete, fratres dilectissimi, et orate pro nobis!

2. Minimus episcoporum Ingungerio venerabili sacerdoti et fratribus qui secum Deo serviunt salutem.

Litteras vestrae sanctitatis litterulis a nostra parvitate prius directis respondentes accepi. Quibus perlectis non mediocriter gavisus sum, cum vos ea tantum sentire et praedicare percepi quae a catholica non discrepant veritate. Nam hereticos quidem generaliter omnes vitandos ac detestandos quis nesciat? Presbyteros quoque fornicarios sacri canones deponendos ostendunt. Verum non passim, neque inordinate. Eph. 1, 22. 23. Habet enim sancta ecclesia, quae corpus est capitis quod est Christus, membrorum 1. Cor. 12. 12—27. suorum distinctionem et officiorum distantiam, ut impune alteri non liceat quod est alterius usurpare. Numquid omnia membra sunt oculus? Numquid omnia membra Luc. 12, 13. 14. loquuntur? Dominus noster Iesus cuidam qui ad se clamaverat, dicens: *Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hereditatem,* ita respondit: *Homo, quis me constituit iudicem et divisorem inter vos?* Multa ergo membra non debent iudicare aut loqui, quandoquidem ipsi linguae et verbo non licet nisi per ordinem et constituto loqui. Constitutio autem ista est et ordo iudiciorum[1], ut quamvis vera sint quaedam, non tamen credantur a iudice, nisi quae ordine iudiciario fuerint publicata. Et in omni iudicio quatuor debent esse personae: accusator, defensor, testes, iudex. Et in decretis[2] habetis, ut nullum iudicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. Nam praeter damnandorum quod habetur in regulis generale iudicium, propriam tamen singulorum discussionem exigit proprietas personarum. Hanc igitur ordinis constitutionem quis audeat perturbare? aut non sibi permissam iudicandi licentiam quis audeat usurpare? Nam, teste scriptura, maius est periculum iudicantis quam eius qui iudicatur. Et Dominus in Matth. 7, 1. euangelio: *Nolite iudicare et non iudicabimini.* Et apostolus: *Nolite ante tempus iudi-* 2. Cor. 4, 5. *care.* Unde de beato Martino legimus[3]: *Neminem iudicans, neminem condemnans.* Et Luc. 18, 9. dominus Iesus *dixit ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti et aspernabantur* ib. 14. *caeteros parabolam istam* de Phariseo et peccatore et adiecit hunc iustificatum ab illo. Nunquid et vos quos stulti homines et imperiti, errore decepti, hereticos garriunt, abiciendi estis ante audientiam? Absit! Nolite ergo, dilectissimi filii et fratres, nolite condemnare et abominari peccatores, sed cum mansuetudine eos corripite et orate pro illis, ut Deus eos convertat; vel si plus expedit, apud suos iudices singulos accusate, ut convicti vel confessi iuste damnentur. Altus enim, Deo propitio, hoc tempore metus est, ne quis iniquitatem suam, ut dicitis, aperte defendat aut haec tanta mala bona esse contendat, simoniam dico et fornicationem. Plus autem hoc, quantum intelligo, orando, quam disputando poteritis obtinere. Deus omnipotens orantem pro nobis sanctitatem vestram exaudiat!

1) *Decreta Iulii papae c.* 12, § 15 *(Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 469*)*: quamvis vera sint, non tamen credenda . . nisi que iuditiario ordine publicantur. 2) *Ibid.* § 27 *(Hinschius p.* 471*)*: nec ullum iuditium nisi ordinabiliter habitum teneatur. 3) *Sulpicii Sev. V. S. Martini c.* 26; *Opp. ed. Halm p.* 136.

II.

Roma beata nimis, quae sic excrevit ab imis,
Ut iam dicatur meritisque suis habeatur
Ecclesiae lumen, summum mundique cacumen,
Lucem regalem vibrans et pontificalem,
Cuius doctrina fulcitur nostra ruina.
Cernens ecclesiam turbari per simoniam,
Misit legatum per Gallica regna probatum,
Contra Simonem iussit pugnare Milonem.
Ecclesiae pressae lapsaeque iubetur adesse,
Pressae tutelam, lapsae donando medelam.
Hic gladio Petri ducis impetit agmina tetri,
Indignisque datus aufertur pontificatus,
Et datur insignis sedes sine munere dignis.
Propter vendentes non excusantur ementes.
Utilis adventus erat, ut res postulat, eius.
Nam sunt praelati vigilantes utilitati,
Qui faciunt questum, si dona Dei, manifestum,
Et Christum vendunt, nec eos alii reprehendunt,
Quidam terrore tolerant aliique favore.
Nulli donatus gratis est pontificatus.
Si sit farta manus, fiet puer ille decanus,
Et bene nummati sunt ilico canonicati.
Provehitur census, vilet sine nomine sensus,
Est sensu plena nummis impleta crumena.
Omnia divitiae vincunt documenta sophiae,
Et cedunt diti deliro verba periti.
Plus est dona dare quam veris falsa probare.
In sacris summis assurgunt undique nummis.
Nullis decretis damnantur dona[a] locupletis,
Plus valet argentum quam Gregorii[1] documentum.
Nunc status in donis est omnis religionis.
Iam sunt buccarum pastores, non animarum.
Munus in absconso ius[b] dat dimittere sponso,
Si velit uxorem vel[c] ducere nobiliorem.
Si bonus esse velis sociis dominoquo fidelis,
Incipies fieri derisio maxima cleri.
Ast insectator sociorum, fraudis amator,
Hic formidatur et ab omnibus hic veneratur.
His plenus vitiis est totus Gallicus orbis.
Sed fidei pilo penetravit ad intima Milo:
Xenia nulla bonum nec amor flexere patronum.

a) [illegible] gressum, [illegible] de matrona, [illegible] 1602. Usus in nostros fiunt haec tam [illegible] niales, col. 1632: Grex solito more cantat Alleluia Graduale. [illegible] c) ducere vel [illegible].

1) VII. decreta a. 1075. edita: cf. Mansi XX, col. 408.

Mens sibi fortis erat, si vis a corpore deerat.
Emptores vidi verbi mucrone recidi;
Et Simon immundus sibi succubuit pudibundus.
Gaudia quanta bonis virtus dedit illa Milonis,
Et multo plura nobis foret illa datura
Et foret invictus, sed mors sibi sustulit ictus.
Mens nimium tuta Petrumque rigore secuta,
Nunc capis in caelis tua praemia, serve fidelis:
Nunc super astra situs, diademate nunc redimitus,
Nostros oratus audi solvendo reatus!

CARMINA IN SIMONIAM ET ROMANORUM AVARITIAM.

EDIDIT

H. BOEHMER.

I.

Marbodi opusculis carmina duo accedant a Bethmanno b. m. e codice Vatic. Christinae reginae 711, *olim s. Albini Andegavensis, fol.* 112. *excepta, ubi manu saec. XII. ex codice antiquiore transscripta esse videntur*[1]. *De auctoribus nihil traditur. Sed ex eis quae de praelatorum Gallicorum simonia ex elogio Milonis modo cognovimus, ea saeculo XI. exeunte vel XII. ineunte in Gallia*[2] *condita esse coniecerim. Marbodum, qui monachis s. Albini admodum favit*[3] *versibusque amarissimis praepositos ecclesiae castigasse videtur*[4], *rhythmis in his carminibus adhibitis usum esse non constat. Quae de re ei carmina addicere vix ausim, sed quin Andegavis eius aetate composita sint, non est, cur dubitemus.*

1. Incipiunt decreta Simonis.

Sua Simon dat decreta:
Quod si bursa sit repleta,
Fiet presul vel propheta
Davus[5], Birria[6] vel Geta[7].

5 Non attendit probitatem
Neque mores nec etatem.
Simon facit hunc primatem,
Hunc priorem, hunc abbatem.

Ad hoc pauper non accedit,
10 Accepturum nil se credit,
Nil habebat, nichil dedit,
Nec in sancta sede sedit.

Simon facit hos maiores,
Hos abbates, hos priores.
15 Nummos quaerit et non mores,
Et nummatis dat honores.

Venter nimis incrassatus
Qualiscumque, sed nummatus[a],

a) ñmatus *c.*

1 *'Archiv' XII. p.* 305; *cf. 'Poet. aevi Carol.' II. p.* 126. 2 *Cf. quoque Arnulfi Sagiensis Invectivam supra p.* 89. 3 *Supra p.* 689. 4 *Cf. versus canonicales, ed. Beaugendre l. l. col.* 1631—1634; *Wright, 'The Anglo-Latin satirical poets and epigrammatists of the XIIth century' II, p.* 213—218. 5) *Servi nomen in comoediis usitatum; cf. Ter. Andr. I,* 1, 142. 6) *Cf. Horat. Sat. I,* 4, 69. 7) *Item servi nomen in comoediis usitatum; Ter. Andr. III.* 4, 1.

Aput omnes inflammatus[a],
Quem plus inquinat reatus,
Si offerre[b] sit paratus,
Fiet presul et prelatus.

Ut in sede collocatur[c]
Miser, a quo magis datur,
Tunc superbit, tunc inflatur,
Nil de Deo meditatur.

Sunt prelati, set quid erunt?
Penam tantum meruerunt,
Qui non crucem Christi ferunt
Nec salutem suam querunt.

Qui non portant crucem Christi,
Punientur pena tristi.
Si vis scire, qui sunt isti?
Precursores Antichristi.

Non sunt christi, sed dicuntur,
Quia Christum non secuntur,
Qui mundanis habutuntur[d]
Et in caudam relabuntur.

Matth. 25, 32. Inter hedos numerati
Sunt a Christo condempnati;
ib. 22, 14. Non electi, sed vocati,
Sunt Gehenne cibus dati.

Nichil eis est virtuti;
Carne caro querit uti;
Presul procurande cuti
Plus intendit, quam saluti.

Non fit sermo de virtute,
Non est cura de salute,
Set in procuranda cute
Student omnes preacute.

Et dum venter saciatur,
Vis ardoris excitatur.
Ut a Paulo predicatur,
I. Cor. 7, 9. Nubit preses, ne uratur.

Hi mendaces, hi periuri,
Grex porcorum Epicuri[1],
Sancto dogmate securi
Volunt nubere, non uri.

Sunt tenaces, sunt avari;
Dare nolunt, immo dari.
Nummos querunt contemplari;
De favore populari
Volunt omnes gloriari.

Inde perfidi sequaces,
Quos Veneris urunt faces;
Immo lupi sunt rapaces Matth. 7, 15.
Et hipocrite fallaces.

Omnes ad inferna tendunt,
Qui pro posse Christum vendunt;
Solis opibus intendunt
Et nos male reprehendunt.

Omnes tamen in occulto
Perpetrant maiora multo;
Deo semper inconsulto,
Set reatu non indulto.

Ventres male macilenti
Nichil exibent egenti,
Nec responsum dant querenti;
Nam in tantum sunt intenti
Frustis auri vel argenti,

Quod de sexu non est cura.
Et si queris nosse plura,
Per hos sustinet natura
Turpi tamen in mistura
Violari sua iura.

Tales mores sunt eorum,
Talis vita prelatorum;
Et fiunt beati, quorum
Moles latent peccatorum
Per secula seculorum.

2.

1. Satis verba varia possem invenire
Et ea coloribus variis vestire;
Sed quia prolixitas solet fastidire,
Brevis esse cupio, nolo lascivire.

2. Nolunt nostri presules liberos nos fore,
Immo volunt vivere nos servili more.

a) *an* infamatus? b) oferre *c.* c) colloquatur *c.* d) *sic c.*

1 *Hor. Ep. I, IV*, 16.

Qui non laudat omnia, que fatentur ore.
Si quem forte possidet, pellitur honore.

3. In subiectos seviunt tirannorum more
Et eos afficiunt nimio dolore.
Quisquis dare poterit, erit in amore,
Qui nil dare poterit, erit in merore.

4. Non formidant Domini templa subastare,
Care volunt vendere, nichil gratis dare.
Numquam vultus hylares solent demonstrare,
Nisi prius loculus incipit sonare.

5. Karitatem nominant hoc, quod eis datur:
Simonia nomine novo baptizatur.
Ad quid plura referam? Nullus sublimatur,
Nisi prius presulis bursa repleatur.

6. Quod sint vera talia, omnibus est notum.
Morbus iste volitat per hunc mundum totum.
Quare vix invenies unum sacerdotum
A tam gravi crimine penitus remotum.

II.

De his duabus satiris cum in annalium nostrorum t. 22, *p.* 714 *sq. fusius agere mihi in animo sit*[1], *pauca tantum praefari opus est. Eodem metro dactylico conditae sunt, quo saec. XI. ex. et XII. in. modo duos poetas bis usos esse Bernardus Morlanensis*[2] *contendit adeoque non semel inter se consentiunt*[3], *ut aut priorem auctori posterioris notum fuisse aut utrumque eiusdem auctoris esse conicere oporteat, qui a.* 1080. *fere carmine priore Hugonis episcopi Diensis, legati apostolici, auxilium contra monachos, emptores ecclesiarum, sibi impetrare studuerit, postea, avaritia Romanorum patefacta aetate Urbani II, ut videtur, alterum contra curiam ediderit. Utriusque auctor ordine clericus saecularis, natione, cum in* 1. *v.* 41. *et* 2. *v.* 23. *Anglia, Scotia, Francia nominentur, Normannus fuisse aut certe in Normannia floruisse videtur. Carmen* 1. *in tribus codicibus Anglicis Gualoni Britoni, in duobus codicibus Nicholao ascribitur. Sed utrum hos tres, ex eodem, ut videtur, exemplari exscriptos, an illum, qui optimas lectiones exhibet, sequi oporteat, diiudicari nequit. Clausula satirae nostrae poeta quidam Germanicus*[4] *post annum* 1133. *ad carmen amplius componendum usus est.*

Carmen 1. *saec. XII. et XIII. longe lateque viguisse videtur;* 15 *enim codices, quibus asservatum est, multotiens quidem inter se discrepantes, hucusque reperi, nec dubito, quin plures investigari possint. Editum est primo e codice ignoto a Flacio, Varia poemata p.* 461 *sq.*[5]; 2) *e codice s. Gatiani Turonensis, qui latet, a Beaugendre, Opp. Hildeberti et Marbodi col.* 1629 (*Migne, Patrol.* 171, *col.* 1730); 3) *e codice Cottoniano*

1 *In commentatione, cui inscripsi: 'Der sogenannte Serlo von Bayeux'.* [illegible] *disseruit B. Hauréau, 'Notices et extraits de quelques manuscr.'* V. *p.* 229—233. 2 *De contemptu mundi, Wright l. l. II. p.* 7. 3 *Cf.* 1. *v.* 10. 12. *et* 2. *v.* 14; 1. *v.* 28. 42. *et* 2. *v.* 9; 1. *v.* 30. *et* 2. *v.* 17; 1. *v.* 41. *et* 2. *v.* 23; 1. *v.* 46. *et* 2. *v.* 19; 1. *v.* 51. *et* 2. *v.* 6; 1. *v.* 27. *et* 2. *v.* 26. 4 *Hos versus edidit W. Wattenbach ex codice Monac.* 17212 *in 'Anzeiger des Germ. Museums' a.* 1878 *col.* 100. 5 [illegible] *III. p.* 111; *cf. 'Hist. litter. de la France' XI. p.* 421. 6 *'Catal. of the Cottonian* [illegible] *p.* 380 [illegible]

Vitellius A. XII, f. 124. et Bodl. Digby 65, s. XIII, f. 10'.[1] *a Th. Wright, 'The Anglo-Latin Satirical Poets and Epigrammatists of the XII*[th] *century' (Rolls series 1872) II, p. 201—202; 4) e codice s. Audomari (S. Mariae de Claromarisco)*[2] *115, a Ch. Fierville, 'Notices et Extraits' XXXI, 1, p. 141 sq. Extat etiam in codicibus: Cottoniano Titus A. XX, fol. 105, Tolosano 162, saec. XII, fol. 56, Cameracensi 535 (494), saec. XIII, fol. 144*[3], *Remensi 1043. 743, saec. XIII, fol. 176, Leodiensi universit. 257 (quondam s. Trudonis), Parisinis 11615, saec. XII, 16699, saec. XII. exeunt, fol. 81, 18417 (Notre dame 129), fol. 90', saec. XII*[4], *Vindobonensi 978 (Theol. 356), saec. XIV, fol. 18*[5], *duobus codicibus Montensibus*[6], *quorum unus saec. XIII. in. ex monasterio S. Mariae de bona spe prodiit, alter eiusdem aetatis ex monasterio b. Mariae de Camberonne. Ex quibus libros Montenses, Leodiensem, S. Audomari, Parisinum 18417, Bethmann b. m. iamdudum contulit. In utroque Montensi et in Leodiensi desunt v. 1—4. et v. 37—46, his duobus versibus post v. 36. additis:*

Qui monachos simoniacos mercede tuetur,
Cum monachis simoniachis dampnandus habetur.

Utraque clausula deest in editionibus a Flacio et Beaugendrio paratis, v. 1—4. desunt etiam apud Beaugendrium. Nos codice optimo Berolinensi Phillippico 1694. usi, ceterorum lectiones, quae nihil ad rem faciunt, omittendas duximus[7].

Carmen 2 primus idem Flacius (Varia poem. p. 415) publici iuris fecit. Codicem, quem adhibuit, investigare non potui. Id quod valde doleo, quoniam Vindobonensis 640 (Hist. prof. 1069), saec. XIII. confectus[8], *quo socius noster Holder-Egger usus est, textum integrum non exhibet.*

1078. 1. Versus Nicholai de abbatibus in ovile Christi aliunde ascendentibus.

Sacrilegis monachis emptoribus ęcclesiarum
Composui satyram, carmen per secula clarum,
Quam quia vir magnus corroborat Hugo Diensis,
Noster amicus eam legat Hugo Suessionensis.

Ordo monasticus ecclesiasticus esse solebat,
Dura cybaria dum per agrestia rura colebat.
Nulla pecunia, nulla negotia prepediebant;
Sobria copia, parva colonia sufficiebant.
Pro venialibus et capitalibus invigilabant,
Tam venialia, quam capitalia nostra piabant.
Sed miserabilis et lacrimabilis est sibi factus,
Post venialia sub capitalia dampna redactus.
Ordo monasticus ecclesiasticus est violenter,
Ecclesiastica comparat omnia dona patenter.
Ordo monasticus ecclesiasticus est sine fructu,
Intrat ovilia desuper hostia non sine luctu.

1) *'Catal. of the Bodleiana' IX, p. 380, ed. Macray.* 2) *Cf. 'Archiv' VIII, p. 410.* 3) *Cf. 'Catal. des départ.' VII, p. 93; 'Catal. géner. des bibl. publ.' XVII, p. 202.* 4) *'Biblioth. de l'école des chart.' XXXI (a. 1870), p. 557; Duméril, 'Poésies popul. lat.' (a. 1847) p. 160, n. 3; cf. Hauréau, 'Notices et extr.' V, p. 229. 230.* 5) *Mich. Denis 'Codd. manuscr. bibl. Vindobon.' I, col. 2319—2334, ubi codex cum editis confertur.* 6) *'Arch.' VIII, p. 468. 471.* 7) *De quo cf. Rose, 'Meermanhandschr. der kgl. Bibl. Berlin' p. 405; 'Neues Archiv' XVII, p. 374.* 8) *Tabulae codd. mss. palat. Vindob. I, p. 111.*

*Ordo monasticus ecclesiasticus est sine sensu,
Estimat omnia spiritualia divite censu.
Ordo monasticus ecclesiasticus est sine causa,
Clamat ad hostia spiritualia iam sibi clausa.
Ordo monasticus ęcclesiasticus unde vocatur?
Quando tenacibus atque rapacibus assimilatur.
Terra, pecunia, templa, palatia magna parantur,
Unde potentia sive superbia magnificantur.
Vana superbia quid per inania ludificatur?
Lucifer extulit et Deus expulit et cruciatur.
Sed duo numina per sua nomina nolo notare,
Que sapientia vel reverentia nescit amare:
Plaga latentior, illa nocentior hostis habetur,
Languor amabilis immedicabilis esse videtur.
Dicere planius est inhonestius, ultro patebit;
Ultro quis audiet, ultro subaudiet, ultro docebit.
Sed dominus meus omnipotens Deus, omnicreator,
Insipientibus et sapientibus auxiliator,
Hęc pius auferat et bona conferat, ut mereantur,
Spiritualia querere pascua, ne moriantur.

Presul amabilis et venerabilis Hugo Diensis,
Vestra scientia nostra superflua radit ut ensis.
Vir memorabilis, irreparabilis, omnis honestas
Vestra calumpnia corrigit omnia digna potestas.
Anglia, Scothya, Gallia, Grecia vos reveretur,
Quod sapientia, quod reverentia vestra meretur.
Carmina metrica, dicta poetica si placuissent,
Nostra precamina iusta per omnia vos monuissent,
Ius ut ab omnibus hęc facientibus optinuissent.
Affrica, Spania[a], Pontus et Asia vos coluissent.

2. Versus de Romana avaricia.

Ecclesiastica Roma negotia cum moderetur,
Questio partibus omnis ab omnibus hic recitetur[b].
Sola pecunia perficit omnia, nec tibi[c] claudit
Ianitor ostia, dona sequentia si prius audit.
Qui vehit[d] amplius, ille propensius accipietur,
Quique[e] remissius, hic inhonestius inde movetur.
Summa scientia, summa potentia nulla tenentur,
Verba precantia, munera dulcia ni comitentur.
Non sapientia, non reverentia religionis[f]
Iudicium nisi per vicium capit ambitionis[f].
Extenuabitur et vacuabitur[g] omnis honestas[f],
Cum studio furit in precio Romana potestas[f].
Hinc anathemata multaque scismata spargit ubique[f],
Quod venialia[h] tam capitalia sanccit[i] inique[f].

a) spartia c. b) recitetur c. c) [illegible] sibi [illegible] d) [illegible]
[illegible] evacuabitur [illegible]

Spiritualia iam quasi vilia dona trahuntur,
A sceleratis sanctaque gratis non tribuuntur[a].
Inmedicabilis, insaciabilis ista vorago
Quam sequitur, pro qua moritur dampnata propago.
India, Grecia, Pontus et Asia non saciarent
Ingluviem Romeque luem licet accumularent.
Que specialia sunt sibi, pallia sive monetam,
Deficerent neque sufficerent hic ponere metam.
Anglia, Scotia largaque Francia multa dederunt,
Rubraque coccina candida vellera[1] conposuerunt.
Conposuerunt quod voluerunt et meruerunt,
Idola plumbea que quasi numina constituerunt.
Non metuentes nec reputantes, quod Deus illa[b]
Evacuabit et annichilabit falsa sigilla[c].

a) tribuerunt *El.* b) illis *c.*; a *Fl.* c) sigillis *c.*

III.

Codices unde hoc carmen damus sunt: 1) *Salisburgensis nr. V,* 32, *saec. XII. confectus, cf. 'Archiv' IX, p.* 481; *X, p.* 614; 2) *Vatic. Christinae reg.* 1283, *ubi manu saec. XII. ex. post cartas quasdam Remenses et narrationem de Arnulfo archiepiscopo (*989—991*) compositam insertum est, cf. 'Arch.' XII, p.* 315; 3) *Bruxell.* 8883—8895, *quondam s. Laurentii Leodiensis, saec. XII. scriptus, cf. 'Archiv' VIII, p.* 518. *Ex* 1 *versus Giesebrecht, 'D. KZ.' III*[5], *p.* 1278. *edidit*[2], *sed non satis accurate.* 2 *Duchesne in 'Histoire de tous les cardinaux françois' (Paris* 1660*) II, p.* 576.[3] *adhibuisse videtur*[4], *postea eum sicut* 3 *Bethmann in usum nostrum descripsit. — Codices admodum inter se differunt. In* 1 *prooemium* 8 *versuum antecedit, infra sub A evulgatum, quod etsi easdem sententias exhibet eodemque metro compositum est, tamen epigramma eiusdem auctoris quondam seorsum scriptum esse puto, a librario demum perperam cum versibus sequentibus coniunctum. In* 3, *ubi* 3 *foliis sequentibus excisis* 5 *versus tantum habentur,* 7 *versus praemissi sunt, quibus poeta, ut Eadmerus vel Ordericus Vitalis, mores effeminatos virorum in Francia et in Anglia saec. XII. in. invalescentes castigat*[5]. *In codice* 2. *denique, qui solus versu* Tres contra Dominum *incipit,* Wigbertus *in* Gilbertus *corruptum*

1) *De palliis poeta videtur cogitasse, quae quondam rubris crucibus insignita erant; Bock, 'Gesch. der liturg. Gewänder' II, p.* 192; *Hinschius, 'Kirchenrecht' I, p.* 210. 2) *Cf. Wattenbach, 'GQ.' II*[6], *p.* 412, *n.* 3. 3) *Unde repetitum est a Palmio, 'Forsch. zur deutschen Gesch.' XIII, p.* 579, *n.* 3. 4) *Codice, quo usus est, erat Alex. Petavii, qui, cum et ipse* fragmentum historiae de restitutione Arnulfi et electione Gerberti in summum pontificem *exhiberet, cum codice Christinae reg. idem fuisse videtur.*

5) Omne per hoc tempus deformat edax hominum pus;
Nam laxando comas pro sexu femineo mas
Vir non vult esse, muliebria dando penes se.
Femina vult, primas mutans vestes, fieri mas,
Et quas nulla monet lex unde licet tenere net.
Actibus ergo novis sexu fit in alterutro vis,
Ut vir sit pelex, sit femina vir sine te, lex.

est, ita ut a librario et ab editoribus[1] recentioribus, praesertim cum antea de Arnulfo, archiepiscopo Remensi, fusius agatur, carmen ad Gerbertum i. e. Silvestrum II. papam spectare conici posset. At quin de Wigberto poeta cogitaverit, non est quod dubitemus. Sed Wigbertus eiusque patronus, Heinricus IV, tunc cum scripsit, iam obierant. Anno ergo 1106. ex. demum carmen conditum esse apparet.

Ubi vero compositum sit, non liquet. Salisburgensis provincia, ubi I [illegible] esse videtur et v. 10. 11. a. 1165. fere a Gerhoho bis laudati sunt[2], tunc Conrado archiepiscopo duce a Paschali II. stabat[3]. Sed Gallos quoque et monachos s. Laurentii Leodiensis[4] huic parti adhaesisse satis constat. Nihil ergo certi de loco statuere mihi videtur.

[A]. Roma, caput mundi, terrarum summa potestas,
Ecclesie facies et pontificalis honestas,
Roma, color mundi mirabilis et preciosus,
Ecclesie baculus sublimis et imperiosus,
Queso: tuum nomen, quod erat sine suspicione,
Ut[a] quid avaricia dampnatur et ambicione?
Quare tuum nomen, quod erat tam religiosum,
Per mare, per terras est factum suspiciosum?

[B]. Tres contra Dominum coniuravere potentes, cf. Ps. 2, 2.
Rex et Wigbertus[b] et Roma, Deum reprobantes:
Rex[c], diademate quod[d] Wigbertus[b] eum decoraret;
Wigbertus[b], quod eum[e] papam sua Roma vocaret;
Roma, quod amborum thesauros evacuaret.
Sed neque rex neque Wigbertus[b] neque Roma videbunt,
Quod cupiere diu, nec habent requiem nec habebunt.
Rex male mortuus est diademate despoliatus[f], 1106 Aug. 7.
Wigbertus[b] Stygios[g] disponit pontificatus[h, 5].
Romam vexat adhuc amor inmoderatus habendi.
Quem non extinguit[i] nisi iudicis ira tremendi.

a) Nunc *emendat Giesebr.* b) Gilbertus 2; Wikbertus 3. c) R. quod Gilbertum papam sua R. voc. 2; R. W. eum diad. quo decor. 3. d) quo 1; *em. Giesebr.* e) diademate condecoraret *perperam* 2. f) dispoliatus 2. g) Stigios 2. h) 2 *perperam*: Romam vexat adhuc census amor inmoderatus, *quod perperam librarius addidit.* i) extinguet 2.

IV.

Carmen quod sequitur primus e codice ms., qui nunc latet, quondam ad succentoriam Thorneyae apud Halifaxenses pertinente Iac. Usserius a. 1665 (ed. alt. Herborniae 1696) in Epistolarum Hibernicar. sylloge (ep. 29, not. p. 138) evulgavit, unde repetitum est a Mignio, Patrol. Lat. 150, col. 1572 sq. Cum codex investigari non posset, Usserii textum iterandum curavimus. Auctor, Wilhelmus, Wiberti aetate canonicus s. Hilarii, i. e. maioris ecclesiae Pictavensis fuit. Perperam ea de causa ab editoribus Patrologiae cum Wilhelmo

1) *A Duchesnio et Pithoeo.* 2) *Cf. supra p.* 439. *et* 509. 3) *Hauck, 'Kirchengesch. D.' III. p.* 882 *sq.* 4) *Cf. supra p.* 641. 5) *Obiit a.* 1100. *mense Sept. Cf. versus, quos Wattenbach ex cod. lat. Monac. quondam Scheftlar.* 17212. *saec. XII. attulit 'Anzeiger des Germ. Museums' a.* 1873, *col.* 101:

Papa wipertizas, regem heinrizare videmus
Nec te pro papa, nec eum pro rege tenemus.

Pictavensi, Gestorum Wilhelmi I. auctore clarissimo, confusus est, qui, etsi Pictavis scholas audivit, tamen numquam in ecclesia Pictavensi canonicatu fungebatur. Wilhelmi autem nomen non semel in chartis cathedrae Pictavensis occurrit. In charta a. 1108. *data quattuor*[1], *in altera a.* 1108. *Iun.* 20. *data*[2] *tres Wilhelmi inter canonicos vocantur, quorum unum nostrum fuisse conicio. — Quo tempore carmen conditum sit, non satis liquet. Sunt, qui*[3] *tunc, cum Urbanus II. Pictavis morabatur (a.* 1096. *Ian.* 13—27.[4] *Mart.* 29. 30[5]*), poetam pennam arripuisse statuunt. Quod etsi probabile sit, pro certo tamen affirmare non ausim.*

Wilhelmus canonicorum beati Hilarii minimus Wiberto.

Ne metra contemnas tibi scripta videre, Ravennas:
Consilium sanum ne crede tibi fore vanum!
Ad cor mane cito ratione fruendo redito!
Si cor habes mundum, monstrabit te furibundum,
Qui contra celum iacis impenetrabile telum.
Te patet incautum, qui cornua ponis in altum,
Eventu tristi regnum poscens tibi Christi.
Insanis penitus in ludibrium stabilitus,
Qui sanctae sedis papam fore te male credis,
Quam factus predo violasti corpore fedo.
Stat merito demens nomen tibi, stat male Clemens[6].
O caput erroris, per multa fluenta[a] cruoris.
Nunc manifestabit error tuus atque probabit,
Quos velut argentum fidei probat experimentum.
Ergo quam propere tua cepta caveto tenere,
Et fastu spreto quid sis, moriture, videto.
Papae[7] prostratus transactos ede reatus,
Et veniam quaere culpamque tuam profitere
Est pius indultor, tamen aeque criminis ultor.

a) fluente *Uss.*

V.

Hoc carmen servatur 1) *in codice Vindob.* 2229, *quondam Salisburg.* 334.[8] *a Tanglio nuper collato, et* 2) *in cod. Vindob.* 1049, *quondam Salisb.* 189[9], *unde a W. Wattenbachio, 'Archiv' X, p.* 550. *primo evulgatum est. Quo tempore et quo loco conditum sit, ex eo ipso definiri vix poterit. Inde quod codices e provincia Salisburgensi provenerunt, Bavarum vel Austriacum poetam fuisse regemque, cuius pietatem et iustitiam tantis laudibus effert, Heinricum V. esse coniecerim, cum hic a.* 1105. *regno invaso in synodo Northusiae celebrata*[10], *quidquid postulabant, Gregorianis concedere videretur eodemque anno tres episcopos a patre in Baioaria constitutos*[11] *deponeret.*

1) *Gallia christ. II, instr. col.* 335 *sq.* 2) *Ibid. col.* 336. *Duo archidiaconi, unus magister scholarum, unus (W. Aleelmus) canonicus.* 3) *'Histoire Littér. de la France' VIII, p.* 448 *sq.* 4) *Jaffé, Regesta I, p.* 684. 5) *Ibid. nr.* 5631. 5632. 6) *Cf. Deusdedit libell. contra invasor. II, c.* 12, *Lib. de lite II, p.* 330: Guibertus qui multo rectius papa Demens quam papa Clemens dici debuit. 7) *Urbano II.* 8) *Tabulae codd. mscr. in Bibl. Vindob. II, p.* 39; *cf. supra p.* 22. 9) *Ibid. I, p.* 182. 10) *Cf. Giesebrecht, 'D. KZ.' III*[5], *p.* 733—735; *Hauck, 'Kirchengesch.' III, p.* 880. 11) *Ibid. p.* 882.

O pietas, o ius, o regni sceptriger[a] huius,
Celum, terra, mare debent vobis iubilare.
Curia celestis, de cuius civibus estis,
In vestra cura posuit terrestria iura.
Curia terrestris, iussis obnoxia vestris,
Pro vobis orat, pro vestra laude laborat.
Gloria, pax, requies celo terręque marique,
Gloria, iusticia, sapientia regnat ubique.
Rex et lex et pax regnum regit, ordinat, unit.
Predam, furta, nefas gladio, cruce, carcere punit.
Regnator summus fuit actenus undique nummus,
Nummus erat princeps, quod non licet esse deinceps.
Cessent emptores, non est, qui vendat honores;
Questus vilescit, rex noster vendere nescit.
Exitiale forum, subversio iudiciorum[b]
Non erit ulterius super aula principis huius.
Venditor antiquus, Symon magus, emptor iniquus.
Cesset librare, cesset nummos fabricare.
Malleus est fractus, regali fulmine tactus,
Libra iacet spreta, periit sua falsa moneta.
Fabrica tota perit, faber incudem sibi querit,
Querit in ecclesia, non inventurus in aula.
Ergo, sanctarum pastores ecclesiarum,
Pellite vendentes et ementes templa tenentes[c].

a) sceptiger 1. b) *sic* 1: indiciique 2. c) *in* 2 *alia manus hos versus cum praecedentibus non cohaerentes addidit:*

In claustris Christi sunt semper quatuor isti.
Cum Petro Iudas, cum Iezi fur Ananias.
Petri sunt quique perfecti discipulique,
Venditor ęcclesię Iudas cognoscitur esse.

VI.

Codices, unde hoc carmen a. 1839. *a Friderico Monio*[1] *ex parte et* 1840. *ab Édelest. Duméril integrum*[2] *evulgatum denuo edimus, sunt A) Bruxell.* 10674. *eiusque apographum A 1) Bruxell.* 9802, *iam supra laudati. Quos L. Traube nuper contulit nobisque quae adnotaverat ad supplendum prius Pertzii apographum comiter condonavit. Auctorem G. H. Pertz Hunaldum esse coniecit*[3], *cuius carmen de anulo et baculo infra p.* 721 *edendum his versibus a librariis codicis subiunctum est. Sed quidquid de Hunaldo compertum habemus, huic sententiae repugnat. Ipse enim cognomen* pacis amans[4] *sibi indidit pacisque amantissimum versibus suis hucusque servatis se praestitit, ut tales invectivae, quales noster excogitavit, ei ascribi nequeant, praesertim cum et metro et elocutionibus carmina non modice inter se differant. Equidem quidquam certi de auctore conicere non ausim. Codex A in di*

1) *'Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit'* VIII. *p.* 597, *v.* 1–12, *ex codice A* 1, *quem falso numero* 629. *signat.* 2) *'Poésies populaires latines du moyen age' p.* 231–234. 3) *'Archiv'* VII. *p.* 1005. 4) V. 77.

Trevirensi confectus est[1]. *Franciam, Angliam, Flandriam, Burgundiam*[2] *poeta non male norisse videtur. Accedit, quod elocutionibus utitur Gallis iam tum usitatis*[3]. *Lotharingium ergo vel potius Gallum natione eum fuisse suspicor. Ordine clericus saecularis fuisse videtur, qui aut ipse honorem in ecclesia impetraturus, aut praelatum quendam comitatus, Romanorum et curialium avaritiam in urbe ipsa cognovit*[4]. *Quo tempore hoc carmen ediderit, non constat. Iam aetate Urbani II. Serlo qui dicitur Baiocensis et Garsias Tholetanus avaritiam curialium satiris acerbissimis reprehenderunt. Neque vero Paschalis II. eiusve successores huic vitio, etsi voluissent, mederi potuissent, cum multitudo officialium in dies crescens iure et iniuria victum sibi parare coacta esset. Nihil ergo de epocha carminis ex eo ipso colligi potest.*

*f. 70 *Gens Romanorum subdola
Antiqua colit hydola[a].
Argentum quondam coluit
Et in lucris insaniit[b].
Adhuc suspirat hodie,
Aurum colens Arabię,
Ornatas vestes Grecię,
Ebur cum gemmis Indię;
Delitiosa Francię[c],
Argentum, aurum Anglię[5]:
Lac et butirum Flandrię,
Mulos, mulas Burgundię
Roma deglutit penitus,
Digna perire funditus.
Non curat quę sunt proximi,
Verba spernens[d] altissimi;
Secundum pondus iudicat,
Causam auratam prędicat;
Non audit vocem pauperis:
Non intras, si nil[e] dederis.
Illi firmatur ianua,
Qui venit manu[f] vacua.
Clamat avarus ianitor
Et portę clausę venditor:
'Qui vult intrare cameram,
Non agat mecum perperam!
Det mihi prius munera,
Et mox patebit camera.
Si das, intrabis protinus.
Si non das, stabis eminus'.
Nulli[g] succurrit[h] veritas,
Non iuvat quemquam[i] sanctitas,
Non spetiosa qualitas,
Non spatiosa quantitas.
Nulli valet scientia;
Non[k] prosunt natalitia[l].
Sola regnat pecunia
Per terras et per maria.
Iam regnat super cardines
Et angelorum ordines;
Iam adtemptant cęlestia
Mundi contemptibilia[m].
Iam regina pecunia,
Iuncta sibi symonia[n]
Et leprosa Giezia[o],
In altiori[p] regia
Romę tenet concilium
Stans in conspectu omnium.
Et convocatis populis
A terris et ab insulis,
Confortans omnes pariter,
Affatur eos taliter:
'Audite, mei filii,
Quos lacte meo nutrii,
Iuventus, senes tremuli,
Fideles et increduli!
Qui mundi querit gloriam
Et Romanorum gratiam,
Honores in ecclesia,
Sedes, mitras, sandalia[q]

a) *sic* A. b) insonuit A; insanivit *coni. Dum.* c) faancię *superscr. et expung. corr.* francię A. d) spernans A 1. e) nihil A 1. f) *corr. ex* manua A 1. g) *sequitur* t *expunctum in* A. h) *corr. superscr. ex* succurit A. i) *sic* A 1; quemque A. k) nulli A 1. l) natalicia A 1. m) contemptilia A 1. n) simonia A 1. o) gezia A 1. p) alciori A 1. q) *corr. ex* scandalia A.

1) *Poetae lat. aevi Carol. III, p.* 152. 2) *V.* 9—12. 3) *Cf.* firmare *v.* 11. *pro* claudere; *v. Du Cange sub voce.* 4) *V.* 46. 56—61. 67—71. 5) *De 'Romescot' poeta cogitavit.*

Ad fores meas[a] vigilet,
Me congregatam ventilet,
Me profundat latissime.
Optinebit planissime
Quicquid ipse voluerit,
Si me large profuderit.
Distortam causam dirigo
Et aggravatam levigo,
Ferrum et saxa mollio,
Scribasque doctos lenio[b].
Quęcumque volo, facio:
Ego nuptas decipio,
Ego corrumpo virgines,
Et domo[c] cunctos[d] homines.
Ego do privilegia,
Set lege voluntaria.
Stant leges et iudicia
Iuxta mea consilia.
Ante me silet regula
Et scripturarum formula.
Ante me silent canones,
Quę laudo, laudant demones[e].
De Salomone legitur
Nec tamen illi creditur,
Quod de me falsa scripserit
Et me fallacem dixerit.
Dixit: si quis me diligit (Eccl. 5, 9.)
Et studiose colligit,
Fructus ex me non capiet,
Set semper plus esuriet.

Nonne plane mentitus est?
Nonne patenter falsus est?
Nam, sicut supra retuli,
Multis honores contuli.
Vo[illegible] [illegible] inde [illegible].
Per quorum [illegible].
Perambulavi patri[illegible].
Circuivi provin[illegible].
Europam atque [illegible].
Australem quoque [illegible]
Transivi maris angulos,
Nusquam inveni populos
Sic esse mihi subditos,
Sic esse lucro deditos,
Ut est Romanus populus
Pręcepti mei bibulus.
A conditore Romulo
Delector in hoc populo;
In hoc mihi complaceo,
Hic enim semper floreo.
Hic Symon magus floruit,
Hic contra Petrum claruit[2],
Hic[i] Marcus Crassus[k] natus est.
Qui pro me suffocatus est[3].
Pro me martyr effectus est,
Et inter meos scriptus est.
Hic erit mea requies,
Hic stabit mea facies;
Hic figam sedem stabilem
Inter plebem amabilem.

a) meus A; meas *corr.* A 1. b) lenio A 1. c) edomo A 1. d) *corr. ex* custos A. e) demones d *corr.?* A 1. f) ésocii A. A 1. g) et A. A 1. h) regulam regiam, regulam *post del. est* A 1. i) Hinc A. A 1. k) crassatus *postea eadem manu in linea insertum in* A; est *om.* A 1.

1) *Sic codices pro* regione, *ut videtur.* 2) *Cf. Acta Sanctorum Iunii t. V. p.* 427. 3) *Orodes, princeps Parthorum, ori Crassi interfecti aurum liquefactum infudisse dicitur; Flor. III.* 11, 11; *Landolf. Sagax Eutropi Breviar. ed. Droysen p.* 286.

VII.

Petrus Pictor[1], filius Iohannis, *in ecclesia collegiata sancti Audomari saec. XII. in.*[2] *cantoris officio functus est. Antea ibidem, praebenda admodum tenui donatus, grammaticus vel scholasticus fuisse videtur*[3]. *Haec sunt quae de eius vita comperta habemus.*

Multos versus reliquit, levissimi quidem momenti, nec genere dicendi nec sententiis insignes. E quibus carmen vel potius duo carmina contra simoniam[4] *infra edimus, iam a v. cl. W. Wattenbachio bis evulgata. Primo enim ea publici iuris fecit e codice Monac. lat.* 17212, *fol.* 7, *quondam Scheftlariensi* 212[5], *in 'Anzeiger des Germ. Mus.' XX, col.* 102, *tunc e codice Monac. lat.* 6911, *quondam Fürstenfeldensi* 11[6], *menda nonnulla correxit (ibid. XXIII, col.* 76*), tandem tertio codice Mon. lat.* 22227, *fol.* 2, *quondam Windbergensi* 27[7], *investigato secundo hos versus in 'N. A.' VI, p.* 539 *sq. edidit. His codicibus, quorum primum A, secundum C, tertium B signavimus, accedunt Vindob.* 609 *(hist. eccl.* 154*) fol.* 40′—41′, *supra p.* 561. *laudatus, D, et Vatic. Christinae reginae* 1896[8], *saec. XIII. in. exaratus, E, ubi tamen* 15 *versus tantum habentur (*13—15. 17—20. 22—24. 35. 43—46*), cum A et C convenientes. Codices quos Hauréau adnotavit*[9]*: Paris.* 712 *(f.* 62*),* 8865 *(f.* 156*),* 14193 *(f.* 8*), Lugduno-Batavensis Vossian. Lat.* 31, *Genuensis universitat. (quondam Philippi de Durazzo* 23*) inspicere supersedimus. — Ex tanta hac codicum copia carmen longe lateque saec. XII. viguisse elucet.*

Versus magistri Petri contra simoniam[a].

Signat musa Petri vario narramine metri,
Quam sit feralis contagio simonialis[b].
Undique mundi stagna profundi turbine mota
Exagitantur, dampna minantur[c], pace remota.
Grex viciorum corda virorum pulsat ubique;
Undique terror, luctus et error multus ubique[d].
Ira, libido, ceca cupido cuncta capistrat[e]
Et sceleratis impietatis tela[f] ministrat.
Aurea pestis, sevior istis[g], sevius angit.

a) c. symoniacos *A*; de symonia *D*; *sine titulo B.* b) sym. *et* sim. *promiscue in A. B*; sim. *E*; sym. *C. D.* c) exagitant damna dant prelia *B. C. D.* d) frausque dolorque (dolique *C*) *B. C. D pro* multus ubique. e) ministrat *A*; capessunt *B.* f) arma *A.* g) estus *B. C. D.*

1) *De quo cf. Hauréau, 'Notices et Extraits de quelques manuscrits lat.' I, p.* 81; *II, p.* 353; *V, p.* 211—228; *Wattenbach, 'D. GQ.' II*[6], *p.* 171. 264; *'Hist. litt.' XIII, p.* 429—433. 2) *Carmen de laude Flandriae post a.* 1110. *mensem Apr. composuit; cf. 'N. Arch.' XVIII, p.* 509 *sq. Accedit, quod Lambertus, filius Onulfi, qui eius carmina commemorat, a.* 1130. *obiit; Hauréau l. l. V, p.* 213. *Falso ergo 'Hist. litt.' eum a.* 1170. *fere floruisse contendit. Neque vero W. Wattenbach carmina ad Wilhelmum archiepiscopum Remensem (*1176—1202*) et quae sequuntur 'N. Arch.' XVIII, p.* 505. *iure Petro Pictori videtur ascripsisse. Petrum Riga eorum auctorem esse puto, qui Remis tunc floruerit et easdem versificandi leges secutus sit.* 3) *Cf. carmen* Temporibus nostris, *'Notices et Extraits de la bibl. Nat.' XXXI,* 1, *p.* 130—132. 4) *Cf. Wattenbach, 'N. Arch.' VI, p.* 539, *n.* 8. 5) *Catal. cod. bibl. Mon. IV,* 5, *p.* 87. 6) *Ibid. I,* 3, *p.* 127 *sq. Iterum contulit socius noster Iac. Schwalm.* 7) *Ibid. IV,* 4, *p.* 31. 8) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 327. *Codicem D contulit Duemmler.* 9) *L. l. I, p.* 81; *V, p.* 218. *Cf. supra p.* 700. 10) *Catal. bibl. publ. univ. Lugduno-Batavae p.* 370.

Ingruit orbi vis mala morbi cunctaque tangit.
Quamque patenter[a], quam violenter secula vexet[b].
Nuper aratus subtitulatus sermo retexet[c].

Iam[d] totam Romam sibi vendicat ambitus eris[e].
Denarium Romam fer qui venalia[f] queris[g].
Hic pro denario donatur pontificatus,
Quodque[h] magis flendum, conceditur ipse papatus[1].
Hic abbatia[i] prostat[k] cum prepositura.
Hic et venalis iacet ecclesiastica cura[l].
Hic[m] omnis sacer ordo iacet[n] venalis in urbe:
Ut vendant et emant, stant hic cum Simone turbe.
Venditor omnis habet merces[o] hic ecclesiales[p],
Porticus omnis habet emptores simoniales.
Signa Petrus quondam[q] faciens sacra[r] respuit aurum,
Signa modo faciens cum Simone postulat aurum.
Sic[s] magus in Petrum transit[t] vice pontificali[u],
Inque magum[v] Petrus migrat vice simoniali.
Roma potens[w] fit vile[x] forum, fit Simonis[y] edes,
Et fit avaricie templum Petri sacra sedes[z].
Nec[a] solam Romam gravat huius lesio morbi,
Que caput est orbis, set[b] toti iam[c] nocet orbi.
Nimirum capitis dolor omnia membra replevit[d].
Deque malo sic principio sanies mala[e] crevit.
Simon in Urbe furit[f], amor auri fervet ubique,
Pontifices per eum populis dominantur inique.
Argenti precio venumdatur[g] unctio[h] sacra,
Relliquie[i] sacre[k] venduntur uti[l] simulacra.
Lingua sacerdotis parvo venalis habetur,
Cui si nil dederis, divinus sermo tacetur.
Si multum reus[m] es[n], reus[m] illi porrige multum:
Quidquid[o] peccaris, si vis[p], dimittit[q] inultum.
Nec[r] gratis recipit que gratis protulit, ossa
Terra parens homini precio datur aut prece fossa.
Solvitur argento nodus consanguinitatis[s],
Discidiumque[t] malum fit[u] iure sacro sociatis.
Venditur ere[v] sacra benedictio crismaque[w] sacrum.

a) potenter *A.* b) vexit *A*; vexat *B.* c) retexit *A*; retexat *B.* d) Cum *B.* e) subdit servitus eris *B. C. D*; aeris *E.* f) venalis *D.* g) quaeris *E.* h) *v.* 16. *om.* A. *C. D. E.* i) abbaciam *C*; abbaciam *D.* k) prestat *D.* l) iura *B. C. D.* m) Hac *E.* n) iac. ordo sacer *C. D.* o) hic merc. *C. D.* p) *v.* 21. *om. E*; eccl. — emptores *v.* 22. *om. C.* q) fac. qu. *E.* r) cum *E.* s) *v.* 25 — 34. *om. E.* t) torsit *B. C. D.* u) pontificali — vice *v.* 26. *om.* A. v) magnum *D.* w) nocens *B. C. D.* x) file *C.* y) symonialis *C.* z) fides *C.* a) Hec *C.* b) sed *E. D.* c) iam toti *C. D*; iam toto *E.* d) gravabit *A. C. D.* e) male *C.* f) fuit *B. C. D.* g) venund. *A. D.* h) uncio *C.* i) Reliquie *D*; *v.* 36 — 42. *om. E.* k) sacra *B.* l) ut *A.* m) res *B. C. D.* n) est *D.* o) Quicquid *C. D.* p) totum *pro* si vis *A.* q) dimittet *E*; dimittere *C.* r) Hec *A.* s) consanguinatis *D*; *E hunc versuum ordinem exhibet:* 45. 46. 43. 44. t) que *om. C.* u) [illegible] *D.* v) ore *C*; aere *E.* w) crismate *D.*

1) *De quonam papa cogitaverit, non liquet; fortasse de electione Anacleti II. a.* 1130 *facta; cf.* Watterich, *Vitae Pont. II, p.* 175.

Sacra columba datur precio[a] fideique lavacrum.
Expulit a templo quondam Deus hoc[b] facientes:
Perfert in[c] templo similem[d] modo rem repetentes[e].

Omnis episcopus hoc[b] faciens opus abiciatur,
Nec memorabilis, immo[f] notabilis hinc[g] habeatur[h].
Crimina talia sunt capitalia, plena pudoris[i],
Que Deus obruet aut[k] cito destruet igne furoris.
Gallicus incola sic colit ydola[1] mente severa,
Principe demone, presule Simone, qui colit era.
Solaque Gallia simonialia nunc[m] operatur[n];
Ydola nam tria[1] cuncta[o] per atria thurificatur.

Proh pudor[p]! omnia crimina turpia prevaluere[q]
Ut maledictio, sic benedictio venditur ere.
Venditur altaris cibus[r], hostia sanctificata,
Indignis sua mors, set dignis vita beata.
Improbitas illum[s] male[t] vendit presbiterorum,
Hunc[u] emit alta fides, emit hunc mens pura[v] bonorum.
Est cibus iste Deus[w] qui vite panis habetur:
Quisquis eum vendit, pro vita morte fruetur.
Suspensus laqueo Iudas non totus obivit:
Altera pars eius crepuit, pars altera vivit.
Servus[x] adhuc Dominum mutato nomine vendit:
Non animum mutat, quia mutua premia prendit.
Ergo ferat meritas Iudas cum Simone penas,
Tartareas subeat dampnatus uterque catenas[y].

a) pretio *E.* b) hec *D.* c) a *B. C. D.* d) m. rem sim. *D*; rem *om. A. C.* e) facientes *A. C.* f) inde *C.* g) hic *A. B.* h) teneatur *A.* i) doloris *B. C. D.* k) et *A*; et orto *D pro* aut cito. l) idola *D.* m) nec *A.* n) operatura, thurificatura *D.* o) cunctaque patria thrurificatur *C.* p) dolor *A.* q) prava licere *A.* r) Christus cibus, hostia sacra *B. C. D.* s) illa *B. D.* t) mala *C. D*; vend. male *A.* u) Nunc etenim a. f. salvat spes p. b. *A.* v) vita *B.* w) Dei *B. D.* x) *v.* 67. 68. *om. A. C. D.* y) *in B sequitur, sed spatie intermisso:*

Fert contra morem retinens in matre pudorem
Virgo creatorem, fert spina rosam, rosa florem.

1) *Id est: 'nam ydolatria'.*

HUGONIS METELLI OPUSCULA.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Hugo Metellus[1] *Tulli*[2] *saec. XI. ex. fere natus una cum Tiecelino scholastico et Embricone, episcopo Herbipolensi*[4], *praeclaro illo Lotharii et Conradi III. regum consiliario*[5], *in ecclesia Tullensi educatus esse videtur. Ubi quantum in omnibus trivii et quadrivii disciplinis profecerit, non semel, ut erat vanus et garrulus, amicis et ignotis fuse exposuit*[6]. *Postea, ut scholares tunc solebant, diversos auditurus ludi magistros, inter quos fuit Anselmus, illustrissimus doctor Laudunensis*[7], *aliquamdiu vagatus esse videtur*[8]. *Neque eius mores a scholaribus tunc valde differebant. Bestialem enim, non humanam vitam se egisse ipse confitetur*[9]. *Tandem, ut ait, verbis Salomonis* Vanitas vanitatum, Deum time *animo perculsus*[10] *repente habitu mutato in ecclesia collegiata s. Leonis Tullensis recessit, ubi a. fere* 1150. *mortuus est*[11].

Ingenium pingue eruditione quamvis diligenti corrigi nequit. Ita Metellus, etsi optimos magistros audivit, barbarus, ut ita dicam, esse numquam desiit. Testis est sermo eius admodum inflatus, testes sententiae, quas quidem ex ipsius pectore non aliorum armariis, *ut ait,* excrustatas[12] *proferat, ineptae aut certe admodum tritae. Recentiora doctorum Gallicorum theologumena rigide damnat, quin etiam, ut catharos dioecesis*

1) *De eo egerunt Hugo, Sacrae Antiquitatis Monumenta II. Praefatio; 'Hist. littéraire' XII, p.* 493—511; *Wattenbach, 'GQ.' II⁶, p.* 130. *Unde cognomen Metelli sumptum sit, explorare non potui.* 2) *V. infra Certamen regis v.* 164; *Epist.* 16. *ed. Hugo l. l. p.* 348: Nominor ego Hugo Metellus, genuit me Leucha tellus; *ep.* 17, *ibid. p.* 349: civitas, in qua genitus sum, Leucha vocatur. 3) *Falso Hugo, 'Hist. litt.', Wattenbach, Tiecelinum magistrum Metelli fuisse contendunt. Ut Hugo Carnotensis ep.* 34, *p.* 374, *ita T. quoque non semel* venerabilis magister *ab eo appellatur: cf. ep.* 3, *p.* 325; 12, *p.* 343. *Sed numquam illum* ipsius *magistrum fuisse dixit. Immo ex epistolis* 3. 12. 47 *p.* 398 *sq. Tiecelinum eius aequalem fuisse elucet, qui scholarium more saepius ei quaestiones dogmaticas solvendas proponebat.* 4) *Ep.* 21, *p.* 353 *sq.* 5) *Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 504 *sq.* 6) *Cf. ep.* 51, *p.* 403 *sq.*; *ep.* 21, *p.* 353 *sq.*; *ep.* 40, *p.* 385; *ep.* 16, *p.* 348; *'Hist. litt.' XII, p.* 493 *sq.* 7) *Ep.* 21, *p.* 354: Laudunum petii, ubi aliquantulum temporis sub magistro Anselmo in novo et veteri testamento studui. *Scholas ibi habuit Anselmus ab a.* 1100. *fere* — 1117; *cf. Wetzer-Welte, 'Kirchenlexikon' I, p.* 896. 8) *Num Romam quoque tunc petierit, in dubio relinquendum esse videtur. Scripsit quidem ad Bernardum Claraevallensem ep.* 1, *p.* 315: Sed qualem me Romae remiserit, si licet, si libet attendite! *Sed Romam fortasse ibi mundum vel vitam saecularem intellegi voluit; cf. lineas sqq.* 9) *Ep.* 1, *p.* 315. 10) *Ep.* 21, *p.* 354. 11) *A.* 1157. *statuit Hugo, qua ratione, nescio.* 12) *Infra p.* 714.

Tullensis apud episcopum[1], *ita eorum assertores apud papam accusare non erubescit*[2]. *Neque umquam de Trinitate*[3], *de praedestinatione*[4], *de coena Domini*[5] *quidquam docere praesumit, quod non sacra sanxit antiquitas et iam sexcenties scholastici discipulis exposuerant. Sed quanto stolidior, tanto fuit vanior, tanto enixius, inter doctores ecclesiae aliquam auctoritatem sibi vindicaturus, ad doctissimum et illustrissimum quemque, ad Bernardum Claraevallensem*[6], *Abaelardum*[7], *Helwidem*[8] *se applicare studuit, quasi tam praeclarorum hominum familiaritatem nactus quodammodo eorum gloriae particeps fieri posset*[9]. *Quae cum ita sint, ex insana verborum mole, qua sententiarum inopiam obtegere solet, perpauca de gestis et studiis aequalium colligi possunt.*

Carmina nonnulla et 55 *epistolae Metelli adhuc extant*[10]. *E quibus unam ad Garbodum datam, ubi de interdicto agit, quo sacerdotum filii ab ordine excludebantur, ex codice nunc Berolin. Phillipp.* 1694, *quondam collegii Claromontani, quem iam primus editor, Hugo, adhibuit, infra secundo evulgamus. De Garbodo nihil explorare potui. Prologo decreto Ivonis Carnotensis praemisso et epistola eiusdem ad Hugonem, archiepiscopum Lugdunensem, data Hugo iam usus est. Unde non ante saec. XII. in. eum scripsisse efficitur. Etiamtunc teste Vita Theogeri*[11] *in ipsius Metelli patria de ordinatione nothorum non semel disputatum est.*

Ut in epistola illa de ordinatione nothorum, ita Metellus in carmine, cui inscripsit Certamen regis cum papa, *etsi, ut mater*[12], *quae Adalberonem, primicerium Mettensem, Heinrici V. inimicissimum*[13], *quondam opibus suis adiuvit, papae magis favit quam regi, de lite regum et pontificum, admodum caute et temperate iudicavit. Paschalem II. tunc, cum hos versus condidit, iam obiisse patet (*1118. *Ian.* 21*)*[14] *iamque res in eo erant, ut papa et rex viris sapientibus controversiam suam diiudicandam conferentes*[15] *ad pacem redirent. Unde opusculum autumno a.* 1119, *cum haud procul a Tullo per Wilhelmum episcopum Catalaunensem et Pontium abbatem Cluniacensem inter utrosque de pace tractabatur*[16], *aut a.* 1122. *demum, aetate concordiae Wormatiensis, compositum esse conicio. Codices, quos adhibuimus, sunt A) Bruxell.* 10672, *f.* 70—70', *unde initium carminis (v.* 1—40, *omisso* 14.*) evulgatum est a Du Méril, 'Poésies populaires Lat.' (*1843*) p.* 405[17]; *A* 1*) Bruxell.* 9799, *f.* 122ᵇ—122ᵈ. *quem ex* 10672. *exscriptum esse L. Traube (cf. supra p.* 618, *n.* 1*) demonstravit; B) Voroviensis* 111, *f.* 53'—55', *saec. XII. ex. confectus*[18], *ubi et ordo versuum perperam mutatus est, et textus minus correctus legitur, ita ut nonnisi paucas lectiones meliores inde lucrati simus. In exemplari autem, unde descriptus est, ultimi versus eadem ratione scripti fuisse videntur atque in A.*

Codicem B W. Wattenbach in usum nostrum, A et A 1 *L. Traube in suum usum exscripsit, sed, qua adsolet comitate, apographum nobis transmisit.*

Berolini a. 1896. *Oct. mense.* *H. BOEHMER.*

1) *Ep.* 15, *p.* 347. 2) *Ep.* 4, *p.* 330—333. 3) *Ibid.* 4) *Ep.* 28, *p.* 365—368. 5) *Ep.* 26, *p.* 361—363; *ep.* 33, *p.* 372—374. 6) *Ep.* 1. 10. 7) *Ep.* 5. 8) *Ep.* 16. 17. 9) *Cf. quid ipse, qua erat animi simplicitate, exponat ep.* 1, *p.* 318: primo, ut te laudarem, scripsi, secundo, ut per laudem tui me commendarem tibi, tertio, ut qui inter infinitam insipientium turbam sine nomine latebam, per hoc apparerem, quod tanto viro scribere auderem. 10) *Epistolas edidit Hugo l. l.; carmen Simoni abbati s. Clementis dicatum W. Wattenbach, 'N. Arch.' XVII, p.* 357. *Specimen epistolarum dedit Mabillon, Analecta vet. p.* 475—477, *quod repetitum est a Mignio t.* 188, *col.* 273 *sqq. Alterum epistolarum codicem Parisinum s. Genovefae n.* 242, *quem Hugo adhibuit, neglexi, cum nonnisi exemplar codicis Claromontani sit, cf. Kohler, 'Catal. de St. Geneviève' I, p.* 147; *II, p.* 684. 11) *C.* 8; *SS. XII, p.* 469. 12) *Ep.* 30, *p.* 669 *sq.* 13) *Qui postea factus est archiepiscopus Trevirensis.* 14) *Cf. v.* 85—100. 15) *V.* 155—162. 16) *Hauck, 'Kirchengesch.' III, p.* 909—911. 17) *Cf. de his codicibus 'Archiv' VII, p.* 1005; *Poetae latini III, p.* 152. 18) *'Archiv' X, p.* 628; *'N. Arch.' II, p.* 404.

I.

Garbodo quondam scripturarum inquisitori curioso H[ugo] Metellus [illegible] reliquias cogitationis immolare Deo.

Non sinis ad modicum respirare spiritum meum, vexare tendis calamum meum. spiritus cogitat, calamus cogitatum scripture commendat. Nonne legisti, quod *spiritus tristis exsiccat ossa?* certe legisti et te legisse meministi. Fatigati sumus, ego dictando et calamus notando.

Verumtamen[a] quia ociositas inimica est anime, timeo per ocium dare locum in me socordie. *In desiderio est* enim *anima ociosi*, ut dicit Ieronimus[1], negotium[b] perosi. Musam itaque meam iterum suscitabo et ad ea que queris [illegible] respondebo: Si filii presbiterorum promoveri[c] possunt aliquo consilio ad sacros ordines, quia hoc esse prohibitum in decretis patrum repperis. Si irrita[d] est ordinatio sacerdotis absque consensu episcopi sui, per me scire vis, quia hoc sancitum[e] est a patribus sanctis, sed utrumque pro causis, pro personis, pro temporibus dispensari potest. In hac re doctores mecum sentiunt et, quod possit fieri a fideli dispensatore fidelis dispensatio, non rennuunt[a], immo concedunt.

Accedant duo fideles dispensatores et prudentes, Gelasius et Leo, viri apostolici, et Innocentius et dicant matri ecclesie, quid de hac re sentiant. *Ubi*, Gelasius inquit[2], *necessitas non est, inconvertibilia maneant sanctorum decreta. Ubi*, inquit Leo[3], *necessitudo non est, nullomodo mutentur sanctorum statuta* et concludunt: *Ubi ergo necessitas fuerit ad utilitatem esse, qui potestatem habet, ea dispenset. Ex necessitate autem fit mutatio legis.* Sicut enim ea que terreno vinculo dominici precepti ligata[f] sunt, nullomodo solvi possunt, sic ea, que temporaliter ad honestatem et utilitatem ecclesie instituta sunt, ad tempus etiam pro eadem causa moveri valent. Damasus papa[4]: *Rigor siquidem canonum non dampnose remittitur, ubi multorum utilitati providetur.*

Itaque, ut mihi videtur, in aliis est rigor iusticie, in aliis rigor misericordie[g]. Et Innocentius sic ait[5]: *Que fiunt causa necessitatis, debent cessare necessitate cessante.* Non obviat legi, qui legem dispensat, sed dissipat. Carthaginensis autem synodus non dissonat a prefatis patribus: *Synodus*, inquit[6], *synodum solvit propter unitatem et pacem ecclesie.* Pater autem Augustinus tam sacerdotum filios, quam alios ab infamibus[h]

a) sic c. b) negotiu c. c) promoueri c. d) irritat. *delendo em.* irrita c. e) [illegible] f) leg. *em.* lig. c. g) misedie c. h) ex infamnibus *corr.* c.

1) *Comment. in Ezech. l. V. c. 16, Opp. VI. col.* 183: In desideriis est omnis anima otiosi. 2) *Cf. ep.* 14. *c.* 9 *ed. Thiel p.* 368: illa nullatenus mutilanda sunt, quae nec ulla necessitas nec ecclesiastica prorsus extorquet utilitas; *Hinschius p.* 652; *Ivonis Prolog. in decret. Ep. ed. Paris.* 1610 *p.* 520: Et papa Gelasius dicit: quoniam, ubi necessitas non est, inconvertibilia maneant sanctorum patrum decreta. 3) *Ivonis Prolog. in decret. l. l. p.* 520: Et sanctissimus papa Leo in eodem spiritu praecipit dicens: Ubi necessitas non est, nullo modo violentur sanctorum patrum statuta. Ubi vero necessitas fuerit, ad utilitatem ecclesiae, qui potestatem habet, ea dispenset: ex necessitate enim fit mutatio legis. 4) *Ivonis Carnot. ep.* 55 *ad Hugon. Lugdun. archiep. Paris.* 1610 *p.* 100: Neque enim, ut nobis videtur, damnose aliquando rigor canonum remittitur, ubi multorum utilitati providetur. *Eundem locum laudat Hugo sub nomine Eusebii papae in ep.* 42, *p.* 390. 5) *Ep.* 17. *ad episc. Maced. c.* 5. § 9. *Schoenemann p.* 586. *Hinschius p.* 550, *sed verba mutata sunt; cf. Ivon. prologum l. l.* 6) *Ivon. Prol. in decr.*: Cartaginensis synodus XXXV. capitulo dicit: Praecipimus ut clerici rursus in ecclesiam recipiantur, quamvis primum in synodo depositi fuerint: synodus synodum solvit propter unitatem et pacem ecclesiae; *cf. Concil. African. c.* 35 *Mansi, Coll. conc. IV. col.* 491.

parentibus ortos vocat honestos dicens[1]: *Ubicumque nascantur homines, si vicia parentum non secuntur et bene vixerint, salvi et honesti sunt.* Et quedam canonica scriptura inter cetera sic ait[2]: *Dominus non solum de alienigenis, sed etiam de commixtionibus adulte-*
*f. 17' *rinis nasci voluit,* ut *ostenderet neminem repellendum ab ordine[a] sacerdotii, si bene vixerit. Ut ergo mihi videtur, filii sacerdotum et dispensatorie ab ordine repelluntur et dispensatorie recipiuntur.

In huiusmodi et similibus decretis legis scriptor et scientie inquisitor confligunt et argumentis verisimilibus partes suas hinc inde defendunt. Scripti defensor sic argumentatur: Sic debet fieri, quia lex precipit, et, ut sic fieret, scriptum fuit, et subiunxit: scripture credi oportere. Defensor vero sententie sensum defendentis scriptum inprobat et sic obviat: Quecumque enim scripta sunt, ad nostram utilitatem scripta sunt. Eapropter utilitati debent militare, et ad eam faciem suam convertere, et subiungit: sententie, utilitati et honestati subservienti credi[b] oportere.

Propterea confligunt invicem lex nature et lex benivolentie. Permittuntur siquidem quedam fieri lege nature que prohibet fieri lex benivolentie. Lex nature permittit fieri coniugium, inter quos fuit adulterinum secundum beatum Augustinum[3]. Lex ergo benivolentie prohibet, ne quis sibi societ matrimonio[c] quam polluit adulterio, sicut asserit beatus Leo[4], ut scandalum vitetur. Removet[d] itaque propter scandalum filium presbiteri ab ordine lex benivolentie, quem recipit lex nature.

Eligat lector, que sententia[e] sit pocior. Accipe, quod ex aliorum armariis excrustavi: nichil tibi de meo misi. Cum cornicula alienis pennis me ornavi[5] et in altum me elevavi. Veruntamen sciendum est filios presbiterorum non debere repelli ab ordine, qui relictis omnibus secuntur regulam[f] beati Benedicti vel Augustini benedicti[6].

II.

CERTAMEN PAPAE ET REGIS[g].

Certamen regis[h] cum papa, Musa, canamus
Et, quae[i] dixerunt, ea verbatim recolamus!
Papa prior cecinit secum ratione[k] canente
Et contra regem sic cepit rege tacente:

Papa[l].

'Rex es, si rectum sequeris[7], si regia queris,
Nec te falsa iuvant, quae sunt contraria veris.

a) *una voce erasa super linea post addit.* b) crede *corr.* credi *c.* c) *corr. e* matrimonium *c.* d) Romovet *c.* e) seuttntie *ut videtur corr.* sententia. f) g *corr. ex* l. g) *sine titulo A.* h) regi *corr. post* regis *A.* i) Etque *A.* k) racione *A 1.* l) *om. B.*

1) *De bono coniugali c.* 16, § 18; *Opp. VI, col.* 330, *sed non ad verbum, cf. supra p.* 594, *n.* 3; *Ivonis prolog. l. l. p.* 516. 2) *Non inveni, cf. supra p.* 576, *n.* 3; 605, *n.* 4. 3) *Cf. Metelli epist.* 20. *ad Teodericum p.* 352, *ubi hic locus integer habetur:* Licet inter illos fieri legitimum coniugium, inter quos prius fuit adulterium. . . . Quedam lex nature approbat, que lex benivolentie inprobat. Possunt nempe quedam fieri lege nature annuente, que non debent fieri lege benivolentie renuente. *Sed apud Augustinum haec verba non inveni.* 4) *Ibid.:* Nullus debet sibi sociare matrimonio quam polluit adulterio. *Neque hunc locum investigavi.* 5) *Cf. Hor. Epist. I,* 3, 19. 6) *Cf. concilii Pictav. a.* 1078. *Ian.* 15. *habiti c.* 8, *Mansi XX, col.* 498; *Claromontani c.* 14, *ibid. col.* 715. 7) *Cf. Hor. Ep. I,* 1, 59: Rex eris, — Si recte facies; *Isid. Etym. IX,* 3, 4.

Sed tu nec rectum sequeris nec regia tantum.
Affectas[1] caelum[a] quoniam de more gigantum[b]
Affectas caelum[a], cum pontificalia tractas[c].
Cumque licere tibi dare pontificalia iactas.

Rex.

'Papa fores, si tu papares more priorum,
Predecessorum sectando facta tuorum.
Predecessores Romae leges statuerunt,
Utque darent investituras sustinuerunt.
Annis centenis istud reges tenuerunt,
Absque querela, non vi, pontifices posuerunt.
Sed quia tu[d] dampnas, quod sancti constituerunt,
Vel tu vel sancti patres sensu caruerunt[2].

Papa.

'Non careo sensu, sed nec caruere priores,
Namque fuere satis nobis illi meliores.
Non careo sensu, quoniam reprobo reprobanda,
Laudans, amplectens, venerans, quae sunt veneranda.
Olim pontifices rex investire solebat,
Et tamen ecclesia, quamvis invita, ferebat.
Pertulit et fuerat tunc dispensatio plane,
Pertulit ad tempus, sed nec fuit illud inane[3].
Namque pii reges sese populumque regebant,
Ecclesiamque Dei sancta sub pace fovebant.
Hii constructores fuerant prius ecclesiarum,
Vos destructores penitus nunc estis earum[e].

Rex.

'Quod sancti patres prudenter constituerunt,
Hoc insensati subvertere disposuerunt.
Antiqui patres, qui plus nobis valuerunt,
Per[f] baculum reges dare regia sustinuerunt.
Significare per hoc, credo, nobis voluerunt,
Ne laicis dentur, quae pontifices tenuerunt[4].
Hoc argumentum cognosco probabile multum,
Quod si quis reprobat, reprobantem iudico stultum.
Anulus et baculus, quod dico, testificantur,
Per quae[g] consulto regalia munera dantur[5].

Papa.

Anulus et baculus aliud signare videntur,
Significant aliud, quod iam mea scripta loquentur[h].

a) celum A 1. b) gigantum B; hunc versum in marg. addidit A. c) tractas B. d) quod expuncto superscr. corr. tu A 1. e) de ordine versuum 31—44 codices [illegible] B [illegible] A et A 1 recte hoc loco exhibent. f) v. 34. 35. in marg. A. g) Perque A. h) loquentur B.

1) Ovid. IV. Pont. 8, 59. 2) De Heinrico II. Hugo videtur cogitasse. 3) Cf. Placid. Nonant. liber de honore ecclesiae c. 81; Lib. de lite II, p. 603. 4) Cf. [illegible] p. 722 H[illegible] carmen v. 59—61. 5) Cf. infra v. 51—58; Rangerius, De anulo et baculo v. 9—16, Lib. de lite II, p. 509.

Anulus officium sponsi signare videtur,
Officium vero pastoris virga tuetur'.

Rex.

'Quid nocet aut nocuit, si rex regalia[a] tradit?
Aut contra canones talis donatio vadit,
Per baculum curvum si rex sua regia donat,
Cum nil per baculum nisi tantum[b] regia ponat?[1]
Si foret illicitum, sancti patres vetuissent;
Sed nusquam legimus quod[c] tale quid ammonuissent.

Papa[d].

Anulus et virga sunt pontificalia signa,
Consecrata Deo venerari sunt ea digna.
Per predicta duo tipice[e] duo significantur,
Per predicta duo duo pontificalia dantur.
Sed vos per baculum dare regia munera vultis,
Et quia non tibi[f] fas, hęc sunt contraria multis.
Per sceptrum regni donentur[g] regia sane[2],
Nec signum sponsi vel pastoris sit inane'.

Rex.

'Ergo quod facitis prohibetis, ne faciamus,
Sed iuxta nutum vestrum vos sustineamus.
Dat presul feodum[h] per virgam pontificalem,
Observat morem iam dudum Gallia talem,
Sacrataque manu dat non sacrata quiete,
Nec prohibens istud vadit[i] sententia de te'.

Papa.

'Per consecrata dare consecrata probamus,
Sed per sacrata dare non sacrata negamus.
Ecclesiastica sunt sacra virga manusque sacrata:
Ergo per baculum det presul sanctificata'.

Rex.

'Regia quae[k] reges prius ecclesię tribuerunt,
Consecrata Deo fieri sacra promeruerunt.
Unctio[l] de medio tollit regem populorum[3];
*f. 70'a. *Nec purus laicus rex est quasi pastor eorum.

a) legalia *A.* b) *ex nescio quo corr. in A.* c) quid tale quod *B.* d) *om. B.* e) typice *B.* f) *deest A. A 1; suppleri ex B.* g) donantur *A 1.* h) fedum *B.* i) cadit *B.* k) que *A.* l) untio *A. A 1.*

1) *Cf. Ivonis Carnot. epist. ad Hug. Lib. de lite II, p.* 645; *Gregorii de Catina orthod. defensio c.* 5, *l. l. p.* 538; *Hunaldi carmen v.* 57; *Tract. de consecratione supra p.* 664—667. 2) *Cf. Disput. Pasch. l. l. II, p.* 666. 3) *Cf. Damiani liber grat. c.* 10, *l. l. I, p.* 31; *Wenrici epist. c.* 4, *l. l. I, p.* 289; *Widonis Osnabr. De controv. l. l. I, p.* 467; *Widon. Ferrar. De scism. l. l. I, p.* 566; *Gregor. Cat. Defensio c.* 6, *l. l. II, p.* 566; *De consecr. supra p.* 667—669.

Nemo potest igitur dare sacra perunctio regi[b]
Per baculum sacrum, vetat haec[a] sententia legis[1].'

Papa.

'Si verum dicis, tua stat sententia[c] certa.
Sed quod non sit ita, ratio[d] manifestat aperta.
Regia quae[e] dantur nequaquam sanctificantur.
Regia quae[e] dantur non ecclesię feodantur[f].
Si presul servire potest, illi sociantur,
Reges lucrantur per eos, cum[g] regia dantur.
Pontifices etenim pro tali re famulantur,
Et reges illis veluti servis dominantur.
Unctio[h] regalis minor est, quam pontificalis,
Non habet haec baculum, sceptrum tenet unctio tali[s].'

Rex.

'Quid de decreto Paschalis[1] erit venerandi?
Illi decreto[i] remanebit copia standi?
An fiet vacuum quod fecit Roma statutum?
Pape[k] decretum vacuabitur amodo[l] mutum?'

Papa.

'Non stat decretum, quod fecit papa coactus:
Multis namque modis per devia plurima tractus,
Extra se factus, precepta dedit vacuanda,
Quae[m] contra fas sunt nec ab ullo sunt toleranda.
Ad se qui rediens ea verbatim vacuavit,
Quaeque[n] probaverat iniuste, penitus reprobavit[2].'

Rex.

'Quod dicis papam per me scripsisse coactum[3]
Atque modis miris iniustis pluribus actum,
Excuso plane, quia papam nemo coegit,
Nec contra papam quisquam temerarius egit.
Ipse sua sponte decreta dedit reverenda[o]
A populis sanis et ab omni rege timenda'.

Papa.

'Si reverenda[o] forent, numquam dampnata fuissent,
Ni contra canones essent, ea non cecidissent.

a) hec A. b) corr. ex regis A. c) sentencia B. d) racio B. e) [illegible] A; [illegible] in margine add. A. f) fedatur A; quod [illegible] et in marg. [illegible] et linea sub fedatur erasa fedatur [illegible] foederatur; feodantur B. g) cum B. h) [illegible] i) de certo B. k) Papae B. l) ammodo B. m) Que A. n) Queque [illegible] B.

1) Sc. a. 1111. Apr. 13. dato; cf. Constit. imperii I, p. 142 sqq. 2) Cf. Pasch. II epist. ad Guidonem episc. Vienn., Mansi XX, col. 1008. [illegible] esse patet (a. 1118. Ian. 21). 3) Rex igitur qui loquitur Henricus V. est.

Propter decretum tellus fuit undique mota,
Decretumque tuum dampnavit Gallia tota[1].
Tandem cessemus[a], contentio nostra quiescat,
Cessemus[a] tandem lassataque lingua quiescat.
Accipe consilium: quod do tibi suscipiendum,
Accipe[b] consilium, si vis regnare, tenendum[c]!
Cessa, teque viris sanandum trade benignis,
Consiliumque tuum prudens ne crede malignis!'

Rex.

'Consilium cepi tandem, quod conveniens est,
Quod si quis reprobat, reprobus satis insipiens est.
Si vultis quod patres antiqui voluerunt,
Qui sancti, qui pacifici sine felle fuerunt,
Antecessorum tractando[d] more meorum,
Ecclesiam rectosque gradus imitabor eorum.
Quod si non vultis, baculum cum pace tenete!
Contenti vestris propriis in pace manete!
Regia, quae[e] mea sunt, maneant in pace quieta!
Et vos nobiscum[f] deducite tempora leta![2]'.

Papa.

'Perdere pontifices nulla possunt ratione,
Quae[e] data sunt illis feodali[g] conditione[h];
Si regi servire volunt per cuncta frequenter,
Quae[e] debent regi, sibi reddant[i] sufficienter.
Quae[k] tenet ecclesia, tenuit per tempora multa,
Nullius temerare potest audatia stulta[l].

Rex.

Si decreta patrum vellemus firma tenere,
Nec feodum[m] regis deberet presul habere,
Deberet presul psalmis ymnisque vacare,
Assidue laudes Christi deberet amare,
Ad bellum regis nec deberet properare,
Immo discordes deberet pacificare'.

Papa.

'Pontifices olim regalia non habuerunt,
*f. 70'. *Primitus ecclesiastica tantum disposuerunt.
Rex Constantinus, quem Silvester renovavit,
Ecclesiam primo regalibus associavit.
Post Constantinum reges sua distribuerunt
Et sua presulibus feodi sub iure dederunt'.

a) censemus *A*. b) Acipe *A*. c) *v.* 107. *partem posteriorem et v.* 108. *partem priorem omisit B: legitur igitur:* Accipe consilium, si vis regnare, tenendum. d) tractabo *B*. e) que *B*. f) vobiscum *B*. g) sinodali *B*. h) condicione *B*. i) *ita B*; si reddunt *A. A 1*. k) Quę *A*. l) audacia multa *B*; *v.* 125. 126. *regi ascribit B*. m) ceodum *corr.* feodum *A*.

1) *Cf. Hauck l. l. III, p.* 897. 2) *Cf. foedus, quod Heinricus V. cum papa iniit in ecclesia S. Mariae Turrensis a.* 1111. *Febr.* 4; *Constit. imp. I, p.* 134 *sqq.*

Rex.

'Rex Constantinus sua regia non feodavit,
Sed neque Silvestrum secum guerrare[a] rogavit.
Rex Constantinus ea[c] quae dare convenienter
Silvestro pape[d] potuit dedit atque libenter.
Sed gladium dare non potuit peramque[e] eorum.
Silvester pocius fuit intercessor eorum.
Sed nos presbitero gladium damus insipienter,
Quod quia non[f] est fas, emendemus sapienter'.

Papa.

'Si non concessit rex Constantinus habere
Silvestro gladium, nec tu poteris retinere.
Unde tibi tandem gladius, nisi Roma dedisset?
Nec tibi donasset gladium, si non habuisset'.

Rex.

'Defluis in verbis, argumentis operosis,
Concinnas dictis per cuncta satis speciosis[g].
Sed nil proficimus; scis autem, quid faciamus,
Cum causis nostris ad iudicium veniamus!
Ad causam nostram deducantur sapientes,
A causa nostra tollantur et insipientes!
Nos quoque tollamur et eos per cuncta sequamur,
Concedat Deus hoc, quem cottidie veneramur'.

Papa.

'Quod[h] ratione probas, per nos non est reprobandum.
Quod ratione probas, laudamus et est imitandum.
Quod nos laudamus, laudet divina potestas,
Laudet et[i] omnipotens, cui servit[k] frigus et estas[l]!'

Litem predictam contexuit Hugo Metellus,
Quem pascit Tulli[m] ditissima Gallica tellus[1].

a) ita B; guerare A. b) superscr. A. c) que A. d) papae B. e) peramque ? f) nunc B. g) corr. ex peciosis A. h) de ordine v. 159–164. iussus egit L. Traube 'Zeitschrift für deutsches Alterthum' XXVII. p. 389. i) A. et superscr. alia manu A. k) feruit A, servit corr. A1. B. l) v. 162. A1 et B ante v. 161. praebent. m) Tull A; corr. A1. B.

1) Cf. supra p. 711, n. 2; Epist. 17. ad Helwidem data (fol. 156'c): Civitas namque in qua genitus sum, vocatur Leucha, vocatur et Tullum: Tullum a Tullo qui eam devicit duce Caesaris. Leucha vero ab albis hominibus et albo vino, quia leuchon interpretatur album graeco eloquio.

HUNALDI CARMEN DE ANULO ET BACULO.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Hoc quoque carmen, quod iam a. 1839. *commemoravit F. Mone, 'Anzeiger für Kunde der Teutschen Vorzeit' VIII, p.* 597, *servatur in codicibus saepius laudatis Bruxell.* 10672, *f.* 71a—b, *unde a G. H. Pertz exscriptum est, et* 9799, *f.* 122'b—123b[1]. *Auctor de se ipso nihil praeter nomen edicit. Sed cum codex in dioecesi Trevirensi confectus esse videatur, et in anterioribus foliis altercationem Hugonis Metelli modo editam exhibeat, nescio, an idem Hunaldus sit, qui a.* 1118. *Iul.* 16. *Tullensis maioris ecclesiae magisterio functus chartae cuidam Richwini episcopi Tullensis subscripsit*[2], *a.* 1119. *cum Goberto cantore Pictavos ad Calixtum II. papam profectus est et Aug.* 27. *chartas quasdam pro ecclesia Tullensi et monasterio s. Apri impetravit*[3], *Henrici I. episcopi Tullensis praeceptor fuisse, et in eadem ecclesia archidiaconatum sustinuisse dicitur*[4]. *Quae si recte coniecimus, carissimus ille dominus (v. conclusionem), cui hos versus dicavit, forsitan Richwinus episcopus fuit, qui cum ei tam gravia negotia committeret, familiariter eo usus esse videtur. Ante concordiam Wormatiensem hoc carmen conditum esse satis constat, inde autem, quod poeta tanto studio pacem regi et papae litigantibus suadet et tanto ingenii acumine de iure regis et ecclesiae disserit, eum paullo ante concordiam tamdiu desideratam pennam arripuisse conicio. Fortasse eodem tempore, quo Metellus, tempore concilii Remensis, e Gallia reversus aut rediturus, dilucidum et elegans hoc opusculum composuit. G. H. Pertz falso ei satiram* Gens Romanorum subdola *assignasse iam supra dixi*[5]. *Alia enim, si quae scripsit, aut perierunt aut etiam nunc latent, nisi forte chartae ecclesiae Tullensis tunc datae ei tribuendae sunt, si modo, ut moris erat, cancellarii et scholastici officiis simul fungebatur.*

Berolini a. 1897. *mense Ian.* — *H. BOEHMER.*

1) *Supra p.* 622. 705. 712. 2) *Gallia christiana XIII, instr. col.* 484 *B.* 3) *Jaffé nr.* 6730. 6731. 4) *Gallia chr. XIII, col.* 997 *E. Anno* 1131. *iam mortuus esse videtur. Neque enim in charta Henrici I. tunc data (l. l. instr. col.* 494*), cui, si vixisset, sine dubio testimonium perhibuisset, eius nomen occurrit neque unquam postea in chartis Tullensibus habetur.* 5) *Supra p.* 705.

Hactenus ex vetito peccata fere timeri,
   Ipsaque religio terror erat sceleri;
At modo sic vetiti, sic gratia [illegible]
   Excidit, ut libitum quisque putet licitum.
Pacta, fides, foedus, cognatio, ius sociale
   Singula firmabant robur amicitiç[a].
Omnia nunc coeant, nemo confidit in illis:
   Gratia, quam pariunt, nec bona, nec stabilis.
Quodque nefas dirum, quod detestabile monstrum[1],
   Blasphemare Deum non timet impietas.
Aut etenim nescire Deum mala nostra susurrat,
   Aut ea negligere nolleque corripere.
Non leve crimen id est nec eis modo perniciosum
   Tolli, scire Deo iudiciique bonum.
Nam nisi pravorum culpas censura requirit,
   Nec bona iustorum gratia restituit.
Sic igitur dum se defendit iniquus inique,
   Interimit meritum, spem necat ecclesiç.
Hęc fidei dampna, dispendia religionis
   Non est, qui doleat quive repugnet eis.
Cuncta licent, ubi nulla nocent, ubi crimen inultum
   Libertas scelerum summa ruina boni.
Infima quassantur, male quum[b] suprema coherent,
   Cumque caput titubat, cętera membra dolent.
Tanti nempe mali, tam diri semina luctus:
   Discordes duo sunt rex et apostolicus.
Iustior alter enim, quam res tempusve requirat,
   Legibus apponit, iura moderna creat.
Nititur antiquis alter dicitque saluti
   Sat fore sanctorum vivere more patrum.
Acceditque[c] malis utriusque suprema potestas,
   Impatiens flecti nec satis apta premi.
Nil recipit medium lis inmediata duorum,
   Exclusit media vis siquidem nimia.
Papa pio studio vult addere religioni?
   Set tamen esset opus cautius illud agi.
Sane non recte studium dependeris[d] uni,
   Plurima cum pereant utiliora tibi.
Papa docet[2], quia sunt duo mistica signa sacrorum
   Anulus et baculus, dos sacra pontificum.
Rectorem virga, sponsum facit anulus esse,
   Nec per se, signa gratia set per ea.
Res igitur talis, quia res est spiritualis,
   Donatur sancti Spiritus arbitrio.
Res etenim signo sacra, res sacra significato,
   Nichil ad mundanum respicit[e] arbitrium.

a) amitiçiç c. b) [illegible] c. c) Accidit[que] c. d) [illegible] dependeris [illegible] e) [illegible]

1) Iuvenal. Sat. 15, 21 [illegible] 2) [illegible] 51 [illegible] 58 [illegible] 716.

Dent laici laica, reges regalia tradant,
Sacra sacerdotum distribuenda manu.
Hec ratio fortis, pia, religiosa, fidelis,
Nil argumento verius hoc fuerit.
Set, velut affirmant, qui talia sepe retractant:
Hec ratio nullum impetit oppositum.
Rex[1] etenim, sicut referunt, nihil obviat istis,
Immo subscribit et favet omnibus his.
Consentit, sacri dent ut sacra quęque ministri,
Et negat esse suum spirituale sacrum.
Set tamen inducit, quia, cum regalia multa
Reges tradiderint omnibus ecclesiis,
Nec repetenda putet regni successor et heres,
Neve sit occultum, venerit unde datum,
Rex heres donum renovat cauteque statutum,
Praesul ut id signis praesulibus capiat.
Namque per hoc monstrat, sic iuris pontificalis
Id fore, quod recipit, nec sibi fas adimi.
Hac ratione manent sacris sua sacra ministris
Signa nec ut signa nec sacra rex tribuit.
Nil igitur sibi rex usurpat in hoc alienum,
Set magis ecclesię ius statuit proprium.
Hoc regis crimen pietas magis esse videtur,
Ecclesię pudor hic non pudor est, set honor.
Ergo, si verum fas dicere pace duorum:
Pro nichilo pugnant rex et apostolicus.
In neutrum neuter quicquam peccare videtur,
Cuique[a] sui fines et sua iura[b] manent.
Rixari cessent, insistant utiliora
Inter eos pax sit! — omnia provenient.

Pacis[c] amans Hunaldus ego non ista superbę
Protulerim sensum pręficiendo meum.
Si quis prudenter reprehendat, cedo libenter
Et sequar alterius consilium melius.
Publica res agitur; in publica commoda peccem[2],
Audio si melius, ni melius teneam.
Set quia nota minus homini divina voluntas,
Nec caro sepe videt, quid Deus ipse probet,
Quod dictum, recipe fore dictum conditione,
Si fidei cautum, si Domino placitum.

Versibus his, quid sentiam, exposui vobisque, ut karissimo domino meo, misi.

a) Cumqui *c.* b) iure *c.* c) *versus sex, qui sequuntur, eadem manu in margine adiecti sunt.*

1) *Certamen Metelli v.* 59—64. 2) *Hor. Epist. II,* 1. 3.

DE ANULO BACULO GLADIO DIADEMATE VERSUS.

EDIDIT

H. BOEHMER.

Carmen secundo num. prodiens integrum habetur in codice [illegible] bibl. S. Audomari 115 *(S. Mariae de Claromarisco i. e. Clairmarais), saec. XIII. in., fol.* 101'[1], *unde a Bethmanno ante* 56 *annos in usum nostrum descriptum est. Accedit* 2 *fragmentum* 25 *versus complectens, ab operculo codicis cuiusdam Monacensis, num.* 29110. *a [illegible] resectum. W. Wattenbach a.* 1876. *in 'Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit' XXIII, col.* 335 *sq. hoc fragmentum, a.* 1877. *in eisdem Actis XXIV, col.* 14 *sq. ex apographo Bethmanni reliquos versus publici iuris fecit.*

De patria et aetate poetae in opusculo ipso nihil invenitur. Pateriae *quidem auctor meminit. Sed versum* 42, *ubi haec vox habetur, mendosum esse patet, quia clausulam praebet versui* 41. *non respondentem. Accedit, quod Paterinorum nomine tum et in Galliis notabantur*[2], *qui sacramenta sacerdotum indignorum irrita declararent. Nihil ergo ex nomine de patria auctoris conici poterit. At ex carminibus et in codice Audomarensi et in fragmento Monacensi praecedentibus et subsequentibus forsitan aliquid colligere licet. Et hic et illic Hildeberti carmen* Iam tot in ecclesias *praemissum est, hic autem admonitio ad Berengarium sequitur*[3], *eidem poetae ut videtur tribuenda. Unde iam in codice, quo uterque librarius usus est, hos versus mediis carminibus Hildeberti insertos fuisse apparet. Iam vero neque metrum neque elocutiones neque sententiae ab Hildeberto valde differunt. Unde, etsi pro certo quidquam affirmare non ausim, temeritatis vix me argui posse puto, si Hildeberto opusculum ascribam*[4].

Qua aetate carmen conditum sit, non constat. Cum vero poeta utrique, et pontifici et regi, concordiam suadeat, saeculo XII. ineunte demum id scriptum esse videtur.

Berolini a. 1897. *mense Ian.* *H. BOEHMER.*

1) *De quo nuper fusius egit L. Delisle, 'Notices et Extraits'* XXXI 1, *p.* 49—156; *cf. 'Archiv'* VIII. *p.* 410. 2) *Marbodi epistolam supra p.* 693, *l.* 6; *Hugo Flav. Chron. ad a.* 1084. *l. II. SS.* VIII. *p.* 462 *l.* [illegible] *supra p.* 594, *l.* 11. 3) *Hoc carmen edidit* [illegible] *p.* 138—139. 4) H. B[illegible] *p.* 140 [illegible] *Lotharingia opusculum conditum esse putat.*

Iam[a] tot in ecclesias[b] insurrexere procellae,
Quot vel quam magnas nulle[c] cepere tabellae.
Tot sunt quae mergunt[d], tot sunt contraria letis,
Ut vix una queat portum sperare quietis[e].
Pax, dos[f], libertas, reverentia preteriere,
Bella, rapina, iugum, contemptus eis subiere.
Quas premit, expoliat[g] predonum turba furentum,
Extulit, excoluit[h] sanctorum cura parentum;
Quaeque sacris ducibus[i] risere prioribus annis,
Sunt[k] modo subiecte Symonibus atque tyrannis.
Hi[l] sibi venantes regumque ducumque favorem,
Non metuunt in eos legis laxare rigorem.
Sic lac et lanas ovium sibi diripientes
Frena lupis laxant, subterfugiuntque silentes,
Speque lucri simulant scelus atque cavenda licere,
Quaeque licent, quasi[m] non liceant, didicere cavere[n].

Anulus et baculus sunt spiritualia dona:
His diversa manent gladius regisque[o] corona.
Conveniuntque[p] tamen, propria si sede locentur;
Scilicet ut pape, regi quoque propria dentur.
Anulus et baculus sunt pape pontificumque;
Digna figurantes nos scire putamus utrumque.
Anulus in digito persone pontificalis
Coniugii signum tenet in se spiritualis.
Ex auro factus dignum designat honorem;
Continuus, fidei[q] firmum sine fine tenorem.
Cuius in amplexu[r] sicut lapis est preciosus,
Sponsus in ecclesiae iacet ulnis sic speciosus.
Queritur, electo cur anulus attribuatur,
Per regis quandoque manum, vel quando sacratur?
A sponso sponsae cum dandus iure sciatur,
Queritur, et dignum quod queritur esse notatur.
Electus velut[s] ecclesiae digitus reputatur,
Ipsa per electum Domino sponsata vocatur[t].
Ille quidem sponsique vicem sponseque tuetur;
Nunc sub sorte gregis, nunc sub pastore tenetur.
Sic idem sponsus, sic idem sponsa vocatur,
Esse[u] tamen sponsus verus Deus esse probatur.
Anulus hic taceat; nunc de baculo referatur
Pontificis, typice per eum quid significatur.

In baculo tria sunt, decorat quae mystica forma,
Sicut ab antiquo docet ecclesiastica norma.

a) *v.* 1—16. *dedit Beaugendre ex mscr. Ebroic.* 19. *Hildeberti opp. col.* 1355. b) ecclesiis 1. 2. c) ille 1. 2. d) mergant *Ebr.* e) salutis 2. f) *sic* 1. 2; et *Ebr.* g) et spol. *Ebr.* h) et col. 2. *Ebr.* i) patribus *Ebr.* k) Flent *Ebr.* l) Hii 2; Hinc *Ebr.* m) Quae liceant sive *Ebr.* n) *sequuntur* 8 *versus in ms. Ebr.* o) regumque 2. p) que *om.* 2. q) firmum fidei 2. r) amplexus 2. s) velud 2. t) nodatur 2. u) Esse *mendose repetivit poeta in eodem versu.*

Attrahit uncinus, cuspis stimulat remorantes.
Directus fustis rectum sustentat [illegible]
Sufficit interea, quod dicimus ut teneatur,
Hec melius donec qui disserat inveniatur.
Ad gladium regis diademaque nunc redeamus,
Ad quod et hec valeant, pro viribus expediamus.

Sacra duos memorat gladios scriptura fuisse,
Discipulos Domini quos ipsa refert habuisse.
Symonis est unus, quem papa videtur habere,
Commissae plebis vitium resecando severe.
Qui superest, gladium rex debet iure tenere,
Ut feriat quos ecclesiae videt ipse nocere.
Extra vaginam semper sit regia spata,
Semper ut ecclesiam defendat ab hoste parata.
Viribus immensis expugnet regius ensis
Hostes ecclesiae, caput obterat et Pateri[a].
Papa tenet gladium vel presul spiritualem;
Rex etiam gladium portat, sed materialem.
Papa tenet gladium, conservet ut interiora:
Rexque tenet gladium, tueatur ut exteriora.
Ecclesiae pacem pro certo nescit amare,
A papa regem qui querit dissotiare.

Postremum mihi dicere de diademate restat,
Quod deportando maiestas regis honestat.
More corona velut regis caput aurea cingit,
Quam manus artificis lapidum variamine pingit:
Sic regis debent virtutes cingere mentem,
Ut reddant ipsam vario fulgore nitentem.
Ut regis caput est cinctum diademate fulto:
Sic circumcingi debet rex milite multo,
Qui sit ad arma valens, qui consilio sit honestus,
Hoste triumphato qui sit pietate modestus:
Convenit, ut tales sint regis collaterales;
Convenit ut tales equites sint imperiales.
Tali rex et papa modo non dissotiantur,
Una sed potius vero sub amore ligantur.

a) pateris.

Sequantur hic similitudinis gratia carmina, quae codicibus saec. XII. Bruxellensibus saepius commemoratis 10670 (1), *fol.* 69'—70. *et* 9799 (2) *nobis traduntur. De quibus descriptis Iulio Petit conservatori gratias agimus maximas. Iterum ea contulit Car. Hampe socius noster. Versus* 1—4. *edidit iam Reiffenberg, 'Bulletins de l'Acad. royale' VIII,* 2, *p.* 252 *(a.* 1841*); II, v.* 1. *Mone, 'Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit' VIII, p.* 596.

E. DUEMMLER.

Anulus et baculus duo sunt insignia[1], per quę
Pontificalis honor traditur ecclesię.
Anulus est sponsi, baculus pastoris[2]; et apte:
Hunc pietas sacrat, hunc regula iusticię.
Cautus[a] in his rector bene sic dispenset utrumque,
Ne pietas recti discrepet a specie.
Rex sapiens Salomon[b] sculptoris providus arte
In templo vario condidit hec opere.
3. Reg. 7, 29. Finxerat[c] inde boves sub basibus, inde leones
Vultibus[d] oppositis; enea materies.
Ib. 6, 27. 28. Cherubin ex auro velabant federis arcam
Expositis alis prona super fabrica[e].
Ecclesie basis reputatur episcopus esse:
Sustinet hic populum sicut onus fabrice.
Mansuetudo boum, fervor notat ora leonum:
Esse sacerdoti debet utrumque bonum.
Tale decet sane semper fore pontificis cor,
Cui bene conveniat cum pietate rigor.
Cherubin est doctor cui plena scientia constat[3],
Ut pie vel iuste recta docent faciat[f].

Anulus et baculus sunt pontificalia sacra,
Quę falso cesar arrogat esse sua.
Regia denuo sunt duo sceptrum vel diadema
Ambitus et furor hęc esse facit propria.
Roma caput mundi regit orbis sceptra rotundi[4],
Urbibus urbs celebris ex titulo fidei.
Hic locus imperii quo fiat inunctio regi,
Qua sine monarches[g] nemo potest fieri.
Presulis est autem sacra crismatis unctio, de qua
Traditur augusto terror[h] ab ecclesia,

a) caustus 1; *corr.* 2. b) Salemon *post corr.* Salomon 1. c) Pinxerat 1. 2. d) Vulpibus 1. 2. e) fabricam 1. f) faciant 1. 2. g) monarchar 1. 2. h) terrar 1; *corr.* 2.

1) *Cf. Rangerii lib. de anulo et baculo, Lib. de lite II, p.* 509, *v.* 1: Anulus et baculus duo sunt sacra signa. 2) *Ibid. v.* 3: Anulus est sponsi; *v.* 11: At baculus prefert signum pastoris. 3) *Isid. Etymol. VIII,* 5, 22: cherubin id est plenitudo scientiae. 4) *Cf. versum antiquiorem, quem e. g. invenies in codd. S. Galli* 135, *saec. X—XI, p.* 526 *('Verzeichniss der Stiftsbibl. von St. Gallen' p.* 541*) et Remensi* 1043. 743, *saec. XIII. ex., fol.* 190 *('Neues Archiv' XVIII, p.* 517*)*: Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.

Ut quos antistes nequeat compescere verbis
  Ipsius ammonitu rex feriat gladio.
Presulis est proprium, quod possit inungere regem,
  Cum rex non valeat ungere pontificem.
Posterius siquidem donum decet anteriori
  Cedere, vel virtus claudicat officii.
Fallitur ergo nimis, qui vult ascribere regi
  Tradere per baculum nomen episcopii.
Iudico concludens: que[a] sunt sua, cesaris esto,
  Queque decet studeat reddere papa Deo.
Federa sic regis ornent moderamina legis,
  Ut pax alternis congruat obsequiis.
Federa, pura fides, pudor et moderamina legum,
  Quę fuerant quondam, deperiere simul.
Palluit imperii color et veneranda potestas,
  Aecclesię ceco tendit in una gradu.
Iusticię virtus perit et simul omnis honestas,
  Falsa iuvant pravum, regnat ubique scelus.
Legibus impietas nullis tardatur et hostes
  Iudicat esse suos quos bona velle videt.
Nititur et querit pravo pervertere rectum,
  Vultque novis leges evacuare[b] patrum.
Quicquid in ecclesia violenta potentia regum
  Obtinuit, iuste predicat esse suum.
Dona Dei summi vult donum cesaris esse[1].
  Nec putat illicitum, dum facit hoc licite.
Pontificis duo sunt insignia quę[c] gerit ipse,
  Hec habet ut sponsus pastor et ęcclesię.
Pastorem baculus, sponsum notat anulus esse[2]
  Cum sacra sint, cesar non valet illa dare.
Gratia sola Dei facit hec duo dona vigere:
  Rex ea si dederit, non sacra semper habe.
Ergo relinquantur sacris ea sacra ministris:
  Rex siquidem rebus consulat imperii.
Consulat ęcclesię quem preposuit Deus illi,
  Utilis esse suo possit ut ipse gregi.
Scripta patrum relegens servanda per omnia servet[d],
  Et nova si noceant, protinus evacuet.
Quęlibet orba suo fuerit cum presule sedes,
  Si[e] sibi pontificem clerus habere volet,
Querat et eligat hunc, quem virtus non favor ornet,
  Auribus et summi presulis insinuet.
Hoc etiam scriptis vel viva voce requirat[f].
  Laudet ut electum quem probat ordo sacer.

a) quam 1; que 2. b) evacuere 1. c) quem 1. d) [illegible] 1. e) [illegible] 7l. [illegible] 1 [illegible] 7l. [illegible] 2 [illegible]. f) requirat 1. 2. [illegible]

1) Cf. [illegible] II. p. 510 [illegible] Nec Christi donum [illegible] esse queat. 2) Cf. supra l. v. 5.

Metropolitano scriptum tunc papa remittet,
Singula confirmans, sicut ad illa decet.
Ordine tum[a] sacro promotus sacra ministret
Presul, et illud agat quod suus ordo iubet.
Monstret amanda gregi cęlestis pascua vitę,
Dona Dei querens distribuenda pie.
Regia donet ei rex, cum volet aut petet ille,
Pax igitur regni fiat et ęcclesię.

a tam 1. 2; iam *vel* tum *corr. P. de W.*

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD TOMUM I.

Widonis monachi epistola ad Heribertum.

P. 4. [illegible] Paschalis pape Mediolanensibus directa. *Goetz ('Deutsche Zeitschr. für Kirch*[illegible] *V, 1, p. 30—59* [illegible] *817—824* [illegible] *nr.* 6613a *et t. II, p.* 714. *Collectio Britannica ('Neues Archiv' V, p. 590) a Thanero neglecta est.*

De ordinando pontifice auctor Gallicus.

P. 8. [illegible] *II, p. 305—307* [illegible] *sed Lotharingium fuisse, iustis rationibus probavit.*

Pseudo-Udalrici epistola de continentia clericorum.

P. 254. *Ad libros manuscriptos a nobis adhibitos accedit codex Cheltenha*[illegible] *nondum collatus, de quo cf. supra p.* 588. *De codice bibliothecae Grazensis nr.* 1242, *saec. XII. J. Loserth accuratius retulit, in cuius fol.* 107'. *legitur:* Hec est rescriptio sancti Odalrici episcopi, in qua pape Nycolao de continencia clericorum [illegible] sed impie, non canonice sed [in]discrete tractata ita respondit *(— f.* 111'*).* [illegible] *'Neues Archiv' XX, p.* 445—447. [illegible] *Erfordiensis chartaceum saec. XV. ex. nr.* 43, *quem G. Waitz primo commemoravit* [illegible] *VIII, p.* 678*), contulit socius noster O. Holder-Egger. Titulum habet:*

Epistola [illegible] 18. [illegible] 21. [illegible] 24. [illegible] 30. [illegible]gi. Nunquidnam non merito 31. *om.* non 35. veteri t[illegible]

P. 256, [illegible] 2. [illegible] 4. [illegible] 5. [illegible] 7. [illegible] 10. [illegible] 12. [illegible] 13. [illegible] 14. [illegible] 15. [illegible] 17. [illegible] 19. [illegible] 21. [illegible] 21—22. [illegible] 22. [illegible] 23. [illegible] 27. [illegible] 28. [illegible] 31. [illegible] 34. [illegible]

P. 257, *l.* 1. abstineant 2. Pafnutius 3. dexteris sinistris suis pollicibus incisis 4. dic[illegible] 7. Et hoc quidem [illegible] 10. [illegible] 11. ign[illegible] 12. [illegible] 14 [illegible] 17. [illegible] 18. [illegible] Melius est [illegible] 19. [illegible] 20. [illegible] 21 [illegible] 22 [illegible] Scribit autem 23. [illegible] 26. [illegible] 29. [illegible] 31 [illegible] capitis [illegible] 32. [illegible]

P. 258, *l.* 2. apost. hauserant predicac. 2—3. *om.* quo dicitur 3. e *post corr.* es ligatus 5. Item 7. [illegible] quoque *om.* sit 8—9. *om.* templum Domini *tertio loco* 12. sancte et corp. et spir. 16. pravitate te scio [illegible] correcturam 17. quantum 19. *om.* tamen 20. refugienda sed diligenda *corr.* pres. cum. *del.* qui corr. 21. et pre omnibus niti 24. aliquot in eorum 25. inven. quia aliter 27. *om.* ipsa 31. videl. archidyaconi (vel *om.* 32. sint ad libid. proch pudor

P. 259, *l.* 1. compassionis *om.* sed fals. iust. ded. 1—2. clericos et conservos 3. *om.* persuas. tanquam 4. implicare occulte 4—5. quam in hom. videl. consc. cum una ligari aperte 6. ex illo vel in illo vobis scribe et pharisei ve qui omnia 8—9. nobis deberent persuadere (in *minio del.*) in conspectu 11. licet sine merito pr. nullius *om.* mereantur — 12. consilium 12—13. vacantis vel viscera 13. ministravimus 14. *om.* tunc 15. *om.* eos Dominus de meretr. ait 15—16. in eam primus lap. mittat 17. adducitis 19. apud te intum. 20. non dub. ministrare isti verb. 21—22. Gregorius nimirum deplorans 22. *om.* inquit 23. persecutorem 24. ministrabit audiatur 25. ecclesia Dei *om.* ipsis 26. Hec enim infid. eos (*om.* dicere) dubitaverunt 27. Thimotheum. Quia in noviss. 27—28. fide discedentes (*minio del.* disc. *superscr.* at) 29. cauterisatam suam *adest*

P. 260, *l.* 1. eventus licito *om.* ux. coni. scil. 2. consorcio phariseico coguntur 3. pravit. cupidissimi min. 4. *om.* cecorum *om.* illud 10. *om.* nunc 11. phariseicam 12. unita D. Sonamitis 13. sanctam et regale evellat 15. nostrum Iesum Christum qui cum Deo patre etc. *Sequitur subscriptio:* Hanc epistolam reperi in quodam antiquo libro in libraria fratrum minorum domus Ulmensis, dum divus Sigismundus cesar aput ipsos fratres aliquamdiu moraretur anno Domini 1434.

P. 256, *l.* 23—24. *Cf. Gesta Silvestri c.* 7 *(Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 450*), quem locum laudat Mirbt, 'Publizistik' p.* 296.

P. 258, *l.* 22. *Cf. Augustini epist.* 148 *(ad Fortunatianum), c.* 4, § 15, *Opp. II, col.* 502, *quem locum laudat Rottmanner, 'Tüb. Theol. Quartalschr.' (*1889*) nr.* 1, *p.* 150.

Wenrici scholastici Trevirensis epistola.

P. 280. *Wenricum nostrum eundem esse ut* Winricus frater *et ipse Trevirensis, qui in poemate satis obscuro, a se fortasse condito (ed. Kraus, 'Jahrbuch der Alterthumsfr. im Rheinl.' L, p.* 245*) occurrit, suspicatur L. Traube ap. Vollmöller, 'Krit. Jahresber. über die Fortschr. der Roman. Philol.' III, p.* 15, *n.* 194.

P. 292. *Fragmentum capitis* 5: Origines quoque — *l.* 28, *simile codicis* 2, *invenit F. Thaner in codice Admuntensi nr.* 257, *s. XII. et cum editis contulit: 'Neues Archiv' XVI, p.* 541, *ubi sequuntur varii canones.*

Ibid. n. 11. *Hunc locum a Mirbtio frustra quaesitum reperit Thaner l. l. in Augustini enarrat. psalmor.* 36, *serm. III,* § 13, *Opp. IV, col.* 290.

P. 297, *l.* 30. *Hunc locum apud Hieronymum frustra quaesivi.*

Manegoldi ad Gebehardum liber.

P. 302. *De Manegoldi codice agit nunc copiose A. Holder, 'Die Handschriften der Grossherzogl. Bibliothek in Karlsruhe' III, p.* 117—119.

P. 378, *l.* 1—20. *Totus hic locus ex concil. Tribur. c.* 3. *sumptus est; cf. Capitul. reg. Francor. II, p.* 215.

Ibid. l. 7. *ex Gregorii lib. pastor. l. III, c.* 22, *Opp. II, col.* 69 *sq.; cf. Capitul. l. l. II, p.* 444.

P. 429, *c.* 76. *Hoc caput a Gerhoho excerptum est; cf. supra p.* 221. 232.


Liber canonum contra Heinricum quartum.

P. 471. *F. Thaner de hoc libro copiosius egit in annalibus nostris t. XVI, p.* 529—540.

P. 473, *l.* 7. *Cf. Ann. Magdeburg. a.* 1103, *SS. XIV, p.* 407: Hic ergo (*sc.* Heinricus) . . . a quodam sui temporis sapientissimo et catholice ecclesie philosopho appellatus fasciculus myrrhe et thuris. *Hunc locum laudat Sdralek, 'Die Streitschriften Altmanns' p.* 25, *n.* 5.

Liber Widonis Ferrariensis episcopi
de scismate Hildebrandi

Codex quondam Frisingensis f. 10'


porta reseratis. quam pinguaria dicunt:
tecte castelli aditt. q alio noe trus cre-
scentii uocat. inq; sepe nattu ildebran-
dū educens. ad castra pdux. P' hec bello
cū romanis comisso. maxima urbis par-
tē incendit. ciuiū plurimos interfecit.
ecclās subruit. mulieres cōiugatas et
simplices. uinctis post tergū manib. uio-
lent' p'us oppssas. ad tabnacula ad du-
ci pcep. Quib; ludibriis pt's roman' offen-
sus. cōflauit in ildebrandū inexorabile
odiū. & totū sui animi in rege h.
transfudit affectū. tantoq; dilectionis
uinculo sibi obstrictus ē. ut pluris fu-
isset regi ludibriū romanoꝝ. quam centū
milia aureoꝝ. Robert' q' dux. peniten-
cia ductus. q. cū romanis pluī comisisset.
q q; tantis urbē affecisset iniuriis. p'mo
simulans emdatione. & iniurie uicissi
tudinē. & rerū omiū restitutione. De
in nichil pficiens. qm ptī cor obduratu
erat. statuit urbē relinquere. & cede
finib; romanoꝝ. Inde tiburtinos
aggsis. uolens eos coge ad deditiōem.
n̄ pcul ab urbe fixis tentoriis. maxi
me ob iniuria clemētis apl'ici. q' tē tpris
morabat' in illa. arbores succidit. depo-
pulat' ē messes. incendit domos. & qc
qd potuit hoium obtruncau. Sicū
nihil pcederet. qm ciuitas freta
multitudine bellatoꝝ. expugnari
n̄ poterat. salernū redire decreuit.
pfatū ildebrandū. deducens in comita-
tu suo. Qui cū fuisset salerni aliqm
diu comorat'. duce occupato aliis.
cū multo p'molire tur urbē repetere. & in-
multitudine qui. roberto comitante.
romanos subiere. uti ipsos belloꝝ & comea-
tuū apparat'. langore correpts. & ad ex-
trema pduct'. cū ia in ultimis ageret.
abbate montis cassinensis ad apl'atus suc-
cessione impulso. diē clausit extremū.
Quē spectabit' dux defunctū agnoscens. cō-
uocato ciuitatis archi epō. clero. & pplo.
uigiliaꝝ. & psalmo diē officiis ex ordine
celebratis. & rite pactis. in basilica scī ma-
thei apl'i. q' tē noui' cdebat. corp' ei' hu-
mau. exseqas ill' honestissime psecutus.
Hec ut sup' diximus. q'si ex habundanti sub
iunximus. cū pcul apposita uiderent.
Sed nemo inc̄uenient arbitret. si cui' uita
breuit pstrinxim'. fine paucis absoluim'.
Hic ildebrandi finis. & assertio gestoꝝ ei'.
Reliq' hui' operis. que in pfatione pmisim'.
diuina largiente grā. psequm.
EXPLICIT LIBER I. INCIPIT
PREFACIO LIBRI SCDI.
·RIMAM HUI' opis partē. sic dns
aspirauit. pcapita nro digessim'.
inq' sic pmissi ratio exigebat.
ildebrandi causā. multis scripture
documtis astruere. cure fuit. Memine-
ra enī in pfatione pmissū. ut primo quidē
partē ei' defendere. & que dicuntur in
illū. certis rationib; ppulsare. Id si minus io-
luu feci. feci tn ut potui. Si q's g' lector
m's inuenerit. pt missū. siq incultū.
siq neglectū. inperitie n̄ neglegentie
deputabit. & inpossibilitate poci' erminabit

Tab. II.

Lichtdruck von Albert Frisch, Berlin

Anselmi Lucensis liber contra Wibertum

P. 527, l. 6. Cf. Leon. ep. ad [illegible] *c. 16, Opp. edd. Ballerin. I col.* 707: quoniam qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare [illegible].

Wido de scismate Hildebrandi.

P. 531—532. [illegible] *Widonis* [illegible] *consiliarii regni Bavarici* [illegible] *24* [illegible] *saec. XII* [illegible] *Wido* [illegible] *fol. 19, col. 2* [illegible]: Ius liberorum est coniugium sine liberis [illegible] *fol. 23', col. 2*: Quoniam [illegible] apud Grecos persona [illegible] *lib. V, c. 24, § 13—30; c. 25, § 1—3; c. 4. 6. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22; c. 1, § 1—7; c. 2. 3, § 1—4; c. 23. 24, § 1—12; lib. VI, c. 16, § 11—15; c. 8, § 1—10. 12—18; c. 14, § 1; c. 18, § 1. 2; lib. VII, c. 2, § 11. 14—18. 21. 28; c. 3, § 1—30; c. 4, § 1—12.* [illegible] *Widonis* [illegible] *alter folio 1—7, alter folio 8 sqq.* [illegible] *fol. 7'* [illegible] *2—7* [illegible]

P. 532, l. 21 [illegible]

P. 533, l. 2 [illegible]

P. 534, l. 3 [illegible]

P. 535, l. 1 [illegible]

P. 536, l. 4 [illegible]

P. 537, l. 1 [illegible]

P. 538, l. 1 [illegible]

P. 539, l. 2 [illegible]

P. 540, l. 5 [illegible]

P. 541, l. 1 [illegible] nimiter [illegible] 26. superbe [illegible]

P. 542, *l.* 1. eccl. quę 2. huiusscemodi 6. quę pęnam premia 9. presbitero 11. present. 12. precip. militię 16. cęlis 24. hęc 28. puplicae 33. depredate premissis 34. H prefatum

P. 543, *l.* 1. . . estat quę 4. sepe 11. prefatum 14. cęlo quęcumque cęlo 15. prestitit ęternum 18. ęccl. 19. ęcclesię cęlorum 22. preterea 25. . . diuvet cęteris 29. quę 30. apostolicę 33. present. Cremone 37. cęteris

P. 544, *l.* 1. ecclesiast. 2. ploret? 7. cedes 8. hec 11. quesita 17. canonicę scripturę 20. *ante* Illud *nulla distinctio* 22. ęccl. 23. sapientię Ideo *recte* 26. . . uid autem 29. prestat 30. estimet 32. quę 34. *supple* 8. *in marg., ubi altera manus scriptura paullo maiore incipit* malitię 35. prebeamus *post* 36 *linea vacua sequitur* 37. . . ur etiam

P. 545, *l.* 3. prestat 13. preteriit 14. iustitię preterire 22. quę quę 24. precipuum 25. unquam 31. nature 32. clamabit? 35. tue 36. damnis

P. 546, *l.* 1. equitatis 3. quę 5. Precedat 7. estimet 9. quę hęc preter 11. alienę 12. reus est *supersc.* 18. presumimus 22. preter 24. quę 25. quę preter 26. occidndi 27. personę 30. ecclesię quesierit 33. sevierunt 35. Henr 38. domine pecunię 40. eternae

P. 547, *l.* 1. pretereundum 3. . . ateantur 6. quę premisimus 7. quę quę 9. quę 11. *nulla distinctio post* potest 15. precipiente 16. quę 17. Osęę 23. XVIII 26. sancte ecclesie 28. ecclesie 31. *post* removit *nulla distinctio* 33. premissa emulorum 35. Romane secularib. 36. eclesiast. 37. preterea 38. *om.* in ecclesie 39. presumunt 40. principium 41. eclesia 42. preripere attrectare?

P. 548, *l.* 2. quę 3. presumis 5. Hec hec 8. Italię damnationes *corr. in* -nis H 9. prebente 19. cure pecunię 22. prefatus H 24. egregię prudencię sciencię 25. prerogat. precip. precelsum 28. condemnari 30. Eclesia quę 32. eclesia 33. asertionem 36. sepe 40. nostre

P. 549, *l.* 1. H 5. pugne 6. H 8. prelium 9. estus 11. pugnę 12. regressu *corr. in* -so Tuscie 14. dię 17. hec 20. precepit 21. H 24. prelium 25. iniurię 32. prefatum 39. quę 40. Hęc

P. 550, *l.* 3. quę prefatione 6. Prefacio 7. . . rimam 8. scripture 9. cure prefationę 10. quę 12. pretermissum inperitię neglegentię 13. querit 21. quę intellegit *corr. in* -ligit 32. Prefacio

P. 551, *l.* 19. . . . itula 27. quę 29. Romane 35. Romane 37. innumerę 38. cedes 39. Romane ecclesie 40. prelium *in marg. corr. in* prędium Romane 43. gratię peccunie 44. Florentinę

P. 552, *l.* 2. Romane ecclesie 6. Rome causę 7. subter (*non* supter) 11. papę 13. Romane ecclesie 21. previdеatur prebeatur 22. ecclesie 23. scripture 27. queritis 35. Quę

P. 553, *l.* 5. preterea quę 7. sed quod 8. predicto summe 9. Deinde si 11. clęri 12. filium eius preceptione preceperit 13. H prebente

P. 553, *l.* 18. presentes sequęnti 19. peccunię 29. damnaverit 31. apostolaca *corr. in* -lica

P. 554, *l.* 8. terrene militię 9. hęc 10. ecclesie 12. hęc 15. terrene militię 20. Romane ecclesie milicię 24. que 30. preliis terrene 32. ecclesie loricate 33. ecclesie

P. 555, *l.* 1. preliorum 6. defendi ecclesię terrene militie 7. quę 11. impulerit? preceperit 12. divinę scripturę 13. Quę 17. occultę 19. prestat 26. precepit 27. quę H 33. peccunię *corr. in* -iam ecclesie

P. 556, *l.* 3. ęcclesię 5. ecclesię 6. precepto 8. sed quod 10. Quę 17. H 21. precepit 24. hisraelite 30. eque 33. consuluistis invistis si hęc 36. sagitte lingue *corr. in* a 37. hęc que 39. presciret

P. 557, *l.* 7. persequęntibus 10. impię quę ignorabat 11. quęstus 14. quę fa *ante* firmastis *del.* 15. quęsitum 19. gla *ante* periurium *del.* 24. quę 33. ergastulis 34. precepit

P. 558, *l.* 13. hec 15. Donatiste ęcclesię 16. quę quę modo 17. ęcclesię 19. Donastistas *corr. in* -natistas 20. que 23. veneranda sint 26. lucerne lux cum 30. Quę

P. 559, *l.* 2. ęternum 3. nobis? 11. effectum 13. recipiendę 15. predicant 20. queris damnavit 21. damnavit 22. preponere 30. predicat 32. damnationis 33. presumptio 35. communeonę *corr. in* -ionę ecclesie 36. ęcclesie 42. terrę

P. 560, *l.* 2. que predicare 5. suę 6. H 10. discutientur *corr. in* -antur 12. H 17. quę quę 19. quędam 20. quęmquam prohibere hec 24. ęcclesię 26. presumat 27. quę quę 28. quę 29. quę H 33. quęndam 34. H

P. 561, *l.* 4. H 5. premissis 9. ęcclesię 10. ęcclesię 12. precepit 15. ęcclesię 17. premisit 21. disciplinę 24. ęcclesię 25. preposit. 28. ęcclesia 35. quę 38. quę 39. sotiam 41. Iezechieli 43. voluerint

P. 562, *l.* 3. Quoniam premissis 6. H 10. ęccles. 15. ęcclesię 16. quę 18. quę futurę ęcclesia 22. ęcclesię ęcclesie 23. prepositor. 24. ęccl. ęcclesiast. 26. presumptio 30. ęccl. 32. inquid 33. ęccl. 35. ęccl. 36. ęccl. 37. ęccl. 40. preceptis 42. compellamur

P. 563, *l.* 3. que 8 [illegible] 12 [illegible] [illegible] 29. catholice 31. [illegible]

P. 564, *l.* 9. Magno [illegible] 15. precipue Romane 17. [illegible] 18 que [illegible] 24. Que qui [illegible] 35. eccl. 36. predic 37. [illegible] 38 Quo [illegible]

P. 565, *l.* 3. eccl. 4 que [illegible] 15 christiane publice [illegible] Rome 30. Rome [illegible]

P. 566, *l.* 4. [illegible] 18 ecclesie 20 [illegible] 22 [illegible] 32. precepit 34 [illegible] 41 que

P. 567, *l.* 5. prehibuit 7. H[illegible]

P. 545. *l.* 7. *Cf. quae supra p.* 731. *ad* [illegible]

Bonizonis liber ad amicum.

P. 616, *l.* 21. *Hanc Gregorii praedictionem ad annum* 1080. *pertinere demonstravit O. Holder-Egger, 'Neues Archiv' XIX, p.* 680—682.

AD TOMUM II.

Altercatio inter Urbanum et Clementem.

P. 169. *Notitiam alterius carminis huius simillimi debemus Roberto Davidsohn, qui in libro suo 'Geschichte von Florenz' I, p.* 275. *primus de eo retulit. En verba Sigismundi Titii ipsius* († 1528) *in historiarum Senensium tomo I, p.* 511—512 (*cod. B. III.* 6. *bibliothecae civitatis Senensis*):

Anno interea centesimo tertio supra millesimum christianę salutis decimo octavo Cal. Septembris Iohannes episcopus Senensis, vir moribus atque sanctitate pollens, ex hac vita migravit, cui Gualphredus de gente Longobardorum, vir sane ea tempestate peritus ac vitę sanctimonia refulgens, in episcopatu suffectus est omnium consensu. Hic, cum prius scisma inter Guibertum, qui se Clementem tertium nuncupari faciebat (1080—1100), ac inter Odonem, qui dictus est Urbanus secundus (1088—1090), qui fuit monacus Cluniacensis, exortum fuisset et adhuc perduraret, Urbano ipsi, cui Henricus tertius imperator favebat, adhesit. Igitur Gualphredus libellum edidit de huiusmodi scismate, cuius titulus est: De utroque apostolico. Alternis tetrasticis leoninis illa ętate non ingratis utrumque pontificem litigantem inducit: tum ipse cum alio episcopo, qui adherebat Clementi, altercatus ad iudicium Florentini episcopi, iure canonico peritissimi, tum Constantini episcopi Aretini necnon Tudertini pręsulis iudicium, ut libellus adhuc legitur, sese referebat huiusmodi carmine et est in bibliotheca sacrarii aedis maioris adhuc. Qui vero Gualphredo adversabatur episcopus et cum Clemente illo sentiebat, Brunonis periti canonistę (hic Bruno ecclesiam beate Marię de Tulphis, cum in illis oris pęnitentiam fecisset, ędificari fecit, quę iam fuit monasterium monialium), qui magister Urbani fuerat et Chartusiensium prior monacorum primus, necnon magistri Ugonis Volaterrani, expetebat iudicium atque sententiam. Huic autem concertationi adesse quoque alios Gualphredus efflagitabat, inquit enim: Adsit Rogerius Senensis et alter Homerus. Petrum quoque canonistam cum pręsule Balneoregensi et cum Pepono claro Bononiensium lumine intervenire postulabat. Data vero loci disceptationis optione adversarius Romam urbem delegit, tum ascentionis (*lege* ascens.) Christi tempus; eam tamen causam ad laudem Cęsaris remictens (*leg.* remittens), quem fortassis, cum Urbano faveret, metuebat. Petrus autem a Gualphredo vocatus archipręsbiter:

Senensis erat. Rogerius autem subinde ex ordine Prędicatorum etiam fuit episcopus, quamquam alium fuisse Rogerium perhibent, quod verum est. Carmina pręterea in laudem Romanę urbis Gualphredus composuit, opusculum quoque De anulo et baculo carmine heroico, exiguum pręterea opusculum De sacramento corporis et sanguinis Christi, libellum insuper De christiana militia, demum Rationale cum pontificali Petro, ecclesię Senensis archipręsbitero, vivificę hostię Christi ministro intentissimo, utilitati rerum divinarum et pauperum officio promptissimus negociosissimo in ecclesia sua tum argumento sibi per omnia verissimo opus dirigens. Plurima quoque hic Gualphredus composuit, ut carus omnibus atque plurimum acceptus haberetur.

Similia de Gualfredi (II, 1085—1127*) operibus Ferd. Ughelli a.* 1647. *memoriae tradit, Italia sacra III, col.* 626: Gualfredus . . . vir sane doctus et eloquens, sive luderet carmine sive soluta oratione gravis incederet. Sacram Gothifredi Bulionis in Orientem expeditionem heroico carmine complexus est. Quod opus in summae aedis sacrario adhuc asservatur. Scripsit insuper librum, cui titulum fecit: 'De utroque apostolico', ubi Urbanum secundum Gilbertumque antipapam introduxit subiecitque quod scripserat censurae episcopi Florentini, viri in iure doctissimi, Constantini episcopi Aretini ac praesulis Tridentini. Altero item libro Romanae urbis laudes est prosecutus; item alterum opusculum de annulo et baculo, deque sacramento corporis Christi, libellum item de christiana militia, tum et Rationale.

Fort. Donati, v. cl. bibliothecarius urbis Senensis, cui Titii locum debeo, litteris comiter me docuit iamdiu Gualfredi opera deperiisse neque aliam eorum memoriam extare, quam in Titii chronica Senensi, id quod admodum dolendum est. Certe iam a. 1748. *Pecci, 'Storia del vescovado di Siena' p.* 141. *ea 'nella sagrestia del duomo' haud amplius inveniri testatus est.*

Liber de ecclesiae unitate conservanda.

P. 178. *Mirbt, 'Publizistik' p.* 55. *Walramum auctorem libri nostri fuisse denuo argumentatus id mihi non persuasit.*

P. 185—186, *c.* 2. *Gundlach, 'Heldenlieder der Deutschen Kaiserzeit' II, p.* 172, *librum de unitate cum Vita Lulli c.* 5, *p.* 312. *ed. Holder-Egger hic illic verbotenus congruere recte observavit, sed hanc illo posteriorem esse falso contendit.*

Walrami et Herrandi epistolae.

P. 285. *Utramque epistolam commemorant annalium S. Disibodi inscii, Holder-Eggero me docente, et Nicolaus de Siegen, Chronic. ecclesiast. ed. Wegele p.* 284, *et Trithemius, De SS. ecclesiast., Opp. p.* 270. *hoc titulo* Defensorium pape, *cuius initium secundum Trithemium fuit:* Sicut bonus homo de bono.

P. 286, *l.* 36. *corr.* subdi non oportet.

P. 287, *l.* 4. *l.* ex adverso sunt; *cf. Tit.* 2, 8: is qui ex adverso est.

Ibid. l. 5. 6 (*cf. l.* 10) usurario *in* usuario *corrigendum est.*

P. 288, *l.* 4. quam ad te *corruptum est, desideratur aliquid.*

Ibid. l. 17. *interpungas ita:* potestatem, alioquin: Numquid.

P. 289, *l.* 11. *Cf. Hor. Sat. I,* 4, 36: omnes Gestiet a furno redeuntes scire.

P. 290, *l.* 26. Nam hoc intellexisse *emendes.*

Ibid. l. 31. *nihil deest, dele notam* d.

P. 291, *l.* 38. *supple post* occupas *signum interrogandi.*

Has emendationes Holder-Eggero socio debeo.

Benonis aliorumque cardinalium scripta.

P. 371. *Cf. quae supra p.* 733. *ad Bonizonem de anno praedicti Gregoriani adnotavi.*

Rangerii episcopi [illegible] liber.

P. 498. *Quae Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' III, p. 889* [illegible] *quasi mandati* [illegible]

P. 510, *v.* 45. *adde in marg.* [illegible] 1, 27. [illegible]

P. 511, *v.* 126. [illegible] Atque hic dicendi non habet [illegible]

P. 530, *v.* 1036—1040. [illegible] *über die Fortschritte der Roman. Philol.' III, p. 17, n. 213 ita:* iram | . . . iudicio [illegible] ream | Qui poenae [illegible] est homicidi, iamque [illegible] ultro [illegible] additur, ad gravius | Dampnat supplicium, quod signat de gravitate | Concilii; [illegible] quod mage crimen habet. [illegible] *Matth. 5, 22).*

P. 531, *v.* 1060. [illegible] *ita* Cui constat [illegible]

Brunonis episcopi Signini libellus.

P. 546. [illegible] *nr.* 1242, *saec. XII, fol.* 127'—132', *sine vita Leonis et usque in caput* 12. *pertingentem, ita ut* [illegible] bis denuo consecretur (*p.* 557, *l.* 18) [illegible] 149.

Placidi Nonantuli liber.

P. 628, *v.* 129. [illegible] *p.* 731. [illegible]

AD TOMUM III.

Hessonis relatio de concilio Remensi.

P. 27, *l.* 7—31. *In codice Leydensi Batav. lat.* 71, *saec. XI,* [illegible] *Rieu b. m. contulit, extant separata decreta synodalia Remensia hoc titulo:*

Capitula [illegible] Remensi concilio [illegible] quamlibet 11. archidiac. presbiter. 12. promotiones beneficia ecclesiasticas 13. ecclesiarum 14. officia [illegible] 16 [illegible] 23. Quod [illegible] 24. [illegible] 27. [illegible] 30. [illegible]

P. 21—28. *Cum narratione Hessonis scholastici de concilio Remensi conferatur relatio prolixa Orderici Vitalis, historia ecclesiastica l. XII, cap.* 21, *SS. XX, p.* 70—74, *qui huic synodo interfuit. Canones concilii ex apographo Iacobi Sirmondi edidit Mansi,* [illegible] *XXI, col.* 233 *sqq.*

Libelli Honorii presbyteri.

P. 38—57. *De simoniacis et Iezitis Honorius paucis egit etiam in libro de* [illegible] *ed. Migne, Patr. lat.* 172, *col.* 236.

Malorum sacerdotum sacramenta rata esse, cum non tam ipsi consecrent, quam Christus, idem fusius ostendit in libro cui inscripsit Eucharistion *cap.* 7. 8, *ed.* [illegible] *l. l. col.* 1253 *sqq.*

De omnibus quaestionibus, quas in Offendiculo tractavit, H[illegible] *disseruit in Elucidario ab A. Giles in operibus Lanfranci II, p.* 200—298 [illegible] *corporis Christi participes fierent, summatim egit; cf. capitula* 29: De digne aut indigne communicantibus aut sacrificantibus; 30: Malos sacerdotes vere Christi corpus [illegible]

quamvis eorum oratio et benedictio fiat in peccatum; 31: Quomodo malis sacerdotibus parendum; an solvere queant et an vitandi; 32: De culpa praelatorum conniventium; deque non ordinandis sacerdotum filiis; 33: Exitus vitae malorum sacerdotum, et an monendi ac tolerandi; *cf. Giles l. l. p.* 230—236. *Accedit ex libro secundo cap.* 7 *(ibid. p.* 243 *sq.):* Unde dignitates; et quod eas vendere vel emere nefas est; et quale debeat esse praelatorum regimen. *De simoniacis in l. II, cap.* 7. *idem censet quod in Offendiculo cap.* 44, *supra p.* 53. *Sacerdotum filios I, cap.* 32. *eisdem fere verbis atque in Offendiculo cap.* 34, *supra p.* 49. ad sacros ordines accedere *vetat, omissa exceptione Pictavis a.* 1078. *Iun.* 15 *(c.* 9, *Mansi XX, col.* 499*) et Claromonte a.* 1095. *Nov.* 18. *(c.* 11. 17, *ib. col.* 817 *sq.) sancita, qua* ad religiosam vitam conversi *(supra p.* 49*) ad ordines admitterentur. Sacerdotum coniugia eisdem rationibus damnat atque supra, neque de sacramentis eorum planius et certius iudicat quam in Offendiculo. Hic enim ut Petrus Damiani (Lib. gratiss. c.* 2. 4. 13, *Lib. de lite I, p.* 20. 21. 34 *sq.) illa rata, illic ut Humbertus cardinalis (Adv. simoniac. l. II, c.* 28. 40. 32, *ibid. p.* 175. 189. 180*) irrita esse censet. Tandem quaestionem perdifficilem ita resolvit, ut nonnisi a publice damnatis sacramenta rata confici posse contendat. Iudicio ergo ecclesiae, cuius semper extitit religiosus assecla, rem reservat, scrupulis ubique de hac quaestione motis non tam sedatis quam oppressis. Cf. de quaestionibus inde exortis Mirbt, 'Publizistik' p.* 372—462.

P. 67—70. *In hac disquisitione Honorius quidquid Augustinus in libro de civitate Dei XV, cap.* 1—27 *(Opp. VII, col.* 289—314*) et XVI, cap.* 2—4. 10—42 *(ibid. col.* 314. 318. 321—343*) de civitate divina et terrena fuse disseruit, summatim repetens ad sacerdotium et regnum trahit sicque hoc illi subesse ostendit.*

Gerhohi Reichersbergensis libelli.

P. 158, *c.* 33. *Cf. Possidii Vitam Augustini c.* 22, *Opp. X, app. col.* 272; *Riese, Anthol. lat. nr.* 769.

P. 176, *l.* 42 — *p.* 177. *Cf. Vitam Augustini l. l. c.* 22: Mensa usus est frugali et parca, quae quidem inter olera et legumina etiam carnes aliquando propter hospites vel quosque infirmiores, semper autem vinum habebat.

P. 255, *l.* 12. *Cf. Augustini expos. in Iohann. evangel. c.* 15, *tract.* 80, § 3, *Opp. III,* 2, *col.* 703.

P. 284. *Epistola Hugonis Ambianensis, qui a.* 1123. *Apr.* 17. *abbatiam Radingensem, a.* 1128. *infulas Rotomagenses accepisse fertur (cf. de vita et scriptis eius 'Nouvelle biographie générale' XXV, p.* 339—342. *et 'Dictionnary of National Biography' XXVIII, p.* 163 *sq. ubi quidquid de eo scriptum habemus, adnotatum est) tradita est in codice Parisino* 1787 *A, olim Colbertino* 122, *fol.* 164, *saec. XIII. in., ubi sextum librum prioris recensionis Dialogorum* de summo bono *subsequitur (cf. 'Catalogue de la bibliothèque du Roy' III, p.* 193*). Unde a Martenio et Durando in Thesauro anecdot. (a.* 1717, *t. V, col.* 981—983*) edita est, quam editionem iterandam curavit Migne in Patrol. lat. t.* 192, *col.* 1227—1230. *Codicem contulit Car. Hampe socius noster. Consummata autem est prior haec Dialogorum recensio a. fere* 1126, *eodem scilicet anno, quo Matthaeus prior monasterii S. Martini de Campis (cf. de eo Gallia christ. VII, col.* 520*) cui Hugo hunc librum dedicavit, episcopus cardinalis Albanensis factus est (cf. Jaffé, Reg. pont. I, p.* 823*). Matthaeus ille, quidquid Hugo de sacramentis sacerdotum depositorum et excommunicatorum docuerat, ab eis, quibus Dialogos exponendos dederit, impugnari rescripsit. Quos ut refelleret, Hugo hanc epistolam ad eum dedit. Matthaeum in salutatione iam non fratrem, sed dominum appellat. Unde eum, postquam ille sedem Albanensem, sed antequam ipse sedem Rotomagensem obtinuit (a.* 1128*), scripsisse colligo.*

Hanc ipsam epistolam Gerhohus e scriniis curiae Romanae accepisse, sed non integram, neque satis accurate transscripsisse videtur. Neque enim aliam [illegible] *sionem in scriniis curiae cui Matthaeus ascriptus erat, asservatam fuisse puto. Varietatem lectionis codicis Parisini adnotavi. Plerumque cum hoc congruit, Arnoldo monente, cod. Vatic. Christinae reg.* 288 *(quond.* 1547*)* [illegible] *XII.* [illegible] *Hugonis epistola fol.* 52 — 53'. *libros VI. sequitur.*

H. BOEHMER.

P. 285, *l.* 6. Epistola Hugonis Rothomagensis [illegible] abbas Radingensis monasterii [illegible] *l.* 10 [illegible] *ed. Martene* [illegible] *l.* 11 [illegible] presumit [illegible] *l.* 12 [illegible] *l.* 13 [illegible] ministeri[illegible] est in sacerdotes [illegible] *l.* 14 qui *pro* quos [illegible] *l.* 15 [illegible] *l.* 17 [illegible] *l.* 18 [illegible] *pro* Quare quis [illegible] *l.* 19 ecclesia [illegible] constat [illegible] *l.* 21 [illegible] *l.* 22 [illegible] Ad [illegible] *l.* 23 ecclesiae [illegible] dixit [illegible] *l.* 24 [illegible] *l.* 25 [illegible] *l.* 27 [illegible] *l.* 28 [illegible] in [illegible] sacramentorum [illegible] *l.* 35 [illegible] *l.* 36. ecclesia [illegible] *l.* 38 [illegible] *l.* 41 [illegible] *l.* 42 baptizati *pro* baptismati [illegible] *l.* 43 [illegible] *l.* 44 [illegible] *l.* 45 ecclesia iubente *l.* 46 ecclesia [illegible] *l.* 47. [illegible] ecclesiam [illegible] *l.* 48 [illegible] sed *pro* [illegible]

P. 286, *l.* 2. condempnationem *pro* dampnationem. 'Manet' ideo dicimus *om.* dominus [illegible] neque [illegible] ministris [illegible] *l.* 8 illud enim assidue *l.* 9 Magistro si [illegible] *l.* 14 [illegible] non est ex fide *l.* 15 [illegible] *l.* 18 et dum [illegible] *l.* 21 [illegible] *l.* 22. ecclesie potestas [illegible] *l.* 23 ecclesie catholice *l.* 25 [illegible] *l.* 26 [illegible] *l.* 28. alienigenae *l.* 29. [illegible] ecclesie [illegible] *l.* 31. [illegible] solvit et ligat, efficatiam in sacramentis [illegible] *l.* 32. [illegible] Non erit [illegible] *l.* 33 [illegible] prudentia vel potentia *pro* tua prudentia [illegible] *l.* 35 summos pontifices *l.* 36 preferentem *l.* 37. verum tamen [illegible] *l.* 38. [illegible] *l.* 40 [illegible] qui vos in Christo diligimus et a vobis amari volumus. Unde et scripta vestra [illegible] suscepimus et vobis nostra dirigimus et [illegible] committimus. Amen.

Gerhohi epistola ad Godefridum abbatem Admontensem data ac liber contra duas haereses extant etiam in codice Musei Britannici Londoniensi Addit. Manuscr. 22634, *saec. XII. fol.* 4 — 12; *cf. 'Catalogue of additions' a.* 1854 — 1860, *'Neues Archiv' IV, p.* 366, *'Histor. Jahrb. der Görresgesellsch.' VI, p.* 256 — 257. *Hugonis litterae leguntur ibidem, Thompsonio teste, fol.* 8'. *eisdem fere verbis ut apud Pezium.*

P. 285, *l.* 29. *Immo Urbanus II. in epistola ad Petrum Pistoriensem episcopum et Rusticum abbatem Vallis umbrosae anno c.* 1088. *data, in qua Innocentius papa laudatur: cf. Ivo, Panorm. III,* 81: *Jaffé, Bibl. rer. Germ. III, p.* 373, *Reg. pont. nr.* 5383. *Nezelon est Wezilo Moguntinus archiepiscopus, qui Daibertum diaconum consecraverat.*

P. 322, *l.* 24. *Cf. Leonis I. epist.* 10, *c.* 4. *Opp. edd. Ballerini I, col.* 637, *Gratiani decret. dist.* 63, *c.* 27.

P. 362, *l.* 12. *Cf. Encyclic. concilii Papiens. ap. Rahewin. Gesta Friderici l. IV, c.* 80, *ed. Waitz p.* 266; *Constit. imp. I, p.* 268, *c.* 7.

P. 389, *l.* 10. 28. *Cf. Gratiani decret. dist.* 63, *c.* 22. 23. *Quae sequuntur a linea* 28. *inde usque ad lin.* 38. *Gerhohus paucis mutatis exscripsit ex Gratiano eiusd. distinct. part. IV (ed. Friedberg I, col.* 244*).*

P. 389, *l.* 40 — 390, *l.* 4. *sumpsit Gerhohus indidem c.* 34.

P. 390, *l.* 5 — 22. *Indidem dist.* 63, *c.* 30.

Ibid. l. 22 — 26. *Cf. dictum Gratiani ibid. post c.* 34.

P. 439, *l.* 36. *Has causas tradit separatim codex Claustroneoburgensis* 402. [illegible] *saec. XII. fol.* 160'. *cum titulo* De curia: *cf. 'Neues Archiv' XXII, p.* 675.

P. 451, *l.* 7. *Cf. quae supra ad pag.* 322. *adnotavimus.*

Appendix ad Bernaldi libellum.

P. 601. *Sdralek, 'Streitschriften Altmanns' p.* 173—175. *dedit ex codice Gotwicensi* 56, *saec. XII. exempla horum simillima:* Anno dominicae incarnationis DXIIII. Haribertus a sancto Germano Parisiorum episcopo pro libidine sua excommunicatus est et ita excommunicatus ad infernum, heu miser! descendit, ut in veratioribus cronicis reperitur. Paulus patriarcha Constantinopolitanus heresi suae Constantio augusto favere persuasit. Unde sanctus Martinus papa in ordine LXXXVI (*corr.* LXXVI) anno dominicae incarnationis DCL. predictum imperatorem, immo omnes prefati heretici sectatores, in Romana sinodo excommunicavit, ut in Gestis pontificalibus *(ed. Duchesne I, p.* 336*)* et in hystoria Romanorum reperitur. Auctoritate Stephani papae deposito ac detonso Hilderico rege, immo in monasterium misso, electus est Pipinus rex Francorum et a sancto Bonifacio Mogontino archiepiscopo Suessionis ad regem consecratur, ut diversi hystorici testantur. Anno dominicae incarnationis DCCCLVII (*corr.* LXVII) Nykolaus papa excommunicavit Lotharium regem Francorum, eo quod repudiata legitima uxore sua Walderadam concubinam habere presumpserit; qui cum Rome de illatis se criminibus excusare vellet sibique hoc iudicium preponeretur, ut, si innocens esset, fiducialiter ad communionem accederet, accessit temerarius et de manu apostolici iudicium sibi suisque complicibus sumpsit. Nam non multo post ipse suique fautores subita morte perierunt, tantaque clades hanc presumptionem divinitus subsecuta est, ut in eiusdem Lotharii regno tota virtus ac nobilitas non peste, sed quasi hostili gladio simul deleta videretur, ut cronica Reginonis abbatis testantur *(cf. Bernoldi chron. a.* 867, *SS. V, p.* 420*)*. Sanctus Felix papa in ordinatione XXXVIII. Constantium imperatorem inter hereticos reputandum esse declaravit *(Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 211*)*. Anno dominicae incarnationis DCCCXXXIIII. Ludwicus imperator armis depositis ad agendam penitentiam iudicio episcoporum includitur. Sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus apud Mediolanum Theodosium imperatorem et augustum ab ecclesiastica communione separavit, eo quod illic militibus suis temeritatem Thesalonicensium ultra modum ulcisci permiserit, qui tamen postea transactis VIII mensibus absque communione cum districtissima penitentia a predicto antistite reconciliationem vix emendavit, ut Eusebius et Cassiodorus in historiis suis testantur *(Rufin. l. II, c.* 18. *ed. Vallarsius col.* 288; *Cassiod. ed. Garetius p.* 343*)*.

Theobaldi Stampensis epistola.

P. 603. *Epistola ad episcopum Lincolniensem, quam Dachery l. l. III, p.* 132. *edidit, extat in codice Parisino* 17400, *saec. XII, fol.* 124. *hoc titulo:* Epistola Theobaldi Stampensis ad abbatem Saloberiensem, qui asserebat aliquem non posse salvari nisi possit ore confiteri; *cf. Hauréau, 'Notices et extr.' V, p.* 262.

Gualteri ab Insulis carmina.

P. 556—558. *Hoc carmen edidit post Mueldenerum iam a.* 1886. *B. Hauréau, 'Not. et extr.' XXXII,* 1, *p.* 25—28. *atque iterum a.* 1893. *in 'Notices et extraits de quelques manuscrits latins' VI, p.* 293—295. *ex codicibus Parisinis* 11412, *s. XIII, f.* 21′—22, 11867, *s. XIII. ex., f.* 101—101′, *Harleiano simili, et Nouv. Acquis.* 1544, *s. XV, lectionis varietate non indicata, ex quibus H. Lebègue mihi contulit duos priores, alterum etiam C. Hampe, P* 1 *et P* 2 *a me vocatos:*

1, 1. ..liconis *P* 1; Elyconis *P* 2 modicę *P* 2 depressus *P* 1. 3. quia iam labitur *P* 1; Set quoniam scriptitat *P* 2. 4. tybia *P* 1. 2.

2. *om. P* 2. 2, 1. Rimus dum lascinio *P* 1. 3. non *P* 1. 4. Nec fonte labra prolui *P* 1.

3, 1. Accusator P 2. 2. video P 2 [illegible] P 1. 3. [illegible] P 2. 4. et *om.* P 1 [illegible] P 1.

4, 1. Vita fuit P 2, sicut *pro* fuit P 1 [illegible] P 1. 2. 2. [illegible] P 1 [illegible] P 2 [illegible]tabat P 2. 4. Extenduntur opus P 2.

5, 1. papa P 1 [illegible] P 1, elegere P 2. 4 [illegible] P 1 [illegible] P 2.

In P 2 sequuntur [illegible]

Fortassis ecclesia non [illegible] repudit
Non hunc cathedra [illegible] dignitates extulit
Nam sepe cum [illegible] consulit
Pro vicio virtus [illegible] sepe [illegible]

6, 1. A Christo neuter est forsitan P 1, Adeo est neuter forsitan P 2. 2 [illegible] P 2. 3 [illegible]quus P 1. 2.

7, 1. Christus [illegible] P 1. 2. 2. notat P 1. 4. [illegible] P 1. 2.

8, 2. rapit scismatis impetus P 2; recipit imp. scism. P 1. 3. reveletur P 1; lenietur P 2.

In P 2 sequuntur post 8. strophae haec

Hinc me Rhenus [illegible] opprimit, hinc Francorum [illegible]
Dubito cui debeam cedere favori.
Veniat veniam [illegible] mors, veniat terminus [illegible]
Impia, quid dubitas, Deianira, mori? (*Ov. Her.* IX, 146. 152. 158. 164).

9, 1. Si unum P 1 liber P 1. 2. 2. Dignitas iam deficit P 1, [illegible] deficit [illegible] P 2. 4 Que si P 2 cedisse P 2.

10, 3. Quare qui sic papa sic hic P 2.

11, 1. et cismata P 2. 3. Stabilis qui cecidi P 2; qui occidit *corr.* cecidi P 1. 4. iactatis P 1.

12. *om.* P 2. 12, 1. nemo pie P 1. 3. Et iam P 1. 4. [illegible] P 1 [illegible] P 1.

13, 2. set non pharisea P 1. 3. In duas me P 1; [illegible] duas [illegible] P 2. 4. Prelati P 2.

14, 1. cum tot annis nuto P 2. 2. galeis et scuto P 1; Mei propugnacula muri careat scuto P 2. 4. Et *om.* P 1 provinciarum factus P 2.

15. *sequitur in* P 2 *post* 16. 15, 1. Set no nos P 2. 2. Capud P 2 perdidit P 1 habens P 2 regem et patronum *pro* non [illegible] patr. P 1. 3. vita P 1; ubinam est hodie virtus Sampsonum P 2. 4. vanâ P 2 Catonum *om.* P 2.

16, 1. hic P 1; aptime iam hinc P 2. 2. illic meecum P 1 me consanerant [illegible] P 2, laceros [illegible] P 1. 3. ad iudicium *pro* ne tardemus P 2; ne tardaveris P 1 et lugentes [illegible] P 1. 2. 4. michi P 2.

17, 1. desertum P 1 crepitis P 2. 2. nupcias P 2 [illegible] P 2. 4. Hec P 2 consumsit P 1, consumit voto (gaudia *om.*) P 2.

Sequitur in P 2 sine distinctione aliud carmen de avaritia.

Stulti cum prudentibus currunt ad coronam.

P. 615, l. 12. Hoc carmen traditur etiam litteris hic illic evanidis ac manu posteriore superscriptis in codice Vindobonensi 806 (*Theol.* 434), *saec. XII, fol.* 56', *quem accurate descripserunt Mich. Denis, 'Codd. manuscr. theol. bibl. Palat.' I, col.* 990. *et Ioh. Huemer, 'Wiener Studien' VI, p.* 325.

Ibid. l. 13. *post* Anglus *suppl.* vel Normannus.

P. 616, *l.* 5. *In cod. Vindob., quem benigno animo contulit E. Mühlbacher, inscribitur carmini* [illegible] De symonia. *l.* 6. ecclesia monitore iosinga *l.* 7. virt. res. *suppl. man.* [illegible] *l.* 8. [illegible] *man. post.* *l.* 10. volatile stat *man. post. corr. in* curat. *l.* 11. tibi vendita [illegible] *man. post.* *l.* 13 [illegible] ere *l.* 14. clauu *corr. man. post.* clave sacra *pro* sancta *l.* 18. cessas *pro* cessat *l.* 19 *v.* 14 22. [illegible] *l.* 29. Hic tremit ille obstat opiliorum *pro* abstat op. dormit *l.* 30. *v.* 25 27. [illegible] *l.* 34. [illegible] monstrum ponant *l.* 36. leeni *pro* leena *l.* 37. [illegible] ursa *l.* 38. *v.* 33. 34. [illegible]

P. 617, *l.* 4. *v.* 37. *deest* *l.* 5. aufert *l.* 7. speremus *l.* 11. [illegible] *pro* citius [illegible] *l.* 12 [illegible] *l.* 13. *v.* 46—50. *desunt*

Satira in Mettenses.

P. 616, *l.* 8. *lege* fol. 227'. *pro* 138. *Codice a Carolo Hampe iterum collato nonnulla emendanda sunt.*

P. 619. *v.* 6. *lege* presule *pro* praesule *v.* 7. [illegible] *post* pontifice *v.* 10 [illegible] *v.* 18. scissum *retinendum videtur* *v.* 31. *lege* difert *pro* differt *v.* 34 *lege* Sed *pro* Et *v.* 43 44 [illegible] *tollenda est.*

P. 620. *v.* 36. probitatem *ead. manu corr. e* bonitatem *v.* 44. *ante* latronibus na *erasum est* *v.* 50. *dele* marinos *et* [a] *post* et *v.* 57. *lege* istos *pro* illos *l.* 49. *tolle notam* a)

P. 621. *Versus* 97. *deest totus, alia manus addidit in fine eius* quam suscipietis.

Tractatus Eboracenses.

P. 647, *l.* 15. *lege* conantur *pro* conarentur, *quod in codice traditur.*

P. 648, *l.* 22. *supple* in *ante* continentia.

P. 681, *l.* 11. *corrige* flagitia et *pro* et flagitia *quod codex exhibet.*

Carmina in simoniam.

P. 703, *l.* 28, *v.* 10. 11. *extant etiam in codice civitatis Remensis, de quo Wattenbach exposuit; cf. 'Neues Archiv' XVIII, p.* 517.

Ibid. l. 37. *Carmen Wilhelmi ex Usserii Epistolarum sylloge, cuius editio princeps nobis non praesto erat, repetivit L. Weiland in 'Romanische Forschungen' I, p.* 418.

P. 708, *l.* 18. *Extant alii duo codices, uterque Claraevallensis, carminis Petri Pictoris de simonia in bibliotheca Trecensi nr.* 215, *f.* 79, *s. XII—XIII. et* 887, *f.* 27, *s. XII (cf. 'Catalogue des départem.' II, p.* 108. 367*) cum E convenientes.* 15 *versus tantum exhibent, quorum primus est:* Iam totam Romam sibi vendicat ambitus aeris. *Eosdem versus habet codex Vatic. Christ. regin.* 1707, *saec. XIV; cf. 'Archiv' XII, p.* 324. *De codice huius carminis Remensis civitatis* 1043. 743, *saec. XIII. ex., fol.* 188. *agit W. Wattenbach, 'Neues Archiv' XVIII, p.* 512. *Post primum versum:* Scribo stilo tali de crimine symoniali *sequuntur v.* 3—12. 13—70, *versibus* 33—59. *omissis, sed postea separatim additis; versus* 15. *legitur sic:* Hic pro denario fit virtus quisque reatus, *v.* 54. non operatur, *v.* 55. *verbis* Idola nam tria *superscriptum est* figura themesis. *In fine post* sanctificata *additur:* bis repetitur versus iste, *cum revera ante v.* 60. *semel iam scriptus sit. De codice Genuensi refert Oderico, 'Sopra alcuni codici della libreria di Durazzo' (Genova* 1881*) p.* 93.

Hunaldi carmen de anulo et baculo.

P. 720. *Codice* 10672. *iterum a Carolo Hampe collato nonnulla emendanda sunt.*

P. 721. *v.* 5. *lege* fędus *pro* foedus *pro* ius *habet cod.* uus *v.* 23. *lege* quando *pro* quum (qui *c.*) *v.* 31. *dele notam post* Acceditque *v.* 36. Sed *pro* Set *passim* *v.* 46. Nil (Nichil chi *del. c.*) *l.* 47. *dele notas b et c.*

P. 722. *v.* 47. laici *ex* laica *corr.* *v.* 59. repetenda *ex* reputenda *alia man. coaeva corr.* *v.* 62. Presul . . presulibus *v.* 69. 73. videtur *corr. ex* videntur *v.* 78. preficiendo *corr. ex* profic. *v.* 79. cedo *corr. ex* tedo *v.* 82. ni *corr. ex* nil *l.* 41. *non eadem, sed alia manu coaeva scripta sunt* *l.* 42. *lege* Cumque *pro* Cumqui *et dele notam b.*

TYPOGRAPHI ERRATA ATQUE OMISSA.

P. 18. *l.* 22. *corrige* ecclesia *pro* ecclesiam.
P. 57. *l.* 8. *corrige* [illegible] *pro* [illegible].
P. 82. *l.* 36. *corrige* 1130 *pro* 1030.
Ibid. *l.* 38. *lege* 11 [illegible] Rediit in monasterium [illegible].
Ibid. *l.* 45. *corrige* 1126 *pro* 1026.
P. 102. *l.* 46. *corrige* Heinricum I. *pro* Heinricum II.
P. 103. *l.* 44. *corrige* Heinricus I. *pro* Heinricus II.
P. 111. *l.* 14. *lege* palliatenus *pro* palliatenus.
P. 112. *l.* 46. *lege* Pascasii. *pro* Pascasio.
P. 113. *l.* 11. *lege* affligit *pro* affligit.
Ibid. *l.* 38. *corrige* praeter *pro* propter.
Ibid. *l.* 46. *corrige* Eleutherii *pro* [illegible].
P. 114. *l.* 22. *in margine corrige* Tit. 3, 10. *pro* Tim. 3, 18.
P. 115. *l.* 8. *corrige* Salomon *pro* Salomone.
P. 116. *l.* 28. *lege* [illegible] *pro* [illegible].
P. 117. *l.* 49. *lege* I, col. 561. *pro* II, col. 561.
P. 118. *l.* 3. *lege* cultu *pro* culto.
Ibid. *l.* 35. *corrige* nos *pro* non.
P. 124. *l.* 24. *corrige* hoc *pro* hoc.
P. 126. *l.* 27. *corrige* psalmo[1] *pro* psalmo[2].
P. 130. *l.* 1. *corrige* aggravavit *pro* aggravavit.
P. 131. *l.* 6. *corrige* 1093. 1094. *pro* 1193. 1194.
P. 133. *l.* 38. *lege* in ps. 63 *pro* 64.
P. 151. *l.* 40. *corrige* 4 *et* *l.* 42. 5 *pro* 5 *et* 6 *in numeris adnotationum.*
P. 171. *l.* 35. *corrige* sic agat *pro* si agat.
P. 190. *l.* 18. *supple in marg.* 1. Cor. 15, 8. 9.
P. 199. *l.* 47—48. *not.* 3. *lege* Epist. XIII 29. EE. II p. 393—394. Jaffé nr. 1894.
P. 210. *l.* 17. *[illegible]* Matth. 7, 26. *in margine* *l.* 23. *[illegible] ad [illegible] et [illegible] ad l.* 23. Ioh. 12, 26.
P. 221. *l.* 23. *corrige* [illegible] *pro* [illegible].
P. 223. *l.* 28. *corrige* alieno *pro* alienus.
P. 226. *l.* 32. *corrige* quaerat *pro* quaerat.
P. 229. *l.* 12. *supple in marg.* cf. Deuter. 18, 1. 2.
Ibid. *l.* 30. *corrige* licet *pro* licet.
P. 238, *l.* 31. *corrige in marg.* 1. Reg. 2, 18. 19.
P. 239. *l.* 4. *supple in marg.* Ioh. 15, 1 seqq.
P. 241. *l.* 33. *supple in marg.* Ioh. 16, 8—10.
P. 245. *l.* 28. *corrige* vocas *pro* vacat.
P. 255. *l.* 10. *adde in marg.* Matth. 28, 19.
P. 259. *l.* 20. *lege* in infirmitate *pro* in firmitate.
Ibid. *corrige* morti *pro* morte.
P. 262. *l.* 37. *adde in marg.* cf. Ioh. 15, 1.
P. 266. *l.* 48. *corrige* [illegible] *pro* [illegible].
P. 269. *l.* 23. *supple in marg.* 2. Cor. 11, 14. 1. 25. 2. Cor. 12, 11.
P. 274, *l.* 5. *supple in marg.* Gal. 2, 2. 9.

P. 278, *l.* 36. *suppl. in marg.* Matth. 17, 24. 25.

Ibid. l. 49. *lege* Bernaldi *pro* Bernardi.

P. 280, *l.* 9. *corrige* timore *pro* timorem.

Ibid. l. 10. *corrige* obtinendam *pro* obtinenda.

P. 281, *l.* 5. *suppl. in marg.* Rom. 1, 18.

P. 286, *l.* 36. *corrige* preferrentur *pro* preferentur.

P. 291, *l.* 2. *suppl. in marg.* Matth. 21, 41.

Ibid. l. 5. *corrige* isti *pro* iste.

Ibid. l. 42. *in marg.* Matth. 17, 24. 25.

P. 296, *l.* 15. *corrige* tuos *pro* suos.

Ibid. l. 33. *in marg.* Phil. 3, 1.

P. 297, *l.* 29. *corrige* potuerint *pro* potuerunt.

P. 298, *l.* 32. *corrige* possint *pro* possunt.

P. 303, *l.* 20. *in marg.* Ioh. 21, 18.

P. 307, *l.* 30. *in marg.* Ps. 72, 28.

P. 309, *l.* 2. *post* audiendus est *pone* , .

P. 311, *l.* 43. *in marg.* 2. Cor. 11, 13—15.

P. 334, *l.* 11. *in marg.* cf. Ioh. 21, 18.

P. 371, *l.* 18. *in marg.* cf. Matth. 18, 7.

P. 379, *l.* 5. *corrige* isti *pro* iste.

Ibid. l. 25. *corrige* coniungat *pro* coniugat.

Ibid. l. 42. *adde in marg.* Isai. 5, 8.

P. 397, *l.* 22. *in marg.* cf. Luc. 16, 26.

P. 408, *l.* 13. *in marg.* 1. Petr. 2, 14.

P. 413, *l.* 29. *emendes* simoniacorum *pro* simoniace.

P. 416. *supra in margine corrige* 416 *pro* 316.

P. 426, *l.* 1. *corrige* altissimi *pro* altissim.

P. 433, *l.* 18. *in marg.* cf. Num. 22, 28.

Ibid. l. 20. *corrige* esse *pro* essse.

P. 436, *l.* 2. *corrige* Eugenio III. *pro* II.

P. 451, *l.* 14. *corrige* 1 *pro* 2 *in numeris adnotationum.*

P. 453, *l.* 13. *in marg.* Luc. 6, 17.

P. 463, *l.* 39. *corrige* intendebat *pro* intendebant.

P. 474, *l.* 42. *in marg.* 1. Cor. 10, 4.

P. 483, *l.* 39. *in marg.* Matth. 24, 48; 1. Thess. 5, 2.

P. 484, *l.* 16. *in marg.* Matth. 25, 31.

P. 498, *l.* 14. *corrige* principum *pro* prineipum.

P. 508, *l.* 19. *adde in marg.* Phil. 3, 1.

P. 529, *l.* 22. *corrige* Quisque *pro* Quisquis.

P. 534, *l.* 19. *corrige* adhibendos, parum *pro* adhibendos; parum.

P. 544, *l.* 42. *corrige* duce *pro* duces.

P. 545, *l.* 41. *corrige* probari *pro* probare.

P. 552, *l.* 31. *corrige* tibi dolus *pro* tibi. Dolus.

P. 559, *l.* 21. *lege* causa: in *pro* causa in *et dele signum interpunctionis post* lectione.

P. 561, *l.* 22. *dele* sunt *post* extant.

P. 580, *l.* 13. *corrige* 594 *pro* 694.

P. 581, *v.* 45. *adde ad vocem* attendere *lectionem* ascendere C.

P. 590, *l.* 15. *emendes* exponitur *pro* inponitur.

P. 591, *l.* 15. *emendes* horum *pro* locum.

Ibid. l. 21. *post* gehenne *supple* se.

P. 595, *l.* 31. *post* scribit *adde* [6].

P. 606, *l.* 34. *corrige* sq. *pro* sp.

P. 627, *l.* 28. *in margine corrige* Apoc. 12, 1—4 *pro* Apoc. 2, 1—4.

P. 672, *l.* 44. *corrige* illum, alium *pro* illum alium.

P. 704, *l.* 7. *corrige* statuant *pro* statuunt.

INDEX NOMINUM ET RERUM MEMORABILIUM.

SCRIPSIT HENRICUS BOEHMER.

[illegible]

B.

C.

F.

G.

Gerhardus, Gerardus, Girardus.

Godefridus, Gothifredus, Goffridus.

I.

M.

Q.

R.

S.

T.

W.

X.

Y.

Z.

INDEX AUCTORITATUM.

SCRIPSIT HENRICUS BOEHMER.

Lectorem praemonemus [illegible]

Scriptores ecclesiastici.

Origenes † 254
Ed. [illegible]

Cyprianus † 258.
Ed. Hartel (Vindobonae 1868 [illegible]).

Basilius † 379
Ed. Bened. 1722.

Iohannes Alexandrinus
(*an* Iohannes Chrysostomus?)

Gregorius [illegible]
[illegible]

Ambrosius Mediolanensis † 397
Ed. [illegible]

Fausti [illegible]

Pseudo-Gregorius.

Braulio episcopus Caesaraug. † 646.
(Isidori opp. ed. Arevalus t. VI).

Isidorus Hispalensis episcopus † 636.
(Ed. Arevalus Romae 1797).

Coelestinus II (1143—1144)

Lucius II (1144—1145)

Eugenius III (1145—1153)

Alexander III (1159—1181)

Canones apostolorum

Concilia

Generalia

Orientalia.

Concilia Africana

Concilia Hispanica

Concilia Gallica

Concilia Germanica

Concilia Romana

Concilia Italica.

Ius ecclesiasticum

Dionysius Exiguus

Capitula [illegible]
Ed. [illegible]

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM

CIRCULATE AS MONOGRAPH